



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

L123.175



HARVARD  
COLLEGE  
LIBRARY







**T. LUCRETII CARI  
DE RERUM NATURA LIBRI SEX**

**EX EDITIONE GILBERTI WAKEFIELDI**

**CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE**

**IN USUM DELPHINI**

**VARIIS LECTIONIBUS**

**NOTIS VARIORUM**

**RECENSU EDITIONUM ET CODICUM**

**ET**

**INDICE LOCUPLETISSIMO**

**ACCURATE RECENSITI.**

---

**VOLUMEN SECUNDUM.**

**T**

**LONDINI:**

**CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.**

**1823.**

LL20.175

HARVARD COLLEGE LIBRARY

1722  
44-81  
37-2

# T. LUCRETII CARI

## DE RERUM NATURA

### LIBER V.

---

#### ARGUMENTUM.

**I.** LAUDES Epicuri, cui propter inventam et explicatam philosophiam plus debent homines, quam Cereri, Baccho, Herculi, aliisque Divis, quos grati venerantur, ad vs. 55. prædicat. **II.** Deinde, in vs. 92. proponit totius libri argumentum, cuius partes postea explicat: et **III.** ad vs. 157. terram, mare, cœlum, solem, sidera, mortalia docet, nec, quod Stoici putarunt, animata, Dei ipsius partes, aut sedem et domicilium Deorum esse, quod vulgus existimat, asserit. **IV.** Ne quis mundum a Diis fuisse factam, atque ideo immortalem credat, ad vs. 236. varias rationes congerit, tam a natura Deorum, quam a vitiis hujus mundi, ductas, quibus probare conatur, hanc compagem non a Diis constitutam, et mortalem esse. **V.** Ad vs. 417. quatuor elementa, terram, aquam, aëra, ignem, e quibus mundus constat, nasci et interire, et proinde mundum ipsum aliquando incepisse, aliquando etiam periturum, arguit; variisque aliis argumentis confirmat, hanc compagem nec ab æterno extitisse, neque futuram esse immortalem. **VI.** Ad vs. 510. agit de primo mundi exortu; et singulis ejus partibus, prout graviore aut leviores sunt, sedes suas et locos assignat. **VII.** Ad vs. 613. multa de cœli et siderum motibus proponit, at nihil certi decernit: deinde docet, cur terra, cur tota compages, quod corpus grave est, nulli fundamento innixa, pendeat: solem denique, lunam, sidera, metitur; atque illa neo majora nec minora esse, quam nobis apparent, pronuntiat. **VIII.** Ad vs. 770. varias utriusque solstitii, ætivi et hyemalis, causas reddit; quo modo nox fiat, cur aurora solem præcedat, cur dies et noctes vicissim sese superent, cur luna vultum et figuram variet, cur denique sol ac luna eclipsin patiantur, disputat. **IX.** Deinde, a cœlo descendens, herbarum, arborum, avium, brutorum, ho-

num, origines describit. x. Ad vs. 835. monstra quoque, nulla quædam atque imperfecta animalia, nasci concedit; sed Chimæras, Centauros, Scyllas, reliquaque poetarum portenta, suaviter deridet. xi. Demum, a vs. 922. ad vs. 1090. primorum hominum vires, eadem vitam, cultam, victum, ingenium, mores, domicilia, matrimonia, describit; et docet, unde sermo, voces, et rerum nomina. xii. Tandem, post ignem in terras a fulmine delatum, cultior vita facta est, et victus mollior; pacta et fœdera inierunt homines, agros partiti sunt; et pulcherrimi, aut fortissimi, reges constituti sunt; at brevi, orta seditione, respublica emerit, ad vs. 1160. xiii. Inde, ad vs. 1240. disputat de Deorum metu, et ortu religionis; quam divinæ naturæ, et caussarum naturalium, ignorantiam acceptam refert. xiv. Quæ sequuntur, metallorum ortum, primas bellandi artes, artis texturæ, agriculturæ, musices, et aliarum artium, ortum atque progressum continent, usque ad finem libri.

**QUIS** potis est dignum pollenti pectore carmen  
Condere, pro rerum majestate, hiisque repertis?  
Quisve valet verbis tantum, qui fingere laudes

*Quis potest facere versus dignos potenti animo secundum dignitatem harum rerum, et secundum hæc inventa, de quibus disputo? Aut quis adeo disertus est,*

1 *palanti* P. Ald. Gryph. marg. *pallentis* V. ed. Th. Ra. *pallenti* Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. *potenti* Gif. Par.—2 *majestatisque repertis* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Gryph. Nard. Bas. *majestatis atque repertis* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. *majestate atque v. Sus.*—3 *valet tantum verbis, ut fingere* Delph. *quis fingere* P. *quis pingere* Gif. Par.

#### NOTÆ

1 *Quis potis est dignum, &c.*] Quintum hunc librum auspicatur Lucretius ab laudibus illius viri, qui sapientiam invenit; eumque non modo Diis æquiparat, sed et Deum appellat. Quippe cujus hæc inventa divina plus hominibus profuerint, quam aut Cereris ac Bacchi reperta, aut Herculis tot ac tanta facinora; cum aut hæc omnia mortalibus parum utilia sint, aut sine his vita bene degatur: Sapientia vero omnino sit utilis, sine qua non bene vivatur, tum quia fugat ab animis vitia, cum quia rerum naturam omnem revelat, ac de Diis immortalibus plurima mortales edocet. Hæc

autem prosequitur eleganter his 55. primis vs. Videtur autem non alteri philosopho litare, quam uni Epicuro suo. Sic enim ab ejusdem Epicuri laudibus tertium librum inceperat. Sic jam infra vs. 56. Epicurum sane notat, cujus hic vestigia ingressus doctrinam explicat.

3 *Qui [ut] fingere*] Lambinus, *Quis fingere*. Pareus, *Quis pingere*: *Quis, supp. verbis*. Alii, *Quis fundere*. Bene autem, *Fingere*, h. e. adumbrare, componere. Sic Cicero de amic. dixit, 'Fingere sermonem ad voluptatem alterius.'



Pro meritis ejus possit, qui talia nobis,  
 Pectore parta suo quæsitæque, præmia liquit? 5  
 Nemo, ut opinor, erit, mortali corpore cretus.  
 Nam, si, ut ipsa petit majestas cognita rerum,  
 Dicendum est, Deus ille fuit, Deus, inclute Memmi!  
 Qui princeps vitæ rationem invenit eam, quæ  
 Nunc adpellatur Sapientia; quique per artem 10  
 Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris,  
 In tam tranquillo, et tam clara luce, locavit.

Confer enim divina aliorum antiqua reperta:  
 Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris

*ut queat componere dictis, prout par est, laudes illius, qui reliquit nobis tanta munera, quem peperit, et investigavit sagaci sua mente? Nullus, ut puto, qui ortus sit de humano corpore. Namque, si loquendum est, prout ipsa dignitas nota rerum postulat, is ille fuit Deus, Deus, inquam, o præclare Memmi, qui primus reperit eam modum vivendi, qui nunc vocatur Sapientia; et qui per miram disciplinam posuit vitam in tranquillitate, et in splendore adeo splendido, postquam eripuit eam e tantis tempestatibus, et e tantis obscuritatibus. Etenim compara divina prisca inventa aliarum rerum cum istis. Scilicet Ceres dicitur prima docuisse ho-*

*quis Fab.—4 quia pro qui Voss. L. B. quis P. Ald.—7 Nemo P. Ald. Gryph. sicut V. ed. Bodl. Th. Ra. Mus. B. 2. cui ut P. in not. sic, eraso voc. seq., Mus. B. 1. sit ut Mus. B. 3.—8 est deest Mus. B. 2. ipse fuit Gif. Par. Delph. Cout. Voss. vet.—9 tam pro eam V. ed. Th. Ra.—10 appelletur V. ed. Th. Ra. quippe per Mus. B. 2. Cout.—11 cantis V. ed. Th. Ra.—12 tranquilla Mus. B. 1. vocavit Voss. vet. et L. B. Sus. Voss. marg.—13 Cum fet V. ed. Th. Ra. illorum Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. H. vs. deest Mus. B. 3.—14 frugesque Voss. L. B.*

## NOTÆ

5 *Parta . . . quæsitæque, &c.*] Sic locutus est III. 420.

7 *Nam, si, ut, &c.*] Dactylus est, nec fit elisio. Quod familiare est Lucretio.

8 *Ille [Ipse]* Lambinus legit *ille*.

*Memmi*] Quis fuerit Memmius dictum est a nobis I. 26.

9 *Princeps*] Primus. Sic I. 95. Porro ex hoc loco multi colligunt non Epicuram intelligi hic a Lucretio: sed alium antiquiorem, sive Pythagoram, sive Socratem, sive Thaletem, aut alium e septem Sapientibus. Ita Firmianus de falsa sap. III. 14. Verum jam bis atque iterum Lucretius prædicavit Epicuram primum nobis rerum naturam expromississe beateque

vivendi viam demonstrasse; III. 2. et I. 66.

12 *In tam tranquillo, &c.*] Sic dicitur, 'esse in tranquillo,' 'ferri in tranquillum.' Lucill. Sed vide quam bene paria paribus reddat, e fluctibus, in tranquillo: e tenebris, in clara luce.

13 *Aliorum*] H. e. aliarum rerum, aliarum vitæ commoditatum, quas alii invenerunt. Ceteris autem inventis antiquis præfert sapientiam, quæ una plus ceteris rebus faciat ad bene beateque vivendum.

14 *Ceres*] Frugum inventrix ac Dea fertur. Virg. Georg. I. 147. 'Prima Ceres ferro mortales vertere terram instituit,' &c. Hinc, testibus Varrone,

Vitigeni laticem, mortalibus instituisse ; 15  
 Quom tamen huius posset sine rebus vita manere ;  
 Ut fama est, aliquas etiam nunc vivere genteis :  
 At bene non poterat sine puro pectore vivi.  
 Quo magis hic merito nobis Deus esse videtur :  
 Ex quo nunc etiam, per magnas didita genteis, 20  
 Dulcia permulcent animos solatia vitæ.  
 Herculis antistare autem si facta putabis,

*mines segetes, et Bacchus liquorem humoris qui fit ex vite: quamvis tamen vita poterat existere absque his rebus, veluti rumor est quasdam nationes jam nunc degere sine iis. Verum non poterat bene degi absque libero corde. Quocirca eo dignum videtur nobis Deum haberi ille, a quo tam suavia levamina vitæ jam nunc dispersa per magnas nationes demulcent mentes humanas. Si vero credes præclare gesta*

liber V. ed. Th. Ra.—15 *Virigeni laticem* V. ed. Th. Ra.—16 *monere* V. ed. Th. Ra.—18 *Deest* Bodl. *Ut Sus. bene* P. Ald.—19 *H. vs. et seq. desunt* Bodl.—20 *dedita* P. Vind. O. Mus. B. 2. S. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—21 *enimum* Voss. vet.—22 *se facta* V. ed. Th. Ra. *putabas* Voss. vet. sed *putabis* superser.

## NOTE

Cicerone, et Arnobio, dicta est Ceres, quasi Geres, quod salutarium seminum frugem gerat, ut verbis Arnobii lib. iii. utar.

*Liber]* Bacchus, qui primus vini usum reperisse fertur; et quem Liberum dictum refert Plutarchus in quest. cent. vel quia potantibus libertatis paterentat: vel quia libamen præbuit: vel quia Liber dictus est a libera Bæotia. Sic Horat. Od. iii. 21.

*Liquoris Vitigeni laticem]* H. e. vinum.

17 *Ut fama est, &c.]* Sic Diodorus Siculus iii. narrat de iis populis, qui oram sinus Arabici, et Troglodyticam regionem, et Æthiopiam Australem incolunt, quorum alii piscibus et testudinibus, alii radicibus, alii frondibus, seminibus, et fructibus arborum, alii locustis vescuntur, neque frugum aut vini usum noverunt. Igitur sine pane et vino bene potest vivi: at sine sapientia non potest. 'Sapientia enim,' inquit Cicero lib. i. de

Fin. 'est una, quæ constantiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat, quæ præceptum in tranquillitate vivi potest omnium cupiditatum ardore restincto.'

18 *Sine puro pectore]* Sine sincero ac libero corde; quia, ut ait Horatius, 'Sincera est nisi vas, quodcumque infundis accescit.' Ita, nisi sincerum cor habeas mentemque puram, non poteris beate ac tranquille vivere. Mentem autem puram ut habeas, 'adhibenda est sapientia,' ut ait Cicero l. de Fin. 'quæ, et terroribus cupiditatisque detractis, et omnium falsarum opinionum temeritate derepta, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem.' Itaque purum pectus vocat, quod rerum ignorantia non turbetur, nec erroribus obnoxium sit. Sic va. 44. infra.

19 *Hic]* Nempe, Epicurus: vel alius, si malueris.

21 *Dulcia . . . solatia vitæ]* Sic vi. 4.

22 *Herculis antistare, &c.]* His 16.

Longius a vera multo ratione ferere.

Quid Nemeæus enim nobis nunc magnus hiatus

Ille leonis obesset, et horrens Arcadius sus ?

25

Denique, quid Cretæ taurus, Lernæaque pestis,

Hydra, venenatis posset vallata colubris ?

*Herculis præstare his rebus, profecto longe procul aberrabis a veritate rei. Quid enim jam nunc ille ingens rictus leonis Nemeæi noceret nobis, aut aper horrendus Arcadius ? Demum quid taurus Candia, et exitium Lernæum, nempe Hydra circumcincta etiam serpentibus veneficis, posset nunc nocere nobis ? Aut quid*

—23 longe ratione Mus. B. 2. refert Voss. vet.—24 Nemeus Vind. Mus. B. 3. ve meus V. ed. Th. Ra. Nemeus Ald.—25 abesset Vind. V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. abest Mus. B. 2.—26 cret taurus lœnaque V. ed. Th. Ra.—

## NOTE

vss. seqq. Herculis aliquot memorat labores, quos eo magis postponendos ait inventis sapientiæ, quo anima præstat corpori. Hercules enim monstris quidem, quæ corpori nocerent, mortales feliciter liberavit : at Epicurus, qui primus per artem mortales edocuit sapientiam, mentes omnibus terroribus ac cupiditatibus solvit, quæ beate vivere non sinunt : metum pepulit ex animis, quo percussi exhorrescimus : errores diiecit, quibus vitæ humanæ beatitudo vexatur, ut ait Cicero de Fin. I.

*Antistare*] Antecedere.

23 *Ferere*] Alii, *fereris* : idem.

24 *Nemeæus hiatus leonis*] Periphrasis ; i. e. leo Nemeæus. Hic est v. inter Herculis labores ; numerantur enim xxxiv. præcipui. Scilicet erat in sylva Nemeæa, prope Cleonæ Argivæ urbem in Peloponneso, immanis leo, quem cum neque sagittis neque impacta clava interficere posset Hercules, unguibus apprehensum dissecuit ; ejusque pellem, quæ neque saxo neque ferro erat penetrabilis, in vestem sibi assumisit ac pro insigni gestavit. Sic Plant. in Pers. Sic Diodor. Sic Virg. *Æn.* viii.

*Delph. et Var. Clas.*

25 *Arcadius sus*] Hic fuit vii. labor. Neque enim ordinem servat Lucretius, sed præcipuos tantum Herculis labores enumerat. Erat igitur in Erymantho Arcadiæ monte horrendus aper, qui omnia vastabat ; hunc vivum cepit Hercules, et ad Eurystheum Mycenorum regem attulit.

26 *Cretæ taurus*] Hic fuit ix. labor. Hunc autem taurum agros Cretensem populantem etiam vivum adduxit Hercules ad Eurystheum. Alii fabulantur immissum in Cretam fuisse a Neptuno, quem Minos Cretæ rex offenderat. Alii taurum fuisse illum, qui Europam Minois matrem transtulerat in Cretam ; alii taurum cujus amore insanierat Pasiphaë Minois uxor. Virg. *Æn.* vi.

27 *Hydra . . .*] Lernæa pestis. Hic fuit iii. labor. Erat serpens in aquis et terra vivax, cui nomen Hydra fuit ab ἵδρα, ' aqua ; ' degentem hunc in Lerna palude, Mycenæ inter et Argos, capitibus septem, vel, ut alii volunt, quinquaginta aut centum, terribilem ; quorum uno abscisso duo renascebantur : admoto tandem igne ad singula capita interfecit Hercules.

*Lucret.*

20

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai,  
 Et Diomedis equi, spirantes naribus ignem,  
 Thracia, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter? 30  
 Tanto opere obficerent nobis [uncisque timendæ  
 Unguibus, Arcadiæ volucres,] Stymphala colentes?  
 Aureaque Hesperidum servans fulgentia mala,

*triplex corporea potentia triplicis Geryonis, aut equi Diomedis exhalantes flammam naribus, juxta Thraciam, et regiones Bistonias, et Ismara; aut aves illæ Arcadiæ hamatis unguibus metuendæ, quæ incolabant Stymphala, adeo jam nocerent nobis? Aut quid horrendus draco ille constans ingenti corpore, complexus truncum ar-*

28 *Tripectoris* Mus. B. 2. *quoque Geryona vis* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *vis Geryona* Vind. V. ed. O. *vis Geryonis* Mus. B. 3. *vis Geryonæ* Cant. *tergeminae* *Geryona* Mus. B. 1.—30 *Thracen* P. Voss. L. B. Ald. Bip. *Thracem* Delph. *Bistonias* Vind. *Universa* exempl. si P. excipias, h. vs. sequenti postponunt. Seqq. duos omittit Vind. et omnes alii præter P. vs. integrum uncinis cancellatum non agnoscunt.—31 *officeret* P. O. *efficerent* V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 2.—33 *struans* pro *servans* V. ed. Th. Ra.—34 *in manu* Cant.—

## NOTÆ

28 *Tripectora*] Adject. tripectorus, a, um, pro tripector; sic Prudentius dixit, unicolorus pro unicolor; et versicolorus pro versicolor.

*Geryonai*] *Geryonæ*; dicitur enim *Geryo*, onis: et *Geryones*, æ, vel is. Hic fuit XVI. labor Herculis. Erat autem *Geryo* Hispanorum rex non una sua vi, sed et duorum fratrum viribus corporis potens: unde tripectorus, tricorpor, triceps, et teramplum a poetis dictus est. Virg. Æn. VIII. 202. Horat. Od. I. 14. Pausan. et Diod. Siculus IV. Hunc autem regem bello superavit, ejusque armenta abduxit Hercules.

29 *Diomedis equi, &c.*] Hic fuit VI. labor. Diomedes Thraciæ rex erat, qui equos, ut ait Diodorus citatus, non horreo aut avena, sed humano sanguine et carne pascebat, ut ferociore forent. Illum devictum Hercules equis propriis dedit in pabulum. Sic Virg. Æn. X.

30 *Thracia . . . propter*] H. e. juxta Thracem, seu Thraciam. Erat enim Thrax Diomedes.

*Bistoniasque plagas*] H. e. regiones Thraciæ, ab urbe Bystonia; vel, ut aliis placet, a Bistone staguo. Ex quo Thracen dicti sunt Bystonides, apud Horat. Od. II. 19.

*Ismara*] Plur. neut., in sing. vero Ismarus; mons est Thraciæ.

32 *Volucres Stymphalæ colentes*] Hic fuit VIII. labor. *Stymphalus*, sing. mascul., et plur. *Stymphala*, orum, neutr. Nomen est et urbis, et montis, et paludis in Arcadia. In hac palude, aut monte, aves erant magnitudine gruibus pares, figura ibibus similes: rostra habebant ita solida, ut ferrum penetrarent; has sagittis confixit Hercules, testibus Pausania et Catullo: teste vero Diodoro Siculo IV. aheni crepitaculi sonitu fugavit.

33 *Aureaque Hesperidum, &c.*] Hic fuit XIV. labor. *Hesperides* *Hesperii* filiarum tres, *Ægle*, *Arethusa*, et *Hesperusa*, habuisse dicuntur hortos nemore aurifero pretiosos, in quibus *Draco* pervigil mala aurea custodiret. Hunc interfecit Hercules, aureaque mala

Asper, acerba tuens, inmani corpore, serpens,  
 Arboris amplexus stirpem, quid denique obesset, 35  
 Propter Atlanteum litus, pelagique severa,  
 Quo neque noster adit quisquam, nec barbarus audet ?  
 Cætera de genere hoc quæ sunt portenta perempta,  
 Si non victa forent, quid tandem viva nocerent ?  
 Nihil, ut opinor ; ita ad satietatem terra ferarum 40  
 Nunc etiam scatit, et trepido terrore repleta est,  
 Per nemora, ac monteis magnos, sylvasque profundas :

*boris, intuens acerbe, custodiens aurea mala tandem jam noceret nobis juxta oram Atlanticam, et crudelis mare, in quæ loca nemo nostrum profectus est, neque exterus quisquam auderet adire? Si omnia monstra hujus generis, quæ fuerunt interfecta, non jam essent superata, quid demum violentia jam obesset nobis? Nihil, ut puto. Adeo terra jam nunc abundat feris ad satietatem, et plena est horrore tremendo per sylvas et per magnos montes ac per saltus altissimos: quæ tamen loca fugiendi*

35 *Arboribus* V. ed. Th. Ra. *stirpens* Vind. *stipites* P. Ald. *serpens* V. ed. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. *stipes* Ferr. *stirpes* Mus. B. 1. Cant. deest O.—36 *Oceanum propter* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. Gryph. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. *Propter Actianum* Voss. vet. et L. B. et pro var. lect. *Actianam* Voss. vet. *Propter Actianum* O. *Propter Actianum* Mus. B. 1. *Propter Actianum* Cant. *Actianum* Voss. marg. *Atlantarum* Delph. *latum* pro *litus* P. in not. *pelagique* Gryph. Nard. Bas. Voss. vet. et L. B. Bodl. Voss. marg. V. marg. 1. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *pelageus* edd. vulg. *sonora* P. Vind. Mus. B. 3. Bodl. Gryph. Nard. Bas. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—37 *nec* Vind. V. ed. O. P. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *neque* vulg.—39 *Non sic* Bodl. *Sed non* Voss. vet. et L. B. *viucta* vel *juncta* V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *qui tandem* P. V. ed. Bodl. O. Cant. Th. Ra. Ald.—40 *satietaem* Cant.—41 *scatet* O. Mus. B. 1. Gryph. *sentit* V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th.

## NOTE

sustulit. Diodor. Virg. Æn. iv. et alii poetæ.

34 *Acerba*] Acerbe. Sic mutua pro mutuo. I. e. acerbo aspectu intuens. Sic Virg. Geor. iii. 'Asper acerba sonans.'

35 *Stirpem*] Truncum.

36 *Atlanteum litus*] H. e. ea oceanii pars, quæ Mauritaniam ab occasu aluit: ita dicitur ab Atlante monte, qui eam oceanii partem respicit.

*Pelagique* [*pelageque*] *severa*] Maria non navigabilia, et quæ navigantibus infesta sunt. Sic iv. 463. dixit, 'Severa silentia noctis.' Pelage autem indeclinabile est nomen, Græce *ω*

*λάγη*; quo pariter utitur vi. 619. 'At pelage multa et late substrata videmus.' Scilicet, ut Tempe, Cete. Sic Manilius ii. 90. 'Atque hæc seditio pelage nunc sidere Lunæ Mota tenet.' Ut bene castigavit doctissimus vir Petrus Daniel Huetius ad nostram editionem Manilianam.

37 *Barbarus*] Exterus, quivis alius non Romanus.

40 *Ad satietatem*] Sic vs. 1390. et ii. 102. H. e. valde abunde.

41 *Scatit*] Pro scatet, tertium conjug. Sic fervo, is, pro fervo, es. Sic infra vs. 597. 950. et vi. 896.

Quæ loca vitandi plerumque est nostra potestas.  
 At, nisi purgatum est pectus, quæ prælia nobis,  
 Atque pericula, sunt ingratiis insinuandum? 45  
 Quantæ tum scindunt hominem cupedinis acres  
 Sollicitum curæ? quanteique perinde timores?  
 Quidve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas  
 Ecficiunt clades? quid luxus, desidiæque?  
 Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoque 50  
 Expulerit dictis, non armis, nonne decebit,  
 Hunc hominem numero Divom dignarier esse?  
 Quom bene præsertim multa, ac divinitus, ipsis  
 Jam mortalibus, e Divis, dare dicta suerit,

*æpe nostra est facultas. Verum, si pectus non est purum, quæ certamina, et quæ discrimina sunt nobis etiam invitis subeunda? Quam magnæ sollicitudines acutæ cupiditatis discerpunt anxium hominem? et quam magni similiter metus? Aut quid ambitio, sordes, lascivia, quam magnas calamitates procreant homini? Quid luxuriales, ac segnities? Ergo quicumque vicerit et ejecerit ex mente hominum hæc omnia verbis, non armis, nonne conveniens erit, ut is homo dignus sit, qui recenseatur inter Deos? Præcipue quoniam consueverit docere multas res ac divinitus*

Ra. *scet* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *staret* V. marg. 1.—44 *Ac* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *quoque* prælia O. Mus. B. 1.—45 *tunc ingratiss* Bodl. Mus. B. 1. 2. et edd. vulg. *est ingratiss* Gif. L. B. *se insinuant dum* Voss. marg.—46 *tum scindunt* P. Vind. Voss. vet. et L. B. Cant. Ald. *quæ scindunt* V. ed. Th. Ra. *cum scindunt* Ferr. *conscindunt* Bodl. O. Mus. B. 1. *etiam scindunt* Mus. B. 3. *cupedines* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. *cupedines* Voss. vet. et L. B. Bas. *cupidinesque* Cant.—47 *Sillicitum* V. ed. Th. Ra.—48 *spurcitiis* omisso *ac* Lamb. et alii.—49 *desidiæque* P. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Ald. *desidiæque* Mus. B. 2. et edd. vulg. *desidia equi* Vind. V. ed. Th. Ra. *desidia equi* Mus. B. 3. *desidia æqua* Ferr.—50 *sub egrit* V. ed. Th. Ra.—51 *decebat* Sua.—53 *dane* P. Ald. *ipsa* Delph.—54 *Jam mortalibus* P. Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. marg. *In mortalibus*

## NOTÆ

44 *Purgatum*] Purum vs. 18.  
 45 *Insinuandum*] Hellenismus, pro insinuanda; h. e. ineunda. Sic 1. 111. et alibi passim.  
 46 *Cupedinis*] Cupiditatis. Sic 1. 1081. III. 1008. IV. 1083. et VI. 24.  
 51 *Non armis*] Non ferro, ut Hercules.  
 52 *Hunc*] Nempe Epicurum, ut monui supra vs. 1. not. de quo III. sub initium, Et 1. 67. et seqq. Neque

enim solum de rebus Physicis scripserat Epicurus, sed et de Ethicis. Quæ autem de Physicis scripsit, ea pæne integra remanserunt Laërtii studio ac cura. Quæ vero de Ethicis, vix relliqua sunt nulla in epistolis illius.

*Dignarier*] Poëtice, pro dignari.

54 *Jam mortalibus*] [*Immortalibus*'] Pro immortalibus, metri causa.

*Dare dicta*] Docere.

Atque omnem rerum naturam pandere dictis. 55

Quoius ego ingressus vestigia, dum rationes  
Persequor; ac doceo dictis, quo quæque creata  
Fœdere sint, in eo quam sit durare necessum;  
Nec validas valeant ævi rescindere leges.

Quo genere in primis animi natura reperta est, 60

Nativo primum consistere corpore creta;  
Nec posse incolomem magnum durare per ævum:

*quidem ipse de Diis immortalibus; et manifestare verbis unicorsam rerum naturam. Cujus hominis semitas ego secutus sum, dum pergo tractare materiam ejus, ac demonstro verbis, quam necesse sit res cunctas permanere in ea concordia, qua procreata fuerint; et quod nequeant destruere firmas leges temporis. Quo in genere præsertim primo natura animi inventa est fuisse procreata de mortali corpore: nec posse salva permanere per longum tempus; verum imagines consuecere*

Cant. *Immortalibus* O. et edd. vulg. *de divis* Lamb. et alii. *fuerit* Th. Ra.—56 *nunc rationes* P. et edd. vulg.—57 *Prosequor* V. marg. 1. *quaque* V. ed. Th. Ra.—58 *sic durare* V. ed. Th. Ra.—59 *ævi valeant* Mus. B. 1. et edd. vulg.—60 *anima* V. ed. Th. Ra. *animæ* P. Ald.—61 *primo* Bip. *creata* Cant.—62 *incolomem* P. Ald. *incolumen* Vind. in *columnen* Ferr. V. ed. Th. Ra. *incolumen* Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *vinculum est* Voss. vet. in *lucem* Mus. B. 2.

## NOTE

55 *Pandere*] Sic i. 127. 'et rerum naturam expandere dictis.'

56 *Quoius ego ingressus, &c.*] His 36. vs. seqq. proponit jam libri hujus argumenta, quæ cum his quæ libro tertio et quarto docuit, apte connectit. Cum enim ex Epicuri doctrina disputet de rerum natura ac mortali exortu, prius hactenus de animæ et animi natura, tanquam de præcipuis ac nobilioribus rebus docuit: nunc vero de mundo, atque de mundi partibus, terra, mari, cælo, deque rebus omnibus quæ in illis continentur, ex ordine disputaturus est. Itaque mundum de novo factum, mortalemque futurum, æque ac singulas partes, nunc probare intendit. Præterea pollicetur se traditurum qua lege coierint atomi ad terræ, cæli, maris, siderum, solis, ac lunæ

generationem. Tam qua ratione animantes, quæ nullo antea tempore erant, natæ fuerint. Demum unde orta sit nominum impositio rebus; unde varius Deorum metus animis mortalium incussus; et qua vi sol, luna, ac sidera ferantur, ne forte hæc volvi credamus aliqua Deorum potentia, quos otiosos esse vult, secretos a rebus nostris, ac securam agere vitam. Quæ quidem omnia, si bene memineris, initio libri primi, cum totius operis sui universam proposuit materiam, rite pollicitus erat, nempe a vs. 50. ad vs. 64. et iterum a vs. 128. ad vs. 139.

*Ingressus*] Supp. sum.

60 *Reperta*] Nempe lib. III. in quo mortales animas esse docuit.

62 *Nec posse incolomem, &c.*] Sic III. 605.

Sed simulacra solere in somnis fallere mentem,  
Cernere quom videamur eum, quem vita reliquit.

Quod super est, nunc huc rationis detulit ordo, 65

Ut mihi mortali consistere corpore mundum,  
Nativumque simul, ratio reddunda sit, esse :

Et, quibus ille modis congressus materiai  
Fundarit terram, cœlum, mare, sidera, solem,  
Lunaique globum : tum, quæ tellure animantes 70

Exstiterint; et, quæ nullo sint tempore natæ :

Quove modo genus humanum variante loquela

Cœperit inter se vesci per nomina rerum :

Et, quibus ille modis Divom metus insinuarit

Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur 75

*decipere animum sopore, quoniam videmur videre illum quem vita deseruit. Quod autem restat, ordo materiæ jam deduxit me eo, ut causa danda sit mihi mundum constare perituro corpore, et una fuisse natum: et quibus rationibus ille cætus atomorum construxerit terram, cælum, mare, astra, solem, et corpus rotundum lunæ; deinde quæ animalia nata sint de terra, quæ tamen nullo tempore antea orta fuerint: et qua ratione gens hominum inceperit uti mutuo seipsis lingua mutante per diversa nomina rerum: et quibus rationibus ille timor Deorum intracerit in corda hominum, qui scilicet timor conservat in orbe terrarum sacra templa, lucus, nemo-*

*incolumis* edd. vulg.—64 *videantur* V. edd. Ferr. Th. Ra. *relinquit* Ferr.—65 *nunc me huc* edd. vulg.—67 *Nativumque* V. ed. Th. Ra. *reddunda* Vind. *retunda* sic V. ed. Th. Ra.—69 *Fundarit* Mus. B. 2.—70 *cumque et tellure* O. Mus. B. 1. *quæ* deest V. ed. Th. Ra.—71 *et* deest V. ed. Th. Ra. *corpore natæ* Mus. B. 2.—72 *Comperit* O. Mus. B. 1. *vesci* Voss. vet. et L. B. O. Caut. Nonius, iv. 784. *nosci* P. Vind. Bodl. Mus. B. 3. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. Ferr. Ald. *nosci* V. ed. Th. Ra. *resci* Mus. B. 1. *nesci* Mus. B. 2. *per* deest V. ed. Th. Ra.—74 *instruant* V. ed. Th. Ra.—75 *quin pro qui* V. marg. 1. *morbi* Ferr.

## NOTE

63 *Simulacra*] Rerum imagines, de quibus *fusus* lib. iv.

64 *Cernere quom* [cum, &c.] Sic i. 135. Hinc alii legunt, *Cernere ut*: vel, *Cernere uti*, &c. Pareus tamen *Cernere cum*.

65 *Huc*] Alii, *me*: alii, *me huc*.

68 *Congressus materiai*] Cætus atomorum, concilium primorum corporum.

73 *Vesci*] H. e. nti, inquit Nonius, qui sic legit et interpretatur hunc versum. Quo sensu Virg. *Æn.* i.

ait, 'Quem si fata virum servant, si vescitur aura.' Et ipse Lucretius iterum infra vs. 856. Quanquam Joannes Nardus habet *nosci*.

74 *Insinuarit Pectora*] Supp. se in. Sic absolute usurpat hoc verbum alibi passim.

75 *Qui in*] Non elisio fit vocalis i, sed corripitur. Quod familiare est nostro Poëtæ.

*Tuetur*] H. e. facit ut homines Diis consecrent templa, aras, lucos, statuas, &c.



Fana, lacus, lucos, aras, simulacraque, Divom.

Præterea, solis cursus lunæque meatus,  
 Expediam, qua vi flectat Natura gubernans :  
 Ne forte hæc inter cœlum, terramque, reamur  
 Libera sponte sua cursus lustrare perenneis, 80  
 Morigera ad fruges augendas, atque animanteis :  
 Neve aliqua Divom volvi ratione putemus.  
 Nam, bene quei didicere Deos securum agere ævom,  
 Si tamen interea mirantur, qua ratione  
 Quæque geri possint, præsertim rebus in illis, 85  
 Quæ supra caput ætheriis cernuntur in oris ;  
 Rursus in antiquas referuntur religiones,  
 Et dominos acreis adsciscunt, omnia posse

*ra, altaria, et statuas Deorum. Denique ostendam qua potentia natura regens gubernet cursus solis, atque vias luna; ne forsitan credamus hæc sidera libera pergere sua vi motus suos perpetuos inter cælum ac terram, obsequentia ad amplificandas terræ plantas et brutas animantes; aut ne credamus ea moveri aliquo numine Deorum. Etenim, qui bene nocerunt Divos vivere tranquillam vitam, interim tamen si admirantur quomodo cunctæ res queant fieri, præcipue in rebus istis, quæ super caput nostrum videntur in ætheris regionibus, iterum reducuntur in prisca superstitiones, et admittunt severos dominatores, quos illi infelices putant posse facere*

V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. 3.—76 *Fana* V. ed. Th. Ra.—78 *vis flectat* Sus.—79 *hæc* Voss. vet. et L. B. O. Cant. Lamb. V. marg. 1. Delph. *hic* P. Bodl. Ald. Bip. *hoc* Ferr. V. ed. Th. Ra. *intra* Mus. B. 2.—80 *Libera* Vind. *Lunam* O. Mus. B. 1. Ferr.—83 *bene* P. Ald. *vene* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *neu* O. Mus. B. 1. *æve* Mus. B. 2. sed *bene* in marg. *ne ve* Cant. *dixere* V. marg. 1.—86 *supra* V. ed. Bodl. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *supra* vulg. *ætheris* V. ed. Voss. L. B. Th. Ra. *ætheris* Voss. vet. Ferr.—88 *domino sacris* O. Mus.

## NOTE

76 *Lacus*] H. e. ædes. Pars pro toto. Lacus enim interdum accipitur pro trabe in ædificiorum contiguationibus, aut protignorum interstitio, lacuum quandam similitudinem referente. Sic Lucilius, 'Resultant ædesque, lacusque,' &c.

78 *Natura gubernans*] Sic vs. 108. Plinius vocat eam rerum parentem ac opificem. Seneca de Benef. iv. hanc facit Deum, a quo cuncta fiant et regantur. 'Quid enim,' inquit, 'aliud est Natura, quam Deus, et divina ratio toti mundo ac partibus inserta?' Lucretius aliam a Deo facit.

79 *Hæc*] Lamb. bene; supple solem et lunam. Alii, *hic*.

80 *Libera sponte sua, &c.*] H. e. ad libitum spatari, moveri.

81 *Morigera*] Obsequentia, sese accommodantia, apta.

83 *Nam, bene, &c.*] His 9 vs. iterantur vi. 57. et seqq. i. 56. et seqq. et ii. 645. et seqq. eadem fere docuit.

85 *Geri*] Fieri, administrari, ut passim alibi monui. Lambinus autem semper legendum putat, *geni*, quasi *gigni*.

88 *Dominos acreis*] Superbos ac se-

Quos miserei credunt : ignarei, quid queat esse,  
 Quid nequeat; finita potestas denique quoique 90  
 Qua nam sit ratione, atque alte terminus hærens.  
 Quod super est, ne te in promissis plura moremur ;  
 Principio, maria, ac terras, cœlumque, tuere :  
 Quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi !  
 Treis species tam dissimileis, tria talia texta, 95  
 Una dies dabit exitio ; multosque per annos

*cuncta, ignari quippe quid possit creari, quid non possit, et quomodo demum potentia limitata sit, et meta posita sit radicibus cuiusque rei. Quod reliquum est, ne retardemus te amplius in polliationibus nostris: primum aspice æquora, terras, et cœlum. Unica dies, o Memmi, destruet naturam tergerminam, tria corpora, tria genera tam disparia, tres tantas texturas horum trium; et massa atque machina mundi,*

\*\*\*\*\*

B. 2. adiscunt Mus. B. 2. assistunt Ferr.—91 utque Gif. Par. hæreat Gif. Par. Delph.—92 nec pro ne te Voss. vet. movemur V. ed. Th. Ra. meremur Voss. vet. moremus Nard.—94 Horum edd. vulg.—97 tuet V. ed. Th. Ra.—90 Adcidit

#### NOTE

veros Deos, quos miseri metuant, ac ignari rerum adorent tanquam rerum auctores.

90 *Quid nequeat, &c.*] His 2. vs. positi sunt supra l. 77.

91 *Hærens [hæreat]* Dactylus pro spondæo. Alii, *hærens*.

92 *Quod super est, &c.*] His 6. vs. jamjam conserit manns Poëta, jubetque Memmium observare inprimis terras, cœlum, ac mare; quæ dies una integro dabit exitio. Quod quidem negant Aristoteles l. de Cœlo, et Plato in Timæo. Quanquam etiam in eo discrepant, quod hic quidem nativum, et a Deo creatum esse mundum ait, sed interiturum aliquando negat; non quod sua natura immortalis sit, sed quod non deceat sapientiam Dei opificis tantum opus aut dissolvere aut dissolvi sinere. Ille vero, quicquid natum sit, id interire posse atque interiturum esse vult. Cœlum autem neque natum esse, neque unquam interiturum. Non unus autem Aristoteles gloriari debet statuisse mundum ingentium atque æternum: ante ip-

sum enim idem docuerunt Xenophanes, Parmenides, Melissus, Philolaus, Ocellus, Aristæus, Chaldæi, et alii. Similiter non unus Epicurus ex veteribus Philosophis initium fecit mundo; namque dederunt Empedocles, Heraclitus, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Diogenes, Leucippus, Democritus, Brachmanæ, Ægyptii et alii. Recte autem et congrue sacro Fidei dogmati sensit Epicurus, dum initium fecit mundo: sed erravit in eo, quod mundum non auctore Deo cœpisse crediderit, cum sacra Fides doceat Deum esse, qui 'in principio cœlum et terram creaverit.' Erravit, et alii Philosophi cum ipso, in eo, quod non ex nihilo, sed ex præexistente materia creatum esse mundum docuerit. Itaque ab h. vs. 92. ad vs. 418. disputaturus est acriter Poëta de mundi primo exortu, et ejusdem futuro interitu.

94 *Memmi]* Quis fuerit diximus l. 27.

96 *Dabit exitio]* Sic infra vs. 906. Et II. 1144. 'Sic igitur magni quo-

Subtentata, ruet moles, et machina, mundi.

Nec me animi fallit, quam res nova miraque menti

Adcidit, exitium coeli terræque futurum;

Et, quam difficile id mihi sit pervincere dictis: 100

Ut fit, ubi insolitam rem adportes auribus ante,

Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,

Nec jacere indu manus, via qua munita fidei

Proxima fert humanum in pectus, templaque mentis.

Sed tamen ecfabor: dictis dabit ipsa fidem res 105

*qua duravit per plura sæcula, penitus corruet. Neque ratio mentis decipit me, quam nova quamve admiranda res eveniat animo nostro, futura illa ruina cæli et terræ: et quam perdifficile sit mihi demonstrare istud verbis veluti accidit, cum afferas rem antea insuetam auribus, neque tamen queas subjicere illam oculis, neque dare inter manus, per quas partes via maxime propinqua transfert in cor hominum et in sedes animi firmam fidem rerum. Veruntamen dicam: forte res ipsa reddet*

P. V. ed. Vind. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *Accidat* vulg.—100 *permittere* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Th. Ra. Ald. *pervincere* Mus. B. 3.—101 *tibi* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *ibi* Voss. L. B. *insolitam* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 3.—102 *Deest* Vind. *hanc* pro *haud* Mus. B. 1.—103 *indumanus* P. V. ed. O. Cant. Gryph. Nard. *quam* P. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *in unius fidei* V. ed. Th. Ra.—104 *fit* Cant. *haud manus*

#### NOTÆ

que circum moenia mundi expugnata dabant labem, putresque ruinas.'

98 *Nec me animi fallit, &c.*] His 13. vs. interim fatetur hoc dogma de mundi interitu mirum videri; diffiditque, præ novitate doctrinæ hujus, se fidem apud auditores inventurum, cum rem experimento comprobare non valeat; quanquam, inquit, res ipsa forsan dabit fidem, ac totum mundum brevi tempore conquassari æternemus; quod Fortuna gubernans procul avertat a nobis, 'Et ratio potius quam res persuadeat ipsa.'

*Animi fallit*] Supp. ratio. Sic 1. 921. Genus loquendi Latinis usitatum, sed maxime poetis. Vel, *Animus fallit*, ut notatum est 1. 137.

102 *Visu*] Visui, h. e. oculis. Sic Terent. in *Adelph.* 'vestitu nimio indulges,' pro, vestitui.

103 *Nec jacere indu manus*] H. e.

nec manibus tractandam dare. Est enim indu, vel endo, antiqua præpositio, quæ valet, in, ut notatum est 1. 1094. iv. 776. &c.

*Qua*] Per quam partem.

*Munita fidei*] Munitam fidem. Sic alibi passim, 'clausa domorum,' 'strata viarum,' &c. pro, clausas domos, stratas vias, &c. Sic III. 497. 'Munita viai.'

104 *Proxima*] Supp. via: h. e. maxime propinqua, maxime certa. Ea enim maxime credimus, quæ cernimus ac tangimus, ut docuit 1. 424. 'Sensus; quod nisi prima fides fundata valebit, Haud erit occultis de rebus quo referentes Confirmare animi quid. quam ratione queamus.' Idem vs. 694. 700. &c.

*Templaque mentis*] H. e. in præcordia, quæ sunt sedes mentis, ut docuit III. 141.

Forsitan; et graviter terrarum, motibus ortis,  
 Omnia conquassari in parvo tempore cernes:  
 Quod procul a nobis flectat Fortuna gubernans;  
 Et ratio potius quam res persuadeat ipsa,  
 Subcidere horrisono posse omnia victa fragore. 110

Qua prius adgrediar quam de re fundere fata  
 Sanctius, et multo certa ratione magis, quam  
 Pythia, quæ tripode a Phœbi, lauroque, profatur;  
 Multa tibi expediam doctis solatia dictis:  
 Religione refrenatus ne forte rearis, 115  
 Terras, et solem, et cœlum, mare, sidera, lunam,

*Adem verbis meis, et videbis brevi tempore forsan res cunctas dissolvi vehementer conquassationibus ipsius globi terrarum. Quod sors, quæ regit omnia, avertat longe a nobis, et ratio magis quam res ipsa edoceat nos, res cunctas posse subtercadere horrendo cum sonitu, ubi expugnata fuerint tempore. Qua de re antequam incipiam prædicere fatales casus divinius et cum longe veriori certitudine, quam Pythia sacerdos, quæ loquitur e tripode, et e lauro Apollinis, aperiam tibi doctis verbis meis plura solamina vitæ; ne fortasse repressus superstitione credas terras, et solem, et cœlum, æquor, astra, et lunam debere permanere quasi immortalia ea*

Voss. vat.—106 orbis Mus. B. 1. 2. 3. et edd. quædam.—107 conquassa Mus. B. 2.—108 flectit V. ed. Th. Ra. *Natura gubernans* Q. Mus. B. 2. V. marg. 1.—109 persuadet V. ed. Th. Ra.—110 Succedere V. ed. Th. Ra.—111 Quæ P. Bodl. Gryph. marg. Ald. Ferr. *qua de re Cant.*—112 *Thyas* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. *Phytia* O. Mus. B. 1. *Phytias* Mus. B. 2. *tripodis Phœbi* O. Mus. B. 1. *tripode e P.* et edd. vulg. *tripede* V. ed. Th. Ra. *e deest* Mus. B. 2.—114 *dictis pro doctis* V. ed. Th. Ra.—116 *et posterius deest* Vind. Cant.

## NOTE

108 *Fortuna gubernans*] Bene ad mentem Epicuri, qui omnia temerario ac fortuito casu fieri ac geri voluit. Sunt tamen qui legunt, *Natura gubernans*, ad sensum versus superioris 78.

111 *Qua prius adgrediar, &c.*] His 12 vs. priusquam aggrediatur Poëta 'fundere fata' de mundi interitu, h. e. certis rationibus evincere ac persuadere certius mundum interiturum, quam præfata est olim Pythia Phœbi sacerdos ac fatidica, monet Memmium suum atque auditorem omnem se vereri, ne arbitrati corpore divino constare cœlum, terram, mare, solem, ac sidera, &c. ejusdem illum faciant criminis reum, cujus olim gigantes rei, qui magna temeritate adorti sunt dia-

turbare mœnia mundi, pœnas pro immani scelere luerunt. Quod et ipse timet, ne censeatur iisdem pœnis dignus, dum mundi æternitati minari videtur, ac studet notare mortali sermone ea, quæ hactenus immortalia quibusdam philosophis visa sunt, præclarumque cœli solem restinguere vult.

*Fundere fata*] Prædicare, responsa dare, 1. 788.

112 *Sanctius et multo, &c.*] Hi 2. vs. positi sunt 1. 739. Consule annotationes ibi nostras.

115 *Religione refrenatus*] H. e. superstitione et inani Deorum metu repressus.

Corpore divino, debere æterna meare :  
 Proptereaque putes, ritu par esse Gigantum  
 Pendere eos pœnas inmani pro scelere omneis,  
 Quæ ratione sua disturbent mœnia mundi, 120  
 Præclarumque velint cœli restinguere solem,  
 Immortalia mortali sermone notantes :  
 Quæ procul usque adeo divino a numine distent,

*divino corpore ; et idcirco credas, simile esse more gigantum eos omnes luere supplicia pro crimine crudeli, qui nempe ratione sua evertant ambitus mundi, et cupiant extinguere splendidum solem cœli, vocantes mortali nomine res quæ sunt immortales. Quæ quidem res oportet ut longe prorsus absint a divina natura, et quæ*

et edd. vulg. *cœlum et solem* Mus. B. 2.—117 *meare* omn. lib. vet. *manere* edd. vulg.—118 *par* P. in not. *pars* reliqui. *est* Vind. V. ed.—121 *restringere* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. s. Ferr. Th. Ra. Ald.—123 *a* deest P. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *ab* edd. vulg. *animi lastent* V. ed. Th. Ra. *numine lucent*

## NOTE

117 *Corpore divino...æterna*] H. e. æterna ac immortalia esse æque ac Deos : vs. 123.

118 *Proptereaque putes, &c.*] H. e. Et idcirco putes æquum esse eos omnes dare pœnas pro sua impietate, ut gigantes impios, qui suis rationibus mundum interitum esse probare conantur, sicut gigantes olim cœlum disturbare ac Diis bellum inferre ausi sunt.

120 *Mœnia mundi*] Cœlum, quod ambitu suo munis et circumcingit mundum. Sic lib. I. 74. 1094. II. et III. passim.

121 *Restinguere*] Eleganter. Sol enim ignis creditur.

122 *Immortalia*] Nempe, cœlum, solem, lunam.

*Mortali sermone notantes*] Mortalia ea esse dicentes.

123 *Quæ procul usque adeo, &c.*] His 24. vs. seqq. nihilominus ait tantum abesse, ut, quæ de interitu mundi futuro docet, ea Deorum numinibus ac Diis immortalibus aliquid detrahant, ut eorum dignitatem ac naturæ præstantiam tueantur; cum inde noti-

tiam habeamus quid corpore divino præditum sit, quid vero non sit. Quid enim Diis indignum magis videtur, quam eorum immortalitate, æternitate, ac divino sensu prædita esse prædicare cœlum, terram, mare, solem, lunam, et sidera, (quod faciunt, qui hæc immortalia esse volunt,) quæ tamen ne anima quidem donata esse queunt, cum non magis in illis anima esse possit, quam aut arbor in æthere, aut nubes in mari, aut pisces in arvis, aut sanguis in arboribus, aut succus in saxis. Nimirum, 'Certum, ac dispositum est, ubi quidquid creseat, et insit.' Sic anima nequit oriri aut esse extra corpus, nervos, ac sanguinem. Quam sententiam jam supra tutus erat III. 557. et 786. Sed, quam impia sit, et a vera ratione aliena, constat vel ex ipso Fidei dogmate; animas enim immortales esse Fides docet. Præterea satis abunde factum est a nobis Lucretianis objectionibus adversus animæ humanæ immortalitatem lib. VIII. Quo fit, ut hic ad nauseam ea non repetamus. Ea igitur Lucretii mens est, ut ex Epicuri doc-

Inque Deum numero quæ sint indigna videri;  
 Notitiam potius præbere ut posse putentur, 125  
 Quid sit vitali motu, sensuque, remotum.  
 Quippe et enim non est, cum quo vis corpore ut esse  
 Posse animi natura putetur, consiliumque:  
 Sic, ut in æthere non arbor, non æquore salso  
 Nubes esse queunt, neque pisces vivere in arvis; 130  
 Nec cruor in lignis, neque saxis sucus, inesse:  
 Certum, ac dispositum est, ubi quidquid crescat, et insit:  
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri  
 Sola, neque a nervis et sanguine longius esse.  
 Quod si posset enim, multo prius ipsa animi vis 135  
 In capite, aut humeris, aut imis calcibus, esse  
 Posset, et innasci qua vis in parte soleret:  
 Quamde in eodem homine atque in eodem vase manere.

res oportet ut non sint digna haberi in numero Deorum; sed ut magis credantur posse dare cognitionem, quid sit alienum a motu et sensu vitali. Neque enim ratio ulla est, ut natura animæ et mens credatur posse existere in quolibet corpore: veluti arbor non potest existere in aëre; neque nubila possunt esse in campis salis maris: neque pisces possunt degere in agris: neque sanguis potest esse in lignis: neque humor potest esse in lapidibus. Constat atque statutum est, que in loco quaque res nascatur et existat. Ita natura animæ non potest sola nasci absque corpore, neque procul abesse a nervis et a sanguine. Namque si posset facere istud, longe potius facultas ipsa mentis posset inesse in capite, vel in humeris, vel in extremis calcamentis, et consuesceret nasci in qualibet parte corporis: dumtaxat permaneret in eodem homine et in eodem vasculo. Sed quia certum est, ac



Mus. B. 3.—124 *quæ sunt* V. marg. 1. Ferr. *sic sint* Lamb. *sic sunt* vulg.—125 et pro ut V. marg. 1.—126 *Quidæ* O. Mus. B. 1. in *tali* V. ed. Th. Ra. Ald. O. Mus. B. 1. 2. *senove* Mus. B. 1.—127 *in esse* Mus. B. 1.—128 *animæ naturam* Mus. B. 2. *consilium* Voss. vet. *concilium* Cant. P. in not. V. marg. 1.—129 *arbore* V. ed. Th. Ra. *nec in æquore* Vind. et edd. vulg. *falso* V. ed. Th. Ra.—131 *nec pro neque* Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Bip. Hav. Delph. *sarris* Mus. B. 2. *fucus* Voss. vet. *cruor* Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra.—132 et Cant. *est deest* Mus. B. 3. *quicquam* P. Ald. *crescit* V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. *creacet* Voss. vet. et L. B. *inest* Mus. B. 1.—134 *longiter* edd. vulg.—135 *Hoc* quatuor vs. rejicit Fab. *Hoc* P. Vind. et edd. vulg.—137 *quamvis* V. ed.—138 *Quamde* Wakef. emend. in *eodem* Vind. *maneret* P. Vind. Mus. B. 1.—139

#### NOTÆ

trina notet mortali sermone cælum, lunam, sidera, terras, ac mare, &c. Unde peritura illa arguit.

128 *Animi natura*] Anima. Sic enim III. 422. et seqq. monet se hoc utrumque vocabulum, animam et animum,

promiscue interdum usurpare.

*Consiliumque*] Mentemque, ut ait III. 94. 'Primum animum dico, mentem quem sæpe vocamus, in quo consilium vitæ, regimenque locatum est.'

129 *Sic, ut in æthere, &c.*] HI 13. vs.

Quod quoniam nostro quoque constat corpore certum ;  
 Dispositumque videtur, ubi esse, et crescere, possit 140  
 Seorsum anima, atque animus; tanto magis inficiandum,  
 Totum posse extra corpus, formamque animalem,  
 Putribus in glebis terrarum, aut solis in igni,  
 Aut in aqua durare, aut altis ætheris oris.  
 Haud igitur constant divino prædita sensu, 145  
 Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

Illud item non est ut possis credere, sedes  
 Esse Deum sanctas in mundi partibus ullis:  
 Tenuis enim natura Deum, longeque remota

*statutum etiam videtur esse, qua in parte in corpore nostro anima et animus possint separatim oriri et inesse, eo magis negandum est, utrumque posse permanere extra corpus et extra figuram animalem, et subsistere aut in corruptis cœspitibus terrarum, aut in igne solis, aut in aqua, aut in supremis regionibus aëris. Ergo hæc res omnes non sunt constantes divino sensu, si quidem non possunt esse prædita anima ad vitam. Similiter hoc non est verisimile, ut queas putare divinas sedes Deorum esse in aliquibus partibus mundi. Namque cum natura Deorum sit subtilis,*

quando Bodl. V. marg. 1. cum V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. quomodo Mus. B. 1.—143 *Putribus* V. ed. Th. Ra.—144 *aut in altis* O. Mus. B. 1. *horis* Mus. B. 2.—145 *Aut* O. Mus. B. 3. *constat* Mus. B. 1.—147 *Illud autem* V. ed. Th.

## NOTE

seqq. supra positi sunt III. 786. Con-  
 sulte ibi annotationes nostras.

142 *Totum*] H. e. utrumque, nempe  
 animam et animam.

145 *Constant*] Supp. cælum, terra,  
 mare; sol, luna, sidera, &c.

147 *Illud item non est, &c.*] His 10.  
 vsa. monet etiam ac docet interim  
 Læcretius adversus Homerum, Aris-  
 totelem, ac vulgus philosophorum et  
 ceterorum hominum, qui cælum De-  
 orum esse domicilium consentiunt,  
 nullam mundi partem aut esse aut  
 posse esse Deorum sedem. Quod enim,  
 inquit, sedem habet, seu quod est in  
 loco, illud et tangit et tangitur. Lo-  
 cus enim et locatum, ut aiunt, sunt  
 corpora: corpus autem tangere aut  
 tangi potest. Sed Dii neque tangunt

neque tanguntur: non tanguntur qui-  
 dem, quia adeo tenuis est eorum na-  
 tura, ut a sensibus nostris sit remotis-  
 sima; unde et sedes illorum naturam  
 sequi credibile est, et nostris sedibus,  
 hoc est, iis sedibus, quas vulgo Diis  
 assignamus, longe esse dissimiles; h.  
 e. tenues, et a sensibus nostris pariter  
 remotas. Omnes autem mundi par-  
 tes sub sensus nostros cadunt. Igitur  
 nullæ possunt esse Deorum domici-  
 lium. At vero cum non tangantur  
 Dii, sane neque tangantur necesse est.  
 'Tangere enim non quit, quod tangi  
 non licet ipsum.' Quapropter alia  
 est Diis quærenda sedes, quam quæ  
 hactenus iis assignata. Quod quidem  
 se præstiturum infra pollicetur.

Sensibus ab nostris, animi vix mente videtur. 150  
 Quæ quoniam manuum tactum subfugit et ictum,  
 Tactile nihil nobis quod sit, contingere debet:  
 Tangere enim non quit, si tangi non licet ipsum.  
 Qua re etiam sedes quoque nostris sedibus esse  
 Dissimiles debent; tenues, de corpore eorum. 155  
 Quæ tibi posterius largo sermone probabo.  
 Dicere porro, hominum caussa voluisse parare

*et semota procul a sensibus nostris, vix etiam cernitur ratione mentis nostræ: quæ quidem natura Deorum cum fugiat tactum et plagas manuum nostrarum, ea sane non debet tangere aliquid, quod possimus tangere; etenim illud non potest tangere, quod ipsum non potest tangi. Quapropter sedes Deorum debent etiam esse disparæ nostris sedibus, quippe quæ subtiles quasi de materia illorum sint. Quas res demonstrabo tibi infra multis rationibus ac verbis. At vero dicere Deos*

Ra. possis dicere P.—150 ab Mus. B. 3. Cant. a vulg.—151 cum pro quoniam V. ed. Ferr. Th. Ra. quom manuum Mus. B. 2. contactum fugit Delph.—153 qui pro quit Cant. si tangi P. Ald. Mus. B. 1. quod tangi vulg. quod si tangi Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. S. Cant. Ferr. Th. Ra.—154 quasi pro quoque Mus. B. 3.—155 pro corpore Lamb.—156 longo Vind. O.—157 volui ipse Voss. vet.—158

## NOTE

150 *Animi vix mente*] H. e. vix cogitatione et intelligentia comprehenditur. Sic iv. 759. 'Mens animi vigilat,' &c. et vi. 1181. Sic Plautus, Horatius, Catullus, et alii poetæ utramque hanc vocem, mens animi, conjungunt.

155 *Tenues, de corpore eorum*] Tenues, quasi de materia, de atomis, de corpusculis, ex quibus Dii constant.

157 *Dicere porro, hominum, &c.*] His 35. vs. totus in id incumbit Poëta, ut mundum hunc hominum causa non fuisse a Diis paratum persuadeat. Unde non sit, cur quisquam mortalis, quasi memor tanti beneficii a Diis accepti, tantum laudet opus, æternumque putet, ac futurum immortale. Quid enim, inquit ingratus ille vir, gratia nostra potuit apud Deos, ut mundum in nostrum gratiam condiderint, qui nullam a nobis gratiam erant relaturi? Deinde, quid novi fuit,

inquit, ut Dii, qui summa pace fruantur, illicerentur ad sui aut hominum causa priorem suam vitam otiosam mutandam, et ut hominum ac rerum creatarum curam susciperent, cum antea pulchre beateque viverent? Præterea quid mali fuisset nobis creatos non fuisse? Qui enim vitæ amorem gustavit, is jure merito cupit vivere: at qui nunquam fuerunt, non est quod vitæ voluptate retineantur. Denique quomodo Dii mundum in hominum gratiam fabricasse potuerint, nisi prævio exemplari, atque prævia cognitione? Nihil enim fieri potest sine idea. Verum unde primum Diis insita est idea mundi creandi? Unde innata est illis mundi notitia, per quam animo cernerent quid facere instituerent? Etenim cum ex atomis creandus fuit mundus, nullo alio modo vim illarum cognoscere potuissent Dii, hoc est, quid illæ valerent mutata positura,



Præclaram mundi naturam, proptereaque  
 Adlaudabile opus Divom laudare decere,  
 Æternumque putare atque immortale futurum; 160  
 Nec fas esse, Deum quod sit ratione vetusta  
 Gentibus humanis fundatum perpetuo ævo,  
 Sollicitare suis ulla vi ex sedibus umquam,  
 Nec verbis vexare, et ab imo evortere summa :  
 Cætera de genere hoc adfingere, et addere, Memmi ! 165  
 Desipere est; quid enim immortalibus, atque beatis,  
 Gratia nostra queat largiri emolumentum,  
 Ut nostra quidquam causa gerere adgredientur?  
 Quidve novi potuit tanto post, ante quietos,

*voluisse propter homines præparare pulchram hanc universi naturam; et ideo conveniens esse collaudare opus Deorum, et existimare illud esse ab æterno, et fore sempiternum; neque licitum esse conari movere unquam aliquid de suis stationibus, quod sit stabilitum antiquo consilio Deorum in gratiam generis humani ab æterno tempore; neque licitum esse labefactare dicta, ac disjicere ab fundo ipsam Universum; et fingere sibi atque adungere reliqua ejusmodi, delirare est, o Memmi! Quid enim commodi beneficium nostrum potest tribuere Diis immortalibus et beatis, ut suscipiant facere aliquid propter nos? aut quæ notitas potuit incitare illos, qui*

*Præclaram V. ed. mundi Mus. B. 2. prætereaque P. propterea quod V. marg. 1.—159 Adlaudabile lib. vet. Id laudabile P. in not. et edd. vulg. ditum V. ed. Th. Ra. divini Vind.—162 fundatum Mus. B. 2.—163 ulla vi ex P. Gryph. Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Ald. illud ex V. ed. Th. Ra. ullam de O. Ferr. ullam ex Mus. B. 1. 2. ullum de vulg. illud ex V. marg. 1. sensibus Gryph. P. Ald.—164 ab uno V. ed. Th. Ra. summam vulg. fundo Lamb. pessum Bentl.—166 De super Mus. B. 2. mortalibus O. Mus. B. 2.—167 rem alimenti Mus. B. 3.—168 quicquid V. ed. Th. Ra. Bodl. adgredientur P. Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. aggrediantur vulg.—169 Quodve Ferr.—172 ab-*

## NOTE

nisi natura creando mundum ex cæta temerario atomorum illis specimen dedisset, ac per ipsam rerum exortum experti essent, quæ vis esset atomorum. Igitur non a Diis creatus est mundus, sed ex temerario, natura tamen duce, atomorum concursu atque congressu factus. Impia sane sententia, quæ virtutem Deo omnipotenti detrahit.

163 *Sollicitare*] Quasi, solo citare, inquit Festus: h. e. e loco suo movere, aut labefactare.

164 *Summa* [*Summam*] Universum,

mundum, vò τὰ, omne, quod scilicet 'Gentibus humanis fundatum perpetuo ævo.'

166 *Immortalibus*] Supp. Diis. Quam rationem hic prosequitur Lucretius, eandem præclare deducit Lactantius et refutat VII. 5.

167 *Largiri*] Poëtice, pro largiri.

169 *Quidve novi potuit, &c.*] Sic præclare Cicero de Nat. Deor. II. eandem rationem prosequitur his verbis: 'Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus, tanquam Ædilis, ornare? Si,

Inlicere, ut cuperent vitam mutare priorem ?	170
Nam gaudere novis rebus debere videtur,	
Quoi veteres obsunt : sed, quoi nihil accidit ægri	
Tempore in ante acto, quom pulchre degeret ævum,	
Quid potuit novitatis amorem accendere tali ?	
An, credo, in tenebris vita ac mœrore jacebat,	175
Donec diluxit rerum genitalis origo ?	
Quidve mali fuerat nobis non esse creatis ?	
Natus enim debet quiquomque est, velle manere	
In vita, donec retinebit blanda voluptas :	
Qui numquam vero vitæ gustavit amorem,	180

*atque multum antea conquiscebant, ut vellent commutare pristinam suam vivendi rationem? Etenim ille videtur debere delectari rebus novis, cui pristina nocent: verum, cui nihil agritudinis evenit, cum beate viveret vitam in præterito tempore, quanam res potuit inculcere cupidinem novitatis tali homini? An, puto, vita Deorum sepeliebatur in tenebris et erat in tristitia usquodum nativus ortus rerum illuxit? Aut quid damni fuisset nobis non fuisse natis? Etenim quicumque creatus est, in debet cupere permanere in vita, quamdiu dulcis voluptas retinebit eum. At, qui nunquam degustavit voluptatem vitæ, neque fuit in numero viventium, quid*

*sunt Vind. cum pro quoi O. Mus. 1.—173 inante acto V. ed. Th. Ra. Bodl.—174 Qui P. Quis Mus. B. 2. novitas V. ed. Th. Ra. amore P. Ald. Bas. marg. V. marg. 1. Nard. accedere P. O. Bas. marg. talis O. Mus. B. 1. Hic inseritur vs. 177. in P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—175 vitam Mus. B. 2. In Voss. vet. et L. B. h. et qui sequitur vs. transpositi leguntur.—176 diduxit Gryph. marg. Bas. marg.—177 fueret Gif. Par.—180 vere vitam Cant. gestavit Ferr. V. edd. Th. Ra. O. Mus. B. 1. Cant.—181 Non Mus. B. 2.*

## NOTÆ

ut Deus ipse melius habitaret; ante videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurgustio, habitaverat. Post autem varietatene eum delectari putamus, qua cœlum et terras exornatas videmus? quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tandiu carere potuisset. An hæc, fere ut dicitis, hominum causa a Deo constituta sunt? Sapientumne? propter paucos igitur est tanta facta rerum molitio. An stultorum? at primum causa non fuit, cur de improbis bene mereretur, &c. Duo igitur circa mundi constitutionem peccavit Epicurus: 1. quod voluit non Deum, sed casum esse causam mun-

di; 2. quod censuit neque Dei causa, neque hominis gratia mundum esse factum.

170 *Inlicere*] Antiquè pro illicere.

177 *Fuerat*] Lambinus; bene. Parens et alii quidam fueret, pro fuisset; ita videtur usus hoc verbo Lucretius passim; sic infra vs. 1342. et III. 849.

*Creatis*] In dativo casu, bene. Sic Latini scriptores loquuntur, ut similem casum ponant ante et post infinitivum 'esse.' Quanquam non ea semper constructio servatur. Sic infra vs. 181. non, creato, sed 'creatum' legitur, etiamsi dativus casus præcæserit.

Nec fuit in numero ; quid obest non esse creatum ?

Exemplum porro gignundis rebus, et ipsa  
 Notities hominum Diis unde est insita primum,  
 Quid vellent facere, ut scirent, animoque viderent ?  
 Quoque modo est umquam vis cognita principiorum, 185  
 Quidque inter sese permutato ordine possent,  
 Si non ipsa dedit specimen Natura creandi ?  
 Namque ita, multimodis, multis primordia rerum

*nocet tali homini non fuisse natum? Verum undenam principio exemplare, quod sequerentur in rebus creandis, notum est, et unde idea hominum innata est Diis, ut cognoscerent, et mente intuerentur quid cuperent agere? et quam ratione potestas atomorum fuit iis unquam nota, quidnam valerent inversa illarum inter se positura? nisi natura ipsa dedit iis exemplare gignendo res ipsas? Etenim plurima principia rerum adeo variis modis agitata fuerunt ictibus jam ab aeterno tem-*

*in mundo O. Mns. B. 1. abest Cant. creato quidam.—182 gignandi V. ed. Th. Ra.—183 diis unde est insita Bodl. Voss. vet. et L. B. divis unde est insita Mus. B. 1. Cant. divis unde insita P. Ald. divisum est Vind. Mns. B. 3. divisum deest V. ed. O. Ferr. Th. Ra. divis deest Mns. B. 2.—184 aut scirent Mus. B. 1.—185 inquam vis Nard. Mns. B. 1.—186 Quidve Bodl. Quaque Mus. B. 3. Quidnam edd. vulg. Quaequid Voss. marg. Quidnam Bas. se Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mns. B. 1. 3. Cant.—187 speciem P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Gryph. creando Lamb. Creech. Delph.—188 Namque ea V.*

## NOTE

181 *In numero*] Supp. viventium.  
 182 *Exemplum*] Exemplare, quod scilicet Dii sequerentur in creandis rebus.  
 183 *Notities*] H. e. ipsa idea, ad quam noverint Dii creare gentem humanam.  
 187 *Natura*] Natura gubernans, ut ait supra vs. 78.  
 188 *Namque ita, multimodis, &c.*] Scilicet argumentatur Lucretius ex principiis suis, quae supra posuit lib. I. et II. Docuit enim cum Deos, tum homines aequae ex atomis fieri, ac ceteras res creatas. Qui vero, inquit, vis atomorum perspecta fuisset Diis, antequam illae ad novas generationes convenirent? Vult enim mutua atomorum concursationem atque indefessam pugnam ex infinito tempore praecessisse eorum concilium atque coetum. Haec vero, cum suoque nisu tantum percu-

tiant ac resiliunt, atque in varias inde generationes ferantur, non poterant praemittere sibi exemplar in mente Deorum opificum, antequam in res ipsas novas creatas convenissent. Undenam ergo Dii rerum creandarum notitiam habuerint?

Itaque negat Epicurus mundam opera Deorum esse factam: sed docet omnia esse effecta natura, seu fortuna ac casu, hoc est, atomorum fortuito concursu. Neque enim voluit fortunam aut sortem esse aliquam, quae per se temperaverit atomos, et ad tales effectus, quos videmus, disposuerit: sed ipsas atomos ipsam esse fortunam, quatenus nulla praemeditatione sibi invicem occurrentes sese complectuntur, resque concretas, prout contigerit, faciunt. Ita enim Epicuri mentem explicavit Lucretius l. 1020. ' Nam certe neque

Ex infinito jam tempore percita plagis,  
 Ponderibusque suis consuerunt concita ferri, 190  
 Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,  
 Quæquomque inter se possint congressa creare ;  
 Ut non sit mirum si in taleis disposituras  
 Deciderunt quoque, et in taleis venere meatus,  
 Qualibus hæc rerum geritur nunc summa novando. 195  
 Quod, si jam rerum ignorem primordia quæ sint,  
 Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim  
 Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis ;  
 Nequaquam nobis divinitus esse paratam  
 Naturam rerum ; tanta stat prædita culpa. 200

*pore, et solita sunt moveri perlata sua gravitate, et omnibus modis convenire inter se, et turbare res cunctas, quas ipsa inter se congregata queant procreare ; ut mirandum non sit, si delapsa sunt etiam in tales dispositiones, et deciderunt in talia intervalla, qualibus hæc universa rerum moles nunc administratur renovando ea, quæ sunt ætate confecta. Etiam si autem nesciam quæ sint principia rerum, attamen audacter possem demonstrare ex ipsis rationibus cœli, et dicere ex aliis rebus pluribus istud, nempe naturam rerum non esse creatam a Diis in gratiam nostram ; adeo tantis incommodis, atque tantis defectibus repleta est. Primum, quantum*

marg. 1. *Sed quia multo Gassend.—190 feri V. ed. Th. Ra.—191 pertemptare Vind. Mus. B. 1.—193 vitales V. ed. Th. Ra.—194 Deciderint P. Ald. talibus Mus. B. 2. novatus P. in not. Mus. B. 1. Ferr. mestus Vind. Cant. mestus V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. in estus Mus. B. 3.—196 jam nunc V. marg. 1. O. Cant. jam ego Mus. B. 1. si deest V. ed. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 1. 2. 3. Th. Ra.*

## NOTE

consilio primordia rerum Se ordine quæque suo, atque sagaci mente locarunt : Nec quos quæque darent motus pepigere profecto ; Sed quia multa modis multis mutata per omne, &c. Et infra jam vs. 420. ubi repetit hos versus.

194 *Deciderunt*] Penultima brevis. Sic vs. 416. 'constiterunt.'

195 *Qualibus hæc, &c.*] Hic vs. positus est i. 1027.

*Rerum summa*] Natura, universonum.

*Novando*] Supp. ea, quæ jam ætate et ævo confecta sunt.

196 *Quod, si jam rerum, &c.*] Hi 5. vs. jam positi sunt ii. 177. Monet autem iis quinque versibus, suppressa

etiam atomorum cognitione atque natura, facile probare posse ex ipsa cœli ratione, atque ex aliis etiam rebus imperfectis et incommodis, quæ in mundo sunt, mundum hunc divinitus, hoc est, a Deo, non fuisse creatum in hominum gratiam. Quod et Cicero de Nat. Deor. i. præclare explicat.

197 *Cœli rationibus*] Cœli conditione, natura : cœlo.

199 *Divinitus*] A Deo, a Diis immortalibus.

200 *Naturam rerum*] Hunc mundum.

*Tanta stat prædita culpa*] Adeo multa sunt in mundo hoc peccata, incommoda ; et quæ non recte neque ordine facta sunt.

Principio, quantum cœli tegit inpetus ingens,  
 Inde avidam partem montes, sylvæque ferarum,  
 Possedere; tenent rupes, vastæque paludes,  
 Et mare, quod late terrarum distinet oras.  
 Inde duas porro prope parteis fervidus ardor,  
 Adsiduusque geli casus, mortalibus aufert.  
 Quod super est arvi, tamen id natura sua vi  
 Sentibus obducat, ni vis humana resistat,

205

*celerissimus ambitus cœli magnus obtegit, ex eo colles, et saltus, ubi fera vagantur, occupavere vastam partem; scopuli, ingentesque paludes, et æquor, quod vaste coercet fines terrarum, occupant etiam partem. Ex eo æstus ardens, et continuus lapsus gelis, tollunt hominibus fere etiam duas partes. Quod agrorum restat, natura tamen ex suo nutu operiret illud spinis, nisi solertia hominum obstaret, solita*

—201 *quam tum* P. V. ed. Gryph. marg. Bas. marg. Th. Ra. Ald. *tegat* P. in not. *gerit* Mus. B. 2. et in marg. *regit* pro var. lect.—202 *Inde aliam* Mar. *sylvas* Mus. B. 2.—204 *destinat* P. V. ed. *destinet* Mus. B. 2.—207 *suavi* V. ed. Th. Ra.—208 *Gentibus* O. Mus. B. 1. 3. *abducat* Mus. B. 1. *iri vis* V. ed.

## NOTÆ

201 *Principio, quantum, &c.*] His 6. vs. continetur i. argumentum, quo probat maximam terrarum partem hominibus esse inutilem; ut pote quæ partim montibus, sylvis, ac rupibus; partim vastis paludibus et mari possideatur: partim nimio fervore solis aduratur, aut frigore rigeat, ubi non licet habitare, nempe sub zona torrida, et sub zonis frigidis. Qui ergo dici possit terra in hominum gratiam creata divinitus, quæ tot ac tantis defectibus ac incommodis prædita est?

*Quantum*] H. e. eam mundi partem, quam cœlum tegit; i. e. terrarum orbem, qui partim terra est habitabilis: partim inhabitabilis, propter calorem et frigus: partim mare: partim sylvæ: partim fluvii: partim lacus ac paludes.

*Inpetus ingens*] Cœli ambitus celerissimus et volubilissimus. Sic Cicero de Nat. Deor. II. 'Cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus,' &c.

202 *Avidam partem*] I. e. magnam,

vastam, et ingentem partem, quasi avide occupatam. Hypallage. Sic Horat. Od. II. 14. dixit, 'pavimentum superbum,' pro pavimento superbi domini.

*Sylvæque ferarum*] Sylvæ, in quibus vagantur ferae.

205 *Fervidus ardor*] Nempe sub zona torrida.

206 *Assiduusque geli casus*] Nempe sub duabus zonis frigidis.

*Geli casus*] Gelu, quod est pruina frigida, quæ cadit ex aëre in terras vs. 217. Dicitur autem, teste Nonio, gelu, et gelus.

207 *Quod super est arvi, &c.*] His 7. vs. continetur II. argumentum, nimirum, quod ex residua terrarum, quæ colitur, parte, non nisi magno cum labore hominum colentium eam aratri et bidentibus fructus ægre proveniant. At si hominum gratia creata esset divinitus terra, cur sponte sua non ferret fructus?

*Natura*] Fortuna, sors, quam rerum officem statuit Epicurus.

208 *Resistat*] Nempe, arando, co-

Vitai caussa, valido consueta bidenti  
 Ingemere, et terram pressis proscindere aratris: 210  
 Si non, fecundas vortentes vomere glebas,  
 Terraique solum subigentes, cimus ad ortus;  
 Sponte sua nequeant liquidas existere in auras.  
 Et tamen, interdum magno quæsita labore,  
 Quom jam per terras frudent atque omnia florent; 215  
 Aut nimis torret fervoribus ætherius sol,  
 Aut subitei perimunt imbres, gelidæque pruinae,  
 Flabraque ventorum violento turbine vexant.  
 Præterea, genus horrifera Natura ferarum,  
 Humanæ genti infestum, terraque marique, 220  
 Quir alit, atque auget? quir anni tempora morbos

*gemere fodiendo terram duro bidenti, et scindere terram depresso aratris, vivendi gratia. Nisi excitaremus terram ad fructus fundendos, invertentes aratro fertiles glebas, et conterentes solum telluris, non possent fructus vi sua exurgere e terra in status fluidos aëris. Et tamen aliquando res omnes conquistæ magno labore, ubi jamjam veluti frondescent et quasi florescent per omnes terras; tunc vel sol ærius urit illas nimis suis ardoribus, vel pluvie repentinae interrimunt oes, et frigida pruinae, aut flatus ventorum labefactant eas vehementiori flatu. Deinde quare natura nutrit et auget horrendam gentem ferarum, quæ inimica est generi humano, in terra et in mari? Quare tempestates anni afferunt morbos? cur mors*

Th. Ra. vi vis Mus. B. 3. nisi vis Mus. B. 2.—210 Doest Voss. vet. possis Mus. B. 2.—211 iterantes Voss. marg. vomere terras Mus. B. 3. pro var. lect.—212 stimus V. ed. Th. Ra. scimus Voss. vet. et L. B.—213 persistere Mus. B. 2. exurgere P. in not.—214 Sed tamen quidam.—216 nimum Mus. B. 1.—217

## NOTÆ

lendo, pastinando, fodiendo, &c.

209 *Bidenti*] Bidens instrumentum fossorium est, quo terra feditur, quod duos dentes habet. Plin. xvii. 21. Colum. iv. 14.

211 *Si non fecundas, &c.*] Hi 2. vs. positi sunt i. 212.

212 *Subigentes*] Mollientes, colentes, conterentes. Sic Virg. Georg. i. 125.

*Ad ortus*] Supp. fruetuum: h. e. ad fructus fundendos.

213 *Liquidas existere in auras*] Oriri, nasci, exurgere in aëra.

214 *Et tamen, interdum, &c.*] His 5. vs. continetur iii. arg. nimirum, quod

etiam fructibus speratis ex labore et cultu duro terrarum, sæpe tamen frustramur per varios casus, nempe aut per assiduas imbres, aut per nimium solis æstum, aut per ventorum vim validam, &c. Sed de his omnibus consulta Virg. Georg. i.

219 *Præterea, genus horrifera, &c.*] His 4. vs. continetur iv. arg. nempe, quod noxia animalia terra marique crescant et alantur: quod morbos anni tempestates afferant: quod mors immatura rapiat homines. Quibus malis obnoxii esse non deberent homines, si cuncta creata fuerint eorum causa.

Adportant? qua re Mors inmatura vagatur?

Tum porro puer, ut sævis projectus ab undis

Navita, nudus, humi jacet, infans, indigus omni

Vitali auxilio; quom primum in luminis oras 225

Nixibus ex alvo matris Natura profudit:

Vagituque locum lugubri conplet, ut æquum est,

Quoi tantum in vita restet transire malorum.

At variæ crescunt pecudes, armenta, feræque:

Nec crepitacillis opus est, nec quoiquam adhibenda est 230

*præcox fertur? Postea etiam infans, sicut nauta ejectus ab fluctibus immanibus, ita ejicitur nudus in terram, loqui nesciens, indigens omni juvamine vitæ, cum primum natura emittit illum in auras lucis ex utero genitricis suæ per visus magnos, et implet loca circum ploratu lamentabili, sicut justum est, quippe cui tot ac tantæ calamitates supersint tradacere in vita. Verum diversæ animantes, pecora, et belluæ feroces augentur, neque cymbala sunt necessaria illis ad ludendum; neque*

*sabita Voss. L. B.—223 Important Lamb.—223 Cum Mus. B. 3. vero et Mus. B. 2.—224 Nam ita Vind. Nauta V. ed. Th. Ra.—225 Vitæ Mus. B. 1. in marg. Gif. Par. Lamb.—226 albo Mus. B. 2. profudit P. V. ed. Voss. vet. Delph.—228 Qui Cant. V. marg. 1. tamen Mus. B. 2. transire est Voss. vet. et L. B.—229 Et Mus. B. 2.—230 Nec crepitacillis P. in not. Voss. vet. et L. B. Mus. B. Gryph. Nard. Bas. Voss. marg. Nec receptaculis Vind. Ne crepitaculis V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ne crepitat ancillis O. Nec reputaculis Mus. B. 2. Nec reptacillis Mus. B. 3. Nec reptit ancillis Cant. Nec crepitacula eis P. Ald. et edd. vulg. opus sunt Lamb. Bas. marg. P. cuique pro quoiquam P. Vind. Mus. B. 3.*

#### NOTÆ

223 Tum porro puer, &c.] His 13. vss. continetur v. arg. Nempe quod hominum videatur fuisse minor cura, quam ceterorum animalium: homo quippe nascitur infirmior pecudibus, omniam rerum indigens, nudus, infans, vagiens, &c. Quibus incommodis cetera animalia non sunt obnoxia. 'Cur ergo,' inquit Epicurus apud Lactantium VII. 5. 'Deus omnibus malis, quem diligebat, hominem objecit? Cur mortalem fragilemque constituit?' &c.

227 Vagituque locum, &c.] Sic præclare Plin. lib. VII. de imbecillitate naturæ humanæ. 'Hominem tantum nudum, et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim et plo-

ratus, nullumque tot animalium pronius ad lacrymas, atque has protinus vitæ principio,' &c. Consule locum, atque cum his confer.

230 Crepitacillis [crepitacula eis opa' suat] Lamb. bene; male quippe vulgatæ editiones habent, *Nec crepitaculis opus est*. Est autem crepitaculum instrumenti genus, quod manibus pulsam reddit sonum. Martialis de crepitaculo XIV. 59. 'Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat tenera garrula sinistra manu.' Quod quidem instrumenti genus nutrices quatiant, ut a fletu et ploratu avocent pueros. Vulgo, *un hocket*.

Almæ nutricis blanda, atque infracta, loquela ;  
 Nec varias quærun't vesteis pro tempore cœli :  
 Denique, non armis opus est, non mœnibus altis,  
 Quei sua tutentur ; quando omnibus omnia large  
 Tellus ipsa parit, Naturaque dædala rerum. 235

Principio, quoniam terrai corpus, et humor,  
 Aurarumque leves animæ, calideique vapores,  
 E quibus hæc rerum consistere summa videtur,  
 Omnia nativo ac mortali corpore constant ;  
 Debet eadem omnis mundi natura putari. 240  
 Quippe et enim, quorum parteis et membra videmus,  
 Corpore nativo, in mortalibus esse figuris,

*ulli afferendus est dulcis et interceptus sermo nutricis alentis : nec querant sibi diversa indumenta pro diversis tempestatibus cœli : demum non habent opus armis, aut muris celsis, quibus custodiant suas res, quoniam terra ipsa, et natura, rerum opifex, progignit illis omnibus res omnes. Primum cum terra, et aqua, et teneri status aëris, et fervidi calores, ex quibus hæc universa moles rerum videtur constare, omnia habeant corpus genitabile et interiturum, universa quoque ipsa natura mundi debet existimari similis. Namque videmus res, quarum cernimus partes et mem-*

Cant.—231 *Blandæ* Mus. B. 2. ac *infracta* P. V. ed. Th. Ra. Ald.—233 *aut mœnibus* Mus. B. 2.—234 *Queis* edd. vulg. Mus. B. 1. *Quæ* P. Ald. *quoniam* pro *quando* Mus. B. 2.—235 *petit* V. ed. Th. Ra.—236 *quom* pro *quoniam* Ferr. V. ed. Th. Ra. *quomodo* O. V. marg. 1. *quando* Mus. B. 1. V. marg. 2. *cum* Mus. B. 3.—239 *Corpore nativo ac mortalibus omnia constant* P. in not.—240 *eodem omnis* Gif. Par. *omnis idem* Voss. vet. *tota eadem* edd. vulg.—241 *quoniam parteis* Gassend.—242 *nativo immortalibus* P. Ald. *nativum mortalibus* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *nativum mortalibus* Voss. L. B.

## NOTÆ

231 *Almæ nutricis*] De voce *alma* vns et mortalis est.

*Infracta*] *Fracta* et *decurtata*.

235 *Dædala*] *Artifex*, *opifex*. Vide quæ annotavimus i. 7. ad hunc locum, ‘*dædala tellus*.’

236 *Principio, quoniam, &c.*] His 12. vs. jam monet se demonstraturum mundum neque esse æternum neque immortalem; sed nativum et mortalem. Cujus enim partes nativæ sunt et mortales, illud et nativum ac mortale sit necesse est. Atqui præcipuas mundi partes, nempe terram, aquam, aëra, et ignem, nativas esse ac mortales jamjam sigillatim ostensurum se ait. Igitur mundus et nati-

*Terræ corpus*] Terra, arida.

*Humor*] Aqua.

237 *Aurarum leves animæ*] Aër. Sic Manil. i. 151. ‘*Proximus in tennes descendit spiritus auras, Aëraque extendit medium pro inania mundi*.’

*Calideique vapores*] Ignis.

238 *E quibus, &c.*] Sunt enim quatuor elementa, quæ Manilius i. 138. vocat ‘*Quatuor mundi artus*.’ Et ipse Lucretius infra vs. 245.

*Rerum summa*] *Mundus*, vsa. 196. 240.

240 *Mundi natura*] *Mundus*.

242 *Mortalibus figuris*] *Mortalibus principis*, seu atomorum contexturis



Hæc eadem ferme mortalia cernimus esse,  
 Et nativa simul: quapropter maxuma mundi  
 Quom videam membra, ac parteis, consumpta, regigni; 245  
 Scire licet, cœli quoque item terræque fuisse  
 Principiale aliquod tempus, clademque futuram.

Illud in hiis rebus ne conripuisse rearis,  
 Memmi! quod terram, atque ignem, mortalia sumpsi  
 Esse; neque humorem dubitavi, aurasque, perire; 250  
 Atque eadem gigni, rursusque augescere, dixi:  
 Principio, pars terrai non nulla, perusta  
 Solibus adsiduis, multa pulsata pedum vi,  
 Polveris exhalat nebulam, nubesque volanteis,  
 Quas validei toto dispargunt aëre ventei: 255

*bra, constare genita natura, et formis atomorum perituris, esse penitus obnoxias morti, simul et generabiles. Quamobrem quoniam cerno plurimas partes mundi ac membra interemta regenerari, inde possum agnoscere aliquod fuisse simile tempus natale etiam cœli et terræ, ac venturum exitium. Verum ne fortasse putes, o Memmi, me assumisise istud in his rebus, quod posui terram et ignem esse peritura, et quod docui eadem iterum regenerari et crescere. Primum certa pars terra adusta continuis ardoribus solis, et trita frequenti impetu pedum, emittit levem nubem pulveris, et nimbos volitantes, quos venti rapidi disjiciunt per totum aëra.*

\*\*\*\*\*

*nativum mortalibus* Voss. vet. *natio mortalibus* Nard. Bas. O. *natio et mortalibus* edd. vulg.—245 *eadem* deest V. ed. Th. Ra. *forma* Mus. B. 1.—244 *natura* V. ed. Th. Ra.—246 *item* Bentleius. *idem* omn. exempl.—247 *Principiale* Mus. B. 2.—248 *nec pro æ* Mus. B. 2. *ne arripuisse* Gif. Par. *ne me arripuisse* edd. vulg. *realis* V. ed. Th. Ra.—250 *aurasque* V. ed. Th. Ra.—252 *non ulla* O. Mus. B. 2. Ferr.—254 *Polveris* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *Polveris* vulg.—255

#### NOTE

mortalibus: sic passim loquitur.

247 *Principiale tempus*] H. e. tempus, quo principium et originem haberint: sic II. 423.

248 *Illud in hiis rebus, &c.*] His 4. vs. monet mirum videri non debere si assumerit ac dixerit terram, aquam, aëra, et ignem esse nativa et mortalia. Hoc enim janjam declaraturus est sigillatim.

*Conripuisse* [*arripuisse, &c.*] Sententia est: Ne forte existimes me per vim et temere et sine ratione assumisise, quasi abs te datum et concessam id, quod sumsi et posui, nempe

partes mundi esse interituras, &c.

250 *Humorem*] Aquam.

*Auras*] Aëra.

252 *Principio, pars terrai, &c.*] His 10. vs. probat 1. de terra, quod corrumpatur et renascatur. Namque solibus assiduis assatur, pedibus deteritur, vi ventorum in aëra dispergitur, tabescit imbribus, abraditur a fluminibus, absumitur suis a fœtibus, rursusque redintegratur. Denique sicut rerum omnium videtur magna parens, ita et earundem sepulcrum commune. Ergo terra corrumpitur et renascitur.

Pars etiam glebarum ad diluuiem revocatur  
 Imbribus, et ripas radentia flumina rodunt.  
 Præterea, pro parte sua, quodquomque alid auget,  
 Redditur: et, quoniam dubio procul esse videtur  
 Omniparens eadem rerum commune sepulcrum, 260  
 Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit.

Quod super est, humore novo mare, flumina, funteis,  
 Semper abundare, et latices manare perenneis,  
 Nihil opus est verbis, magnus decursus aquarum  
 Undique declarat: sed primum, quidquid aquai 265  
 Tollitur; in summaque fit, ut nihil humor abundet;

*Pars quoque cespitum terræ reducitur ad inundationem per pluvias; et fluvii corrodentes abripiunt oras. Adde quod id omne aliud, quod terra alit pro parte sua, corrodatur; et quod, cum sine dubio videatur esse mater rerum omnium, eadem sit etiam communis tumulus rerum omnium. Igitur terra diminuitur tibi, et augmentata iterum crescit. Quod reliquum est, non opus est dictis ostendere, mare, fluvios, et fontes perpetuo affluunt novis aquis, et eorum aquas perpetuas fluere; magnæ aquæ undique defluentes ostendunt satis istud; sed primo ea pars aqua, quæ sursum trahitur, et per quam efficitur, ut aqua non exæstuet in mole aquarum,*

\*\*\*\*\*

Qua Cont. *dispargunt* Mus. B. 2. 3. *dispargunt* vulg.—256 *dilueniem* V. ed. Th. Ra.—258 *alid* Voss. vet. et L. B. *alid* reliqui. *alid* et Mus. B. 2. Cant. *augetque* Bodl.—259 *Roditur* edd. vulg. ut *quom* V. ed. Th. Ra. et *cum* Mus. B. 2.—261 *libatur* Ferr. *limatur* Bip. Lamb. *rectescit* V. ed. Th. Ra. *senescit* Gassend.—263 *perennis* Cant.—264 *equarum* Ferr.—265 *dedarat* V. ed. Th. Ra.—266 *summa quæ* V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 3. ut *deest* Mus. B. 1. 3. *nil* P. O.

#### NOTÆ

256 *Ad diluuiem revocatur*] Inundatur, obruitur torrentibus et aquis.

258 *Alid*] Lambin. bene, pro aliud. Sic I. 263. 1106. III. 984. &c. Pareus et quidam alii legunt, *alid*, non male; sic enim vs. 221.

259 *Redditur* [*Roditur*] Diminuitur.

260 *Omniparens*] Sic Virg. Æn. VI. 'Terræ omniparentis alumnū.' Sic Lucret. II. 705.

261 *Libatur*] Pareus, bene: hoc est, diminuitur, roditur. Sic alibi passim, III. 214. 717. Sic infra vs. 569. Lambinus vero *limatur*.

262 *Quod super est, humore, &c.*] His 12. vs. probat II. de aqua, quod corrumpatur et iterum crescat. Novi

enim semper latices fontium, fluminum, et maris perenniter manant; faciuntque tum venti, qui maria verrentes abripiunt aquas, cum calor solis, qui aquas absorbit, ut mare non redundet. Præterea pars alia aquarum maris per terræ cuniculos subter irrepit et percolatur, ac deposito ibi viro seu sale, rursus emergit in fontes; e fontibus in fluvios; e fluvii in mare redit, perpetuo cursu ac recursum manans.

264 *Magnus decursus aquarum*] Magna aquarum copia, magni undique fluvii decurrentes in mare. Sic I. 1030. hæc sententia scripta fuit.

266 *In summa*] In massa, in tota mole aquarum.

Partim, quod validei, verrentes æquora, ventei

Deminuunt, radiisque retexens ætherius sol;

Partim, quod subter per terras diditur omneis :

Percolatur enim virus, retroque remanat

270

Materies humoris, et ad caput amnibus omnis

Convenit : inde super terras fluit agmine dulci,

Qua via secta semel liquido pede detulit undas.

Æra nunc igitur dicam, quid corpore toto

Innumerabiliter privas mutatur in horas :

275

*eo quod partim vehementiores venti stringentes maria minuunt aquas, et ipse sol ærius revocans aquas, minuit eas : partim quia aqua distribuitur infra per omnes terras. Etenim aqua sales colatur, et materia aqua retrofluit et tota concurrit ad originem fluviorum ; hinc decurrit super terras levi ductu, per eam partem, per quam iter semel factum deducit aquas humido pede. Jam vero loquar de aëre, qui in tota sua materia vertitur singulis horis in infinites modos. Etenim id omne,*

\*\*\*\*\*

Ald.—267 *Parti V.* ed. Th. Ra. *verrentes* Ferr.—268 *Diminuunt* Gif. Gryph. Nard. Bas. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *Diminuunt* Gif. L. B. Par. Sus. V. marg. 1. *ætherius* O. V. ed. Th. Ra.—269 *diditur* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Vind.—270 *Percolatur* Cant. *virtus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *intus* O. Mus. B. 1. *utroque* V. ed. Th. Ra.—272 *fluit* Mus. B. 2.—273 *secta* Mus. B. 1. *retulit* P. V. ed. Th. Ra. Ald.—274 *qui corpore* P. in not.—275 *primas* Mus. B. 3. in *oras* P. Vind.

## NOTE

267 *Verrentes æquora*] Sic vs. 289. ubi hi 2. vs. repetuntur ; et vi. 624. Sic I. 280. utitur eodem verbo.

268 *Retexens*] Vel revocans ad se aquas, quæ ex æthere decidunt : vel dissolvens radiis suis ipsam aquarum summam ac diminuens.

270 *Percolatur enim virus*] Supp. aquarum. *Virus*, i. e. sal. Sic II. 473. 'Humor dulcis, ubi per terras crebrins idem Percolatur, ut in foveam fluat, ac mansuescat ; Linqvit enim supera tetri primordia viri Aspera,' &c.

271 *Ad caput*] Ad fontes, ex quibus oriuntur fluvii ; vi. 636.

272 *Inde*] E fontibus ; L. 1090. II. 591.

*Agmine dulci*] Sic Virg. *Æn.* II. 'Leni fluit agmisse Tiberis.' Agmine, hoc est, actu, ductu, inquit Macrob. lib.

VI. Saturn.

273 *Qua via, &c.*] Hic vs. repetitur VI. 638.

274 *Æra nunc igitur, &c.*] His 8. vs. probat III. de aëre, quod corrumpatur et iterum crescat. Is enim singulas in horas mutatur. Quicquid enim e rebus effluit, id fertur in vastam aëris spatium. Decidunt quippe e rebus assidue corpuscula, quæ feruntur ac volitant per aëra. Quæ quidem corpuscula nisi assidue redderet aër rebus, jam sane res omnes efflaxisse deberent, ac periisae. Igitur res perpetuo mutantur in aëra, et aër in res revertitur.

275 *Privas in horas*] In singulas horas : singulis momentis : semper : perpetuo. Sic vs. 782. 'privas in dies ;' hoc est, in singulos dies. Sic VI. 793. Sic III. 724. IV. 569. &c. Sunt qui

Semper enim, quodquomque fluit de rebus, id omne  
 Aëris in magnum fertur mare ; qui nisi contra  
 Corpora retribuatur rebus, recreeturque fluentis,  
 Omnia jam resoluta forent, et in aëra versa.  
 Haud igitur cessat gigni de rebus, et in res  
 Recidere, adsidue : quoniam fluere omnia constat.

280

Largus item liquidi fons luminis, ætherius sol,  
 Inrigat adsidue cœlum candore recenti,

*quod decidit de rebus, semper abis in ingens æquor aëris ; qui contra nisi reddat rebus corpuscula, quæ ex iis fluxerunt, et resarciat res eas, quæ decidunt, sane jam res cunctæ essent peremptæ, et mutata in aëra. Ergo aër non desinit generari de rebus, et continuo revertere in res, siquidem certum est res cunctas paulatim decidere. Similiter sol aërius, qui origo est copiosa claræ lucis, perfundit continuo*

Ferr. Ald. Gryph. Nard. Bas. O. Cant. *moras* V. ed. Th. Ra.—276 *quocumque* P. *cuiusque* P. in not.—278 *recreat* V. ed. Th. Ra. Ferr.—280 *Haut* V. ed. Mus. B. 3. *Aut* Mus. B. 2.—281 *Reccidere* Voss. vet. et L. B. O. Lamb. P. in not. *Decidere* Mar. quom. Ferr. V. ed. Th. Ra. *constant* Cant.—282 *ætheris sol* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—283 *recenti* P. O. Cant. Ald. *regenti* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. sed in Voss. vet. corr. *rigenti*

## NOTÆ

legendum putant, *privas in oras*. I. e. in proprias extremitates ignis, aquæ, et terræ.

277 *Aëris... mare*] Metaphora est ; h. e. vastum aëra. Sic Ennius, apud Festum : ‘ crassa pulvis oritur, omne pervolat cœli fretum.’ Sic II. 550.

278 *Fluenteis*] H. e. e quibus ali- quid defluit ac deperit. Active.

281 *Recidere* [*Reccidere*] Duplicata litera *c*, metri causa. Sic II. 223.

282 *Largus item, &c.*] His 25. vsa. probat IV. quod ignis corrumpatur, et iterum renascatur. Quod quidem contingere docet in sole, cujus lumen prius actutum perit, et novum creatur ; cujus rei fidem facit nebula interposita. Docet et id contingere in lychnis ac candelis nostris, in fulguribus cœli, in Luna, in sideribus aliis ; quorum omnium prima lux perit, ac nova continuo subministratur. Lumen igitur, in quo ignis est, et perit et gignitur in omnibus luminosis corporibus ; atque adeo ignis ipse

pereat et renascatur necesse est. Quod quidem ad nostra lumina spectat, quæ humido et pingui aluntur quasi oleo, nemo revocat in contraversiam, quin continuo mutantur. At Aristoteles II. Meteor. negat solis lumen ceteris luminibus terrestribus esse simile. Semper enim idem et unum esse vult, quippe quod humoribus non alatur ; alias enim quotidie sol novus oriretur, et novus assidue esset. Quod falsum et absurdum est. Lucretius quidem hoc in loco neque arguit solem aut sidera ignea esse aut ignem : sed sat habuit probare lumen, in quo ignis continetur, assidue et perire, et iterum gigni. Locus erit infra, quo probabit solne sit ignis, necne ; docebitque ex Epicuro cœlestia corpora, nempe sidera, aut ignea esse, aut ex igne constare. Quod et alibi sæpius insinuavit.

283 *Inrigat*] Irrigat, eleganter ; sol enim fons ac flumen est omnium ignium, ut ait infra vs. 597.

Subpeditatque novo confestim lumine lumen.  
 Nam, primum quidquid fulgoris disperit ei, 285  
 Quoquomque addidit : id licet hinc cognoscere possis ;  
 Quod, simul ac primum nubes subcedere soli  
 Cœpere, et radios inter quasi rumpere lucis ;  
 Ex templo inferior pars horum disperit omnis,  
 Terraque inumbratur, qua nimbei quomque ferantur ; 290  
 Ut noscas splendore novo res semper egere,  
 Et primum jactum fulgoris quemque perire :  
 Nec ratione alia res posse in sole videri,  
 Perpetuo ni subpeditet lucis caput ipsum.  
 Quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt, 295  
 Lumina, pendentes lychnei, claræque coruscis  
 Fulguribus, pingues multa fuligine, tedæ,

*caelum novo splendore lucis, et subministrat subito lucem recenti luce. Etenim primum quoque lumen deperditur ei, in quamcumque partem abeat. Licet ut queas cognoscere istud ex eo, quod et primum nubila inceperunt subjici soli, et veluti interscindere radios luminis, subito tota pars ima horum radiorum interit, et terra tegitur umbra in ea parte, in quam nubes abeunt, ut cognoscas res indigere semper nova luce et quodlibet prius jactum lucis interire : neque ob aliam causam res posse cerni in sole, nisi fons ipse luminis assidue suppetat. Adde quod lumina nocturna, quæ sunt terrena, appenæ lucernæ, et faces micantes coruscantibus fulguribus, sed*

\*\*\*\*\*

Mus. B. 2.—285 *quidquid deest* V. ed. Th. Ra. et omn. vet. exempl. eii edd. recent. *ejus* V. marg. 1.—286 *posse* Bas.—287 *nubes primum* Mus. B. 1. *nullos pro nubes* V. ed. Th. Ra.—288 *Corpore* V. ed. Th. Ra. ac Mus. B. 2.—290 *cuique* V. ed. Th. Ra.—291 *novo deest* Mus. B. 2.—292 *Ut* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—294 *vi* V. ed. Th. Ra.—295 *Quæ* V. ed. Th. Ra.—296 *Numina O. lychni* Mus. B. 2.—297 *Fulguribus* P. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. *pignes*

#### NOTE

284 *Subpeditatque novo, &c.*] Sic vs. 661. et iv. 375. 'Semper enim nova se radiorum lumina fundunt, Primaque disperunt, quasi in ignem lana trabatur,' &c.

285 *Quidquid*] Quidque, quodlibet, quodque. Sic vs. 292. et vs. 306.

287 *Subcedere soli*] Subjici soli : subire solem : succedere sub solem.

290 *Qua nimbei quomque*] Tmesis vocabuli, quacumque.

292 *Primum jactum fulgoris*] Metaphora est. Sic passim vocat lucem,

tela lucis.

293 *In sole*] Ad solem, in solis luce.

294 *Subpeditet*] Absolute submendandum ; i. e. suppetat, subministret, supp. lucem, in qua res videri possint.

296 *Pendentes lychnei*] Sic Virg. *Æn.* i. 'dependent lychni laquearibus aureis.'

297 *Fulguribus*] Fulguribus, II. 327. 332.

*Tedæ*] Faces, lampadæ. Vide II. 387. et III. 1031.

Consimili properant ratione, ardore ministro  
 Subpeditare novum lumen, tremere ignibus instant ;  
 Instant, nec loca lux, inter quasi rupta, relinquit : 300  
 Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ei  
 Exitium celeri celeratur origine flammæ.  
 Sic igitur solem, lunam, stellasque, putandum  
 Ex alio atque alio lucem jactare subortu,  
 Et primum quidquid flammaram perdere semper ; 305  
 Inviolabilia hæc ne credas forte vigere.

Denique, non lapides quoque vinci cernis ab ævo ?  
 Non altas turreis ruere, et putrescere saxa ?  
 Non delubra Deum, simulacraque, fessa fatisci ?

*pingues plurimo fumo, pari modo festinant subministrare tibi novam lucem, ministerio ignis, et celerant micare fulgoribus : celerant, inquam, neque lumen veluti interturbatum deserit loca, ubi est : adeo celeriter damnus lucis sustentatur a cunctis illius ignibus, subortu subito novæ lucis. Ita ergo credendum est solem, lunam, et sidera mittere lumen ab alio, et alio exortu lucis, et emittere continuo primam quamque lucem ; ne festinæ putas has res manere semper integras. Tandem nonne vides etiam ista labefacta a temporis longinquitate ? Nonne vides celos turres corruiere, et lapides putrescere ? Nonne vides fana, et statuas Deorum*

V. ed. Th. Ra.—298 *properant* P. Bodl. Mus. B. 3. *referam* Mus. B. 2. *preferant* reliqui.—299 *instar* Mus. B. 2.—300 *Priscant* Mus. B. 2. *empta* pro *rupta* Mus. B. 3.—301 *properant* Mus. B. 1. *ei* Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *ejus* vulg.—302 *celeratur* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Voss. marg. *toleratur* P. V. ed. Mus. B. 2.—303 *stellas* Vind. *putandum est* Cant. V. marg. 1.—304 *sub ortu* P. V. ed. O. Mus. B. 1. Cant. Gryph.—305 *prima* V. ed. Th. Ra. *flammaram* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Mar. V. marg. 1. Ferr. *flammai* P. Vind. Bodl. Ald. Bip. Hav. Delph. *flamma* V. ed. Th. Ra. *flammae* Mus. B. 2.—306 *neo* V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—308 *Nonne* P. in not. *terris* V. ed. Th. Ra.—309 *fessa* Fab.—310 *pro-*

## NOTE

299 *Subpeditare*] Præbere, subministrare. Active sumitur. Sic vs. 284.

300 *Inter quasi rupta*] Tmesis ; quasi interrupta.

305 *Primum quidquid flammaram*] Primam quamque flammam : vs. 285. not.

306 *Hæc*] Solem, lunam, stellas, &c.

307 *Denique, non lapides, &c.*] Non contentus Poëta præcipuas mundi partes induxisse, quas et nativas et mortales docuit, his 12. vs. jam minores alias partes affert, sive quæ

arte tractentur, sive quæ naturæ suæ relinquuntur ; quas etiam et nativas et mortales esse contendit. Validissima ergo profert saxa, quæ vel sculpta in Deorum statuas, vel secta in eorundem templa, aut hominum monumenta, vel etiam neque in rupibus suis annexa, tandem ævo tamen vincuntur, senescunt, corrumpunt, et deterruntur. Quæ si forent æterna, sane in æternum injurils temporis reluctari potuissent.

309 *Fessa*] Fracta ævo.

*Fatisci*] Frangi, defetisci.

Nec sanctum numen fati protollere fineis 310

Posse, neque advorsus naturæ foedera niti ?

Denique, non monimenta virum dilabsa videmus ?

Quærere, proporro, sibi quomque senescere credas.

Non ruere avolsos silices a montibus altis ;

Nec validas ævi vireis perferre, patique, 315

Finiti? neque enim caderent avolsa repente,

Ex infinito quæ tempore pertolerassent

Omnia tormenta ætatis, privata fragore.

Denique, jam tuere hoc, circum superaque, quod omne

*fractas ævo cadere? Neque angustam potentiam fati posse proferrè terminos vitæ? Neque posse resistere contra leges naturæ? Demum nonne cernimus monimenta hominum prolapsea tandem corrui, et celeri ruina consensescere? Nonne videmus saxa abstracta de celsis montibus cadere, neque posse tolerare ac ferre firmas vires temporis limitati? Neque enim abstracta ruarent subito, quippe quæ exæmia tali casu pertulissent ab æterno tempore omnes impetus avi. Demum nunc*

\*\*\*\*\*

*tolere* Vind. Voss. L. B. Mus. B. 3. *protollere* Voss. vet. *protollere* Junta. ed. *procellere* reliqui.—312 H. vs. delendum censet Fab. *monimenta* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *monimenta* vulg.—313 Spurius censet Lamb. *Cedere* vulg. *sibi omni* V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Th. Ra. *subitotoque* P. *sibi omni* Mus. B. 2. *Quæ ruere proporro ibi conque senescere credas* Voss. marg. *Omnia ut porro* Fab. *subitotoque senescere casu* vulg.—314 *avolsos* Vind. V. ed. O. et edd. recent. *salices* Mus. B. 2.—315 *Non* Mus. B. 2. O. *patique* V. ed. Th. Ra.—319 *ruere* Gryph. marg. Bas. marg. P. O. Ald. *quæ deest* V. ed. Th. Ra. *quod deest* Vind. *omne* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. S. Cant. V. marg. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *omnem* Vind.

#### NOTE

310 Numen fati] Namque, ut fusi-  
sus docui in Manil. l. 1. annot. pris-  
ca gens hominum subijci voluit fato  
Deos, et homines, et creaturas omnes  
tum animatas, cum inanimatas: cu-  
jus leges nemo frangere valeat.

*Protollere*] Proferre. Alludit ad  
hunc versum l. 77. 'Finita potestas  
denique quoique Quam sit ratione,  
atque alte terminus hærens.' Lambi-  
nus legit *procellere*.

312 *Denique, &c.*] *D. n. m. v. delapsea*  
*videmus Cedere proporro, subitotoque a. ca-*  
*su?* Ita Lambin. et alii plures legunt  
et interpungunt hos duos versus. Pa-  
reus vero et alii posteriorem delendum  
censent; quia sic habent veteres co-

dicēs: *Denique non monimenta virum*  
*delapsea videmus, Quærere proporro sibi*  
*conque senescere credas.* Cujus poste-  
rioris versus sensum sic interpretan-  
tur: ut credas ea quærere sibi ali-  
quando senectutem. Quæ sententia  
nihil ad mentem Poëtæ hic facit. Un-  
de delendum hanc versum putant.

317 *Quæ*] Quippe quæ, si.

318 *Tormenta*] Impetus. Metapho-  
ra est ducta a tormentis bellicis.

319 *Denique, jam tuere, &c.*] His 6.  
vs. inducit etiam cælum ipsum,  
quod, cum rerum omnium parens a  
cunctis dicatur, corruptibile etiam  
esse necesse est. Quod enim auget  
et alit res ex se, illud mortale esse

Continet amplexu terrarum ; procreat ex se 320

Omnia, quod quædam memorant, recipitque perempta :

Totum nativum mortali corpore constat.

Nam, quodquomque alias ex se res auget, alitque,

Deminui debet ; recreari quom recipit res.

Præterea, si nulla fuit genitæ origo 325

Terrarum et cæli, semperque æterna fuere ;

Quur supra bellum Thebanum, et funera Troiæ,

Non alias alieci quoque res cecinere poëtæ ?

*intuere illud, quod circa et supra complectitur ambitu totam terram ; quod progignit ex se res cunctas, (ut quidam aiunt,) et quod excipit res interemptas ; illud, inquam, totum genitum est, et componitur ex corpore obnoxio morti. Namque id omne, quod procreat, et nutrit res alias ex seipso, debet decreescere ; et augescere iterum, quando recipit res novas. Deinde si nullus fuit ortus genitabilis terrarum et cæli, et semper fuerant æterna, quare poëtæ non cantaverunt aliquid ante bellum Thebanum, et cladem Trojæ, aut alii etiam poëtæ non cantaverunt alias res ?*

\*\*\*\*\*

Bodl. et edd. vulg.—320 *terrarum* Mus. B. 1. *terrai* P. Ald. *terram* quod edd. vulg. *quæ terram* Mus. B. 3. *quod terram* Cant.—323 *quocunque* P. sed corr. in not.—324 *Diminui* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Bas. marg. Mar.—326 *Terrarum* P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. *Terrai* Vind. et edd. vulg.—327 *Qur* Mus. B. 2. *Cur* vulg. *supra* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *supera* vulg. *Troianum* Mus. B. 2.—328 *aliquoque* Voss. vet. et L. B. *alias quoque* Ferr. *aliasque* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. *tenuere* V.

#### NOTÆ

debet ; cum res generando sibi aliquid detrahatur. Similiter, cum res recipiat, debet quoque recreari et regenerari.

*Tuere*] Tertie conjug. tuor, eris : et secundæ conjug. tueor, eris, dicitur.

*Hoc*] Nempe cælum, quod tanquam rerum pater creditur. Ennius, ‘Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.’

321 *Quædam memorant*] Poëtæ, qui fingunt cælum antiquissimum Deorum, qui terram sororem duxerit in uxorem ; unde pater rerum omnium creditur.

325 *Præterea, si nulla fuit, &c.*] His 6. vsa. aliud profert argumentum, quo probare conatur cælum et terram,

hoc est, mundum ipsum, non ab æterno fuisse. Alias enim, inquit, car Poëtæ alli non aliquod aliud bellum cecinere ante bellum Thebanum aut Trojanum? Neque enim credere fas est hæc prima extitisse bella, aut non alios extitisse poëtæ, qui alia cecinerint. Quæ igitur ceciderant illa priora virorum præclare facta? Eodem argumento utitur Macrobius II. in Somn. Scip. adversus mundi æternitatem.

*Genitæ*] Principialis, quæ initium habeat.

327 *Supra* [*Supera*] *Supra* ; ante.

*Thebanum*] Thebanum quippe bellum antiquius fuit Trojano. Macrobius citatus.



Quo tot facta virum totiens cecidere; neque usquam,  
Æternis famæ monumentis insita, florent? 330

Verum, ut opinor, habet novitatem summa recensque  
Natura mundi est; neque pridem exordia cepit.

Qua re etiam quædam nunc artes expoliuntur;  
Nunc etiam aulescunt: nunc addita navigiis sunt  
Multa; modo organice melicos peperere sonores: 335

Denique, natura hæc rerum, ratioque, reperta est  
Nuper; et hanc, primus cum primis ipse repertus  
Nunc ego sum, in patrias qui possim vortere voces.

Quod, si forte fuisse antehac eadem omnia credis,

*Quo præclare gesta toties tot virorum perierunt? neque ullibi insculpta sempiternis monumentis famæ vigent? At, ut puto, mundus habet novitatem; et nova est natura mundi, neque paulo ante sumisit initia. Quamobrem etiam quotidie artes quædam perficiuntur: quotidie quoque augentur: nuper plurimæ res additæ sunt navigationi: nuper musici invenerunt sonos dulces. Tandem hæc species naturæ, et hæc cognitio rerum recenter inventa est; et ego ipse prior sum naturæ priores inventus, qui quædam traducere hanc rationem rerum in sermones patrios. Quod si fortasse putas easdem res cunctas extitisse antea; sed*

ed. Th. Ra.—329 *totiens* Vind. V. ed. Th. Ra. O. Cant. *toties* vulg. *tot res* Sus. *neque* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. V. marg. 1. *neq* vulg. *ne* V. ed. Th. Ra.—330 *monimentis* P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *monumentis* vulg. *forent* Ferr.—332 *mondi* Mus. B. 2. *mundi est* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. *est mundi* edd. vulg.—333 *partes* Cant.—335 *melitos* Mus. B. 1. 2. 3. et O. a pr. m. *peperere* V. ed. Th. Ra.—336 *ac rerum* Mus. B. 1.—337 *hæc pro hæc* Mus. B. 1.—338 *sum* deest V. ed. Th. Ra. Bodl. *possem* Mus. B. 1. *possum* Lactantius, III. 16.—339 *fuisset* Mus. B. 2. *ante hoc* O. Mus. B. 1. *ante ac*

## NOTE

331 *Verum, ut opinor, &c.*] His 8. vs. continetur aliud argumentum, quod potius responsum est ad superiorem peruncationem. Quasi diceret; nil mirum si novæ sint artes, si recenter expoliuntur, v. g. navigatio, musica, poësis, &c. Scilicet, quia recens est ipse mundus, nec ab æterno fuit. Lactant. III. 16.

*Summa*] Mundus.

335 *Organice*] Musici, fidicines, tibicines, citharædi, &c. II. 412.

336 *Natura hæc rerum*] Hæc philosophia, hæc rerum cognitio, quam ego primus in Latinum sermonem verto.

337 *Primus*] Idem de se jam sæpi-

us prædicavit, I. 925. et sub initium lib. IV.

*Cum primis*] In primis, e primis, inter primos. Sic I. 181. 717. II. 536. &c.

338 *Patrias*] Latinas.

339 *Quod, si forte fuisse, &c.*] His 13. vs. arguit ex concessis, aut concedendis, mundum non esse immortalem. Si enim, inquit, concedas multa oppida aut igne, aut inundatione, aut terræ motu corruisse; hominumque gentem variis casibus peremtam esse; quarum tamen rerum memoria perierit: sane concedere debes universum mundum fore periturum, si major causa incubærit. Sicut enim

Sed periisse hominum torrenti secla vapore, 340  
 Aut cecidisse urbeis magnæ vexamine mundi,  
 Aut ex imbris adsiduis exisse rapaceis,  
 Per terras, amneis, ac oppida cooperuisse;  
 Tanto quique magis, victus, fateare necesse est,  
 Exitium quoque terrarum, cœlique, futurum. 345  
 Nam, quom res tantis morbis tantisque periclis  
 Tentarentur, ibei si tristior incubuisset  
 Causa, darent late cladem, magnasque ruinas.  
 Nec ratione alia mortales esse videmur  
 Inter nos, nisi quod morbis ægrescimus iidem, 350  
 Atque illei, quos a vita Natura removit.

*interiisse illas igne comburente gentem humanam: vel civitates corruiſſe vehementi motu uniuersæ: vel ex continuis pluuiis exitiſſe rapidos fluuios per terras, et obruiſſe urbes; eo magis ſcilicet oportet ut convictus conſitearis, cladem etiam terrarum ac cœli venturam. Etenim ſi, ubi res vexarentur tantis malis, tantisque discriminiſus, ibi tunc grauior cauſa adueniſſet, ſane dediſſent exitium, et ingentes ubique clades: neque ob aliam cauſam videmur eſſe mortales inter nos, niſi quia laboramus iſdem morbis, quibus ii laborarunt, quos natura auocauit a*

~~~~~

Ferr. V. ed. Th. Ra.—340 *periſſe* V. ed. Cant. Th. Ra. *omnium t. s. vapore* V. ed. Th. Ra.—341 *credidiſſe* V. ed. Th. Ra.—343 *ac* P. V. ed. O. Mus. B. I. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *at* Voss. vet. et L. B. *atque* vulg. *cooperuiſſe* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *cooperuiſſe* Cant.—344 *quique* Voss. marg. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. *quippe* reliqui. *victa* Mus. B. 2. *fatear* Vind.—345 *terrai* edd. vulg.—348 *daret* Mus. B. 2. *tristesque* minas Gassend.—350 *ægrescimus* P. Vind. Voss. vet. et L. B. V. ed. O. Cant. Ald. *ægriſcimus* vulg. *iidem* vel *idem* omu. vet. exempl. *iſdem* edd. vulg.—351 *quod* *avita* V. ed. Th. Ra. *quos* *avita* O.

#### NOTÆ

credimus inter nos morti eſſe obnoxios, quia iſdem laboramus morbis, iſdemque tentamur periclis, quibus et laboraverant et tentati ſunt, qui jam mortem obierunt: ita quia mundus ſeu mundi partes vexantur iſdem motibus, tentantur iſdem malis, quibus vexantur et tentantur ea, quæ perierunt, ac pereunt quotidie, ſane fatendum eſt mundum totum interitarum aliquando, ſi maior incubuerit cauſa. Negat autem Ariſtoteles hoc eſſe metuendum de mundo: quinimmo ait diluuiiones aquarum, et incendia, deſagrationsque terrarum

ad uniuersæ ſalutem afferre. Scilicet mundum æternum ceſſuit. Quæ Ariſtotelica doctrina repugnat et Fidei Chriſtianæ et ceterorum fere philoſophorum opinionum.

340 *Hominum secla*] Gentes humanas, I. 21. 468. 591. 1091. et alibi paſſim.

*Torrenti vapore*] Calore edarente. I. 491. II. 149. 857. &c.

341 *Vexamine mundi*] Motibus terrarum.

347 *Tentarentur, &c.*] Sic I. 632. loquitur.

Præterea, quæquomque manent æterna, necessum est,  
 Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,  
 Nec penetrare pati sibi quidquam, quod queat artas  
 Dissociare intus parteis; ut materiali 355  
 Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante:  
 Aut ideo durare ætatem posse per omnem,  
 Plagarum quia sunt expertia sic ut inane est,  
 Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum:  
 Aut etiam, quia nulla loci sit copia circum, 360  
 Quo quasi res possint discedere, dissoluique;  
 Sic ut summarum summa est æterna, neque extra  
 Qui locus est, quo dissiliat: neque corpora sint, quæ  
 Possint incidere, et valida dissolvere plaga.

*vita. Deinde ea omnia, quæ sunt immortalia, oportet vel, quia constant solido corpore, ut repellant plagas, nec tolerant aliquid intrare intus in corpora, quod possit dissolvere intrinsecus partes connexas, qualia sunt corpuscula prima materia, quorum demonstravimus naturam supra: vel ut idcirco queant permanere per omne ævum, quia non sunt obnoxia ictibus, veluti est inane, quod est intactile, et quod nullatenus labefactatur a plaga: vel etiam quia nullum est spatium circa, in quod res veluti queant dissilire et perire, quemadmodum universum ipsum est immortale et extra quod nullum est spatium, in quod res discedant: neque res sunt illæ, quæ queant incidere, et disgiungere illud vehementi ictu. Verum, ut ostendi, neque natu-*

Cant.—352 *necessum* Voss. vet. *necesse* reliqui.—354 *artas* V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. *artas* V. marg. 2. *artis* Mus. B. 2. *artas* vulg.—355 *Dissociare* Mus. B. 2. et Cant. V. marg. 1.—357 *Aut* V. ed. Th. Ra. Bodl.—359 *vitandum* V. ed. Bodl. Th. Ra. *figitur* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *frangitur* O. Mus. B. 1. Gryph. Nard. Bas. Delph. V. marg. 1.—362 *summa* Gassend.—363 *Qui* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Cant.

## NOTE

352 *Præterea quæquomque, &c.*] His 29. vs. eodem utitur argumento adversus mundi immortalitatem, quo usus erat III. 808. et seqq. adversus animarum immortalitatem. Immo hi 23. vs. priores lidem hic repetuntur. Sic igitur arguit: Æterna sunt, vel quæ tam solido constant corpore, ut ictus respuant, neque plagis dissolvi queant, quales sunt atomi, quæ solidissima sunt corpora: vel quæ plagarum sunt expertia, quale est inane: vel quæ spatium non habent, quo

diffugiant, et unde dissolvantur, quale est universum, quod extra se spatium non habet, quo diffugiat, aut dissolvatur. Atqui mundus seu mundi pars quæque non est solido corpore constans, ut atomus; quia admixtum est in rebus inane. Neque ut inane est. Neque deest spatium aut quo diffugiat quæque mundi pars, aut unde corpora incidant, quæ validis plagis quamque rem dissolvant. Sed de ceteris consule annotationes nostras ibi III. 808. et seqq.

*Delph. et Var. Clas.*

*Lucret.*

2 Q

At neque, utei docui, solido cum corpore mundi 365  
 Natura est, quoniam admixtum est in rebus inane;  
 Nec tamen est ut inane; neque autem corpora desunt,  
 Ex infinito quæ possint forte coorta  
 Conruere hanc rerum violento turbine summam,  
 Aut aliam quam vis cladem inportare pericli: 370  
 Nec porro natura loci, spatiumque profundi,  
 Deficit, exspargi quo possint mcenia mundi;  
 Aut alia qua vis possunt vi pulsa perire.  
 Haud igitur leti præclusa est janua cælo,  
 Nec soli, terræque, neque altis æquoris undis; 375  
 Sed patet inmani, et vasto respectat, hiatu.  
 Qua re etiam nativa necessum est confiteare  
 Hæc eadem: neque enim, mortali corpore quæ sunt,  
 Ex infinito jam tempore adhuc potuissent  
 Immensi validas ævi contemnere virois. 380

*ra mundi hujus constat solido corpore, siquidem inane intermixtum est rebus: neque tamen est veluti inane: neque corpora vero desunt, quæ fortasse egressa ex immenso spatio queant evertere hanc molem rerum vehementi concussione, vel quodlibet aliud quoque exitium discriminis inferre: neque etiam natura spatii aut locus immensus deest, in quem ambitus cæli queant ejici, vel vexati qualibet alia violentia queant intrare. Non ergo porta mortis clausa est cælo, neque telluri, neque profundis aquis maris: verum patefacta est, et latis atque ingentibus faucibus respicit. Quamobrem oportet ut fatearis has easdem res habere quoque exortum. Etenim ea, quæ constant corpore perituro, nondum potuissent jam ab infinito ævo*

Ferr. Th. Ra. Quis reliqui.—365 tum c. mundi Mus. B. 2.—366 quom V. ed. Th. Ra. quo Mus. B. 2. quomodo V. marg. 1. quoniam admixtum est in rebus inane Nec tamen est desunt Vind.—367 ante corpora Mus. B. 2.—368 fonte Mus. B. 1. coorta P. Mus. B. 3. Hav. Ald. Bip. coperta Voss. vet. et L. B. Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. coporta V. marg. 2.—369 Cernere Mus. B. 2. Prorueri edd. vulg.—370 Ef V. ed. Th. Ra.—372 Deficit V. ed. Th. Ra. expergi P. Ald. Bip. exspargi Vind. possunt V. ed. Th. Ra.—373 possunt Voss. vet. et L. B. O. Cant. possint reliqui.—375 neque Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. nec reliqui.—376 spectatur Mus. B. 2.—377 et pro etiam Mus. B. 2. natura Mus. B. 2. Cant.—378 quo sunt Delph.—380 contendere Cant.—381 Deinde

## NOTE

372 *Mania mundi*] Ambitus cæli, cælum. Sic vs. 374. lib. 1. 74. &c.

377 *Qua re etiam, &c.*] His 4. vs. concludit hæc eadem, nempe cælum, solem, terram, et mare pariter esse

nativa, atque initium habere, quoniam mortalia sunt. Quod enim mortale est, id nativum fuerit necesse est. Igitur mundus non æternus, sed nativus est.

Denique, tanto opere inter se quom maxuma mundi  
 Pugnent membra, pio nequaquam concita bello ;  
 Nonne vides aliquam longi certaminis ollis  
 Posse dari finem ? vel, quom sol et vapor omnis,  
 Omnibus epotis humoribus, exsuperarint ; 385  
 Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur ;  
 Tantum subpeditant amnes, ulroque minantur  
 Omnia diluviare ex alto gurgite ponti ;

*apernere fortes vires temporis infinit. Tandem, quoniam præcipua partes mundi certant inter se, concitata quidem impio bello, nonne cernis aliquem modum diuturnæ pugnae posse fieri illis? quod fortasse fiet vel ubi sol et totus ejus calor vicerint, omnibus liquoribus aquarum exhaustis; quod quidem certant facere; sed que tentata nondum perficiuntur, usque adeo fluvii suppetunt, et sponte sua minantur obruere res cunctas diluvis exæstantes de profundo abyso maris: frustra*

Mus. B. 2. quom deest Mus. B. 2.—382 Pugnēt Mus. B. 2. pio deest V. ed. Th. Ra.—383 aliqua Mus. B. 2. longo O. Mus. B. 1. certamine solis V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. certamine ollis Ferr. V. marg. certamina solis Mus. B. 2. 3. ollis Vind.—384 solet V. ed. Th. Ra.—385 e potis Ferr. V. ed. Th. Ra. humoris Mus. B. 2.—387 Deest V. ed. Th. Ra. ultrayus P. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Ald.—388 diluvia recalto Vind. delinmare ex alto O. deluviare ex alto Mus. B. 2.—389

## NOTÆ

381 *Denique, tanto opere, &c.*] His 86. vsa. continetur ultimum argumentum adversus mundi æternitatem et immortalitatem. Illud autem deducit Lucretius a pugna continua præcipuarum mundi hujus partium inter se. Cum enim modo incendia, modo eluvies superent, existimat Poëta tandem evincere posse, ut cum totius mundi ruina bellum hoc terminetur. Vel enim, inquit, sol et calor, epotis omnibus aquis, superabant, reciditque tempus Phaëthontis, quod fabulantur poëtae, quantumvis reluctantur amnes, mineturque pontus diluvium toti terrarum orbi. Vel tandem humor superabit rursus, qualis tempore Deucalionis superior fuisse fingitur. Quapropter tunc univervam aut flammis in prædam concedet, aut aquis obrutum mergetur. Observabis autem Lucretium, cum et incendia

magna mundo contingere exemplo Phaëthontæ, et diluvia erumpere pari ratione ex Deucalioneo probare potuisset, noluisse tamen hæc Deorum interventu aut fieri aut cessare, sed ex naturali causa pendere.

*Maxima mundi membra*] Elementa.

382 *Pio nequaquam*] Impio; quia bellum hoc civile et intestinum est.

383 *Ollis*] Antique, pro *illis*.

384 *Vapor*] Calor, ut, passim monui.

385 *Epotis*] Exhaustis.

*Exsuperarint*] Superiores fuerint.

386 *Conata*] Tentata; substantive. Sic Attius apud Nonium, 'Ego incipiam, conata exequar.' I. e. conamina.

387 *Tantum subpeditant*] Usque adeo suppetunt aquas.

388 *Diluviare*] Diluvio obruere.

Nequidquam : quoniam, verrentes æquora, ventoi  
 Deminuunt, radiisque retexens ætherius sol ; 390  
 Et siccare prius confidunt omnia posse,  
 Quam liquor incepti possit contingere finem.  
 Tantum spirantes æquo certamine bellum,  
 Magnis de rebus inter se cernere certant ;  
 Quom semel interea fuerit superantior ignis, 395  
 Et semel, ut fama est, humor regnarit in arvis.  
 Ignis enim superavit, et ambens multa perussit,  
 Avia quom Phaëthonta rapax vis solis equorum  
 Æthere raptavit toto, terrasque per omneis.

tamen, siquidem venti stringentes maria minuunt aquas, et sol ærius revocans eas calore suo : et sperant posse exsiccare cuncta, antequam humor queat assequi finem sui cepti. Agitantes tam magnam pugnam æquo Marte contendunt decernere inter se de magnis rebus, eo quod ignis semel fuerit potentior in terra : aqua vero, sicut rumor est, superior fuerit semel in agris. Etenim ignis vicit, et corrodens combussit multas res, quando valida vis equorum solis deflectens a recta via traxit Phaëthonta per totum æra et per cunctas terras. Verum omnipotens genitor tunc

quom Ferr. V. ed. Th. Ra. comodo Mus. B. 2. verrentes V. ed. Th. Ra.—390 Diminuunt P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. Th. Ra. Ald. que deest V. ed. Th. Ra.—391 Exsiccare Mus. B. 2.—392 possint Mus. B. 2.—394 tentant Mus. B. 2.—395 interea Voss. L. B. O. Mus. B. 1. tajecta V. marg. 1. in terra reliqua exempl.—396 regnavit Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. superavit Gassend.—397 ambens P. in not. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. ambiens P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Nard. Bas. ambies Mus. B. 2. ambem Cant. sed ambiens a rec. m. in marg.—398 Phætontana Vind. Phætonta V. ed. O. Th. Ra.—399 terrasque perussit Gassend.—400 cum Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet.

## NOTÆ

389 Quoniam, verrentes, &c.] Hi 2. vsa. positi sunt supra vs. 267. 268. Consule locum, et notas ibi.

394 Cernere] Decernere, controversiam dijudicare ac finire. Sic Ennius, 'Ferro non auro vitam cernamus utrique.' Idem, 'Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere.'

395 Superantior] Superior, potentior, validior.

397 Ambens] Ambedens, ab ambedo. Compositum ab edo, edis, vel ea. Sic ambeasse, pro ambedere.

398 Avia quom Phaëthonta, &c.] Fabulam hanc, quæ nota est, longa carminum serie prosecutus est Ov. II.

Met. Quid vero significet hæc fabula, docuit Plato in Tim. his verbis :

' Nam quod etiam apud nos dicitur, Phaëthontem olim, Solis filium, patri curra juncto, propterea quod non potuerit patria vis aurigare, et ea, quæ sunt in terra, exussisse, et ipsum fulmine percussam perussisse, hoc quidem dicitur per fabulæ figuram. Revera autem significatur et eorum, quæ sunt in terra, eorumque, quæ in cælo et cum cælo moventur, immutatio : tum is, qui fit longo intervalle interposito rerum, quæ in terra sunt multis ignibus grassantibus, interitus.' Sic Arist. de Mundo IV.

At pater omnipotens, ira cum percitus acri, 400  
 Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu  
 Deturbavit equis in terram; solque, cadenti  
 Obvius, æternam suscepit lampada mundi:  
 Disjectosque redegit equos, junxitque trementeis:  
 Inde suum per iter, recreavit cuncta, gubernans; 405  
 Scilicet, ut veteres Graiū cecinere poetæ:  
 Quod procul a vera nimis est ratione repulsum.  
 Ignis enim superare potest, ubi material  
 Ex infinito sunt corpora plura coorta:  
 Inde cadunt vires, aliqua ratione revictæ; 410  
 Aut pereunt res, exustæ torrentibus auris.

Humor item quondam cœpit superare coortus,  
 Ut fama est, hominum multos quando obruit undis.

*commotus gravi ira dejecit ex equis in terram subito ictu fulminis audacem Phaëthonta; et sol succedens delapso Phaëthonti sustinuit æternam facem mundi, et reducit equos desperas et alligavit trepidantes adhuc: postea ducens illos per solitam suam viam exhilaravit omnia, nimirum sicut antiqui Græcorum poeta cantaverunt. Quod tamen longe remotum est a veritate rei. Namque ignis potest vincere in ea parte, in qua plurima corpuscula materia exorta sunt ex immenso spatio: postea vires illius vicissim superatas ab aliqua causa minuantur; vel res combusta flatibus ardentibus intereunt. Aqua similiter suborta olim incepit vincere, sicut rumor est hominum, cum scilicet sepellit plures civitates. Postea cum vis*

et L. B. Ferr. Th. Ra. tum reliqui.—401 *Phætonta* Vind. Ferr. *Phætonta* V. ed. Th. Ra.—402 *soli* Cant. *cadentis* P. Ald. Bas. marg.—403 *suscepit* Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 2. Lamb. Fab. Creech. *suscepit* vulg.—404 In Vind. syllabæ *æque* re erasæ fuerunt.—405 *summi* pariter V. ed. Th. Ra. *summam* per iter Mus. B. 2.—406 *Deest* Vind. *gratum* pro *Graïū* Mus. B. 2. V. marg. et Mus. B. 3. a man. sec.—407 *veris* animis est Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. *verè* est animi P. O. Mus. B. 1. et vulg.—410 *revinctæ* P. Ald. *rejunctæ* V. ed. Th. Ra. *revicta* O. Mus. B. 1.—413 *hominem* Mus. B. 2. *multas* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. *undas* Vind. *urbis* Mus. B. 1. 2. *urbis* vulg.—414.

## NOTÆ

400 *At pater omnipotens*] Jupiter.  
 401 *Repenti*] Repentino. Sic Cicero *Tusc. III.* ‘*Quamquam hostiam re-  
 peps adventus magis aliquando con-  
 turbat, quam expectatus.*’  
 403 *In terram*] Verum, ut ait Ovi-  
 dius, excepit Phaëthonta Eridanus  
 fluvius.  
*Cadentis*] Nemphe Phaëthonti.  
 407 *Quod procul, &c.*] Hic vs. posi-  
 tus est II. 644.

408 *Materiali*] Atomorum, primo-  
 rum corporum.  
 409 *Ex infinito*] Ex immenso man-  
 di spatio, per quod atomi volitant  
 perpetuo. Sic vs. 415. Sic I. 1061.  
 &c.  
 410 *Revictæ*] Vicissim victæ.  
 413 *Ut fama est, [Ut fama est] homi-  
 num, &c.*] Ita Lambinus. At Pareus  
 et alii quidam: *Ut fama est, hominum  
 multos quando obruit undis.* Quæ lec-

Inde, ubi vis, aliqua ratione avorsa, recessit,  
 Ex infinito fuerat quæquomque coorta,  
 Constiterunt imbres, et flumina vim minuerunt.

415

Sed, quibus ille modis conjectus materiai  
 Fundarit terram, et cœlum, pontique profunda;  
 Solis, lunai, cursus; ex ordine ponam.

*ejus recessit deflexa ab aliqua causa, quæcumque exorta fuerat ex immenso spatio, pluvia cessaverunt, et fluvii diminuerunt suum impetum. Verum nunc exponam ex ordine, quibus rationibus ille cætus atomorum fabricaverit cœlum, et terram,*

~~~~~

Unde P. V. ed. Th. Ra. Ald. ubi deest Mus. B. 2.—416 *Constituerunt* Vind. Mus. B. 2. 3. Cant. *nubes* Gassend.—417 *conlectus* Gif.—418 *terram et cœlum* P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. marg. et deest Mus. B. 1. *cœlum ac terram* O. et edd. vulg.—419 *Solis lunai* Voss. vet. O. Mus. B. 1. Cant. *Solis lunæ* Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. 2. 3. *Solisque*

## NOTE

tio proba quoque videtur. Hoc autem intelligitur contigisse tempore Deucalionis, quo tempore terra aquis obruta natavit. Quæ fabula quoque nota est.

416 *Constituerunt*] H. e. repressi sunt et cohibiti. Penultima autem brevis est; sic vs. 194. 'deciderunt.'

417 *Sed, quibus ille modis, &c.*] Hactenus de mundi exortu et interitu. Sat igitur probasse sibi videtur Poëta mundum et nativum et mortalem esse; quod sibi proposuerat demonstrandum vs. 65. 'Quod superest, nunc huc rationis detulit ordo, Ut mihi mortali consistere corpore mundum, Nativumque simul, ratio reddenda sit, esse.' Nunc alteram, quæ sequebatur, promissi partem solvit. Namque sequenti vs. 68. simul pollicitus est edocturum, 'E quibus ille modis congressus materiai Fundarit terram, cœlum, mare, sidera, solem, Lunisque globum,' &c. Itaque ab hoc vs. 417. ad vs. 510. disputaturus est Poëta de modo generationis, quo cœlum, terra, mare, sol, luna, æther, et aër, ex atomorum concursu, con-

gressu, ac cœtu coorta sunt et compacta. His ergo 35. vs. primum ait casu et fortuito res cunctas ex atomis constituisse; dum nempe atomi ex infinito tempore suis concitæ ponderibus, aut plagis resiliences, varios cœtus inire satagebant. Dum vero, ita inter se convenirent percitæ atomi, docet neque terram, neque mare, neque cœlum, neque sidera extitisse: sed rudem quandam indigestamque molem. Ubi vero præcipuæ mundi partes inter se disjungi cœperunt, tunc cœlum affulsit, arida apparuit, congregatæ sunt aquæ in unum, &c. Sero itaque res cunctas crevisse vult Lucretius non solum ob diversa congressus atomorum impedimenta, sed etiam ob earundem cœuntium disparas figuras. Quo factum est ut neque ab æterno res extiterint, neque simul esse aut operari potuerint. De rerum autem præcipuarum exortu sigillatim est disputaturus.

418 *Pontique profunda*] Altum mare. Sicut alibi dixit 'vera viai,' pro vera via, 'ultima naturæ,' pro ultima natura, &c.



Nam certe neque consilio primordia rerum 420  
 Ordine se suo quæque sagaci mente locarunt;  
 Nec, quos quæque darent motus, pepigere profecto:  
 Sed, quia multa, modis multis, primordia rerum,  
 Ex infinito jam tempore percita plagis,  
 Ponderibusque suis consuerunt concita ferri, 425  
 Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,  
 Quæquomque inter se possent congressa creare;  
 Propterea fit, ut ei, magnum volgata per ævom,  
 Omnigenos cœtus, et motus, experiundo,  
 Tandem convenient ea, quæ, conventa, repente 430  
 Magnarum rerum fiunt exordia sæpe,  
 Terrai, maris, et cœli, generisque animantum.  
 Heic neque tum solis rota cerni, lumine largo,  
 Altivolans, poterat; nec magni sidera mundi,

*altum mare, et motus solis ac lunæ. Etenim profecto principia rerum neque providentia neque solerti animo disposerunt se quæque in ea dispositura, qua sunt; neque certe conveniant inter se de motibus, quos quæque redderent: verum cum plura principia rerum percussa ictibus jam ab infinito tempore diversisque modis, et percita sua gravitate solita sunt moveri, et congregari omnibus modis, et experiri res cunctas, quas scilicet valerent congregata simul effingere. Ideo fit, ut vagata per tempus infinitum pertentando motus et congressus omnis generis, demum ea cœtant, quæ congressa subito stant plerumque exortus magnarum rerum, nempe terræ, maris, et cœli, et gentis animalium. Ibi tunc temporis neque rota solis sublimè lata poterat videri cum profusa sua luce, neque stella magni mundi, neque*

*et lunæ P. et edd. vulg.—421 quæque suo atque sagaci P. Gryph. Bas. se quæque atque sagaci Vind. et edd. vulg. quæque suo sagaci V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. se nec quæque sagaci P. in not. quæque suo quamque sagaci Mus. B. 2. suoque quæque sagaci Voss. vet. ut in text. Voss. L. B.—423 multa modis P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. multimodis Hav.—427 intus Ferr.—428 fuit revoluta Mus. B. 2.—430 ea convenient quidam. convenient ea quæ conjuncta Creech. conveniant ea quæ conveniant P. quæ convenere P. in not. conjuncta Mus. B. 1. ut convenere edd. vulg.—431 stant P. O. Cant. Ald. stant Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Th. Ra. restant Mus. B. 1. Ferr. stant Hav. Bip. Delph. nempe pro sæpe Fab. Bentl.—433 His Macrob. vi. 2. tunc Mus. B. 2. cum Mus. B. 3. clero Macrob. vi. 2.—434 Altivolans Macrob.*

## NOTE

420 Nam certe neque consilio, &c.] ubi convenere. Non male, ut patet.  
 Hi 5. vsa. positi sunt l. 1020. Ea, snpp. prima corpora, primordia.  
 424 Ex infinito tempore] Ab æterno. Vulgares lectiones, Ea, quæ conventa.  
 428 Volgata] Volitantia, vagata. Vel, Ea, quæ conjuncta.  
 Sic iv. 75. 434 Magni sidera mundi] Stellæ  
 430 Ea, quæ, conventa [conjuncta] cœli.  
 Pareus et alii; bene. Lambinus, quæ

Nec mare, nec cœlum, nec denique terra, nec aër, 435  
 Nec similis nostris rebus res ulla videri :  
 Sed nova tempestas quædam, molesque, coorta.  
 Difugere inde loci partes cœpere, paresque  
 Cum paribus jungi res, et discludere mundum,  
 Membraque dividere, et magnas disponere parteis 440  
 Omnigenis e principiis ; discordia, quorum  
 Intervals, vias, connexus, pondera, plagas,  
 Concursus, motus, conturbat, prælia miscens,  
 Propter dissimileis formas, variasque figuras ;  
 Quod non omnia sic poterant conjuncta manere, 445  
 Nec motus inter sese dare convenienteis.  
 Hocc' est a terris altum secernere cœlum,  
 Et seorsum mare utei secretom, humorque, pateret ;  
 Seorsus item puri, secreteique, ætheris ignes.

*æquor, neque cœlum, nec tandem tellus, nec aër, nec res ulla per rebus, quas jam videmus, cerni poterat: verum recens tantum quadam procella et confusa massa nata erat. Ex quo loco partes inceperunt discedere, et res similes conjungi cum similibus, et distinguere mundum, et separare partes mundi, et locare ordine magna mundi membra, facta ex primordiis omnis generis; quorum primordiorum pugna perturbabat distantias, regiones, vincula, gravitatem, ictus, congressus, et motus eorum, agilians bellum, ob disparas formas, et diversas figuras, eo quod cuncta non poterant permånere illa congregata, nec reddere motus inter sese aptos; id est, separare cœlum ignis et mare a terris, ut separatim extenderetur segregata aqua in unum locum; et similiter discernere flammæ puri et segregati aëris separatim.*

P. Vind. *Atevolans* reliqui. *neque* Macrob.—435 *nec aër* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. Cant. Macrob. Ferr. Th. Ra. Ald. *neque aër* vulg.—438 *indus loci* Vind. in *duo loci* Cant. *indus loci* Voss. marg. P. in not.—442 *via* Vind. Mus. B. 2. *pondere* Vind. Mus. B. 2. 3. Ferr.—443 *conturbat* Cant. *turbat* reliq. omn. exempl.—446 *se sedare* Vind. Mus. B. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra.—447 *terris saltum* Mus. B. 2. *terris saltu* Mus. B. 3. *terris magnam* Delph. Macrob.—448 *sarsum* V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *seorsum* Voss. vet. et L. B. *rursum* Mus. B. 3. *secretum* P. Ald. *secrete* Ferr. V. ed. Th. Ra. Hav. Bip. Delph. *humorque* P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *humore* vulg.—449 *Seorsum puri*

## NOTE

437 *Nova tempestas, &c.*] I. e. confusio quædam cæca atomorum, et indigesta moles, ut ait Ovid. 1. *Metam.*

438 *Inde loci*] Ex quo loco. Sic Ennius, 'interea loci.' Sic Pacavius, 'ubi loci.' Plautus, 'quo loci.' Sic infra Lucretius vs. 740. 780. vel, ut interpretantur omnes, Ex quo tempore.

439 *Discludere*] Discernere, distinguere, disparare. Sic vi. 239. et III. 172.

440 *Membra*] Partes.

442 *Intervals, vias, &c.*] De his omnibus atomorum qualitatibus, quas vocant, disputatissima est fusiua II. passim.

Quippe et enim primum terrai corpora quæque, 450  
 Propterea quod erant gravia, et perplexa, coibant  
 In medio, atque imas capiebant omnia sedes :  
 Quæ, quanto magis inter se perplexa coibant,  
 Tam magis expressere ea, quæ mare, sidera, solem,  
 Lunamque, ecficerent ; et magni mcenia mundi. 455  
 Omnia enim magis hæc e lævibus atque rotundis  
 Seminibus, multoque minoribus sunt elementis,  
 Quam tellus : ideo per rara foramina terræ,  
 Partubus erumpens, primus se substulit æther

*Namque principio corpuscula prima singula terræ, eo quod erant prædita pondere et implicata, congregabantur, et singula sumebant sibi inferiora loca in medio. Quæ quidem quo magis inter se implicita conveniebant, eo magis elicerunt ea corpuscula, quæ crearent aquor, stellas, solem, et lunam, et ambitus immensi cæli. Namque hæc res omnes constant ex primordiis magis levigatis et globosis, et ex principiis longe minoribus, quam terra. Idcirco cælum stelliferum cæliq; e partibus terræ*

Mus. B. 2.—452 *In medio atque* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. O. *In medioque* vulg.—456 *hæc sunt* Gryph. marg. P. Ald. *hæc ex* Macrob. *hæc* et V. ed. Th. Ra. *hæc a* Cant. *magis* deest Mus. B. 2.—459 *primas* V. ed. Th.

## NOTÆ

450 *Quippe et enim primum, &c.*] His 21. vsa. agitur de ortu terræ, cæli, solis, lunæ, et siderum. Decet nempe qua ratione coorta sint hæc primum ex fortuito atomerum congressu. Itaque primum terram secretam fuisse censet, quia tunc primum gravia et perplexa atque hamata corpuscula coibant, et in medio sedes imas capiebant. Dumque in dies magis ac magis ea gravia corpuscula sese premebant et complexabantur, tunc tenuia, levia, et rotunda exprimebantur et ascendebant in cæli, solis, lunæ, et siderum, æris et ætheris concretiones. Haud secus ac videmus interdum attolli vapores, atque in nubes concrecere. Sic præclare Manil. lib. 1. de terra: 'Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem, Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illa Tantumdem refugit mundus, fecitque cadendo Undique, ne caderet: medium totius et

imum est: Ictaque contractis consistunt corpora plagis, Et concurrento prohibent in longius ire.'

*Corpora*] Corpora prima, atomi.

451 *Perplexa*] Hamata, implexa.

452 *In medio*] Posuit quidem Lucretius cum Epicuro terram in medio mundi: sed negavit esse aliquid terræ medium, seu centrum ad quod omnia gravia tenderent, ut fusius explicatum est a nobis lib. 11. sub finem.

453 *Quanto magis, &c.*] Nota particulas, 'quanto magis, tam magis.' Sic vs. 484. 488. &c.

454 *Expressere ea, &c.*] Quippe levia, tenuia, rotunda corpuscula.

455 *Mœnia mundi*] Cælum. Periphrasis.

457 *Minoribus* [*Minoribus*] Pro minoribus, metri causa.

459 *Æther Ignifer* [*Signifer*] Cælum stelliferum. Sic vs. 690. et vi. 481. et 1v. 1033. vel per æthera intelligit eam mundi regionem, in quam sub-

Ignifer, et multos secum levis abstulit igneis : 460  
 Non alia longe ratione, ac sæpe videmus,  
 Aurea quom primum, gemmanteis rore, per herbas  
 Matutina rubent radiati lumina solis ;  
 Exhalantque lacus nebulam, fluvieique perennes :  
 Ipsaque et interdum tellus fumare videtur : 465  
 Omnia quæ, sursum quom conciliantur in alto,  
 Corpore concreto, subtexunt nubila cælum :  
 Sic igitur tum se levis ac diffusilis æther,  
 Corpore concreto circumdatus undique, sæpsit ;  
 Et, late diffusus in omneis undique parteis, 470  
 Omnia sic avido complexu cætera sæpsit.

Hunc exordia sunt solis, lunæque, sequuta ; et  
 Inter utrasque globei quorum vortuntur in auris ;

*per meatus apertos primum evexit se, et quia leve erat abripuit secum plures ignes: haud absimili fere modo, quam nonnunquam cernimus, ubi primum aurata lux matutina solis coruscantis rutilat per gramina perfusa rore; et paludes ac flumina perpetuo fluentia emittunt nubeculam; et terra etiam ipsa sæpe videtur fumigare. Quæ res omnes ubi sursum in aëre congregantur, nubes operiunt cælum corpore spisso. Ita ergo cælum leve ac fluidum, quasi circumvallatum corpore spisso ex omnibus partibus, tunc vallavit se, et, longe effusum ex omnibus partibus in omnes partes, circumvallavit reliquas res amplexu tam vasto, quam est. Principia solis et lunæ, quorum orbis vortuntur in æthere inter utrosque globos terræ*

~~~~~

Ra. *subtulit* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *sustulit* vulg.—460 *Ignifer* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. P. in not. *Signifer* reliqui.—463 *gementis rotæ* V. ed. Th. Ra.—464 *fluvieique* V. ed. Ferr. Th. Ra. *fluvi* Mus. B. 2. *perhemnes* V. ed. Cant. Th. Ra.—465 *Ipsaque* et Wakef. ex conj. *Ipsa quoque* P. Hav. Ald. Bip. *Ipsaque* ut omn. vet. exempl.—466 *Omniaque et rursum* Mus. B. 2.—467 *sub texunt nebula* V. ed. Th. Ra.—468 *cum se* P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. *difficilis* O. Mus. B. 2.—469 *circumdans* Mus. B. 1.—472 *Nunc* P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. *Hinc* O. Mus. B. 3. P. in not. V. marg. 1. et Voss. L. B. deest in reliquis.—473 H. vs. delent Lamb. Creech. Parentheasi includunt Gif. Par. Delph. *Astrorumque globi* Fab.

#### NOTÆ

latus fertur ignis Elementarius, quæ nempe supra aëra surgit, infra cælum, et in qua Planetæ moventur, et phænomena. Sic vs. 501.

462 *Gemmanteis rore*] Sic II. 319. 'Invitant herbæ gemmantés rore recenti.' Sic Manil. v. 256. 'Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum.'

464 *Exhalantque lacus nebulam*] Sic vs. 243. Sic Virg. Georg. II. 217.

'Quæ tamen exhalat nebulam fumosque volucres.'

468 *Diffusilis*] Qui facile diffunditur.

471 *Avido*] Vasto et ingenti. Sic vs. 202.

472 *Hunc*] Nempe æthera; h. e. cælum.

*Exordia*] Atomī, semina, primordia. Sic I. 160. II. 33. &c.

Quæ neque terra sibi adscivit, nec maxumus æther;  
 Quod neque tam fuerint gravia, ut depressa sederent, 475  
 Nec levia, ut possent per summas labier oras;  
 Et tamen inter utrasque ita sunt, ut corpora viva  
 Vorsent, et partes ut mundi totius existent:  
 Quod genus, in nobis quædam licet in statione  
 Membra manere, tamen quom sint ea, quæ moveantur. 480  
 Hiis igitur rebus retractis, terra repente,

et cæli, *secuta sunt illud*; quippe quæ principia solis et lunæ neque tellus, neque vastum cælum assumerit sibi, eo quod non fuerint adeo prædita pondere, ut dejecta considerent: nec adeo levia, ut possent ferri per sublimes regiones ætheria. Et tamen sic sunt inter utrosque, ut volvant duos suos globos, et ut sint membra præcipua totius mundi. Quemadmodum in nobis quidam artus possunt stare in quiete, ubi tamen sint ii artus alii, qui sint in motu. His ergo rebus ita remo-

utrosque P. et alii. in oras P. in not. aris V. ed. Th. Ra.—474 nec P. Voss. vet. et L. B. O. Mns. B. 1. 3. Cant. Ferr. Ald. ut V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. neque vulg.—475 Quot Mus. B. 2. neque P. Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mns. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. nec edd. vulg. fuerunt Vind. V. ed. O. Cant. Bas. Ferr. Th. Ra. fuerint vulg. ac d. sederet Mns. B. 2.—477 utrasque omn. vet. exempl. utrosque edd. vulg. corpore bina Delph.—479 institutione V. ed. Th. Ra.—480 moveant nos P. Ald. Gryph. Nard. tamen deest V. ed. Th.

## NOTÆ

473 *Inter utrasque* [utrosque] Nempe inter æthera seu cælum, et terram. Sic vs. 479.

*Globi quorum*] Scilicet orbes solis et lunæ.

*In aëris*] In æthere, in aëris regionibus.

474 *Quæ*] Supp. exordia solis ac lunæ.

*Æther*] Cælum: vs. 459.

476 *Labier*] Poëtice pro labi, h. e. ferri, attolli.

477 *Inter utrasque* [utrosque] Nempe inter terram et æthera maximum, h. e. cælum.

*Corpora viva* [bina] Lamb. bene. Pareus et alii, *Corpora viva*; male. Namque pugnancia loqueretur Poëta, cum supra negaverit solem et lunam vitali prædita esse sensu. Deinde verbum *versant* sat indicat legendum *bina*, non *viva*. Quid enim est quod sol et luna versent seu volvant corpora viva? Bene volvunt corpora

bina, hoc est, suum quemque globum.

479 *Quod genus*] Qualia sunt, sicut, quemadmodum, &c. Sic vs. 271. &c.

480 *Manere in statione*] Quiescere. Sic vs. 518.

481 *Hiis igitur rebus retractis, &c.*] His ergo 18. vs. concludit terram in medio consedissee compressam et coactam, sublatis nempe levioribus corpusculis in aëra, in æthera, in cælum, in sidera, in solem, et in lunam, depressis vero gravioribus in terræ globum. Itaque dum interim terra magis ac magis in dies afficiebatur ab ætheris sætu solisque radiis, eo magis humor exprimebatur, ignea corpuscula sursum ascendebant, ac proinde elementa pura sunt reddita in suum quæque locum pro sua levitate aut gravitate. Quam elementorum sortem ac stationem præclare scripsit Manilius l. a vs. 149. ad vs. 173. 'Ignis in æthereas volucer se sustulit auras, Summaque complexus

Maxuma qua nunc se ponti plaga cærulea tendit,  
 Subcidit, et salso subfodit gurgite fossas :  
 Inque dies quanto circum magis ætheris æstus,  
 Et radii solis, cogeabant undique terram 485  
 Verberibus crebris, extrema ad lumina apertam,  
 In medio ut, propulsa, suo condensa coiret ;  
 Tam magis expressus salsus de corpore sudor  
 Augebat mare manando, camposque natanteis :  
 Et tanto magis illa, foras elabsa, volabant 490  
 Corpora multa vaporis, et aëris ; altaque cœli  
 Densabant procul a terris fulgentia templa :

*tis, subito tellus, qua parte vastus caruleus campus maris extendit sese nunc, depressa jacuit, et cavavit fossas in salso abyso maris. Et quo magis de die in diem calor cœli, et splendores solis circumpellebant ex omni parte frequentibus ictibus telurem patentem ad extremas oras, ut in medio suo compulsa et compressa converiret, eo magis salsus humor elicitus de illius globo amplifluebat emanando oceanum, et plagas humidas. Et eo magis illa plura corpuscula ætheris, et ignis agressa foras cursum ferebantur, et cogeabant longe a terris sublimia laquearia splendida cœli.*

~~~~~

Ra.—482 *quæ se nunc* Cant.—483 *falso* V. ed. Ferr. Th. Ra. *salso suffudit* Mus. B. 1. 2. *gurgite* Cant. *fossa* Gassend.—484 *curvam* P. Ald. *curam* V. ed. Th. Ra.—485 *radiis* Voss. L. B. V. marg. 2. V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *tegebant undique terras* Mus. B. 2.—486 *Verticibus* Mus. B. 2. *lumina* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *lumina vulg. partem* Gryph. Nard. P. Ald. Ferr. V. ed. Th. Ra. P. V. marg. 2. Bodl. Voss. L. B.—488 *salsus deest* V. ed. Th. Ra.—489 *mandando* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *mandando* P. proposuit in not.—490 *valebant* Vind. *volebant* V. ed. Th. Ra.—491 *altasque* Vind.

#### NOTE

stellantis culmina cœli, Flammaram vallo naturæ mœnia fecit. Proximus in tenues descendit spiritus auras; Aëraque extendit medium per inania mundi. Ignem flatus alit vicinum subditus astris. Tertia sors undas atravit fluctusque natantes, Æquora perfundit toto nascentia ponto, Ut liquor exhalet tenues atque evomat auras, Aëraque ex ipso ducentem semina pascit. Ultima subsedit glomerato pondere tellus, Convenitque vagis illius commixtus arenis, Paulatim ad summum tenui fugiente liquo. Quoque magis puras humor cessavit in undas, Et siccata magis strinxerunt æquora terras, Adja-

cuitque cavis fluidum convallibus æquor, &c.

483 *Subcidit*] *Ima* subsedit, sese retrahit.

*Subfodit*] Excavavit.

485 *Cogeabant*] Compellebant.

486 *Apertam*] *Nudam*, nondum arboribus consitam, aut frugibus vestitam.

489 *Camposque natantes*] *Æquora*. Sic vs. 402. 'ponti plaga.'

491 *Corpora*] *Atom.*

*Vaporis*] *Caloris*, ignis.

492 *Densabant* [*Densebant*] *Densabant*. Dicitur *denseo*, es: et *denseo*, as, passim.

*Templa cœli*] *Cælum*; periphrasis.

Sidebant campei, crescebant montibus altis  
 Adscensus; neque enim poterant subsidere saxa,  
 Nec pariter tantumdem omnes subcumbere partes. 495  
 Sic igitur terræ, concreto corpore, pondus  
 Constitit; atque omnis mundi quasi limus in imum  
 Confluxit gravis, et subsedit funditus, ut fœx.

Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipse,  
 Corporibus liquidis, sunt omnia pura relicta; 500  
 Et leviora aliis alia; et liquidissimus æther,  
 Atque levissimus, aërias super influjît auras;  
 Nec liquidum corpus turbantibus aëris auras

*Agri subsidebant, et acclivitates augebantur celsis montibus: namque lapides non poterant extendi in planitiem, neque similiter cunctas partes subjacere æqualiter. Ita ergo gravitas telluris compacta est ex corpore spisso, et veluti limus totius mundi convenit in inferiorem locum, quia ponderosa erat, et sicut fœx alte depressa jacuit. Hinc æquor, hinc aër, hinc et ipse flammifer æther, sunt reservata cuncta pura corpusculis fluidis; et alia quidem leviora aliis; et æther fluidissimus et levissimus perfundit sese supra flatus aërios, neque miscet fluidum suum corpus cum*

—499 *Densebant* edd. vulg.—499 *Sedebant* Ferr.—494 *subsidora* Vind. *sub sidere* V. ed. *sub sydera* Th. Ra. Mus. B. 2. *sub sidera* Mus. B. 1. 2.—495 *subcumbere* Cant. Ferr. *succumbere* vulg. *subsidere* Gassend.—496 *conjecto* Mus. B. 2.—501 *levior* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra.—500 *auras* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *auris* Mus. B. 2. et

## NOTE

Sic vs. 522. Sic Manilius passim loquitur.

498 *Sidebant*] *Subsidebant*, *plani sebant*: vs. 449.

494 *Subsidere*] H. e. ita *sidere*, ut planitiem efficerent.

495 *Subcumbere*] *Cadere*, *subjacere*.

497 *Mundi quasi limus, &c.*] Sic Manil. l. 169. 'Ultima subsedit glomerato pondere tellus, Convenitque vagis limus commixtus arenis, Paulatim ad summam tenui fugiente liquore,' &c.

499 *Inde [mare, &c.]* His 11. vs. docet iterum qua ratione mare, aër, et æther constituerint ex levioribus, tenuioribus, et liquidioribus atomis, atque pro sua minori levitate ac li-

quiditate alia aliis superius evolaverint in eas, quas jam sedes occupant. Sic Manil. lib. 1. fasius hæc eadem prosequitur.

*Æther ignifer*] *Cælum*, ut ait vs. 459. *Æther ignifer*, scilicet, quia Veteres crediderunt stellas aut igneas aut ignes esse, vocaverunt eorum igniferum, æque ac signiferum, seu stelliferum. Vel hic per æthera notat ignis elementaris regionem, quæ cælo vicina subest, ut præclare cocinit Manil. l. 144. 'Ignis in æthereas volucer se sustulit auras, Summaque complexus stellantis cumbina cœli Flammærum vallo naturæ menia fecit.'

Commisci: sinit hæc violentis omnia vorti  
 Turbinibus, sinit incertis turbare procellis; 505  
 Ipse suos igneis certo fert inpete labens;  
 (Nam modice fluere atque uno posse æthera nixu  
 Significat Ponto mare, certo quod fluit æstu;)  
 Unum labundi conservans usque tenorem.  
 Motibus astrorum nunc quæ sit caussa, canamus. 510

*Flatibus procellis aëris: patitur hæc cuncta agitari validis ventis; permittit ea perturbare omnia tempestatibus inconstantibus: ipse vero fluens certo motu volvit suos ignes. Etenim quod æther possit moderate et uno tenore labi, tam vastum æquor, quod labitur certo fluxu, indicat, servans perpetuo eundem modum fluendi. Contemus jam quæ causa sit data cursibus siderum. Primum si vastus globus*

edd. vulg. H. vs. deest Mus. B. 3.—504 *Commisci* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *Commisti* V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. *Committit* P. *Committi* Gryph. *Commiscet* edd. vulg. *sunt pro sinit* V. ed. Mus. B. 1. Cant. Th. Ra. ac P. Ald. Gryph. aut V. marg. 1. nec V. marg. 2.—505 *sunt in certis* V. ed. Th. Ra.—506 *suo signis* V. ed. Ferr. Th. Ra.—507 *possit* V. ed. Th. Ra. *nixu* O. Cant. *nixu* vulg. *visu* Th. Ra.—508 *Ponto* lib. vet. omn. *Ponti* edd. vulg. *puncto* P. in not. *tantum mare* Delph. *certo* deest Mus. B. 2.—509 *labenti* Mus. B. 2. *construansque* V. ed. Th. Ra. *conservas* Mus. B. 2.—510 *fit* V. ed.

## NOTE

505 *Turbinibus*] Flatibus. Sic Manil. 1. 162. de aëre: 'Proximus in teque descendit spiritus auras, Aëraque extendit medium per inania mundi: Iguem flatus alit vicinum subditus astris.'

506 *Suos igneis*] Sua astra, quæ vel ignea, vel ignes videntur.

*Inpete*] Impetu. Dicitur enim 'impetis,' ab antiquo nominativo 'impea,' Sic II. 326. IV. 418. 901. &c.

507 *Uno nixu*] Uno tenore.

508 *Ponto* [*Tantum*] Tam vastum, tam immensum. Sensus est: mare vastum, quod certo æstu fluit et refluit perpetuo servans eundem fluendi et refluxu tenorem, significat et arguit quod æther uno et eodem modo circumagatur. Ita Lamb bene. Alii vero fere omnes, *ponto*, supp. in, inquit Parens. Sed quid est, *mare significat in ponto?* an in ponto suo, pro 'in fluctibus suis?' an 'in Hellesponto,' ut quibusdam videtur? Ergo *Ponti mare* legendum foret. Deinde

quæ causa, cur potius cum Hellesponti maris, quam cum oceani ~~æsta~~ comparat motus materiæ cælestis? æque enim liquidus est oceanus, ac illi certo æstui aptus, quam Hellespontos. Adde quod de mari, non de Hellesponto, quærat hic, et supra vs. 418.

510 *Motibus astrorum, &c.*] His 25. vs. docet poëta de motibus astrorum, memor scilicet eorum, quæ datum supra pactus erat vs. 419. 'Solis, lunæ cursus, ex ordine ponam.' Lucretius autem cum Epicuro dum agit hic de cælo, et de iis, quæ ad cæli motum pertinent, et de iis, quæ *μὲτέρα* Græci vocant, more Academicorum disputat, nihilque certo affirmat, neque harum rerum unam causam, sed plures, affert et reddit. Itaque his 8. vs. prioribus, si astra moveantur ad cæli motum, hocque cum illis moveatur, (quæ sententia verisimilior est,) dicendum est, inquit, aëra ex utraque parte, h. e. a dextera



Principio, magnus cœli si vortitur orbis,  
 Ex utraque polum parti premere aëra, nobis  
 Dicendum est; extraque tenere, et cludere utrimque :  
 Inde alium supera fluere, atque intendere eodem,  
 Quo volvunda micant externi sidera mundi : 516  
 Ast alium subter, contra qui subvehat orbem ;

*cœli volvitur, debemus dicere aëra comprimere ab utraque parte axem utrumque illius, et continere et cohibere illum extrinsecus ab utraque parte: postea alium aëra labi supra, et cadere versus illum locum, in quem astra vertenda cœli perennis fulgeat: alium vero delabi infra, qui contra sursum tollat globum cœli: veluti*

Th. Ra. deest O.—511 vortitur Voss. vet. vertitur reliqui.—512 solum Mus. B. 2. parti quidam. partim Cont.—513 est extraque Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. ex utraque P. Ald. est ex utraque Vind. Cant. Bodl. Ferr. se ex utraque V. ed. Th. Ra. est et utraque Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. Dicendumque est extraque Mus. B. 3.—514 supra Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. super Mus. B. 3. supera vulg. et pro atque Mus. B. 3. eadem Cant.—515 micat V. ed. Th. Ra. alterni vet. exempl. alterni Fab. Creech. et alii. alternis Voss. marg.—516 Ast P. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. super Nard. quis P. V. ed.

## NOTE

et sinistra, premere atque urgere desuper utrumque cœli polum extremum; et extrinsecus tenere et includere illum: dicendum est item alium aëra esse, qui supra cœlum extrinsecus labatur et eodem intendat, quo una cum cœlo feruntur sidera: dicendum est quoque aliam esse aëra subter cœlum, qui extrinsecus subvehat illud depressum, ac una cum illo subterlabatur, quemadmodum videmus rotas et cados rotarum, quæ hanstra vocant, a fluvils circumversari, et sublevari. Scilicet quasi cœli motus explicari nequeat, nisi undique aëre rapido circumdetur, qui premat illud ab utroque polo, ne recedat extrinsecus, et qui subter et desuper urgeat illud, ne pariter extravagetur: sed ut motu certo feratur et volvatur. Itaque non affirmat Lucretius hoc ita se habere, sed sic esse posse.

513 *Polum*] Utrumque cœli cardinem. Polus dicitur a verbo *πολέω* 'vertere.' Duplex est cœli Polus, Arcticus et Antarcticus, seu Borea-

lis et Australis; qui dicuntur et duo cœli cardines, quia quasi in illis innixum cœlum, tanquam janua in suis cardinibus, volvitur. Dicuntur et vertices, a verbo *vertere*, quia in illis vertitur seu volvitur cœlum. Sunt igitur poli duo extrema illa, in quibus axis, circa quem volvitur cœlum, innititur. Porro per polum hic notat Poëta eam utramque cœli partem, quæ ad septemtrionem et ad meridiem est.

*Parte [partis]* Pro parte. Sic alibi 'contagi' pro contagio, &c.

514 *Supra*] Nimirum, supra eam cœli partem, quæ verticibus nostris incumbit.

*Eodem*] Nempe versus occasum, quo cœlum fertur.

515 *Externi [alterni] mundi*] Cœli, quod perpetuo volvitur.

516 *Subter*] Nempe, subter eam cœli partem, quæ sub pedibus nostris depressa jacet.

*Orbem*] Supp. cœli, h. e. cœlum ipsum.

Ut fluuios vorsare rotas, atque haustra, videmus.

Est etiam quoque, utei possit cœlum omne manere

In statione, tamen quom lucida signa feruntur :

Sive, quod inclusei rapidi sunt ætheris æstus, 520

Quærentesque viam circumvorsantur, et ignes

Passim per cœli volvunt inmania templa ;

Sive, aliunde fluens aliquunde extrinsecus, aër

Vorsat agens igneis ; sive ipsei serpere possunt,

Quo quoisque cibus vocat, atque invitat, euntes, 525

*cernimus flumina vertere rotas, et cados rotarum. Potest quoque fieri, ut cœlum totum queat conulescere in loco, etiam splendida sidera volvantur. Seu quia violenti ignes ætheris sunt intercepti ; et scrutantes sibi iter circumvolvuntur : et flamma ubique versant se per vastos ambitus cœli : seu quia aër extraneus alicunde labens ex alio loco versat, et agit ignes illos : seu quia ipsi ignes quous reperere in eam partem, in quam alimentum singularum advocat, et attrahit illos dum currunt,*



Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—517 *fluuios* V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *fluuios* Mus. B. 1. 2. Gassend. Nonius. *atque austra* Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. *ac plaustra* O. Mus. B. 1. *atque astra* Mus. B. 2. 3. *ac transtra* V. marg. 1. *moveere* Mus. B. 2.—519 *lucida* Vind. Mus. B. 2. Cant. et Mus. B. 3. in marg. *feruntur* Voss. vet. et L. B. *ferantur* reliqui.—522 *cœlum* Mus. B. 2. *summania* Voss. vet. *sub inania* P. Ald. *sub mania* V. ed. Th. Ra. Bodl. *summania* Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *si inmania* Mus. B. 2. *se inania* Ferr. Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. *se inmania* Vind. et edd. vulg.—524 *Versata gens* V. ed. Th. Ra.—525 *euntes* Ferr. V. ed. Th. Ra. *euntes* vel *euntes* reliqui.—

#### NOTE

517 *Haustra*] Haustum genus est machinæ rotas habens, qua e puteis aut e fluminibus aqua hauritur, quod tympanum vulgo dicitur, *na* *æen*. Vel, ut Nonio placet, sunt ipsi cadi, seu situæ machinis affixæ, quibus hauritur aqua. Sic autem dicitur ab hauriendo.

518 *Est etiam quoque, &c.*] His 17. vs. posterioribus ait sic fieri etiam posse, ut cœlum quiescat, sidera vero moveantur. Quo casu triplicem motus astrorum causam assignari posse docet. I. Aut quod ætheris ignes, h. e. sidera, inclusi, dum sibi quærunt exitum, circumversentur et passim sese per cœlum liquidum circumgant. II. Aut quod aër extrinsecus aliunde fluens impellat ac verset il-

los ignes, seu sidera. III. Aut quod sidera ferantur eo, quo quæque cibus invitat et rapit. Cum enim ignes sint, pasci et ali necesse est. Itaque nihil certum statuit in re tam incerta. Sic Epicurus loqui solebat de rebus incertis et obscuris ; sic cautius sese gerebat.

*Manere in statione*] Immotum stare.

519 *Signa*] Stella, sidera.

520 *Ætheris æstus*] sidera cœli, aut æterni mundi, ut ait vs. 515.

521 *Ignes*] Sidera.

522 *Cœli templa*] Vastos cœli ambitus, ut dictum est supra.

524 *Ignis*] Sidera, vs. 521. et alibi passim.

Flammea per cœlum pascentis corpora passim.  
 Nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum  
 Difficile est: sed, quid possit fiatque per omne  
 In variis mundis, varia ratione creatis,  
 Id doceo; pluroisque sequor disponere causas 530  
 Motibus astrorum, quæ possint esse per omne:  
 E quibus una tamen sit et hæc quoque causa necesse est,  
 Quæ vegeat motum signis; sed, quæ sit earum,  
 Præcipere haud quaquam est pedetentim progredientis.  
 Terraque ut in media mundi regione quiescat, 535

*nutrientes ubique per cœlum sua corpora ignita. Namque haud facile est in hoc inferiori mundo statuere quid horum sit certum. Verum edoceo tantum istud, nempe quid queat esse aut quid per totum uniuersum fiat in diuersis mundis formati diuerso modo; et persequor attribuere multas causas motibus siderum, quæ queant esse per totum uniuersum. Inter quas tamen oportet ut una sit, et ea quidem etiam, quæ polleat motu in sideribus: verum quamnam inter illas sit, nullatenus est hominis cunctis lente docere. Atque ut terra conquesceat in media parte*

527 *ponderè* Ferr.—529 *mundi* P. V. ed. Voss. L. B. Th. Ra. Voss. marg. *mondi* Ald. *creatis* Cant. *creari* Mus. B. 1. Ferr. *creati* reliqui.—531 *omnem* V. ed. Voss. vet. O. Cant. Ferr. Th. Ra.—533 *Qua* Mar. *vigeat* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Delph. Mar. Nard. V. marg. 2. Voss. vet. et L. B. Bodl. *motu* P. in not. Delph. *multum* P. Ald. *motus* Mar. *eorum* Mus. B. 2.—534 *sunt* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Th. Ra. *peditenti* Vind. Cant. *progredientes* P. Vind. Cant. Ferr.

## NOTÆ

527 *In hoc mundo*] In hoc terrestri et infimo mundo: vel in hoc mundo, in quo cœlum hoc et hæc sidera videmus perenniter moveri. Plures enim mundos in toto seu in universo posuit Epicurus.

*Quid sit eorum*] I. e. earum rerum, seu causarum, quas supra retulit de motibus cœli et astrorum.

528 *Per omne*] Per totum, τὸ πᾶν, uniuersum, per summam summarum, ut monuimus lib. 1. passim. Sic infra vs. 531. Totum enim seu uniuersum dicitur Lucretio, quod multos continet mundos huic nostro similes, aut etiam majores.

533 *Quæ vegeat motum signis*] Quæ motum sideribus det.

534 *Pedetentim progredientis*] Hominis, qui paulatim rerum naturam  
*Delph. et Var. Clus. Lucret.*

et cognitionem assequi tentat: qui nondum rerum omnium est gnarus. Sic infra vs. 1452. 'Simul experientia mentis Paulatim docuit pedetentim progredientis.'

535 *Terraque ut in media, &c.*] His 30. vs. apte subnectit speculationi de cœli ac siderum motu perennem et tot sæculis anteaactis minime interruptam terræ quietem. Cujus quietis permanentis ac stantis, ut ita dicam, rationem aliquam seu causam reddere conatur Lucretius. Cum enim pondere prædita sit ac gravitate terra, cavet in præsens, ne mediæ suæ stationis jus amittat. Scilicet causatur ille nescio quod ponderis decrementum, quod patitur terra, ob aëris subiecti cognationem, cui ab ineunte ævo insita vivit; hoc est, statum

Evanescere paulatim, et decrescere, pondus  
 Convenit; atque aliam naturam subter habere,  
 Ex ineunte ævo conjunctam atque uniter aptam  
 Partibus æriis mundi, quibus insita vivit.  
 Propterea, non est oneri, neque deprimit auras; 540  
 Ut sua quoique homini nullo sunt pondere membra,  
 Nec caput est oneri collo, nec denique totum  
 Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.

*mundi, æquum est ut omnis illius minutatim disperoat, et diminuat, et ut habeat subter aliam naturam, qua a primo tempore connexa sit, et maxime cognata æriis partibus mundi, in quibus inmixta permanet. Ideo non onerat, neque dejicit status ærius; veluti sui cuique homini artus nulli sunt oneri: neque caput opprimit colulum, nec tandem experimur omne onus corporis esse in pedibus. Verum ea omnia*

Ald. *progredi certes* V. ed. Th. Ra. *progreddentem* O.—536 *Et evanescere* Cant.—537 *subter* Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph. *semper* P. O. Ald. *super* reliqui.—538 *inter raptam* Mus. B. 2.—539 *mundi* Mus. B. 2. *insita sedit* Gassend. *vivit* V. ed. Th. Ra. *sedit* edd. vulg.—540 *desinit* Mus. B. 3.—541 *Et Vind.* Bodl.

## NOTÆ

anum conservat, stabilis manet, firmiter et radicitus hæret. Quo fit, ut terra, quantumvis gravis et ponderosa, nullo tamen sit oneri æriis aëris, hoc est, nusquam deprimat aëra; quemadmodum membra corporis nostri non sunt aliis aliis oneri, licet sibi superimposita; nimiram quia uniter apta sunt, et cognata. Solum enim pondus foris adveniens lædit. Terra autem foris non est allata, et quasi aliena aëri, sed ei uniter apta, cognata, et a primo mundi ævo conjuncta. Quod et alia ratione confirmat. Nisi enim, inquit, terra cognata esset æriis flatibus, sane, dum grandi tonitru concutitur, non pariter simul coucutteret res cunctas, quas fert, et quæ in ea continentur. Denique levi satisfacit objectioni. Quæreretur enim quis potuerit, qui tenuis aër adeo grande pondus terræ sustinere valeat? Respondet Lucretius, et obtrudit tenuissimam animæ vim, quæ tamen onus corporis sustinet: nec sustinet tantum, sed et quandoque per-

nici saltu attollit totum corpus. Quæ causa est una rerum inter se cognatio et uniter apta conjunctio: 'Usque adeo magni refert, cui quæ adiaceat res.' Aristoteles autem non docet terram ideo in medio aëre vehi, quia cognata est aëri, ut censuit Epicurus: sed quia omnium elementorum gravissima est. Plato vero in Phæd. vult ipsius terræ æqualitatem esse illius stationis mediæ causam. Unde ad ejus mentem scripsit Ovid. Met. l. 12. 'Nec circumfuso pendeat in aëre tellus Ponderibus librata sua,' &c.

538 *Uniter aptam*] Cognatam, simili natura fore præditam, arcte conjunctam. Sic. vs. 556. 559. et III. 852. 859. &c.

539 *Quibus insita vivit*] Vivit, h. e. stat immota, firmiter hæret, stabilis manet. Sic l. 1032. dixit 'vivere' de sideribus, pro permanere, conservari. Neque enim animata vult esse sidera, ut docuit sub initium hujus libri.

540 *Auras*] Aëra.

At, quæquomque foris veniunt, inpostaque nobis  
 Pondera sunt, lædunt permulto sæpe minora : 545  
 Usque adeo magni refert, quid quæque queat res.  
 Sic igitur tellus non est aliena repente  
 Adlata, atque auris aliunde objecta alienis ;  
 Sed pariter prima concepta ab origine mundi,  
 Certaue pars ejus ; quasi nobis membra videntur. 550  
 Præterea, grandi tonitru concussa, repente  
 Terra, supra se quæ sunt, concutit omnia motu ;  
 Quod facere hand ulla posset ratione, nisi esset  
 Partibus aëriis mundi, cœloque, revincta :  
 Nam communibus inter se radicibus hærent, 555  
 Ex ineunte ævo conjuncta, atque uniter aucta.  
 Nonne vides etiam, quam magno pondere nobis  
 Substineat corpus tenuissima vis animai ;

*qualibet onera, quæ accedunt extrinsecus, et quæ ingeruntur nobis, sane vexant nos, quantumvis plerumque sint levia. Adeo magni interest, cui rei quæque res adjungatur. Ita ergo terra non fuit subito asportata in suum locum, quasi ex-terra, neque ex alieno loco exposita exteris flutibus aëriis: verum fuit similiter progenita a primo exortu mundi, et facta est quædam pars illius, veluti artus nontri corporis sunt nobis. Deinde terra commota subito magno tonitru, commovet simul suo motu res cunctas, quæ sunt supra ipsam: quod nullo modo posset facere, nisi arte conjuncta esset cum partibus aëriis mundi et cum cælo. Namque hæ mundi partes conjunguntur inter se per communes radices, et arte vincitæ sunt mutuo a prima mundi ætate. Nonne cernis quoque quam valde exigua potestas animæ sua-*

\*\*\*\*\*

Mus. B. 1. 2.—542 neque O.—545 permultos Cant.—546 quid quæ adiaceat res Gif. Par. Bas. quid quæque vehat res Sus. Voss. marg. quid quæque creat res V. marg. 2. nequeat Mus. B. 2.—550 videtur edd. vulg.—551 contra concussa V. ed. Th. Ra.—552 se quæ P. Mus. B. 1. Ald. et edd. vulg. se deest. V. ed. Th. Ra. se quæ desunt et est pro sunt Ferr.—554 aëri Vind. accri V. ed. Th. Ra. mundo Cant. rejuncta Ferr. Nard. rei functa V. ed. Th. Ra.—555 Non Mns.

#### NOTE

544 *Foris*] Extrinsecus, allena, non cognata.

546 *Quid quæque queat* [cui quæ adiaceat] *res*] Ita Lamb. bene. Pareus et alii quidam, *quid quæ adjiat res*. Alias, *quid quæque queat res*: quæ lectio non aliena mihi videtur, si subaudiatur, dam certæ rei juncta est.

551 *Præterea, grandi tonitru, &c.*] His 6. vs. continetur argumenti su-

perioris confirmatio, de qua jam nos satis vs. 535. not.

557 *Nonne vides etiam, &c.*] His 8. vs. continetur responsio ad objectionem præoccupatam adversus terræ stationem in medio mundi. Sed de ea quoque fusius actum est vs. 535. not. Quæ sententia de vi animæ jam posita est iv. 884. et seqq. ubi corpus ab anima moveri docuit.

Propterea, quia tam conjuncta, atque uniter apta, est?  
 Denique, jam saltu pernici tollere corpus 560  
 Quis potis est, nisi vis animæ, quæ membra gubernat?  
 Jamne vides quantum tenuis natura valere  
 Possit, ubi est conjuncta gravi cum corpore; ut ær  
 Conjunctus terris, et nobis est animi vis?  
 Nec nimio solis major rota, nec minor ardor, 565

*tentet in nobis corpus, quod constat grari onere, scilicet eo quod adeo arcte conjuncta est et cognata cum illo? Demum quis potest etiam attollere corpus veloci saltatu, præter potentiam animæ, quæ regit artus? Cernime tunc quantum quæsit viribus pollere natura exigua, quando est junctum etiam cum ponderoso corpore, qualis est ær ubi jungitur cum terris, et qualis est facultas animæ in nobis? Neque autem orbis solis multo amplior, neque ejus calor minor potest esse, quam appa-*

B. 2.—556 uniter apta edd. vulg.—557 etiamque magno Ferr.—559 Propterea quedam V. ed. quædam Th. Ra. inter Mus. B. 2. rapta V. ed. Th. Ra. rupta Mus. B. 2.—560 pernice Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. attollere O. V. marg. 1.—561 Quid Fab. Creech. Hav. Qui Bodl. Quis p. e. nobis, n. v. animæ quæ m. g. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 3. Cant. Qui p. e. nobis n. v. q. m. g. Bodl. vis erasa est e Mus. B. 2.—563 tam corpore V. ed. Bodl.—564 Conjuncta V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Conjunctus et O.

## NOTE

561 *Vis animæ*] Anima. Periphrasis. Sic vs. 564. et supra vs. 558.

565 *Nec nimio solis, &c.*] His 27. vs. rursus conscendit in cælum Poëta, siderum magnitudinem exploraturus ac mensurus; rediit tandem certiores nos facit nulla parte majores aut minores esse solis, lunæ, ac siderum aliorum orbis, quam a nobis hinc cernuntur: ut saltem non multo majores aut minores esse posse. Quod ut confirmet, adducit in exemplum ignes, quos in terris procul distantes cernimus. Hi enim, inquit, ignes, sive cominus sive eminus cernantur, non dissimili tamen magnitudine cernuntur. Fides sit penes Lucretium. Sic autem Epicurus apud Lært. lib. 10. de siderum magnitudine loquitur: 'Solis autem et reliquorum astrorum magnitudo, quod ad nos attinet, tanta est, quanta videtur. Quod ad ipsam vero attinet, aut major est sol, quam videtur, aut paulo minor, aut tantus est, quantus

videtur. Sic enim et quæ apud nos sunt ignea, si ex intervallo cernantur, prout est sensus, cernuntur.' Ex quibus verbis intelligere possumus vix aliquid certi decrevisse Epicurum de siderum magnitudine. Haud secus ac nihil certi posuit de cæli ac siderum motu Lucretius supra vs. 527. Et vero tot ac tam diversæ sunt opiniones de siderum magnitudine, ut vix aliquid certi de ea quis habeat. Namque I. Heraclitus fecit solem pedis humani latitudini æqualem. II. Anaxagoras multis vicibus Peloponneso majorem. III. Anaximander terræ æqualem. IV. Empedocles ingentem ignis massam ipsa luna majorem. V. Archelaus siderum omnium maximum. VI. Plato incommensurabilem. VII. Cicero immensam. VIII. Egyptii octies terra majorem. IX. Alii, quorum sententiam quidem testantur, sed nomina tacent Cicero, Tattius, et Philoponus, partibus amplius duodeviginti terra majorem. X.

Esse potest, nostris quam sensibus esse videtur.  
 Nam, quibus e spatiis quomque ignes lumina possunt  
 Adicere, et calidum membris adflare vaporem;  
 Nihil ipsa intervalla in sis de corpore librant

*ret nostris sensibus esse. Nam e quibusvis locis flammæ illius quærent emittere lucem, et inferre calorem fervidum artibus nostris, illa ipsa loca intermedia nihil detra-*

\*\*\*\*\*

*anima Bentl.—565 De Mus. B. 1.—568 Adicere edd. vulg. calidis V. ed. Ferr. Th. Ra. calidi Mus. B. 2. vapores Mus. B. 2.—569 Nihil nisi intervallis de Viud. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Bas. marg. V. marg. 2. Nil ipsis ex intervallis de Gryph. Nard. Bas. et Ald. sec. Nilque nisi ex intervallis de P. V. marg. 1. O. Cant. Nihil visus intervallis, et Nihil iis intervallis Voss. marg. Nihil visus intervalla Gif. L. B. Par. Cout. vibrant P.*

#### NOTÆ

Eratosthenes septies et vicies terra majorem. XI. Cleomedes trecenties proxime terra majorem. XII. Aristarchus non majorem quidem terra trecenties sexagies octies, sed majorem quam ducenties quinquagies quater. XIII. Hipparchus millies quinquagies terra majorem. XIV. Plutarchus refert quosdam fuisse, qui fecerint solem terra majorem millies septingenties et vicies octies. XV. Posidonius quinquagies novies millies trecenties et novies decies terra majorem. XVI. Ptolemæus centum septuaginta, aut saltem sexaginta septem partibus majorem terra. XVII. Copernicus centum et sexaginta duabus partibus terra majorem. XVIII. Tycho Braheus centum triginta novem partibus terra majorem. XIX. Landsbergius quadringenta et triginta quatuor partibus terra majorem. XX. Keplerus ducenties vicies bis millies et sexies decies terra majorem. Quid ergo certi statui posset in his tam incerto opinionibus? Nihil sane. Hinc non abs re Archimedes de solis diametro accipienda sic loquitur: 'Id vere assequere, non admodum in promptu est; quoniam neque visus, neque manus, neque organa, quibus observatio percipitur, fide digna

abunde sunt ad accurate demonstrandum.' Hinc et Lactantius ait, 'Dementium esse disquisere, aut scire velle, sol utrumne tantus, quantum videtur, an multis partibus major sit, quam omnis hæc terra.' Quod autem dictum est jam de solis magnitudine, idem dicendum posse videtur de lunæ et aliorum siderum magnitudine. Quod vero ad solis figuram spectat, ne de ipsa quidem quidpiam definiit Epicurus: sed dixit tantum vera esse posse illa omnia, quæ varii de varia solis figura opinantur. Interim notabis diversas fuisse quoque opiniones de solis figura. I. Pythagorei, Platonici, Peripatetici, et Stoici globosum esse solem dixerunt. II. Anaximenes voluit esse latum instar folii aut laminæ. III. Alii fecerunt illum in disci formam. IV. Heraclitus voluit solem esse scapham instar incurvum. Eandem quoque figuram lunæ ascripserunt, ac ceteris sideribus. Sed de his satis.

567 *Quibus e spatiis quomque* [Tmesis, pro, quibuscumque e spatiis.

569 *Librant* [libant] Detrahunt, diminuunt. At Lambinus semper pro *libare* apud Lucretium legit *libare*. Hujus autem loci hæc est sententia: E quibus spatiis ignes in ter-

Flammarum, nihil ad speciem est contractior ignis. 570

Proinde, calor quoniam solis lumenque profusum

Perveniunt nostros ad sensus, et loca fulgent;

Forma quoque hinc solis debet filumque videri,

Nihil adeo ut possis plus, aut minus, addere vere.

Lunaque, sive notho fertur loca lumine lustrans, 575

Sive suo proprio jactat de corpore lucem;

Quidquid id est, nihilo fertur majore figura,

Quam nostris oculis, qua cernimus, esse videtur.

*hinc de corpore ignium, neque ignis minor apparet oculis nostris. Atque ita, cum ardor, et lux effusa solis pertingant usque ad nostros sensus, et spatia illustrentur ab illis, sane figura etiam solis debet ita apparere nobis ex his inferioribus locis alte, ut nihil queas adicere vere amplius aut minus. Et luna, seu it illuminans spatia aliena luce, seu jactit suum lumen de suo corpore, quodcumque sit, non volat tamen forma majore, quam apparet esse illa forma illius, quam videmus nostris*

.....

corr. in not. *Illā ipsa intervalla nihil de corpore libant* edd. vulg.—570 *nihilo* P. et edd. vulg. *contracti originis* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3.—571 *quom pro quoniam* V. ed. Th. Ra. Hoc ordine vsa. hi scribantur in V. ed. Vind. Voss. vet. et L. B. Cant. 572. 573. 574. 571. deinde repetitur vs. 572. In Vind. Mus. B. 3. vs. 571. suo loco deest, et sequitur vs. 574. Et in O. vsa. 571. 573. 574. omnino desunt.—572 *loca tingunt* Lamb. et alii. *vacant* V. marg. 1.—573 *filumque* Mus. B. 1. Turneb. Hav. Bip. *illumque* V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. *illincque* Cant. V. marg. 1. *illimque* Gif. L. B. Par. *lunaque* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ferr. Ald. *lumenque* Gryph. Nard. Bas. Voss. marg. *lumenque* Voss. marg.—574 *terris* Cant.—575 *sine* O. Mus. B. 2. *notho* Cant.—576 *suo* V. ed. Th. Ra. sua Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. Ferr. *suam* reliqui.—577 *nihil offertur* P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—578 *quam* Vind. O. Mus. B. 1. *quis*

#### NOTÆ

ris ad aliquem locum jacere lumen, et affiare calorem possunt, ea ipsa spatia seu intervalla nihil de ipsa ignium magnitudine detrahunt, neque diminuunt; neque ignes illi ad speciem sunt ulla re minores.

570 *Contractior*] Minor.

572 *Nostros ad sensus*] Nempe lumen quidem ad visum, calor vero ad tactum.

*Loca fulgent*] Ita omnes, præter Lambinum, qui legit *loca tingunt*, supp. lumene.

573 *Hinc*] E terris, ex his locis inferioribus, unde cernimus solem.

*Filumque [sublime]*] Alte, in alto, ut ait infra 584. hoc est, in cælo, ubi

sol est. Ita restituit Lambinus. Pareus tamen et quidam alii legunt, *illimque*, antiqua vox illius, pro illic. Est autem illic, pro in alto, seu in cælo.

575 *Lunaque, sive, &c.*] Hactenus de sole, nunc his 10. vsa. seqq. de luna.

*Notho lumine*] Alieno lumine. Scilicet putant lunam non alio lucere lumine, quam eo quod a sole mutuatur: alii proprio lumine splendere volunt. Hanc litem non dirimit Lucretius: sed utramque proponit opinionem. Probabilior tamen opinio est lunam mutuari lucem a sole. Ita Festus, Catullus, Virg. 1. Georg. et Cicer. de N. Deor. 2. censent.



Nam prius omnia, quæ longe semota tuemur  
 Aëra per multum, specie confusa videntur, 580  
 Quam minui filum : quapropter luna necesse est,  
 Quandoquidem claram speciem certamque figuram  
 Præbet, ut est oris extremis quomque notata,  
 Quanta quoque est, quanta, hinc nobis videatur in alto.  
 Postremo, quosquomque vides hinc ætheris igneis, 585  
 Quandoquidem, quosquomque in terris cernimus igneis,  
 Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum,

*oculis. Etenim res illa omnes, quas procul distantes videmus per multum aëra, apparent nobis indistincta aspectu, antequam cernamus exiguum lineamentum illarum. Quamobrem, cum luna exhibeat nobis perspicuam et evidentem suam formam et figuram, sicuti est signata suis extremitatibus, oportet ut ex his inferioribus locis in sublimi appareat nobis tanta, quantalibet sit. Denique, (quoniam omnes ignes, quos videmus in terris, videntur aliquando variare aliquod minimum*

Cant.—579 *remota* edd. vulg.—581 *Que* P. Voss. marg. *Que* Voss. vet. et L. B. *nimum* Mus. B. 2. *minu* Voss. vet. et L. B. Voss. marg. *minimum* reliqui.—583 *asteris* Vind. *esteris* V. ed. Th. Ra.—584 *Quanta quoque quanta est hinc* Bodl. Voss. vet. et L. B. *quanta sunt* V. ed. Th. Ra. *Quantaque sit nobis tanta hinc* P. Ald. *Quanta quoque sunt hinc nobis* O. Ferr. *Quantaque sit tanta hinc nobis* Mos. B. 1. *Quanto quoque quantaque sint hinc nobis* Mus. B. 2. *Quantoque quoque sunt hinc nobis* Mus. B. 3. *Quantaque sunt tanta hinc nobis* Cant. V. marg. 1. *Quanta quoque est tanta hinc* Gryph. Nard. Bas. *Quanta hæc cunq̄ue suat tanta hinc* Bip. Delph. *hæc suat* Hav. *Quin quoque quanta est tanta hinc* Voss. marg. *suat tanta* Gassend. *videantur* Cant.—585 *hic* Mus. B. 2.—586 *quosque* Mus. B. 2. *interis* V. ed. Th. Ra. *igneis* deest Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *horum* pro *igneis* O. Cant. V. marg. 1.—587 *Dumque* O.

## NOTE

580 *Specie confusa*] Non subtiliter distincta, neque definita; sed indistincta specie et aspectu.

581 *Quam minui [minimum] filum*] Supp. cernamus. Sensus est: Omnia, quæ longe remota cernimus, prius cernimus ea confusa, quam minimum eorum filum, hoc est, lineamentum seu extremum ductum oculis usurpare possimus. V. g. si regem inter aulicos e longinquo loco cernas, primum ex aspectu agnoscis esse hominem tantum, neque eum a ceteris distinguere potes. Non enim licet, propter distantiam loci, proprias regis inspicere notas, quibus figura illius a ceterorum aulicorum figuris differt. Ubi vero proxime accesseris,

tunc proprias quasdam notas, aut oris lineamenta, aut staturam, aut alia ejusmodi inspicies, quibus illum a ceteris discernas.

583 *Ut est . . . quomque*] Tmesis, pro, utcumque.

584 *Quanta quoque est, [hæc cunq̄ue]* Similiter pro, quantacunq̄ue.

*Quanta [Fuat]* Antiquæ pro sit. Sic iv. 638. et alibi.

*Hinc*] E terris.

*In alto*] In ea sublimi ætheris regione, in qua est.

585 *Postremo, quosquomque, &c.*] His 7. vs. posterioribus agit de siderum aliorum magnitudine.

*Ætheris igneis*] Sidera, quæ aut ignes aut ignea creduntur.

Perparvum quiddam interdum mutare videtur  
 Alteram utram in partem filum, quo longius absit;  
 Scire licet, perquam pauxillo posse minores 590  
 Esse, vel exigua majores parte, brevique.  
 Illud item non est mirandum, qua ratione  
 Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,  
 Quod maria, ac terras omneis, cœlumque, rigando  
 Conpleat, et calido perfundat cuncta vapore. 595  
 Nam licet hinc mundi patefactum totius unum  
 Largifium funtem scatere, atque erumpere lumen;

*lineamentum in utramque partem, eo quod procul distent dum scilicet trepidatio illorum est adhuc visa, et lumen eorum videtur,) hinc potes agnoscere omnes illos ignes ætheris, quos cernis e terris, non posse esse multo minores, vel pauxilla tantum et parva parte majores, quam sunt. Hoc pariter non videtur admirabile, nimirum quomodo tam parvus ille sol possit jacere tam magnam lucem, ut impleat et irriget æquora, et totas terras, et cœlum, et aspergat omnia fervido calore. Namque fieri potest, ut ex illo unicus abunde fluens et apertus fons ignium totius*

Ferr. Ald. cremor Mus. B. 3. est deest Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. et Mus. B. 3.—588 *Per parvum* V. ed. Th. Ra. Perpetuum Lamb. Gasseud. videntur vulg.—589 *Alteram utram* Vind. Ferr. Bodl. Voss. vet. et L. B. Cant. *Alteram utram* V. ed. Th. Ra. *Alteram utram* O. *Alteram utram* vulg. quom longius absint edd. vulg.—590 Ordo versuum in codd. turbatur, hoc modo se habentium: vs. 589. 592. 593. 594. 595. 590. 591. et deinde vs. 584. repetitur in P. V. ed. O. Cant.—595 *valido* V. marg. 2.—596 *hunc mundi* Cout.—597 *scatere* V. ed. Th. Ra. *scatere* O. *flumen* P. Ald. Bip.

## NOTE

587 *Dum tremor est clarus*] Dum lux illorum tremit ac trepidat; dum lucent.

589 *Filum*] Lineamentum, ductum, extremitatem: vs. 581.

*Quo [cum]* Lamb. bene. Pareus, quo. Idem sensus.

592 *Illud item non est mirandum, &c.*] His 21. vs. de calore solis agit; docetque quamobrem sol, cum tantulus, ac tam parva figura præditus sit aut appareat, tantum tamen calorem tantumque lumen mittere ac profundere queat. Cujus rei rationem hanc reddit, quod aut sol sit fons omnium luminum et ignium, ad quem cetera lumina, ceterique confluent ignes, et unde tanti ignes, tantaque lumina scaturiunt atque mittuntur

in immensa totius mundi spatia: quemadmodum e fontibus parvis oriuntur tamen et scatent longa flumina. Vel quia forte, licet parvus sit solis ignis, incidit tamen in aëra, qui sit aptus et idoneus ad magnum incendium capessendum; sicut interdum ex una scintilla totæ segetes incenduntur. Vel quia sol ambitur ignibus, quos non videre est, et quos tamen certis temporibus in terram detrudit. Scilicet nihil certi in re tam incerta audent affirmare Lucretius.

595 *Perfundat . . . vapore*] Metaphora ducta ab aquis. Sic II. 146. 'Quam subito solet sol ortus tempore tall Convestire sua perfundens omnia luce.'

Ex omni mundo qua, sic elementa vapore  
 Undique conveniunt, et sic coniectus eorum  
 Confluit, ex uno capite hicc' ut profluat ardor. 600  
 Nonne vides etiam, quam late parvus aquai  
 Prata riget funs interdum, campisque redundet?  
 Est etiam quoque, utei non magno solis ab igni  
 Aëra percipiat calidis fervoribus ardor;  
 Obportunus ita est si forte et idoneus aër, 605  
 Ut queat adcendi, parvis ardoribus ictus:  
 Quod genus, interdum segetes stipulamque videmus  
 Adcidere ex una scintilla incendia passim.  
 Forsitan et rosea sol alte lampade lucens  
 Possideat multum cæcis fervoribus ignem 610

*mundi scaturiat, et copia luminis effluat, ad quem scilicet ita omnia semina caloris confluant ex toto mundo; et ad quem confusus illorum ita concurrat, ut hic totus calor, qui mittitur, emanet ex illo tanquam ex uno fonte. Nonne cernis quoque quam exiguus fons aqua sæpe irriget ampla prata, et excoctet arvis? Fieri potest quoque, ut calor occupet aëra fervidis ardoribus de parvo tamen igne solis: si forte aër sit ita aptus et accommodus, ut possit inflammarum percussus levioribus caloribus. Quemadmodum cernimus aliquando fruges, et paleam concipere late magna incendia ex una scintilla ignis. Fieri etiam potest forte ut sol fulgens face rosida contineat circa se plurimam flammam sub occultis ignibus, et quæ nullo splendore sit*

Mus. B. 2. Delph.—598 quo edd. vulg. quia quidam. vapora Nard. Bas. vaporis vulg. vapores P. in not. sint pro sic Mus. B. 1. O.—599 convenient Gif. Par. Cont. coniectus Gif.—600 Confluat Gif. Par. Cont. hinc, omisso ut, Mus. B. 2.—602 riget Mus. B. 2. camposque P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald.—603 igne Mus. B. 2.—604 percipiat Mus. B. 1. 3. et edd. vulg. percipiat Voss. L. B. præcipiat Bodl. Voss. vet. Ferr. Th. Ra. V. ed. præcipiat P. Ald. Gryph. marg. Bas.—607 Quo Nard.—608 Adcidere Voss. vet. et L. B. Accendi P. Cant. Gryph. Nard. Cout. V. marg. 1. Ferr. Accipere edd. vulg. Accendere V. ed. Th. Ra. Bodl. Gif. Par. Bas. Mus. B. 1. 2. 3.—609 roseas O. alta Mus. B. 3. late

## NOTÆ

597 Scatera] Tertius conjug. Dicitur quippe Scato, is, et Scateo, es. Sic vs. 41.

Lumen [Flumen] H. e. copiam lucis.

Alias lumen.

598 Quæ [Quo] Ad quem solem.

Vapore [Vaporis] Caloris, ut passim loquitur.

599 Coniectus] Cœtus, congressus, concursus.

603 Etiam quoque] Sic III. 398. junguntur hæc duæ particule. Sic Plant. Asin. 'Atque etiam tu quoque ipse

si esses percunctatus me ex aliis,' &c.

604 Percipiat] Occupet, comprehendat.

607 Quod genus] Cujus generis, quemadmodum, ut sæpe monui.

608 Adcidere [Accipere] Lamb. bene; l. e. concipere. Sic enim loquitur vs. 146. 'Aridior porro si nubes accipit ignem.' Pareus et alii quidam, Accedere, h. e. complere.

610 Possideat] Supp. Est etiam quoque, ut: vs. 603.

Circum se ; nullo qui sic fulgore notatus,  
Æstifer, in tantum radiorum exaugeat ictum.

Nec ratio solis simplex ac recta patescit,  
Quo pacto, æstivis e partibus, Ægocerotis

*conspicua, ut valde augeat plagam æstiferam ardorum suorum. Neque unica neque certa ratio patet nobis, quo modo sol percurrat e partibus æstivis ad hybernos*

~~~~~

Wakef. ex conj. in marg.—611 qui pro se Mus. B. 2. 3. sic Wakef. ex conj. fulgure V. ed. Th. Ra.—612 Æstifer vi tantum Voss. vet. Æstiferum ut tantum P. et edd. vulg. Æstiferum utantur Vind. Mus. B. 1. 2. Æstiferi utantur Bodl. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Æstiferi notantur O. V. ed. Th. Ra. Æstifer vitantur Voss. L. B. Æstifer ut tantum V. marg. 1. Æstiferum ut cinctu Voss. marg. exaudiat V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. actum Vind. ictus Mus. B. 3.—613 ac P. V. ed. Ferr. Ald. Th. Ra. Gif. marg. Gryph. Nard. aut O. Cant. deest Vind. Mus. B. 1. 2. nec vulg. rectaque Mus. B. 1. certa edd. vulg.—614 Eglocerontis O. Mus. B. 1. Egloceruntis Mus. B. 2.—615 fluxus V. ed. Th. Ra.

#### NOTE

*Cæcis*] Obscuris, et sub oculos non cadentibus; sic passim vocat atomos cæcas, quæ sensum oculorum fugiunt.

611 *Nullo qui sit fulgore notatus*] H. e. qui non fulgeat, et ideo non cernatur a nobis.

612 *Tantum*] Valide.

613 *Nec ratio simplex*] His 36. vs. seqq. quærit Lucretius, cur sol deflectens a solstitio æstivo deflectit ad brumam Capricorni: et contra. Deinde cur luna singulis mensibus peragit spatium, quod nonnisi singulis annis percurret sol. Cujus utriusque rei non unam ac simplicem causam afferri posse ait, sed multiplicem. In primis autem Democriti sententiam ac placitum inducit, qui putavit sidera, quo propius ad terram accedunt, eo minus rapi posse motu ac turbine cæli seu primi mobilis. Cum enim sol sequatur aliquatenus motum cæli, cælum vero subter delapsus non nisi ægre ac lento motu revertatur, hinc fit, ut sol tardior feratur quam cætera sidera fixa, quæ supra ipsam feruntur. Eadem de causa luna, quæ subter solem movetur, remotior quidem

quam sol a primo mobili, terræ vero propior, flaccidiore fertur motu; eamque prætergrediuntur cætera signa. Quia vero hæc sententiis pluribus difficultatibus videtur obnoxia, aliam proponit. Itaque censet solem, lunam, et sidera reliqua ab aëre ipso impelli, quem ab austro in aquilonem alternis conatibus ferri vult, ac sæcum rapere sidera cuncta: sicut videmus nubila ventis ire ac dispelli diversas in partes. Academicorum in morem disputat Poëta de his rebus omnibus, nihilque certi assignat, tum propter rerum difficultatem, cum propter varias in hæc rebus philosophorum opiniones.

*Simplex*] Unica.

614 *Ægocerotis*] Capricorni. Ægoceros enim signum est cæleste, quod Latinis dicitur Capricornus; quod sidus sol ingrediens efficit brumam, seu brumale solstitium. Fabulantur autem poëtae hunc fuisse natum ex Amalthææ nymphæ capra, quem Jupiter retulit inter astra, quia cum eo fuit eodem lacte educatus: a vocibus Græcis αἴ, capra, et κέρας, cornu.

Brumaleis adeat flexus; atque, inde revertens, 615  
 Canceris ut vortat metas ad solstitialeis:  
 Lunaque mensibus id spatium videatur obire,  
 Annua sol in quo consumit tempora cursu:  
 Non, inquam, simplex hiis rebus reddita caussa est.  
 Nam fieri, vel cum primis, id posse videtur, 620  
 Democriti quod sancta viri sententia ponit:  
 Quanto quæque magis sint terram sidera propter,  
 Tanto posse minus cum cœli turbine ferri:  
 Evanescere enim rapidas illius, et acreis  
 Inminui subter, vireis; ideoque relinqui 625  
 Paullatim solem cum posterioribus signis,  
 Inferior multum quod sit, quam fervida signa:  
 Et magis hoc lunam; quanto demissior ejus  
 Cursus abest procul a cœlo, terrisque propinquat,

*circulos Capricorni, et inde redeat, ut convertat se ad solstitiales terminos Cancrī; et quo pacto luna videatur percurrere singulis mensibus illud spatium, in quo sol percurrendo ponit tempora annua: non, inquam, unica ratio data est de his rebus. Etenim aut inprimis videtur id posse fieri, quod opinio veneranda viri Democriti statuit, nempe, quo magis quæque astra sint prope terram, eo minus posse rapi cum impetu ac motu cœli; putat enim veloces et vehementes illius cœli impetus infra perire et minui, et idcirco solem deseri pedetentim cum sequentibus sideribus, eo quod sit longe demissior, quam sidera ignifera: lunam vero multo demissiorem, quam ipsum solem, quo magis motus ejus longe distat a cœlo, et appropinquat ter-*

\*\*\*\*\*

—616 *Cancrī iter uti vertat* P. Ald. *Canteris ut vertas* V. ed. Th. Ra. *metas* abest Mus. B. 1. Edd. nonnullæ ponunt *se post metas*.—617 *mensibus ad* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *mensis ut id* P. in not. *videat* V. ed. Th. Ra.—618 *tempore* V. ed. Th. Ra.—619 *Nonnunquam* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *hic rebus* P. Bas. *causa sunt* Vind.—620 *vel deest* Mus. B. 2. *primus Ferr. in primis* V. marg. 1. *forte videtur* O.—622 *in pro sint* V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. V. marg. 1. *sidera tendunt* V. marg. 1.—624 *atris* Mus. B. 1. 2.—626 *posterioribus ignis* P. V. ed. Bodl. O. Vind. Mus. B. 3. Cant. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 2. Ferr. Th. Ra. Ald.—627 *multum* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. *multo* vulg.—628

#### NOTE

616 *Canceris*] Dicitur *Cancer, eris*: quod turbine in morem circumvol-  
 et *Cancer, cri*. vitur.  
 620 *Nam fieri, &c.*] His 16. vs. con- \*626 *Relinquit*] Superari celeritate.  
 tinetur Democriti sententia, de qua 627 *Inferior*] Humilior, demissior,  
 vs. 613. not. longe infra.  
 621 *Democriti quod, &c.*] H. vs. po- 628 *Hoc*] Supp. sole, quo luna in-  
 situs est III. 372. ferior est.  
 623 *Cœli turbine*] Cœlo, motu cœli:

Tanto posse minus cum signis tendere cursum. 630  
 Flaccidiore etiam quanto jam turbine fertur,  
 Inferior quam sol, tanto magis omnia signa  
 Hanc adipiscuntur circum, præterque ferantur.  
 Propterea fit, ut hæc ad signum quodque reverti  
 Mobilius videatur, ad hanc quia signa revisunt. 635  
 Fit quoque, ut e mundi transvorsis partibus æcr,  
 Alternis, certo finire alter tempore possit,  
 Qui queat æstivis lunam detrudere signis  
 Brumaleis usque ad flexus, gelidumque rigorem :  
 Et qui rejiciat gelidis ab frigoris umbris 640  
 Æstiferas usque in parteis, et fervida signa.  
 Et ratione pari solem stellasque putandum est,  
 Quæ volvunt magnos in magnis orbibus annos,

*ria, eo minus posse celerare motum suum cum aliis sideribus: et vero quo demisior circumagitur motu, quam sol, eo magis cetera sidera assequuntur eam, et voluntur circa eam, et prætergrediuntur eam. Ideo accidit, ut ea videatur regredi velocius versus quodque sidus, cum tamen sidera revertuntur versus illam. Accidit etiam, ut oppositus ær queat alternatim effluere certo tempore e contrariis regionibus mundi, qui possit pellere solem e sideribus æstivis usque ad circulos hyberni solstitii, et usque ad gelu frigidum: et alter ær qui repellat eundem solem e frigidis tenebris rigoris ad partes æstivæ, et ad sidera æstiva. Et pari modo credendum est lunam et sidera, quæ versant longos annos temporis in magnis*

et quanto Lamb. et alii.—631 *Flaccidior* Vind.V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. V. marg. 1. Ferr. Th. Ra.—633 *Hac* Mus. B. 2. *ferantur* V. ed. Th. Ra.—634 *id* pro ad Mus. B. 2.—635 *videantur* Mus. B. 1. *qua* Ferr. V. ed. Th. Ra.—636 *emundi* Cant. eundi Mus. B. 2.—637 *Alterius* Mus. B. 1. *altere tempore* V. ed. Th. Ra.—638 *solem detrudere* vulg.—639 *rigore* V. ed. *rigoret* Th. Ra.—640 *gelidus* Cant. ab P. Ald. ad V. ed. Th. Ra. a vulg. *umbris* Cant. *imbris* V. ed. Th. Ra.—642 *lunam* pro *solem* vulg.—643 *orbibus* Ferr. V. ed. Th. Ra.—644 *Æcreis* P. Ald. *Acribus* V.

## NOTE

630 *Tendere cursum*] Celerare motum, contendere cursum.

631 *Turbine*] Motu, vertigine, vs. 623. not.

636 *Fit quoque, ut e mundi, &c.*] His 13. vs. continetur altera opinio, quæ Epicuri fuit, de solis greasu et regressu ab alterutro ad alterutrum tropicum, Cancræ et Capricorni. Quam sententiam retulimus jam supra vs. 613. not. Præter has duas opiniones, fuit et tertia, quam Cleanthi ascribit Cicero de N. Deor. III. Is autem humidum,

quod e terra et mari sursum tollitur, causam esse voluit solstitii et brumæ, quasi sol pabulum sequatur. Hæc enim habet Cicero citatus: 'Quid enim? non eisdem vobis placet omnem ignem pastu indigere, nec permanere ullo modo posse nisi aliatu? ali autem solem, lunam, et reliqua astra, aquis alia dulcibus, alia marinis? eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo?'

Aëribus posse, alternis, e partibus ire.

Nonne vides etiam divorsis nubila ventis 645

Divorsas ire in parteis, inferna supernis ?

Qui minus illa queant per magnos ætheris orbeis

Æstibus, inter se divorsis, sidera ferri ?

At nox obruit ingenti caligine terras,

Aut, ubi de longo cursu sol ultima cœli 650

Inpultit, atque suos eclavavit languidus igneis,

Concussos itere, et labefactos aëre multo ;

Aut quia sub terras cursum convertere cogit

Vis eadem, supera quæ terras pertulit, orbem.

Tempore item certo roseam Matuta per oras 655

*circulis peragendis, posse ferri ab aëribus e partibus alternis. Nonne cernis quæ nubes ferri a ventis contrariis in partes contrarias, v. g. quæ infra sunt ire contra illas, quæ supra sunt ? Quare pariter astra non possent ire per magnos circulos ætheris pulsa contrariis inter se motibus ? Nox autem operit terras magnis tenebris, vel cum sol post magnum motum tetigit extremas partes cœli, et cum fatigatus extinxit suas flammæ labefactatas itinere, et fractas plurimo aëre ; vel eo quod eadem potentia, quæ detulit globum solis super terras, cogit agere suum motum subter terras. Similiter Matuta Dea certo tempore revehit roscidam Auro-*

ed. Th. Ra. *Acreis* Ferr. *Aëris* O. Mus. B. 1. a *partibus* Mus. B. 1. 2. et edd. vulg.—647 *ille* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *queat* Mus. B. 2.—648 *Deest* Mus. B. 2.—649 *Ac* vox V. ed. Th. Ra.—650 *Ac* V. ed. Th. Ra. *At* Mus. B. 2. 3. *Ast* O. *sol ultima* Vind. O. Cant. *solvet ima* V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. *solvet intima* Mus. B. 1. *solvet ima* Mus. B. 2. *sol intima* Ferr. *sol extima* P. et edd. vulg.—653 *convertere* Voss. vet. *convertere* reliqui.—654 *supra* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. Cant. *supera* reliqui.—655 *roseam Matuta* P. Mus. B. 1. Ald. Bip. Hav. Delph. *rosea matura* Vind. O. Mus. B. 3. Ferr. *roseam matura* Voss. vet. et L. B. Cant. *rose amatura*

## NOTÆ

649 *At nox obruit, &c.*] His 6. vs. explicat causas noctis. Bene quidem, ut parerat, causam noctis in solis recessum rejicit : at minus sane putat solem recedere, ac tenebras referre, quia longo itineris cursu labefactatus proprios jamjam ignes efflavit. Respicit tamen dum aliam, quæ vera et germana est, rationem reddit, nempe, quia sol pari vi ac potentia vicissim et indolensiter fertur snper et subter terras. Dum igitur deprimitur sub terras, noctis tenebræ superiores auras occupant.

650 *Ultima [extima] cœli*] Extremas, seu imas partes cœli ; nempe qua parte medium cœlum terrarum

globus terminare ac dividere videtur.

651 *Ignis*] Calorem et lumen.

652 *Itere*] Pro itinere. Veteres quippe dicebant Iter, iteris : et itiner, itineris. Hinc vulgo dictam est Iter, itinera. Sic Nonius. Sic Manil. 1. 88. 'Fecit et ignotis itiner commercia terris.'

654 *Supra [supera]*] Pro supra, ut sæpe monui.

655 *Tempore item certo, &c.*] His 24. vs. quærit Lucretius, cur fiat Aurora. Varias quidem causas reddit : 1. vel quia sol revertens anticipat cœlum et prævio lumine perfundit, quod novæ lucis, novæque diei index

Ætheris Auroram defert, et lumina pandit ;  
 Aut, quia sol idem sub terras ille, revortens,  
 Anticipat cœlum, radiis adcondere tentans ;  
 Aut, quia conveniunt ignes, et semina multa  
 Confluere ardoris consuerunt tempore certo,  
 Quæ faciunt solis nova semper lumina gigni.  
 Quod genus, Idæis fama est e montibus altis

660

*ram per regiones ætheris, et aperit lucem diei: vel eo quod idem sol ille rediens deubter terras anteoccupat cœlum, conatus illustrare illud suis splendoribus: vel eo quod plures ignes congregantur, et plures atomi caloris solitæ sunt concurrere in unum certo tempore, quæ faciunt novam lucem solis perpetuo generari. Cujusmodi rumor est ignes diffusos videri ex summis Idæ montis verticibus, ex-*

V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—656 *deferre* Vind. *deferte* V. ed. Th. Ra. *deffert* et Voss. L. B. *difert* et Voss. vet. O. Cant. Voss. marg. *difert* et V. marg. 1.—657 *inde pro ille* Mus. B. 2.—659 *cum venient* P. in not. *sydera multa* P. in not.—662 *Idæis* V. ed. Th. Ra. *Idiacis* Mus. B. 2. a O. in Mus. B. 2. deest Mns.

## NOTE

est: II. vel quia in eam cœli partem multa caloris et lucis semina conveniunt, quæ, antequam in massam et discum solis coalescant, prævium emittunt lumen. Quod quidem contingere ait iis, qui e summo montis Idæ vertice solem exoriri cernunt. Placet referre hic verba Melæ de situ Orbis I. 18. 'Orientem solem aliter, quam in aliis terris solet aspici, ostentat: namque ex summo vertice ejus speculantibus pæne a media nocte sparsi ignes passim micare, et, ut lux appropinquat, ita coire ac se conjungere videntur, donec, magis magisque collecti, pauciores subiinde, et una ad postremum flamma ardeant. Ea cum diu clara et incendio similis effulsit, cogit se ac rotundat, et fit ingens globus. Diu is quoque grandis, et terris annexus, apparet; deinde paulatim decrescens, et, quanto decrescit, eo clarior, fugat novissime noctem, et cum die, jam sol factus, attollitur.' Item Diodori verba referemus jam infra vs. 662. Hæc autem postrema sententia tribuitur Epicuro et Epicureis. Hi

namque voluerunt novos soles quotidie oriri, et extingui. Cleomedes lib. II. cap. 1. Neque, ut testatur Servius in I. Georg. Virg. dixerunt ire solem per alterum hemisphærium: sed semper ab ortu fieri orbem solis; aut saltem nova solis lumina accendi, atque veteris solis reparatiorem fieri. Quod quidem fieri posse variis confirmat exemplis, quæ jam sigillatim expendemus. Verum, ut sæpe jam monui, nihil certi decrevit Epicurus in hisce rebus difficilloribus.

*Matuta*] Cicero de Nat. Deor. III. 'Ino Dea dicitur, quæ Leucothea a Græcis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Caduci filia; i. e. Aurora.

662 *Quod genus*] Quale, cujusmodi, ejus generis, &c. Sic passim loquitur.

*Idæis montibus*] In Ida, qui mons est omnium, qui sunt ad Hellespontum, altissimus, inquit Diodorus. Quamquam latus ejus tantum occidentale respicit ad Hellespontum: orientale ad Mysos declinat, ex qua parte aquæ multæ defluunt: septentrionale pertinet ab angustiis Abydi



Dispersos igneis orienti lumine cerni ;  
Inde coire globum quasi in unum, et confacere orbem.

Nec tamen illud in hiis rebus mirabile debet 665  
Esse, quod hæc ignis tam certo tempore possint  
Semina confluere, et solis reparare nitorem.  
Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt  
Omnibus in rebus ; florescunt tempore certo  
Arbusta, et certo dimittunt tempore florem : 670  
Nec minus in certo denteis cadere inperat ætas

*oriens luce solis. Deinde convenire veluti in unum glomeramen, et efficere globum. Neque tamen istud debet videri admirabile in istis rebus, nempe quod hæc atomi ignium queant concurrere in unum tam certo tempore, et reficere splendorem solis. Namque cernimus multas res, quæ sunt stato tempore in cunctis rebus : v. g. arbores florent stato anni tempore, et stato tempore deponunt suum florem. Ætas non minus jubet dentes decidere nobis in stato tempore, impubescentem*

~~~~~

B. 1.—664 *conficte* V. ed. Th. Ra. *conficier* Mus. B. 1.—666 *possit* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. *posset* Mus. B. 2.—669 In V. ed. Th. Ra. desunt omnes voces inter *florescunt* hujusce versus et *tempore* venientis.—670 *dein* *mütunt* Voss. marg.—671 *incerto* P. Cant. Ferr. Ald. Et quæ sequuntur minus usque

#### NOTE

ad Æsapum et Cizycenum agrum, et ad Propontidem. Præter, ad Melæ testimonium de modo et figura quibus sol oritur iis qui orientem illum cernunt ex alto monte Ida, placet et Diodori verba referre, quæ sunt lib. xvii. ' Res singularis et admiranda huic Idæ monti accidit. Nam circa ortum Caniculæ tanta aëris circumfusi in vertice montis tranquillitas est, ut ventorum flatui vertex superemineat ; et, nocte adhuc existente, exoriri sol videatur, non figura circulari tornatus, sed flamma hac illac dispersa : adeo ut plures ignes videantur finitorem contingere, qui quidem paulo post in unam cogantur magnitudinem, donec spatium fiat quasi plethri tergemini ; ac, tum demum die apparente, apparens completa solis magnitudo solitam diel lucem exhibeat.'

663 *Oriente lumine*] Oriente Sole.

665 *Nec tamen illud in hiis, &c.*] His 13. vs. posterioribus confirmat variis exemplis rem ita se habere posse, ut congregatis ignium seminibus soles alios atque alios semper splendere ac regenerari dicamus. Sic enim, inquit, certis ac statis anni temporibus, i. arbores florent et deflorent : ii. sic certo ætatis tempore dentes hominibus crescunt et decidunt : iii. sic certis ætatis annis impubes homo pubescit, et puber demittit barbam : iv. sic certis in anni partibus fiunt fulmina, nix, imbres, nubila, venti. Scilicet quia natura sequitur semper eum ordinem, quem res habuerunt a primo suo exortu.

667 *Semina*] Atomi, corpuscula.

670 *Dimittunt* [*Demittunt*] Bene ; i. e. deponunt. Lamb. *dimittunt*.

671 *Inperat*] Sic i. 170. et seqq. hæc eadem fere prosecutus est omnia.

Tempore, et inpubem molli pubescere veste,  
 Et pariter mollem malis demittere barbam.  
 Fulmina postremo, nix, imbres, nubila, ventei,  
 Non nimis incertis fiunt in partibus anni. 675  
 Namque, ubi sic fuerunt caussarum exordia prima,  
 Atque ita res mundi cecidere ab origine prima,  
 Consequiæ quodque est jam rerum ex ordine certo.  
 Crescere itemque dies licet, et tabescere nocteis,

*puerum vestiri tenui lanugine, et similiter abraderi tenuem barbam e genis. Denique fulmina, nix, pluvia, nubes, venti, non fiunt nimirum in incertis partibus anni. Etentia cum primum prima initia causarum ita se habere ceperunt, et sicut res mundi exierunt a primo suo exortu, natura rerum consocula est postea certum ordinem. Datum est etiam dies augere, et noctes languescere; et dies*

~~~~~

ad incertis in vs. 675. desunt Mus. B. 1.—673 *dimittere* P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—674 *Fulmina* V. ed. Mus. B. 2. Cant.—675 *Non minus incertis* Gryph. P. V. marg. 1. O. *Non minus hæc certis* Fab.—676 *Rejiciunt* Lamb. et Fab. *Namque uti sanxerunt* Creech. *fuerunt* P. Mus. B. 2. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *fuerunt* O.—677 *Namque* Fab. Lamb. Gassend. *uti* Mus. B. 2. 3. et edd. vulg.—678 *Consequiæ* Voss. vet. et L. B. Gronov. *Consequæ* Vind. *Consequæ* V. ed. Th. Ra. *Consequitur* P. Mus. B. 1. Ferr. Ald. *Consequere* Bodl. Mus. B. 2. *Consequetur* Mus. B. 3. *quodque est* P. Gryph. marg. Bas. marg. *quoque, sine est*, Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *Consequæ natura* edd. vulg.—679 *licet* deest V. ed. Th. Ra.

#### NOTE

672 *Veste*] Lanugine. Sic vs. 815. et 887. Unde investes, i. e. impuberes, Nonius. Sic Virg. *Æn.* VIII. 659. 'Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.' Hoc est, lanugo, barba.

675 *Non nimis incertis, &c.*] Bene; alii, *non minus in certis, &c.* Non male. Quo vero anni stato tempore, aut saltem frequentius fiant, docebit vs. 856. et seqq. de fulmine: infra jam vs. 745. de nive, et alibi de aliis.

676 *Namque, ubi, &c.*] Hunc versum non Lucretianum sed spurium censet Lambinus. Quanquam non alienus omnino videtur.

*Fuerunt*] Penultima corripitur. Sic alibi 'occliderunt,' &c.

678 *Consequiæ* [*Consequæ*] Consequens.

679 *Crescere itemque dies, &c.*] His

24. vs. varias item refert causas incrementi et decrementi dierum ac noctium alternatim: 1. causa ex cælo ducitur, quæ sane germana est ratio. Itaque docet dies ac noctes crescere et decrescere alternis perpetuo certis anni partibus, puta hyeme et æstate, propter obliquum sodiaci situm, quem sol decurrit perlustrans terras subter et superne. Oritur itaque dierum ac noctium inæqualitas ex obliquo sphaeræ situ. Unde fit ut, qui continuo frunntur æquinoctio, nempe qui sub æquatore degunt, iis, utpote sphaeram rectam habentibus, nulla sit unquam dierum ac noctium inæqualitas, sed æqualitas continua. Qui vero versus alterutrum polum degunt, iis longiores aut breviores sunt dies ac noctes, quo longius aut propius accedunt ad polum; æstivæque

Et minui luces, quom sumant augmina noctes ;  
 Aut, quia sol idem, sub terras atque sapeme,  
 Inparibus currens amfractibus, ætheris oras  
 Partit, et in parteis non æquas dividit orbem ;  
 Et, quod ab alterutra detraxit parte, reponit-  
 Ejus in advorsa tanto plus parte, relatus ;

680

685

*decrecere, cum noctes accipiant augmentum, vel eo quod idem sol, percurrrens regiones ætheris inæqualibus flexibus subter terras et supra, dividit et partitur globum mundi in duas partes inæquales: et, quod aufert ab alterutra parte, reddit illud in parte opposita, quo magis reiectus est ad eam, donec pertigerit ad illud sidus cæli,*

*crebrascere Mus. B. 1.—680 Decat V. ed. Th. Ra. consumant Voss. L. B. cum sumunt Mus. B. 2. agmina Mus. B. 1. Ferr. noctis Mus. B. 2. noctes augmina sumunt P. Ald.—682 In paribus P. Ald. Imparibus reponit P. in not. peragens amfractibus quidam.—694 detractus Mus. B. 2.—686 Donicum Lamb. et alii.—*

## NOTÆ

dierum aut noctium longitudine hyemale brevitate compensant. Qui vero non in sphaera maxime obliqua, hoc est, sub altertro polo, ii sex menses lucis continue et vicissim totidem noctis ac umbræ obtinent; miramque non fit id, quod ait Plinius iv. 12. ipse 'serere matutinis, meridie metere, occidente sole fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi,' &c. Sed de his consule annotationes nostras in lib. i. Manilii a vs. 561. ad vs. 682. Hæc igitur i. causa vera et germana est. ii. causa ignobilior est: quasi æris crassitudo major aut miior efficeret ut tardius aut citius sol terris exoriretur. iii. causa, quæ infirma est; quasi ideo dies aut noctes longiores sint aut breviores, quia citius ac tardius alternatim confluunt semina lucis ad reparandam solis nitorem. Hoc tamen videtur annotare Poëta, dum hanc tertiam subnectit causam, quod et vulgus annotare solet: sed non unius diei aut noctis, sed et Auroræ, ac vespertini crepusculi moram ac brevitate. Namque duratio quoque tam Auroræ, quam vespertini crepus-

culi in sphaera obliqua est inæqualis per annum: prolixior quippe per æstatem, contractior vero per hyemem, (nisi quod non, ut crepusculum vespertinum longissimum est sub æstivum solstitium, ita et brevissimum sit sub brumam; cum brevissimum potius nonnihil sit ante vernum et post autumnale æquinoctium,) quatenus cum crepusculum aut mane incipiat aut vespere desinat, quando sol est infra horizontem octodecim gradibus secundum perpendicularum acceptis; arcus circuituum solis, qui cum illis gradibus aut mane ascendit, aut vespere descendit, sunt prolixiores per æstatem, et contractiores per hyemem. Adde quod hæc inæqualitas tanto major sit, quanto magis ab æquatore receditur. Sed longius esset hæc prosequi.

*Tabescere]* Minui: vs. 680. Sic ii. 1170.

680 *Luces]* Dies: vs. 679. Sic locutus est ii. 180.

682 *Amfractibus]* Viis, flexibus, curvis sinuosis.

683 *Orbem]* Totum mundum, cæli et terre globum.

Donec ad id signum cœli pervenit, ubi anni  
 Nodus nocturnas exæquat lucibus umbras :  
 (Nam medio cursu flatus Aquilonis, et Austri,  
 Distinet æquato cœlum discrimine metas,  
 Propter signiferi posituram totius orbis,  
 Annua sol in quo contundit tempora serpens,  
 Obliquo terras, et cœlum, lumine lustrans ;  
 Ut ratio declarat eorum, qui loca cœli  
 Omnia, dispositis signis ornata, notarunt:)

690

*in quo quasi cingulum anni reddit tenebras noctis æquales diebus. Namque in medio cursu flatus aquilonis et austri, cœlum tenet terminos cum æquali disparitate, ob situm totius circuli signiferi, in quo sol repens conterit tempora annua, perlustrans obliqua luce cœlum ac terras: veluti ratio illorum, qui signaverunt omnes partes cœli decoratas suis sideribus rite ordinatis, ostendit. Vel, quod air densior est in certis*

687 *Almis* P. Gryph. marg. Ald. *Malus* V. ed. Th. Ra. Bodl. *Modus* Ferr. V. marg. 1. *exæquant* P. Gryph. marg. *et æquat* Voss. vet.—689 *Destinet* Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. Delph. *Distruit* Bodl. *metans* Ferr. *mythram* P. in not.—691 *iniquo* Ferr. V. ed. Th. Ra. *contudit* Vind. Voss. vet. et L. B. Cant.

## NOTE

686 *Donec* [*Donicum*] *Donec*. Sic II. 1114. et infra vs. 706. 875. His autem 9. vs. seqq. præclaram et elegantem instituit æquinoctii descriptionem. Duplex est signum, in quo æquinoctium contingit, Aries et Libra, in cuius utriusque initio mutua fit æquatoris et zodiaci intersectio. Qua in intersectione sol constitutus dies noctibus et noctes diebus pariter æquales reddit. Quod quidem semel contingit circa 22. diem mensis Martii, et iterum circa 24. diem mensis Septembris.

*Anni Nodus*] Nodum anni vocat illam zodiaci et æquatoris intersectionem.

688 *Medio cursu flatus, &c.*] Supp. in : h. e. inter aquilonem et austrum, seu inter solstitium æstivum, et brumam; nempe in æquatore, in quo sol currens quasi medius luget inter solstitium et brumam, seu inter austrum et aquilonem, qui venti sunt, hic a septentrione, ille a meridie flans, et

quos vulgo accipiunt poëtæ pro septentrionalibus et australibus partibus, seu pro septentrionali et meridionali polo.

689 *Metas*] Nempe tropicum Cancreri et tropicum Capricorni, quæ sunt duæ metæ, ad quas sol accurrit, sed quas non prætergreditur. In tropico Cancreri fit solstitium hyemale. Ad has autem metas cum sol pervenit, iter suum flectit.

690 *Signiferi*] Zodiaci, in quo continentur duodecim signa, quæ sol singulis annis decurrit; et quæ hoc distich. continentur: 'Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.'

691 *Contundit*] Conterit, consumit. Sic vs. 618.

693 *Eorum, qui, &c.*] H. e. Astrologorum, et eorum qui scripserunt phænomena.

694 *Dispositis signis*] Nempe in sua nomina, in suas formas, in suas sedes.

Aut, quia crassior est certis in partibus aër,  
 Sub terris ideo tremulum jubar hæsitat igni,  
 Nec penetrare potest facile, atque emergere ad ortus;  
 Propterea, noctes hiberno tempore longæ  
 Cessant, dum veniat radiatum insigne diei:  
 Aut etiam, quia sic alternis partibus anni  
 Tardius, et citius, consuerunt confluere ignes;  
 Quei faciunt solem certa desurgere parte.  
 Luna potest, solis radiis percussa, nitere;

*partibus, idcirco lumen trepidans flammæ diurnæ hæret subter terras: neque potest permeare commode, et assurgere ad exortum. Ideo noctes restant longæ hyemali tempore, donec lumen micans diei oriatur. Vel etiam eo quod ignes soliti sunt alternis partibus anni convenire velocius et lentius, qui faciant oriri solem de certa parte cæli. Luna icta lumine solis potest lucere, et in dies exhibere nobis lucem*

contunditur V. ed. Th. Ra.—696 igni P. V. ed. ignis reliqui.—697 atque Mus. B. 1. nec Mus. B. 2. mergere Vind. Mus. B. 2. emerge V. ed. Th. Ra. in jungere Mus. B. 3.—699 venit Mus. B. 2. 3.—700 quia etiam Cant. sit pro sic Mus. B. 3.—702 faciunt P. V. ed. desurgere Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. de surgere vulg. Deinde in libris omnibus præter Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. venit vs. 713.—703 percussa P. Vind. V. ed.

## NOTE

695 *Aut, quia crassior est, &c.*] His 5. vs. continetur II. causa, seu ratio incrementi et decrementi dierum ac noctium, de qua supra jam vs. 679. not.

696 *Igni [ignis] Lucis, luminis, diei, aut solis.*

697 *Ad ortus]* Ad nascendum, ad exoriendum.

700 *Aut etiam, &c.*] His 3. vs. continetur III. ratio, de qua nos item supra vs. 679. not.

701 *Ignes]* Vel potius, Semina ignium, ut ait supra vs. 69. 667.

702 *Certa desurgere [de surgere] parte]* Anastrophe; pro, 'de certa parte surgere.'

703 *Luna potest, solis, &c.*] His 47. vs. seqq. quærit jam de lunæ lumine. Nimirum, qui fiat, ut in tot ac tam varias formas luna se vertat, ut modo plena, modo dimidiata, modo bicornis, modo tandem nulla appareat.

Cujus rei varias causas sigillatim enucleat jam Lucretius. Itaque his 11. vs. prioribus I. proponit sententiam vulgo receptam, et probabiliorem; nempe Innam mutuari suum lumen a sole. Cum enim luna sit globosa, et quasi pilæ formam imitetur, quæ tota per se cæca sit et lumine cæca; facile potest explicari varius ac multiplex illius vultus, si ponamus illam suum accipere lumen a sole. Quo enim longius recedit a sole, eo pleniori corpore lumen excipit et exhibet, donec tandem opposita soli plena luceat. Quo vero propius accedit ad solem, eo minori sui disci parte lumen remittit ad nos, donec nulla sui parte inferiori illuminata fugiat oculos nostros. Cum enim infra solem volvatur, si recte sub eum jaceat, sane sui tantum superiori parte illuminatur, inferiori vero. privatur lumine; quo fit, ut lumen ad nos non

Inque dies majus lumen convertere nobis  
 Ad speciem, quantum solis secedit ab orbe, 705  
 Donec eum contra pleno hunc lumine fulsit,  
 Atque oriens obitus ejus super edita vidit :  
 Inde minutatim retro quasi condere lumen  
 Debet item, quanto propius jam solis ad ignem  
 Labitur ex alia signorum parte per orbem : 710  
 Ut faciunt, lunam quæ fingunt esse pilæ  
 Consimilem, cursusque viam sub sole tenere :  
 Propterea fit, utei videantur dicere verum.  
 Est etiam qua re proprio cum lumine possit

enam ad aspectum, quantum recedit a globo solis, donec luce bene plena splenduit a regione illius; et exorients elata sublimè aspexit occasum illius. Postea debet similiter veluti abscondere retrorsum pedetentim lucem suam, quo propinquius delabitur ad flammam solis, per circulum siderum ex altera parte, quæ deprimitur, sicut ponunt ii, qui opinantur lunam esse similem pilæ, et ite iter sui motus subter solem. Ideo fit, ut ii videantur loqui veritatem. Potest quoque fieri, ut quæsi circummagi

Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Nard. Bas.—704 majus P. magis reliqui vet. magis et O. Mus. B. 1. Gryph. Nard. Ferr. magis hoc V. marg. 1.—705 ore V. ed. Th. Ra.—706 Donec P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Donicum edd. vulg. cum pro eum P. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—707 superedita Gif. Par. Delph.—709 Debeat it P. in not. quando O. proprius V. ed. Th. Ra. tam Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—710 Inlabitur Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Et in P. vs. 714. 715. hunc vs. sequuntur.—712 inere Voss. vet. sed meare in marg.—714 quæ re omn. vet. exempl.

## NOTÆ

remittat, nec censatur a nobis. Sic fere omnes censent mathematici: sic poëta omnes, sed imprimis Manil. II. 96. 'Tu quoque fraternis reddis sic oribus ora, Atque iterum ex iisdem nepetis; quantumque reliquit, Ant dedit ille, refers; et sidus sidere constat.'

*Percussa*] Icta luce solis. Sic II. 799. 807. et supra vs. 606.

*706 Donec* [*Donicum*] Donec, vs. 686.

*Eum contra*] Adversus solem; e regione solis; opposita soli.

*707 Oriens*] Dum oritur, ac surgit de orientali parte.

*Obitus ejus*] Occasum solis.

*Super edita*] Supra terras jamjam elata.

*708 Condere lumen*] Abscondere lumen, obscurari. Cum enim plena fuit luna, tunc retro cedit subter terras ad solem, et ad illum accedit. Quo fit, ut minutatim decrescat, donec eum eo conjuncta non appareat nobis.

*710 Ex alia signorum parte*] Nimirum ex ea parte cæli, quæ sub terris latet.

*Per orbem*] Per circulum suum. Vel, per mundum, h. e. per cælum ac subter terram.

*714 Est etiam qua re, &c.*] His 16. vs. seqq. II. proponit sententiam eorum, qui non alieno, sed native et proprio lumine lucere lunam putant. Verum ii non conveniunt in explicandis: varia lunnæ formis, quæ refert

**Volvier, et varias splendoris reddere formas.** 715  
**Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, et una**  
**Labitur, omnimodis obcursans obficiensque ;**  
**Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.**  
**Vorsarique potest, globus ut, si forte, pilai,**  
**Dimidia ex parti candenti lumine tinctus ;** 720  
**Vorsandoque globum varianteis edere formas.**  
**Denique, eam partem, quæquomque est ignibus aucta,**  
**Ad speciem vortit nobis, oculosque patenteis :**  
**Iade minutatim retro contorquet, et aufert,**

*cum sua luce, et exhibere diversas figuras tantis. Corpus enim aliud potest esse, quod rapitur, et simul cum ea movetur, occurrens et nocens si dicereis media, et quod nequeat quia privatum luce movetur. Globus quoque lunæ potest verti, veluti si fortasse, globus esset similis pilæ perfusus nigra luce ex dimidia sui parte; et convertendo talem pilam reddere diversas species lucis ac formæ. Tandem exhibet nobis ad aspectum et ad oculos apertos eam sui partem, quæ distata est flammis lucis: deinde pedatentim retrorsum convertit, et subducit nobis partem lucidam*

quoque uti edd. vulg.—715 splendore V. ed.—719 ut sit Douza, ad Catull.—720 parti Bodl. Mus. B. 1. 2. et edd. vulg. parte it P. in not. cadenti Ferr. V. ed. Th. Ra. Cant.—721 coriantis sedere formas V. ed. Th. Ra. varianti vel reformans O. Mus. B. 1.—722 Denique P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Donicum edd. vulg.—724 retorquet aufer Mus.

## NOTÆ

nobis. Itaque his 5. vs. prioribus proponit Anaximandri sententiam. Is enim voluit quidem lunam propria lucere luce, sed interdum certis temporibus ac motibus corpus aliquod opacum lunæ corpori lucido quasi operculum obduci, ac vicissim subduci; qua ratione varius ac multiplex lunæ vultus bene concipiatur et explicetur.

*Est etiam] H. e. Fieri potest. Sic vs. 603. et alibi passim.*

715 *Volvier] Poëtice, pro volvi.*

719 *Vorsarique potest, &c.] His 11. vs. seqq. alteram proponit eorum sententiam, qui lunam quoque proprio lumine lucere putarunt, sed qui corpus lunæ globosum ac in pilæ modum formatum esse voluerunt, quod media sui parte tingatur lumine, altera vero cæcæ sit et tenebris suffusum. Quo fit, ut dum versatur ac in se ver-*

titur, modo pleno luminis corpore, modo dimidiato, modo minimo, modo nullo nobis appareat. Quæ sententia fuit Berosi, et Babyloniorum adversus Chaldaeos Astronomicos. Chaldaei enim cum Græcis consentiebant lucere lunam lumine alieno, ut testatur Diodorus Siculus lib. 11. Babylonii vero voluerunt lunam sua luce lucere, sed media tantum sui globi parte lucidam esse. Itaque quamvis Lucretius post Epicurum priorem sententiam probabiliorum crediderit, posteriorem tamen non damnat: 'Proinde, quasi fieri nequeat, quod pugnat æterque; Aut minus hoc illo sit, cur amplexctier ausis?' Sic Epicurus apud Laërt. lib. x. ait: 'Quamvis unus modus videatur arridere præ ceteris, non esse tamen ceteros illic dammandos, si apparentia consenserint.'

Luciferam partem glomeraminis atque pilai : 725  
 Ut Babylonica Chaldæum doctrina, refutans  
 Astrologorum artem, contra convincere tendit :  
 Proinde, quasi id fieri nequeat, quod pugnat uterque ;  
 Aut minus hocc' illo sit quur amplectier ausis.  
 Denique, quur nequeat semper nova luna creari, 730  
 Ordine formarum certo, certisque figuris,  
 Inque dies privos aborisci quæque creata,

*globi et pilæ; veluti scientia Babylonica Chaldæorum, refellens sententiam astronomorum Græcorum, conatur evincere aduersus illos. Quasi vero id non possit fieri, quod uterque contendit; vel ratio sit aliqua, cur audeas minus sequi hoc, quam illud? Demum quare luna nova non possit perpetuo gigni cum certo ac stato ordine figurarum et cum certis formis? quare quæque forma lunæ procreata non*

B. 3.—726 *Habilonia caldeum* Vind. *Babilonis achaldeam* Ferr. Th. Ra. V. ed. *babilonia ad chaldeam* Mus. B. 2. *babilonis chaldeam* Mus. B. 3. *babilonia chaldeam* Cant. *Chaldeam* O.—728 id omittitur edd. vulg. *nequeant* Ferr. *utrinque* P. Gryph. marg. V. marg. 1. Ald.—729 *ilico* Vind. Mus. B. 2. 3. Cant. V. marg. 1. *ilico* Voss. L. B. *illud* Ferr. O. V. marg. 2. *deeat* V. ed. Th. Ra. *sic* Vind. O. *curam plectier* Mus. B. 2. 3. *usus* P. corr. in not.—732 *primos* O. Mus. B. 1. 2. *aborisci* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gif. L. B. *Par. aborisci* superscr. in Voss. vet. *aboristi* Bodl. V. ed. Th. Ra. *abolesci* P. in not. Gryph. Nard. Marr. *aboriri* P. O. Ferr. Ald. *abolescere* Vind. et edd. vulg.—

## NOTE

726 *Ut Babylonica Chaldæum, &c.*] Chaldæos et Babylonios Astrologiæ fuisse peritissimos testantur Diod. lib. 1. de divin. Plin. vii. 56. et alii complures. Unde Manilius l. 38. docet Astrologiam primum a Diis datam regibus Babyloniorum et Chaldæorum. Deus enim, inquit, 'Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent Omnibus, et cæli faciem, cœlumque supernum, Naturæque dedit vires; se quæ ipsa reclusit, Regales animos primum dignata movere, Qui domuere feras gentes oriente sub ipso, Quas secat Euphrates, in quas et Nilus inundat,' &c.

*Chaldæum*] Chaldæorum. Quidam legunt *Chaldæam*, supp. artem. Idem semper sensus.

727 *Astrologorum*] Supp. Chaldæorum.

728 *Uterque*] Alii, *utrumque*, h. e.

utraq; sententia, utraq; res.

729 *Amplectier*] Poëtice, pro amplecti.

730 *Denique, quur nequeat, &c.*] His 20. vs. seqq. iii. proponit sententiam Epicuri, qui putavit lunam quotidie novam creari et interire, cum certa figura ac forma: quemadmodum solem voluit quotidie extingui ad occasum, et rursus creari ad ortum. Quasi certo tempore lunæ vultus multiplex variari possit, sicut videmus certis anni temporibus multas res de novo gigni, et vicissim interire. Sic enim v. g. certo et inuolabili tempore sibi subsequentur anni tempestates et ætates. Sic ver præcedit æstatem: æstas autumnum: autumnus hyemem: hyems vernam tempestatem, &c.

731 *Formarum*] Varii vultus et aspectus, quem nobis exhibet luna.



Atque alia illius reparari in parte, locoque;  
 Difficile est ratione docere, et vincere verbis:  
 Ordine quom videas tam certo multa creari. 735

It Ver, et Venus; et, Veris prænunciis, ante  
 Pennatus graditur Zephyrus, vestigia propter  
 Flora quibus mater præspargens ante viai  
 Cuncta coloribus egregiis, et odoribus, obplet:  
 Inde loci sequitur Calor aridus, et comes una 740  
 Pulverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum.

*possit in singulos dies annihilari, et alia refici in loco et in parte illius? non est facile ostendere ratione, et evincere dictis, cum præsertim cernas tot res gigni cum tam certo ordine. Ver progreditur et Venus; et Zephyrus alatus fertur ante quasi præcursor Veneris et quidem prope vestigia illius: quibus Flora parens conspergens vias omnes replet eximiiis coloribus et odoribus. Postea calor siccus subsequitur, et simul Ceres pulchra comitatur, et Etesii status Aquilonum. Deinde autumnus ac-*

~~~~~  
 733 alius pro illius Mus. B. 2. reparari V. ed. Th. Ra.—734 Id facile Fab. ratio V. ed. Cant.—735 videas deest V. ed. Mus. B. 3. possunt pro certo Mus. B. 3. cuncta creari O.—736 Et Mus. B. 1. Sic P. Ald. Ic V. ed. Th. Ra. arte Ferr. V. ed. Th. Ra.—737 Pennatus vet. exemp. Pinnatus edd. rec. Zephyri Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. V. marg. 1. Ferr. Th. Ra.—738 præspargens Vind.—741 Polluerunt acres Vind. Polluerunt acres V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. Pulverit acer res Mus. B. 2. Pulverrent acres Mus. B. 3. Pulverulenta vulg. et deest Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.

## NOTE

732 *Aborisci* [*abolescere*] Lamb. bene. Pareus, *aborisci*, antique pro aboriri, h. e. interire.

736 *Venus*] Venus quippe generationis Dea comitatur vernum tempus. Quod præclare cecinit Poëta initio lib. 1. usque ad vs. 24.

737 *Zephyrus*] Ventus fluens ab casu æquinoctiali adversus Solanum ventum; ita dictus quasi vitam ferens, quod, eo flante, cuncta germinent. Is autem ventus quasi Veneris præcursor fingitur, quia Venus verno præsertim gaudet tempore, quo potissimum fiat Zephyrus.

738 *Flora*] Dea, quam Romani floribus præesse voluerunt.

*Via Cuncta*] Pro vias cunctas; ut alibi, 'Strata viarum.' 'clausa domorum,' &c.

740 *Inde loci*] H. e. ab illo loco, vel,

ab illo tempore: h. e. postea, deinde. Sic vs. 786.

*Calor aridus*] Æstas.

741 *Ceres*] Quæ frugum Dea fingitur.

*Etesia flabra*] Etesisæ, venti sunt, qui quotannis in vigore æstatis per undecim dies potissimum perflant post Caniculæ exortum. Etesiam dicti quasi anni, a voce Græca *ētos*, annus. Plin. xxxvii. 6. et Gell. ii. 18. Hos Strabo vocat Subsolanos: alii, Favonios: alii, Euros.

*Aquilonum*] Ventorum: species pro genere. Vel quia hi venti flant inter septemtrionem et ortum solstitialem, unde Aquilo fiat, a quo differunt, quod hic toto anni tempore ab iis partibus fiat: illi vero certis tantum anni temporibus, nempe æstate.

Inde Auctumnus ~~adit~~, graditur simul Eivus Euan :  
 Inde aliæ Tempestates, Venteiqne, sequuntur ;  
 Altitonans Volturans, et Auster fulmine pollens.  
 Tandem Bruma niveis adfert, pigrumque rigorem 745  
 Reddit ; Hyems sequitur, crepitans ac dentibus Algu.  
 Quo minus est mirum, si certo tempore luna  
 Gignitur, et certo deletur tempore rursus ;  
 Quom fieri possint tam certo tempore multa.  
 Solis item quoque defectus, lunæque latebras, 750

*cedit ; et una cum eo Eivus Euan incedit : et simul aliæ procellæ, et venti subsequuntur, v. g. altitonans Volturans et Auster, qui generat fulmina. Denique bruma asportat nives, et inducit tardum frigus ; et hyems percipiens fremitu frigoris subsequitur. Quare minus est admirabile, si luna creatur nova statò tempore et vicissim annihilatur, siquidem adeo multa res queant creari certo tempore. Ceterum credendum est tibi deliquia et obscuritates solis ac lunæ posse etiam fieri propter*

—742 Eivus deest Mus. B. 2. *cuchius* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 1. 3. *euhyius* P. Gryph. *cuchius* Cant. *Euthius* Bas. *evam* V. ed. Th. Ra. *evam* Ferr. *una* Mus. B. 2.—744 *anser* V. ed. Bodl. Th. Ra. *hauster* Ferr. *fulmen* V. ed. Th. Ra. *flamine* P. conj. in not. *pollens* Mus. B. 1.—745 *brumans* V. ed. Th. Ra.—746 *Reddit* Vind. Mus. B. 3. *creditus* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. Cant. deest Mus. B. 1. *accentibus* Vind. Bodl. O. Mss. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Gryph. Delph. Nard. Bas. *accentibi* V. ed. Th. Ra. *algit* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *algi* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *algor* Gif. Par. *algu* vulg.—748 *Signitur* V. ed. Th. Ra.—749 *Cum florere queant* O. P. in not. Cant. in marg. *fere possint* V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. *fieri possint* Bodl. Voss. L. B. *fluere possint* Mus. B. 1. V. marg.

## NOTE

742 Eivus Euan] Bacchus, a voce Bacchantium *ebol*. Sic Ovid. Met. iv. 15. 'Nycteliusque, Elatusque parens, et faecus, et Euan.'

744 Volturans] Euronotus. Ventus inter Eurum et Notum *flans* ; a Latine dictus Volturans, inquit A. Gell. ii. 22.

Auster] Ventus meridionalis, qui flare solet autumnali tempore.

745 Bruma] Hyems.

Rigorem] Frigus.

746 Ac dentibus Algu [accentibus algi] Lamb. non male. Parens, *ac dentibus algor*. Est autem algor vel algu, frigus.

750 Solis item quoque, &c.] His 21. vs. jam disputat de solis et lunæ de-

fectibus ac laboribus, quos vulgo vocant Eclipses. Cujus rei non unicam reddidit causam : neque unicæ causæ fidendum, aut vulgaris rationibus assentiendum censet ; sed sceptice disputandum. Vulgo enim solis eclipsis fieri creditur ex interjectu lunæ solem inter et nos : cum enim luna sit opacum corpus ac cæcum, privat nos solis lumine. Verum, quidni etiam, inquit Læcretius, aliud opacum corpus, quam luna, id præstare queat, quod radiis solaribus obijciatur ? Vel cur sol ipse nequeat interdum sanguescere ? quæ sententia fuit Xenophenis. Lunæ pariter eclipsis fieri putatur ex interventu terræ solem inter et lunam ; quæ terra,

Pluribus e causis fieri tibi posse putandum est.

Nam, quæ luna queat terram secludere, possis,

Lumine, et a terris altum caput obstruere ei,

Objiciens cæcum radiis ardentibus orbem ;

Tempore eodem aliud facere id non posse putetur 755

Corpus, quod cassum labatur lumine semper ?

Solque suos etiam dimittere languidas igneis

Tempore quæ certo nequeat, recreareque lumen,

Quom loca præterit, flammis infesta, per auras ;

Quæ faciunt igneis interstingui, atque pariri ? 760

Et, quæ terra queat lunam spoliare vicissim

Lumine, et obpressum solem, super ipsa, tenere,

Menstrua dum rigidas coni perlabitur umbras ;

*multis causis. Namque quare luna possit privare terram luce solis, et obducere ei soli caput suum sublimis ne penetret ad terras opponens illi globum suum cassum luminibus splendentibus ; neque tamen aliud corpus, quod feratur perpetuo privatum luce, possit credi posse facere istud idem ? Et cur sol quoque certo tempore torpens non possit remittere suos ardores, et regenerare suam lucem, ubi prætergressus est loca per aëra, quæ inimica sint suis ignibus, et quæ faciunt flammis illius extingui et interiri ? Et quare talis ipse possit privare lunam vicissim luce, et retinere solem absconditum supra seipsam, dum menstrua pertransit frigidæ tenebræ terræ quæ in apicis modum acuantur ; eodem tempore aliud corpus non*

1.—751 tum posse P. Ald. si posse V. ed. Th. Ra.—752 possis V. marg. 1. posces Gryph. Nard. Bas. P. Ald. possis Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B.—753 et P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. ejus O. Cant. cii vulg.—755 eadem Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. putemus P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. putes V. ed. Th. Ra. putent Ferr.—756 cassum Vind. Lamine Mus. B. 2.—757 demittere Mus. B. 2.—758 lunam Mus. B. 1.—760 pariri Wakef. ex conj. pariri vet. exempl. perire Mus. B. 1. P. et edd. vulg.—762 subter solem Lamb.—763 cum Mus. B. 2. comperabiliter V. ed. Th. Ra.

## NOTE

cum cæca sit, secludit lunæ lumen a sole. Verum si luna, inquit, ex aliorum opinione non metuetur lumen a sole, sed nativa et propria luce ditetur, cur languescere etiam non poterit nunquam solis instar ? Itaque in his omnibus rebus difficillimis nihil certi statuit ; scilicet, 'Difficile est ratione docere, et vincere verbis.'

752 Terram secludere, possis, [solis] Lamine] Terram separare a solis lumine, et ita privare ac spoliare illam lumine solis.

753 A terris] Ne penetret ad terras.

Altum caput] Sublime suum caput. Et] Soli.

754 Cæcum] Obscurum et opacum. Orbem] Globum, corpus, discum.

759 Flammis infesta] H. e. luminibus suis inimica. Sic loquitur vs. 760. 'Dum loca luminibus propriis inimica peragrat.'

763 Menstrua] Supp. luna ; quippe quæ singulis mensibus cursum peragat.

Coni perlabitur umbras] H. e. per-

Tempore eodem aliud nequeat subcurrere lunæ  
 Corpus, vel supera solis perlabier orbem, 765  
 Quod radios interrumpat, lumenque profusum ?  
 Et tamen, ipsa suo si fulget luna nitore,  
 Quur nequeat certa mundi languescere parte,  
 Dum loca, luminibus propriis inimica, per exit ?  
 Quod super est, quoniam, magni per cœrula mundi 770  
 Qua fieri quidquid posset ratione, resolvi ;  
 Solis utei varios cursus, lunæque meatus,  
 Noscere possemus, quæ vis, et caussa, cieret :

*possit succedere in locum luna : vel pertransire super globum solis, quod interpellat splendorem et lucem solis effusam ? Et tamen si luna lucet ipsa proprio lumine, quare non potest deficere in certa parte mundi, dum perillustrat regiones infestas suis lucibus ? Quod reliquum est, cum explicaverim quo modo quæque res queat creari per cœrula loca cæli immensi, ut possemus cognoscere diversos motus et vias solis ac lunæ, et quæ potentia quæve causa moveret illos : et qua ratione consuescant occi-*

*comparabiliter Mus. B. 2. undas O.—765 supra Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. supera vulg. perlabitur Mus. B. 2.—766 interrumpit Ferr.—767 fulgit Voss. L. B. et edd. vulg.—768 Quur Mus. B. 2. tetra mundi Gryph. Nard. Bas. terra mundi V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra.—769 i minuta Mus. B. 2. per exit P. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Ald. pererrat vel peragrat quidam. perrexit Vind. pervexit V. ed. Bodl. Th. Ra. perussit Mus. B. 1. Deinde, in P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. repetitur vs. 763.—772 varias V. ed. Th. Ra.—774 modo possent O. Ferr. V.*

## NOTE

labitur ultimam umbrarum terræ partem. Quidam per conum intelligunt terram, quasi sit *κωνοειδής*, cum Arist. lib. 11. Meteor. dicat esse tympani figura, et lineas ab ejus centro ductas efficere duos conos. Verum significat poëta lunarem eclipsim fieri ob coniformem terræ umbram.

764 *Subcurrere*] Succedere, snbter ire.

765 *Supra* [*Supera*] Pro supra, ut sæpe monui.

766 *Radios*] Snp. solis.

767 *Fulget* [*fulgit*] Utrumque olim dictum est, fulgeo, es; et fulgo, is. Sic VI. 159. 173. 213. 217. &c.

768 *Languescere*] Deficere, deliqui-  
 um pati, laborare.

769 *Luminibus inimica*] Sic locutus

est vs. 759. Sunt qui post hunc ver-  
 sum referunt sequentem alium, *Men-  
 strua dum rigidus conus perlabitur um-  
 bras*. Verum nulla ratio videtur esse,  
 cur iteretur hoc alieno loco.

770 *Quod super est, quoniam, &c.*] His 11. vs. quasi brevi epilogo re-  
 sumit ea, quæ hactenus de cœlesti  
 regione disputata sunt; deinde redit  
 ad initium mundi, ut doceat quid  
 primum in recenti mundi exortu sit  
 natum.

*Magni . . . mundi*] H. e. cœli late  
 patentis.

*Per cœrula mundi*] H. e. per cœlum  
 cœrneum. Sic 'strata viai,' pro strata  
 via. Sic vs. 738. 'cuncta viai,' pro  
 cunctas vias.

Quove modo soleant obfecto lumine obire,  
 Et neque opinanteis tenebris obducere terras ; 775  
 Quom quasi connivent, et aperto lumine rursum  
 Omnia convisunt clara loca candida luce :  
 Nunc redeo ad mundi novitatem, et mollia terræ  
 Arva ; novo fetu quid primum in luminis oras  
 Tollere, et incertis credunt committere ventis. 780  
 Principio, genus herbarum, viridemque nitorem,  
 Terra dedit circum colleis ; camposque per omneis  
 Florida fulserunt viridanti prata colore :  
 Arboribusque datum est variis exinde per auras  
 Crescundi magnum inmissis certamen habenis. 785  
 Ut pluma atque pilei primum, setæque, creantur

*dere, obstructa illorum luce, et cooperire tenebris terram, qua non expectat intus, dum veluti claudunt lumen suum; et iterum patefacta luce revisunt omnia loca clara splendide lumine: nunc revertor ad reanovas mundi, et ad resolutos agros terræ, ut dicam quid enisa sit edere in auras lucis novo partu, et committere incertis flatibus ventorum. Primum tellus fudit circum colles omnia genera herbarum, et viridantem splendorem; et per omnes campos prata florentia splendorerunt viridi nitore. Et postea magna vis augescendi per aëra concessa est diversis arboribus, laxatis scilicet illis habenis crescendi: sicut principio pluma, pili, et seta gene-*

marg. 1. possint Mus. B. 1. posset Mus. B. 3. deest vox V. ed. Th. Ra. effecto V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. effato P. Ald. Mus. B. 1. 2.—775 nec vulg.—776 Con Mus. B. 2. connideunt Vind. connident V. ed. Th. Ra. Cant. comdent Mus. B. 1. cumbent Mus. B. 2. 3. rursus Mus. B. 2.—777 convisunt V. ed. Th. Ra. commiscunt Mus. B. 1. condita luce P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.—778 redeo V. ed. Th. Ra.—780 Tolleret Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Tollere, omisso et, O. tentarit credere Lamb. et edd. vulg. ceperunt credere Voss. marg. tendat committere Nard. Bas. P. in not.—783 cinxerunt floridanti Mus. B. 2.—784 exire Mus. B. 1.—787 in membris edd.

## NOTE

774 *Obfecto*] *Obducto*, *obstructo*. Sic locutus est II. 155.

776 *Connivent*] *Lumen suum claudunt*; *supp. sol et luna*.

781 *Principio, genus herbarum, &c.*] *His 18. vs. docet Poëta quæ primum res procreatæ fuerint in primo mundi exortu. Credit autem obductam primitus fuisse terram universam viridi quodam nitore, qui tamen subito creverit in gramina et herbas, et in arbores tenuissimas, instar plu-*

*marum aut pilorum, ut fieri videmus in novis foetibus alituum et animalium. Post vero quasi paratam eam, censet varia procreata fuisse animalia e terris; unde terra maternum nomen adepta sit. Neque enim credit fieri potuisse, ut e cælo ceciderint varia animalia, aut e mari procreata fuerint.*

785 *Inmissis*] *Laxatis*. Sic *Virg. VI. Æn. 1.* ‘*Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.*’

Quadrupedum membris, et corpore pennipotentum ;  
 Sic nova tum tellus herbas, virgultaque, primum  
 Subtulit ; inde loci mortalia corda creavit  
 Multa, modis multis, varia ratione, coorta. 790  
 Nam neque de caelo cecidisse animalia possunt,  
 Nec terrestria de salsis exisse lacunis.  
 Linquitur, ut merito maternum nomen adepta  
 Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata.  
 Multaque nunc etiam existunt animalia terris, 795  
 Imbribus et calido solis concreta vapore.  
 Quo minus est mirum, si tam sunt plura coorta,  
 Et majora ; nova tellure, atque æthere, adulta.  
 Principio, genus alitum, variaeque volucres,

*ranter in artibus animalium, et in corporibus volucrum ; ita recens terra tunc primum tulit herbas, et arbusta. Deinde procreavit plura mortalia genera animalium, quæ nata sunt diversis modis et diversa ratione. Etenim neque animalia terrestria possunt venire de caelo, neque possunt esse orta de salsis lacunibus. Relinquitur, ut terra jure consecrata sit titulum unatparentis, siquidem res omnes procreatae sunt e terra. Et nunc plura sunt etiam animalia in terris, quæ procreatae sunt ex pluvio et ex ferventi calore solis. Quare eo minus est admirabile, si tunc primum plura et majora adulta animalia procreata fuerunt in recenti terra et caelo ætherio. Primum genus volucrum, et diversa aces emissa deseruerunt ova in*

~~~~~

vulg.—789 corda O. sacra Vind. seculi vulg.—790 creata Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Gryph. marg.—792 exire Mus. B. 2.—794 si de terra Vind. quam V. ed. Th. Ra. quomodo O. cum Mus. B. 2. sint P. V. ed. Th. Ra. Ald.—798 majora Bodl. O. Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph. majore reliqui. adulto add. vulg.

#### NOTE

789 *Inde loci*] Deinde. Sic vs. 740.  
*Mortalia corda* [seculi] Animalia, praeter homines et brutas: vs. 808. sic I. 21. 468. 591. et II. III. IV. passim.  
 791 *Nam neque de caelo, &c.*] Sic locutus est II. 456.  
 792 *De salsis lacunis*] De mari, cujus aquae salae sunt.  
 793 *Maternum nomen, &c.*] Sic II. 1153. et infra jam vs. 819.  
 795 *Multaque nunc etiam, &c.*] Probatur a simili, ut aiunt, animalia principio e terra humida solis calore caliofacta extitisse, sicut nunc videmus procreari, v. g. ranas, vermes, et insecta.  
 797 *Tua*] Initio mundi, in primo

mundi exortu.

798 *Et majore ; nova tellure, &c.*] Cum enim Lucretius sibi objecti posse videret, perfecta et adulta jam animalia non erumpere e terra, innuit his verbis terram nunc effectam non posse gignere canem, leonem, et alia animalia: sed initio mundi potuisse, cum illa sua uberiore fecunditate turgesceret.

799 *Principio, genus alitum, &c.*] His 25. vs. neqq. docet quem ordinem secuta sit terra in procreandis animalibus, atque nutriendis. Patet volucres primum verno tempore ex ovibus exclusas fuisse, atque ova reliquise, ut victum quaerirent; co-

Ova relinquebant, exclusæ tempore verno: 800  
 Folliculos ut nunc teretis æstate cicadae  
 Linquunt sponte sua, victam vitamque petentes.  
 Tum tibi terra dedit primum mortalia secla;

*vernali tempestate: veluti cicadae deserunt nunc in æstate suas tunicas rotundas, quaritantes vitam et alimentum sponte sua. Deinde primo tellus præbuit tibi mor-*

—800 *excusæ* Mus. B. 2.—801 *atate* Voss. marg.—802 *petente* V. ed. Th. Ra.  
 —803 *Tunc tibi* Mus. B. 2. *Tunc ibi* P. Gryph. marg.—804 *Multas* V. ed. Th.

## NOTE

dem fere modo, quo nunc videmus cicadas relinquere veteres suas tunicas. Deinde censet varia animalium, quadrupedum, et hominum etiam genera fuisse procreata; scilicet ubique dabatur opportunitas terra crescebat ac tamescebat in uteros; uteri vero isti, post debitam maturitatem infantium, qui non solius humoris terræ, sed et aëris alimentis indigebant, tempestive rupti patefiebant, atque ita pueri edebantur in lucis oras; terræ vero foramina vertebantur in ductus lactiferos; calor aëris fovebat teneros pueros; herba præbebat illis molles lectos; et sic adolecebant terra nutrice. Neque enim tunc primum ulla vel frigoris, vel nihil caloris dira tempestatas erat: sed frigus et calor tunc primum cum ceteris rebus nascebantur et crescebant. Quam quidem primam originis rerum rationem explicat ex Anaximandri sententia, et aliorum quorundam veterum Philosophorum, juxta Diodori Siculi testimonium lib. 1. non longe ab initio, his verbis: 'Hanc terram primum quidem, cum ignis solis circumfusum eam collasserat, concrevisse: deinde, eum, propterea quod concaluerat, extremæ ejus oræ veluti fermentarentur, multis locis humida quædam intumuisse, et in eis putores quosdam tenuibus membranæ circumdatos extitisse; quod in paludibus, et in stagnan-

tibus locis etiam nunc fieri cernere licet, cum, ea loci regione frigida facta, aër repente exarserit, neque sensim fuerit immutatus. Humida autem illa eo, quo diximus modo, calore animata, nocta quidem ex nebula superne cadente cibum cepisse: interdium autem ab æstu solidata esse: postremo iis, quæ in uteris terræ involuissent, justum incrementum consecutis, membranisque perustis ac perforatis, extitisse, atque exostas esse omnes generis animalium formas. Horum autem ea quidem, quæ plurimum caloris nacta fuissent, ad superna loca abiisse, volatilia facta: ea autem quæ terrenam retinuerant soliditatem, in reptilium et aliorum terrestrium ordine esse numerata. Quæ vero naturam humidam maxime haberent, ad locum ejusdem generis concurrisse, natalia nominata.'

801 *Folliculos*] Tunicas, ut dixit 1v. 56.

803 *Mortalia secla*] Hominum præsertim genus significat his verbis, ut patet ex vs. 820. 821. Significat et cetera animalia terrestria. Sic supra vs. 789. et alibi passim. Hoc loco non ex unius Epicuri, sed partim ex Stoicorum mente loquitur; hi enim apud Lactantium censuerunt 'Homines in omnibus terris et agris tanquam fungos esse generatos: partim etiam ex Anaximandri sententia, qui

Multus enim calor, atque humor, superabat in arvis.  
 Hoc, ubi quæque loci regio obportuna dabatur, 805  
 Crescebant uterei terra, radicibus aptei:  
 Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas  
 Infantum, fugiens humorem, aurasque petissens,  
 Convortebat ibei Natura foramina terræ,

*talia genera hominum. Namque plurimus calor, et aqua abundabat in campis. Et, ubi quæque loci regio erat apta, uteri creabantur inhærentes radicibus terræ; quos cum, maturo tempore, ætas infantum, evitans aquas, et postulans aërios flatu, ruperat, natura patefaciebat eo loco meatu terræ, et faciebat illos emittere succum*

Ra.—805 *Hoc* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Voss. marg. *Hic* P. Vind. Bodl. Mus. B. 1. Gryph. marg. Ald. *Hec* V. ed. *Hæc* Ferr. Th. Ra. *Hic* Bentl. *Ecce* Gryph. Nard. Bas. *Atque* Delph. *tibi pro ubi* Ferr. *ubiquoque* Cant.—806 *terra* Cant. et quædam exempl. Lactantii, II. 12. *terram* V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. *terra* reliqui. *in radicibus* V. marg. 1. Cant. et ed. Juntin.—807 *ætas* Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—808 *humore* P. Ald. *petessens* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Nard. Voss. marg. *petissens* P. Ald. *petenses* V. ed. Th. Ra. Bodl. *petassens* O. *petissens* Mus. B. 1. Hav. *petessens* Mus. B. 2. Ferr.—809 *ibus natura* Lamb.—810 *Ut*

## NOTE

licet tam homines, quam cetera animalia, ortos voluerit ex aqua, censuit tamen, ut est apud Plutarch. Plac. v. 19. 'fuisse corticibus spinosis contentos; et fœtus ad pubertatem intus retentos, tum demum, ruptis illis, viros, mulieresque, qui se jam alere possent, processisse.' Partim denique ex Archelai opinione, qui docuit apud Laërt. lib. II. 'homines ortos e terra, quæ limum similem lacti ad escam eliquaverit.' Vide plura de hoc primo mundi fabuloso exortu apud Diod. Siculum lib. I. Quam sententiam imitatus videtur Ovid. Met. I. 78. 'Natus homo est: sive hunc divino semine fecit Ille opifex rerum, mundi melioris origo; Sive recens tellus,' &c. Quam fabulosam sententiam rite refellit Lactantius II. 12. Consulas illum velim locum, qui lectione tua, lector candide, dignus est.

806 *Crescebant uterei, &c.*] Citat hunc versum Lactantius lib. II. de Origine Error. cap. 11. et 12. ubi totam

hanc doctrinam de animalium origine refellit his verbis: 'Alunt certis conversionibus cæli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum: itaque terram novam semen genitale retinentem folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius lib. v. 'Crescebant uteri terræ radicibus apti:' eosque, cum maturassent, natura cogente, ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse, eoque alimento animantes esse nutritos,' &c. Sic Cic. de Leg. I. Sic Censorinus scribit lib. de Divin. Nat. cap. 2. censuisse Democritum.

*Terra [terræ] radicibus aptei]* H. e. affixi et inhærentes terræ radicibus.

808 *Fugiens humorem]* Ita legendum censent omnes præter Lambinum, qui legit, *ugens humorem*.

*Petassens [Petessens]* Dicitur petasso, sicut capesso, lasso, &c. a verbo peto.



Et succum venis cogebat fundere apertis, 810

Consimilem lactis; sic, ut nunc femina quæque,

Quom peperit, dulci repletur lacte, quod omnis

Impetus in mammas convertitur ille alimenti.

Terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile,

Præbebat, multa et molli lanugine abundans. 815

At novitas mundi nec frigora dura ciebat,

Nec nimios æstus, neque magnis viribus auras:

Omnia enim pariter crescunt, et robora sumunt.

Qua re, etiam atque etiam, maternum nomen adepta

Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit 82

Humanum, atque animans prope certo tempore fudit

Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim:

Aëriæque simul volucres variantibus formis.

Sed, quia finem aliquam pariundi debet habere,

*similem lacti, palefactis venis, veluti nunc quæque mulier, ubi partum edidit, completur suavi lacte, eo quod illa tota vis nutrimenti conjicitur in ubera. Tellus dabat alimentum infantibus, calor vestimentum, gramen, quod constat plurima et tenera lanugine, præbebat lectum. Verum tunc novus mundus neque suscitabat rigida frigora, neque nimios calores, neque ventos, qui flant magnis impetibus. Namque cuncta tunc aequaliter creabantur et accipiebant vires pedetentim. Quapropter jure merito tellus possidet titulum maternum, quod assecuta est, si quidem ipsa genuit gentem humanam, et protulit certo tempore omne fere animalium genus, quod vagatur ubique per magnos montes, et una creavit aves atherias, quæ diversicolores sunt. Verum, quia debet habere aliquem terminum generandi, cessavit,*

P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. succum Ferr. V. ed. Th. Ra. succum vulg.—811 lacti V. marg. 1. sunt pro nunc V. ed. Th. Ra.—812 lacte deest V. ed. Th. Ra.—813 mundi V. ed. Th. Ra. elementi Mus. B. 2.—816 mundi deest V. ed. Th. Ra.—821 animans deest V. ed. Th. Ra. animas Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. animal vulg. fundit Voss. vet.—822 magni V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3.—823 Aëria Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Aërias vulg.

## NOTE

818 *Crescunt, et sumunt*] Quasi res ita se habuerint initio mundi, ut jam nunc se habent, pro crecebant... samebant.

819 *Maternum nomen adepta*] Sic supra vs. 793. Sic r. 1068.

822 *Bacchatur*] Bacchantiam in morem vagatur.

*Montibus* [*Montibus*] Litera s demta, metri causa.

824 *Sed, quia finem aliquam, &c.*] His 11. vs. præoccupat objectionem. Poterat enim quis scrutari, cur terra, quæ tunc initio mundi fœtus promte edebat, nunc jam effœta est? Cujus rei rationem hanc reddit Lucretius, quod ea sit rerum sublunarium sors ut tandem finem faciant. Unde terra, sicut mulier longo ævo defessa, languet, et finem pariendi facit. Ita

Destitit : ut mulier, spatio defessa vetusto. 825  
 Mutat enim mundi naturam totius ætas,  
 Ex alioque alius status excipere omnia debet,  
 Nec manet ulla sui similis res ; omnia migrant :  
 Omnia conmutat Natura, et vertere cogit.  
 Namque aliud putrescit, et, ævo debile, languet ; 830  
 Porro aliud concrescit, et e contemptibus exit.  
 Sic igitur mundi naturam totius ætas  
 Mutat, et ex alio terram status excipit alter :  
 Quod potuit, nequeat ; possit, quod non tulit ante.  
 Multaque tum tellus etiam portenta creare 835  
 Conata est, mira facie membrisque coorta :

*veluti famina fessa longa ætate tandem cessat parere. Etenim tempus vetustum immutat naturam totius mundi, et alius status post alium debet capere res cunctas, neque res illa permanet diu eui similia: res cunctas transiunt: natura mutat res cunctas, et facit mutare illas. Namque alia res corrumpitur, et ætate debilitata languescit: alia vero res procreatur et exoritur e villi materia. Ita ergo ævum conmutat naturam totius mundi, et alius status terras nascitur ex alio. Ita ut non possit jam facere, quod potuit: neque queat producere, quod antea non produxit. Terra quoque tunc temporis tentavit procreare multa monstra, quas nata sunt admirabili vultu, et artubus portentosis. Puta Androgynum, qui est inter utrum-*

*Aërias atque Mus. B. 2.—826 ætas V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—827 Ex alio atque Mus. B. 2. excipit V. ed. Th. Ra.—828 illa P. migrant Gif. marg.—830 aliud deest V. ed. Th. Ra. putrescit Mus. B. 2.—831 crescit V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. e deest Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. contemptibus Vind. V. ed. Cant. Ferr. contemptibilis O. contentibus Gryph.—833 exilio V. ed. Th. Ra. extitit Delph.—835 cum Ferr. V. ed. Th. Ra.—836 Concita V. ed. Th. Ra. facit Vind. V. ed. Th. Ra.*

#### NOTÆ

status statum sequitur, et ætas ætatem. Sic præclare II. 1149. et seqq. Sic respectasse videtur ad illud Diodori Siculi lib. I. ‘Cumque terra subinde magis ab igne solis spiritibusque constiparetur, illam ad extremum nihil potuisse amplius majorum animalium in vitam producere: sed animantium singula ex mutua commixtione genita fuisse.’

831 *E contemptibus*] Ex villi materia; ex fere nihilo.

835 *Multaque tum tellus, &c.*] His

20. vs. verisimile fuisse tradit multa quoque initio mundi procreata esse monstra ac portenta, dum terra spontaneo partu in lucem edebat animalia. Verum docet ea non potuisse propagare suum genus: i. quidem ob alimentum inopiam, quod neque sibi parare, neque sumere valebant, præ membrorum impedito adhæsu, aut mutilatione: II. defectu rerum genitalium, aut ob coitus impedimenta; quo factum est ut multa quoque alia animalia interierint.

Androgynem, inter utras, nec utramque, utrimque remotum :  
 Orba pedum partim, manuum viduata vicissim ;  
 Muta, sine ore, etiam ; sine voltu, cæca, reperta ;  
 Vinctaque membrorum per totum corpus adhæsu, 840  
 Nec facere ut possent quidquam, nec cedere quoquam,  
 Nec vitare malum, nec sumere quod volet usus.

Cætera de genere hoc monstra, ac portenta, creabat :  
 Nequidquam ; quoniam Natura absterruit auctum ;  
 Nec potuere cupitum ætatis tangere florem, 845  
 Nec reperire cibum, nec jungi per Veneris res.

*que sexum, nec uterque est, sed ab utroque alienus : alia partim carentia pedibus, et pariter privata manibus ; plura quoque inventa sunt carentia lumine, absque ore, et absque vultu : alia ita impedita connexione artuum suorum per totum corpus reperta sunt, ut nihil possent facere, neque progredi in quenquam locum, neque fugere malum, neque capere, quod esset sibi utile ad vitam. Terra autem procreabat incassum reliqua monstra ac portenta hujus generis ; siquidem natura prohibuit ea ab augmento ; neque potuerunt assequi optatum vigorem ætatis, neque invenire alimentum,*

Mus. B. 3. faci Cant.—837 *Androgynum* P. Mus. B. 1. 2. 3. Ald. Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. *inter ceras* Mus. B. 1. *inter utrum* edd. vulg. *inter neutra* Heins. *utrumque* et P. et edd. vulg. *utrimque* Wakef. ex conj. *utrumque* V. ed. *utrinque* Ferr. Bip. Hav. *utrumque* Bodl. Voss. L. B. *remoti* Voss. vet.—838 *induata* V. ed. Th. Ra.—839 *Multa* vet. exempl. *Muta* Ald. sec. Nard. Bas. Creech.—840 *Junctaque* Mus. B. 1. *Victaque* Mus. B. 2. *adhæsum* Mus. B. 3.—841 *possint q. n. credere* Mus. B. 2.—842 *foret usus* Lamb. et alii.—844 *abs se ruit* Voss. L. B. *abseruit* Voss. vet. Mus. B. 1. *abseruit* O. *abterguit* Gif. Par. Cout. H. va. deest Mus. B. 2.—845 *Nec potue captum* V. ed. Th. Ra.—846 *nec deest* Mus. B. 2. *ut* V. ed. Th. Ra.—847 *debent* O.

## NOTE

837 *Androgynem, inter* [*Androgynum inter*] &c.] Hunc versum delendum censent Lambinus et alii nonnulli, tum quia varie legitur, cum quia ineptus videtur. Alii enim legunt : *Androgynum inter utrum nec utrumque et utrinque remotum*. Alii : *Androgynum inter utras, nec utramque, et utrinque remotum*. Alii : *Androgynum inter utras, nec utraque, utrinque remotum*. *Androgynus* autem is dicitur, qui utrumque sexum, virilem et muliebrem, habet, cujusmodi Hermaphroditum fuisse fabulantur poëtæ, Mercurii ex Venere natum ; a vocibus *ἄρσ* vir, et *γυνή* mulier. Quod *Delph. et Var. Clas.*

fatale quoddam monstrum fuit, inquit Cicero lib. de Divin.

839 *Muta* [*Multa*] Alias, *Muta*. Nec male.

840 *Adhæsu*] Adhæsiōne. Qua voce passim utitur: III. 832. IV. 1235. VI. 471. &c.

844 *Absterruit*] Lamb. bene. At Pareus, *abterguit*, i. e. depellit ; ut IV. 1057. legerat.

845 *Nec potuere, &c.*] H. e. nec potuere ad justum ætatis robur ac vigorem pervenire. Sic II. 555.

846 *Per Veneris res*] Per generationem, per complexum venerem. Sic II. 173. 437. 921.

*Lucret.*

2 T

Multa, videmus, enim rebus concurrere debent,  
 Ut propagando possint procludere secla :  
 Pabula primum ut sint, genitalia deinde per artus  
 Semina, quæ possint membris manare remissis :  
 Feminaque ut maribus conjungi posset, habere  
 Mutua, qui meterent inter se gaudia uterque.

850

    Multaque tum interiisse animantum secla necesse est,  
 Nec potuisse propagando procludere prolem.

Nam, quæquomque vides vesci vitalibus auris,

855

*neque conjungi per complexum Venerum. Namque cernimus multas res debere conuenire rebus, ut queant procreare et multiplicare sua genera per generationem. Primo necesse est ut alimenta sint; secundo ut sit via, qua genitabilia semina dispersa per membra queant emanare artibus relaxatis: et ut farina jungi queant cum maribus, uterque debet habere aliquid, quo connectant inter se matius voluptates. Oportet idcirco plurima genera animalium jam tum periisse, nec potuisse procreare, nec amplificare genera sua. Etenim qua animalia cernis frui vitalibus*

\*\*\*\*\*

Cant. V. marg. 1. *debere* vulg.—848 *procludere* P. Ferr. Ald. Delph. Nard. Lamb. *producere* Cant. *procludere* V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Th. Ra. *precludere* O. Mus. B. 1. 2. *concludere* quidam. Omnia quæ veniunt inter possint hujusce vs. atque eandem dictionem vs. 850. desiderantur in V. ed.—850 *qua* V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Bip. Hav. Delph. Nard. Creech. Gassend. Bas. *manere* Mus. B. 2.—851 *uti naribus* Vind. *ut in arvis* V. ed. Th. Ra. Voss. L. B. Mus. B. 2. *ut marvis* Bodl. *que deest* Mus. B. 2. *quæ* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Cant. *habendum pro habere* Lamb. vid. Not. Var.—852 *qui meterent* Wakef. ex conj. *queis nectant* P. et edd. vulg. *qui metuent* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Cant. Voss. marg. Ferr. Th. Ra. *queis metuent* V. marg. 1. *quæ metuent* O. *queis metuent* Mus. B. 1. *queis metuant* Mus. B. 2. *queis metuant* Mus. B. 3. in pro *inter* Mus. B. 2. *utrique* Lamb. *utrumque* Gassend. *utrique* edd. vulg.—853 *Mutuaque* V. ed. Th. Ra. *cum* Vind. O. Mus. B. 1. 3. *tamen* Mus. B. 2.—854 *Ut procludere* V. ed. Th. Ra.—855 *vesti* V. ed. Th. Ra.—857 *tuta* V. ed. Vind. Mus. B. 2. 3. Cant. Th.

#### NCTÆ

847 *Debent* [*debere*] Versus hypermeter, in quo redundat syllaba, quam necat vocalis initialis versus sequentis.

848 *Secla*] Speciem, genus, ut sæpe monui.

849 *Genitalia*] Vim gignendi habentia. Sic r. 53. 167. &c.

850 *Quæ* [*qua*] Supp. ut sit via, qua, &c. Alii, *quæ*, supp. semina.

*Membris remissis*] Per res Veneris relaxatis artibus.

851 *Habere*] Supp. debet. Unde in fine sequentis versus legendum *uter-*

*que*. Lambinus vero legit, *habendum*: et pro *uterque* legit *utrisque*. H. e. 'utrisque habendum est ea,' queis, &c. Hellenismus, pro 'habenda sunt ea,' quod locutionis genus familiaris est Lucretio. Unde non insana Lambini lectio.

853 *Secla*] Genera, vs. 848. 860.

855 *Nam, quæquomque vides, &c.*] His 21. vs. seqq. docet interim, quid quæque animalia, quæ jam videmus, tutatum sit, ac conservaverit. Horum autem alia dolo, ut vulpes: alia virtute, ut leones: alia celeritate ac

Aut dolus, aut virtus, aut denique mobilitas, est  
 Ex ineunte ævo, genus id tutata, reservans :  
 Multaque sunt, nobis ex utilitate sua quæ  
 Commendata manent, tutelæ tradita nostræ.

Principio, genus acre leonum, sævaque secla, 860  
 Tutata est virtus, volpeis dolus ; ut fuga cervos.

At levisomna canum fido cum pectore corda,  
 Et genus omne, quod est veterino semine partum,  
 Lanigeræque simul pecudes, et buccera secla,  
 Omnia sunt hominum tutelæ tradita, Memmi! 865  
 Nam cupide fugere feras, pacemque sequutæ  
 Sunt, et larga suo sine pabula parta labore :

*auribus, vel astutia, vel vis, vel demum celeritas conservavit et defendit ab initio temporis id genus eorum omnium. Et plura sunt quoque data nostra cura, quæ sunt nobis commissa ob illorum commoditatem. Primum enim fortitudo conservavit servam gentem et crudelia genera leonum, astutia vulpes, fuga cervos. Verum vigilantia pectora canum cum fidei corde suo, et omne genus animalium, quod natum est de semine idoneo vectura, et una pecudes, quæ ferunt lanam, et genera bouum, mandata sunt omnia, e Memmi, custodia hominum. Etenim avide viteverunt feras, et amplexa sunt securitatem, et alimenta copiosa comparata sibi sine suo*

*Ra. restruans* V. ed. Th. Ra.—861 *Tutata* V. ed. Th. Ra. et *fuga* P. Mus. B. 1. et edd. vulg.—862 *Et* P. Ald. Mus. B. 1. *levis omnia* Vind. V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. *levis ora* Mus. B. 3. Ferr.—863 *veteri non* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. Cant. *uterino* Mus. B. 1.—864 *buccera* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. *buccera* Mus. B. 1. Ferr.—865 *tutela* V. ed. Th. Ra.—

## NOTE

fuga ut cervos, salutem suam tutata esse ait: alia vero cura et tutela hominum servari; quippe quæ aut ad victum, aut ad vitæ commoda, aut ad vestitum essent utilis; qualia sunt boves, oves, capræ, equi, muli, canes venatici, &c. Reliqua vero cetera manserunt in prædâ, quamdiu vivunt.

*Vesci vitalibus auris*] Sic Virg. *Æn.* 1. 559. 'Quem si fata virum servant, si vescitur aurâ.' I. e. vivere.

857 *Ex ineunte ævo*] Ab initio mundi, a primo mundi exortu.

860 *Sævaque secla*] Iracunda animarum genera: vs. 848. 861. &c.

863 *Levisomna canum corda*] Canes enim levem somnum dormiunt, e

somno facile excitantur. Unde ab Horat. Od. III. 16. dicuntur 'vigiles.'

863 *Veterino*] Vecturæ idoneo. 'Veterina,' inquit Nonius, 'animalia dicuntur ea, quæ vehere quid possunt;' citatque hæc Lucretii versum. Et Festus, 'Veterinam bestiam jumentum Cato appellavit a vehendo. Opilius veterinam dici putat, quasi vesterinam, vel uterinam, quod oris ad ventrem religatum gerat.'

864 *Buccera secla*] Boves: II. 661. VI. 1246. Bucerum igitur pecus illud est, quod gerit magna cornua.

865 *Memmi*] Memmius is est, cui hoc opus dedicat Lucretius, 1. 27.

Quæ damus utilitatis eorum præmia caussa.

At, queis nihil horum tribuit Natura, neque ipsa

Sponte sua possent ut vivere, nec dare nobis

870

Utilitatem aliquam, qua re pateremur eorum

Præsidio nostro pasci genus, esseque tutum;

Scilicet hæc aliis prædæ, lucroque, jacebant

Indupedita suis fatalibus omnia vinclis,

Donec ad interitum genus id Natura redegit.

875

Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in ullo

*labore; quæ tribuimus illis in mercedem ob comoda, quæ accipimus ab iis. Sed quibus natura nihil harum rerum dedit, neque dedit ut ipsa possent vi sua vivere, nec reddere nobis aliquod commodum, cur sineremus genus eorum nutrirî nostrâ ope, et securam esse; nimirum ea exponebantur aliis feris in prædam et in quantum, ut pote quæ omnia essent implexa suis fatalibus nexibus; donec natura reduceret id genus animalium ad mortem. Verum neque Centauri unquam extiterunt, neque est ratio cur vis constans ex gemina natura et ex duplici corpore,*

866 *paremque* V. ed. Th. Ra. *secuta* Lamb.—869 *Ac* V. ed. Th. Ra. *quis nil* P. Ald. *quis ni* Vind. Mus. B. 3. *quis in* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. Cant. *aliquis ni* Mus. B. 2.—871 *quam pateremur* V. ed. Th. Ra.—873 *pre-*  
*cide* V. ed. Th. Ra.—875 *Donicum* Lamb. et edd. vulg.—876 *fuerant* P. V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *fuerat* Nard. *fuerant* vulg. nec P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Nard. *neque* O.—877 *quant*

## NOTE

871 *Qua re*] Propter quam utilitatem. Neque enim interrogatio est; sed mera enunciatio.

873 *Hæc*] Supp. queis nihil horum, &c. vs. 869.

874 *Indupedita*] Vel *endopedita*; antiquè pro impedita: i. 241. ii. 201. &c. *Indupedita* autem fatalibus vinclis, h. e. obnoxia morti fatali.

875 *Donec* [*Donicum*] *Donec*: vs. 706. 686. &c.

*Ad interitum Natura redegit*] Sponte sua mortem obierunt.

876 *Sed neque Centauri, &c.*] His 47. seqq. docet interim nullos in primo mundi exortu, neque in alio tempore, extitisse Centauros, Scyllas, Chimæras, et alia id genus portenta. Sic negant et damnant ejusmodi portentosam animalium miscellam Diodorus lib. v. Aristoteles II. Phys. 8. de Hist.

Animal. et de Generat. Anim. iv. et v. 3. At Empedocles propugnat: et Claudius Cæsar, teste Plin. qui scribit, ‘ Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse; et nos principatu ejus allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.’ Volateranus ait se vidisse Semicanem. Alii alia monstra, quæ Lycosthenes in lib. de Prodig. et Ostent. collegit. Car autem Lucretius ejusmodi naturæ portenta extitisse, aut posse esse negat, varias reddit jam rationes. i. de Centauris, quos anteriori parte homines, posteriori vero equos faciunt, arguit non posse esse, primum ex ætatis partium istarum diversitate. Namque floret equus triennis, puer vero vix ablatatus ea ætate incedit, sed dubio omnino pede calcatur humum. Ubi verò puer ex ephobia

Esse queunt; duplici natura et corpore bino

Ex alienigenis membris compacta potestas,

Hinc illinc par vis ut non sic esse potissit:

Id licet hinc quam vis hebeti cognoscere corde.

880

Principio, circum tribus actis inpiger annis

Floret equus; puer haud ita quaquam: sæpe etiam nunc

*compositaque ex artibus alienis possit existere in ullo tempore, ut potentia illius ex utraque parte queat esse similis non simili. Quivis, quamvis stupida sit mente, potest agnoscere istud. Primum equus, circiter tribus exactis annis, fortis viget, puer vero non item; immo plerumque etiam nunc quaerit in soporibus ubera mamma-*

P. et edd. vulg. corpore uno Voss. vet.—879 paribus ut Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. partis ut V. marg. 2. parvis ut Voss. vet. et L. B. V. ed. Ferr. Th. Ra. pravis ut Mus. B. 2. non sit pars esse Gif. Bodl. Voss. vet. et L. B. non par esse P. Ald. Bas. marg. partibus esse Fab. non sic par esse Gryph. Nard. non pari esse Delph. non sit esse Mus. B. 1. 3. potis sit Ferr. P. Vind. Voss. vet. et L. B. O. potissit Voss. marg.—882 haud ita quaquam Cant. haudquaquam vulg. quia sæpe Vind. et edd. vulg. quia sæpe P. etiam nunc Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Gryph. Delph.

## NOTE

excedit, ut aiunt, jam tum equus ætate confecta languet. Quis ergo nexus inter eos esse potest? Deinde ob unam Veneris imparitatem. Licet enim, teste Aristotele, mulier et equa coitum nunquam detrectent, tamen non nisi æquinocitio concipit equa. Adde quod appetitus in iis sit varius. Præterea diversi sunt mores. Equa enim non nisi post duodecim menses, mulier vero nono parturit mense. Denique alimentum varium est et sæpius contrarium; homo enim alimentum nutritur, equus vero disrumpitur. Idem dicendum ait de Scyllis, et Chimæris. Addit insuper Chimære genus infame esse monstrum; qui enim potest ore foras acrem flare flammam de corpore, quæ torret omnia? Non est igitur ut hujus portentorum generis assertores ventilent hæc suam vaniloquentiam; licet enim multa sint mirabilia visa, tamen nulla est ratio cur hæc naturæ adeo contrariæ jungi tunc potuerint præter ordinem, cum neque jam nunc jungi videamus alias naturas, dum plurima semina terræ commissa præ-

sto sunt et abundant adhuc, v. g. herbarum, frugum, arborum, quæ tamen mixta inter se non conjunguntur.

Centauri] Sic de his iv. 740. et seqq.

877 Duplici natura] Humana scilicet et equina.

878 Potestas] Potentia, vis.

879 Hinc illinc, &c.] Ita Lambinus. Pareus vero, Hinc illinc par vis, ut non sic esse potis sit. Idem sensus. Hic autem versus varie corrumpitur in variis codicibus. Cujus hæc est sententia: Non potest esse natura, seu potestas aliqua, ex alienigenis membris, v. g. humanis et equinis, compacta et conflata; ita quidem alienigenis, ut vis par pari esse, hoc est, par pari respondere non possit.

880 Id] Nempe, in Centauris non posse hinc illinc parem vim esse.

881 Circum tribus actis] Tmesis, circumactis: vel, actis circiter.

882 Floret] Viget; metaphora est.

Etiam nunc] Nempe, cum tres annos natus est.

Ubera mammarum insomnis lactantia quæret.  
 Post, ubi equum validæ vires, ætate senecta,  
 Membraque deficiant, fugienti languida vita; 885  
 Tum demum, puerili ævo florente, juvenas  
 Obficit, et molli vestit lanugine malas :  
 Ne forte ex homine, et veterino semine equorum,  
 Conferi credas Centauros posse, neque esse :  
 Aut, rabidis canibus subcinctas, semimarinis 890  
 Corporibus Scyllas ; et cætera de genere horum,  
 Inter se quorum discordia membra videmus :  
 Quæ neque florescunt pariter, nec robora sumunt  
 Corporibus, neque perficiunt ætate senecta ;  
 Nec simili Venere ardescunt, nec moribus unis 895

*rum, quæ lac suppeditent. Deinde, postquam fortes vires, ætate jam confecta, deserunt equum, et artus languescunt, vita recedenti, jacent, tunc tandem juvenas occupat pueros, ætate vigente in illis, et operit genas illorum tenera barba. Ne fortasse putes posse creari aut esse Centauros de semine idoneo vecturæ equorum, et de homine : vel Scyllas circumcinctas canibus rapacibus, et corporibus semimarinis ; et cætera hujus generis monstra, quorum cernimus artus inter se dissimiles ; quæ neque simul vigent, neque habent vires in suis corporibus, neque crescunt, in ætate confecta : neque ardent eadem Venere, neque similes sunt eisdem studiis, et quæ non*

~~~~~

Nard. Voss. marg. *etiam tunc* P. Ald. Gif. Par. *etiamnum* Lamb. et alii.—883 *in animarum* V. ed. Th. Ra. *animarum* Mus. B. 2. 3. *lactantia* Voss. vet. et L. B. Voss. marg. *lactantia* reliqui. *quærit* P. et edd. vulg.—884 *validare* V. ed. Th. Ra.—886 *pueris* P. et edd. vulg. *florente* Vind. V. ed. Th. Ra. *juvenas* Mus. B. 1.—887 *Occipit* P. et edd. vulg.—888 *Ne forte* omisso et Nonius, I. 48.—889 *credis* Gif. L. B. Par. *neque esse* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *nec esse* vulg.—890 *rabidis* Wakef. Heins. *rapidis* vulg.—892 *dissortis* Creech.—893 *nec* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *neque* vulg.—894 *perficiunt* O. *proficiunt* Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cont. Bas. P. V. marg. 1. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed.

#### NOTÆ

- 883 *Lactantia*] Lac suppeditantia.  
 884 *Ætate senecta*] H. e. *ætate confecta*; sic vs. 894. sic III. 774. 'Senectis membris.' Sic infra vs. 694.  
 886 *Pueris* [pueris] Alii, *pueris*; bene etiam.  
*Juventas*] Juventutis Dea: ipsa juvena: juvenilis ætas.  
 887 *Molli vestit lanugine, &c.*] H. e. molli pilo, seu barba. Sic supra vs. 672. 'Impubem molli pubescere veste.'  
 888 *Veterino*] Supra vs. 868.  
 889 *Conferi*] Confici: sic alibi passim.  
 891 *Scyllas*] Quid monstri genus sit docuimus IV. 733. not. consule locum.  
 895 *Venere*] Amore Venereo.  
*Moribus*] Vel studiis; vel patiendi temporibus, et quidam interpretantur, et ut annotavi supra vs. 876. not.



Conveniunt; neque sunt eadem jocunda per artus:  
 Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta  
 Barbigeras pecudes, homini quas est acre venenum.

Flamma quidem vero quom corpora fulva leonum  
 Tam soleat torrere atque urere, quam genus omne 900

Visceris, in terris quodquomque, et sanguinis, exstet:

Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una,  
 Prima leo, postrema draco, medio ipsa chimæra,  
 Ore ferox acrem flaret de corpore flammam?

Qua re, etiam tellure nova, cœloque recenti, 905

Talia qui fingit potuisse animalia gigni,  
 Nixus in hoc uno, novitatis nomine inani;  
 Multa licet, simili ratione, ecfutiat ore.

*habent in membris res eandem gratas. Namque cornere est plerumque barbatos greges feri pingues cicuta, quas est sævum virus homini. Ignis autem cum conuascat tam comburere et cremare rufa corpora leonum, quam omnem aliam rem, qua constat in terris ex visceribus et ex sanguine, quomodo potuit fieri, ut una Chimæra constans tergemino corpore, nempe cujus prior pars sit leo, posterior draco, media ipsa Chimæra, emitteret ore extra corpus ignem ardentem? Quapropter, qui dicit ejusmodi animalia potuisse generari initio terra recentis, et cœli recentis geniti, is inixus in hoc uno veno titulo novitatis potest pari modo plurima*

Th. Ra. Ald. *projiciunt* Turneb. et edd. vulg.—896 *neque* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *nec* vulg. *jocunda* P. V. ed. Mus. B. 1. 3. Th. Ra. Ald.—897 *cicuta* V. ed. Th. Ra.—898 *hominique est* V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Th. Ra. *homini est* Mus. B. 2.—899 *Flamma* Mus. B. 2. *vero* deest P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *Ignis flamma quidem cum* P. Ferr. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. *valios* V. ed. Th. Ra.—900 *Jam* Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *tonere* V. ed. Th. Ra.—902 *tempore pro corpore* V. ed. *nam* V. ed. Th. Ra.—903 *medio* Vind. Mus. B. 1. Cant. *media* vulg.—904 *ferax* Mus. B. 1. *feras* Gryph. marg. Bas. marg. P. Voss. L. B. Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *ferens* O. P. in not. *Horriferas* Mus. B. 2. *feras* Mus. B. 3. et edd. vulg. *flaret* P. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. 1. Cant. Gryph. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. marg. *flare* Mus. B. 2. 3. Vind. *efflaret* vulg. *flamas* Mus. B. 2.—906 *flagunt* V. ed. Th. Ra.—907 *Nixus* Cant. *hoc* deest et *mani* pro *inani* V. ed. Th. Ra.—908 *ecfutiat* Vind. V. ed. Cant. Th. Ra.

## NOTE

896 *Eadem jocunda*] *Eadem grata* alimenta, ut *jamjam sese* explicat *vas. seqq.*

897 *Quippe videre licet*] Sic iv. 644. de Veratro: 'Præterea, nobis veratrum est acre venenum: At capris adipes et coturnicibus auget.'

898 *Barbigeras pecudes*] *Capras.* Sic vi. 970.

903 *Chimæra*] Sat explicat Poëta quid sit Chimæra: nosque antea diximus satis ii. 704. not. Sic Homer. *Iliad.* vi. 181. Hesiod. in Theog. Virg. *Æn.* vi. 288. &c.

906 *Qui flagit, &c.*] *Pata* Euripidem in *Bacch.*

908 *Ecfutiat* [*ecfutiat*] *Effutire*, inquit Nonius, est, cum mendacio dicere.

Aurea tum dicat per terras flumina volgo  
 Fluxisse, et gemmis florere arbusta suesse : 910  
 Aut hominem tanto membrorum esse inpete natum,  
 Trans maria alta pedum nixus ut pandere posset,  
 Et manibus totum circum se vortere cœlum.  
 Nam, quod multa fuere in terris semina rerum,  
 Tempore quo primum tellus animalia fudit ; 915  
 Nihil tamen est signi, mixtas potuisse creati  
 Inter se pecudes, compactaque membra animantum :  
 Propterea, quia, quæ de terris nunc quoque abundant,  
 Herbarum genera, ac fruges, arbustaque læta,  
 Non tamen inter se possunt complexa creati. 920  
 Sed, si quæque suo ritu procedit, et omnes,  
 Fœdère naturæ certo, discrimina servant.  
 Et genus humanum multo fuit illud in arvis

*ejusmodi fabulari ; verbi gratia, garrere fluvios aureos tunc olim delapsos esse communiter per campos ; et arbores solitas fuisse florere margaritis ; vel hominem creatum fuisse olim tanto cum robore artuum, ut posset ferre conatum pedum hinc inde trans maria profunda, et manibus movere circa se totum cælum. Nam etsi multa corpuscula rerum fuerint in terris eo tempore, quo primum terra genuit animalia : tamen non est indicium animalia potuisse gigni commixta inter se, atque artus animalium fuisse complexos simul ; eo quod ea etiam genera herbarum, segetes, arbores florentes, quæ nunc procreantur de terris, non tamen queunt gigni inter se commixta. Ita quæque res nascitur suo more ; et omnes conservant differentias suas ex inviolabili lege naturæ. Præca etiam gens hominum fuit longe durior in*

*efficiat Mus. B. 3.—909 cum P. O. Mus. B. 1. Ferr. Ald. fulgo V. ed. Th. Ra.—910 geminis Th. Ra.—912 nixus Cant. nixus vulg. visus V. ed. O. Mus. B. 1. pandere P. Gryph. marg. Voss. marg. Ald. pondere Vind. V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. ponere edd. vulg.—915 quod Ferr.—916 Nihil Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. nil vulg.—920 possint Hav. Bip.—921 Sed si Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Sed sic P. O. Ald. Gif. L. B. Par. Nard. Mar. Res sic vulg. Res si Vind. quicque s. r. p. et*

## NOTE

911 *Aut hominem tanto, &c.*] Docuit  
 1. 200. cur natura non potuerit initio  
 creare homines tantæ magnitudinis:  
 ‘Denique, cur homines tantos natura  
 parare Non potuit, pedibus qui pon-  
 tum per vada possent Transire, et  
 magnos manibus divellere montes,  
 Multaque vivendo mortalia vincere  
 secla ; Si non, materies quia rebus  
 reddita certa est Gignendis?’ &c.

912 *Pedum nixus*] Pedes.

921 *Sed, si [Res sic] quæque, &c.*]  
 Sic Lambinus. Parens vero: *Sed sic*  
*quidque suo ritu procedit ; et omnia, &c.*  
 Utraque lectio probatur.

923 *Et genus humanum, &c.*] His  
 104. vs. seqq. jam docet de primis  
 seu præcis hominibus. Itaque, quid  
 humano generi contigerit ab ineunte  
 mundi ætate, qua valetudine fuerit,

Durius, ut decuit, tellus quod dura creasset;  
 Et majoribus, et solidis magis, ossibus intus 925  
 Fundatum; validis aptum per viscera nervis:  
 Nec facile ex æstu, nec frigore, quod caperetur;  
 Nec novitate cibi, neque labi corporis ulla.  
 Multaque per cælum solis volventia lustra  
 Volgivago vitam tractabant more ferarum. 930  
 Nec robustus erat curvi moderator aratri;  
 Quisquam nec scibat ferro molirier arva,

*agris, ut par fuit, eo quod terra dura generavisset illam: et constructa fuit intrinsecus ex majoribus, et durioribus ossibus, et compacta nervis fortibus per interiores partes: quæ nec frigore nec calore facile afficeretur: neque etiam novitate alimenti, nec ullo morbo corporis labefactaretur. Homines illi traducebant vitam, sicut ferae errantes solent, per plures cursus solis vertentes cælum. Necdum ullus erat fortis rector flexi aratri: nec ullus sciebat colere agros ferro, neque sepepire*

omnia Gif. L. B. Par.—925 E P. V. ed. Th. Ra. Ald.—926 *Fundatum et P.* Ald. Bip. Hav. Delph. *actis* pro *aptum* Mus. B. 1.—927 *capetur* V. ed. Th. Ra. Deinde sequitur vs. 931. V. marg. 1. 2.—928 *labe* Vind. Mus. B. 1.—930 *tractabant* V. ed. Th. Ra.—932 *Quisquam* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *molirier* Vind. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *moliner* V. ed. Th. Ra.—

## NOTÆ

quibusve moribus institutum; et cetera ejusmodi, rite prosequitur Luctetius. Ac primum quidem his 41. vsa. prioribus docet primos homines validiori, quam nunc, constitisse corpore, ob innatam duritiem, quam e terra dura geniti contraxerant; unde minus obnoxii erant injuriis temporis, aut morbis. Deinde diutius vixisse tunc, quam nunc vivunt; et more ferarum per memora errasse victum quæritantes ex arborum fœtu; (quippe quibus ignota fuerit agricultura;) sitim vero sedasse fluviis ac fontibus. Præterea illis penitus ignotum fuisse ignis usum, atque pelliciam: sed frigus et æstum arcebant tegumine plantarum et testudinatis specubus. Denique jus nullum fuisse; sed quemque sibi consuluisse; ac promiscuam fuisse Venerem, aut pro valida viri vi, ac impensa libidine; aut pro matna cupidine; aut

pro glandum ac arbutorum data mercede.

928 *Labi*] Pro labe: h. e. morbo.

929 *Lustra solis*] Annuos solis cursus. Est enim lustrum, certum temporis spatium, quo peracto census fiebat apud Romanos, nempe quinto quoque anno.

930 *Volgivago*] Vel *Vulgivago*; i. e. turmatim errante. Sic iv. 1064.

931 *Nec robustus erat, &c.*] Unde Virg. Georg. i. 125. et seqq. docet ante Jovem nullos fuisse agricolas. Idem docent Ovid. Met. i. Tibull. Eleg. i. 3. Martial. xii. 63. et Manil. i. a vs. 66. ad vs. 96. ubi de agricultura et ceteris artibus docet, quas primis hominibus ignotas fuisse ait.

932 *Scibat*] Pro sciebat. Sic infra vs. 951. 957.

*Molirier*] Poëtice pro moliri. Est autem moliri arva, colere agros, et meliores reddere cultu: magno la-

Nec nova defodere in terram virgulta, neque altis  
 Arboribus veteres decidere falcibus ramos.  
 Quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat 935  
 Sponte sua, satis id placabat pectora donum.  
 Glandiferas inter curabant corpora quercus  
 Plerumque; et, quæ nunc hyberno tempore cernis  
 Arbuta puniceo fieri matura colore,  
 Plurima tum tellus, etiam majora, ferebat: 940  
 Multaque præterea novitas tum florida mundi

*in terram arbusta tenera, neque amputare falcibus putres ramos arboribus proceris. Illud munus, quod sol et pluviae tribuerant, vel quod tellus produxerat sua sponte, satis sedabat appetitum stomachi. Nonnunquam pascebant corpus suum inter quercus, quæ ferunt glandes; et quæ poma sylvestria vides hoc tempore nostra maturare rubro colore, tunc ejusmodi terra portabat plurima, atque etiam majora. Et novitas mundi tunc florens dedit insuper miserandis hominibus*

933 nota deest V. ed. Th. Ra. neque P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. Th. Ra. Ald. nec edd. vulg.—935 crearat Ferr. V. ed. Th. Ra.—936 placabat P. Ald. pectora Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—937 curabat O. Cant. pectora quercus Voss. vet.—939 Puniceo edd. vulg. natura Mus. B. 2.—940 majore Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3.—941 cum O. Mus. B.

## NOTÆ

bore invertere; exarare, &c. Moliri enim dicimus, quicquid cum labore facimus. Olim molliri, h. e. resolvi: sed prior lectio magis probatur.

933 *Nec nova defodere, &c.*] Hic vs. repetitur infra vs. 1365. Defodere autem in terram, Gallice *planter*.

934 *Falcibus* [*Falcibus*] Pro falcibus, metri causa.

936 *Placabat pectora*] Sitim ac famem sedabat.

937 *Glandiferas inter, &c.*] Primi enim homines vivebant glandibus. Unde Virg. Georg. I. 147. 'Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit, cum jam glandes, atque arbuta sacrae Deficerent sylvas, et victum Dodona negaret.'

*Curabant corpora*] Pascebant corpora; h. e. manducabant. Sic II. 31. 'Non magnis opibus jucunde corpora curant.'

939 *Arbuta*] Poma sylvestria, quæ Plinio xv. 24. dicuntur poma inhonora. Verum errat in eo Plinius, quod arbutum et unedonem ait esse rem eandem. Unedo enim nihil pertinet ad arbutum. Epimellis igitur arbor est, cujus fructus dicitur unedo: Arbutus vero Latinis, Græcis vero Comarus, arbor est, cujus fructus Arbutum Latinis, Græcis Memæcylum dicitur. Galenus lib. II. alim. aperte distinguit unedonem ab arbuto: namque Epimelidi dat unedonem: Comaro seu arbuto memæcylum. Ita erroris arguit Plinium Dalecampus in Plin. lib. I.

*Puniceo* [*Peniceo*] Pro puniceo: sic alibi *manera* pro munera. Est autem puniceus color, rubicundus, seu purpureus. Sic II. 839. Sic Virg. *Æn.* XII. 77.

Pabula dira tulit, miseris mortalibus ampla.

At sedare sitim fluviei, fontesque, vocabant;

Ut nunc montibus e magnis decursus aquai

Claricitat late sitientia secla ferarum.

945

Denique, nota vagis, sylvestria templa tenebant

Nympharum; quibus excibant humore fluenta

Lubrica, proluvie larga lavere humida saxa,

Humida saxa, super viridi stillantia musco;

Et partim plano scatere, atque erumpere, campo.

950

*plura alia sufficientia alimenta, quasi divinitus nascentia. Verum flumina et fontes advocabant homines ad extinguendam suam sitim, sicut hoc tempore nostro liquidior delapsus aquae ex altis montibus invitat genera ferarum quas sitient. Denique errantes noctu occupabant sacra antra sylvestria Nympharum, e quibus latices aquae humida et liquida manabant, ut laverent copiosae sua diluvis saxa madida; guttatim quippe cadentes super saxa madida et operta virenti musco: et partim ut scaturirent et decurrerent per apertos agros. Nondum etiam sciebant*

\*\*\*\*\*

1. 2. Ferr.—942 *Pabula dira* P. Ald. Mus. B. 1. Hav. Bip. *Pabula dira* Ferr. Nard. Bas.—943 *Et Cant. Ad Macrob. Sat. vi. 2. Voss. de Constr. p. 183. P. in not. vocabant* superscr. in Voss. vet.—945 *Clarior accitit* P. Gryph. Delph. Nard. Bas. *Claritate a te* V. ed. Th. Ra. Bodl. Ferr. *Claricitate* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. P. in not. V. marg. 8. *Claricitate* Mus. B. 2. *Clarior aciete* O. Cant. *Clam juvat astate* Mus. B. 1. *Clarior aciate* V. marg. 2. *Claritat astate* V. marg. 1. *Clare citat ad se* Gif. Par. Cout. *Clare cit et late* Voss. marg. *Claricitate et P. in not.—946 nota vagis* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Voss. marg. *noctivagis* Vind. *noctivagi* vulg. *nocte vagi* Benth.—947 *Lympharum* P. Ald. *excibant* O. Cant. *excibant* P. Mus. B. 1. 2. 3. et edd. vulg. *excibant* Vind. Voss. vet. et L. B. Voss. marg. *excibant* Ferr. V. ed. Th. Ra.—948 *proluvie* V. ed. Th. Ra. *larga deest* Mus. B. 2. *lucris* Mus. B. 1.—949 *musco* Vind. V. ed. Th. Ra.—950 *statera* V. ed. Th.

## NOTE

942 *Dira* [*Diva*] Vel, ut aliis placet, *dia*; id est, quasi divinitus venientia: seu sponte sua nascentia. Olim, *dira*, h. e. aspera.

*Ampla*] Sufficientia; quibus mortales contenti essent.

943 *Sedare... vocabant*] Hollenismus, pro, vocabant, ut sedarent, vel ad sedandam sitim.

944 *Decursus aquai*] Aqua ex loco declivi fluens. Sic vs. 362.

945 *Claricitat* [*Clarior*] Sup. quam aliis in locis. Ita Lambinus: at Pareus, *clare citat*; minus clare.

*Accitit*] Invitat, advocat.

*Secla ferarum*] Genera ferarum, hoc

est, feras, ut saepe loquitur. Sic vs. 965.

946 *Sylvestria templa Nympharum*] Antra, quae domus Nympharum finguntur.

947 *Quibus*] Sapp. ex.

948 *Lubrica humore*] Liquida et humida.

*Lavere*] Tertiae conjug. lavo, is; et lavo, es, dicebatur olim: sicut scato, is; et scates, es: vel ferveo, is; et fervo, es. Dixit autem exhibant lavere, h. e. ad lavandam; vel ut laverent: sicut supra jam vs. 943. vocabant sedare. Graeca phrasis.

950 *Scatere*] Tertiae etiam conjug.

Nec dum res igni scibant tractare, neque uti  
 Pellibus, et spoliis corpus vestire ferarum :  
 Sed nemora, atque cavos monteis, sylvasque, colebant ;  
 Et frutices inter condebant squalida membra,  
 Verbera ventorum vitare, imbreisque, coactei. 955  
 Nec commune bonum poterant spectare, neque ullis  
 Moribus inter se scierant, nec legibus, uti.  
 Quod quoique obtulerat prædæ fortuna, ferebat ;  
 Sponte sua sibi quisque valere, et vivere, doctus.  
 Et Venus in sylvis jungebat corpora amantum : 960  
 Conciliabat enim vel mutua quamque cupido,  
 Vel violenta viri vis, atque inpensa lubido ;  
 Vel pretium, glandes, atque arbuta, vel pira, lecta.  
 Et, manuum mira freti virtute, pedumque,

*preparare res igne: neque uti pellibus, ac operire corpus exuviis ferarum. Sed habitabant sylvas, nemora, et montes cavatos; et abcondebant nuda sua corpora inter arbusta, coacti quippe fugere vim acrem ventorum et pluvias. Neque etiam poterant respicere ad publicam utilitatem, neque sciebant etiam uti ullis institutis aut legibus inter se. Quisque rapiebat eam prædam, quam sibi sors obiciebat: quisque sciebat tantum sponte sua vivere et agere pro seipso. Et Venus conjungebat corpora amantium in sylvis: namque vel mutuus amor jungebat quamque feminam, vel fortis viri vis, et impetuosa luxuries, vel merces aliqua v. g. de glandibus, et pomis sylvestribus, vel de piris lectis. Et confisi admirabilibus viribus*

Ra.—951 scribant Vind. V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. neque P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. atque Vind. nec vulg.—955 umbraque Mus. B. 2.—956 neque P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. nec vulg.—957 sciebant Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. sciebant edd. vulg. uti deest V. ed. Th. Ra.—958 Quodcumque P. V. ed. Gryph. marg. Th. Ra. Ald. fitebat V. ed. Th. Ra.—960 lugebat V. ed. Th. Ra. lucebat Voss. vet. sed lucebat superscr. inciebat Gif. L. B. Par.—962 violenti V. ed. Th. Ra.—965 Con-

## NOTE

ut jam monebam. Sic vi. 896.

951 Scibant] Sciebant: sic vs. 957.

Res igni tractare] Coquere cibos igne: aut igne uti, quomodo jam utimur.

Igni] Pro igne, ut supra vs. 928. labi pro labe; metri causa. Sic jam infra docebit, casis et pellibus reperitis, matrimonisque atque institutis receptis, usum ignis fuisse cognitum.

952 Neque uti pellibus] Quæ quidem inventori primo fuerunt pesti-

feræ, ut docet infra vs. 1407.

954 Squalida] Nuda, hirsuta pilis.

956 Nec commune bonum, &c.] De hac re jam infra vs. 1107.

960 Venus] Amoris Dea: Amor ipse.

961 Quamque] Supp. feminam.

962 Impensa] Impetuosa, vehemens, effrænata, magna.

964 Et manuum mira, &c.] His 45. vs. aliis subseq. multa ac varia docet de primis hominibus. i. quod mira virtute pedum ac manuum pol-

**Conflictabantur sylvestria secla ferarum** 965  
**Missilibus saxis, et magno pondere clavæ ;**  
**Multaque vincebant, vitabant pauca latebris :**  
**Setigerisque pares subus sylvestribus, membra**  
**Nudabant terræ, nocturno tempore captei,**  
**Circum se foliis, ac frondibus, involuentes.** 970  
**Nec plangore diem magno, solemque, per agros**  
**Quærebant, pavidei palantes noctis in umbris ;**

*manuum et pedum, persequiebantur sylvestria genera ferarum lapidibus jaculabildis, et ingenti onere clava: et captabant multa, et fugiebant pauca quærentes speluncas: et similes apris hirsutis ubi nocte caperentur, prosternebant humi suos agrestes artus nudatos, et cooperiebant se circum foliis ac frondibus. Neque trepidi requirebant ingenti planctu diem ac solem per campos, ubi errabant in tenebris*

\*\*\*\*\*

*fictabantur Wakef. ex conj. Consectabantur V. ed. Th. Ra. Consectabantur quidam. Consectabantur vulg.—966 In Mss. omn. h. vs. sequitur vs. 973. et in P. deest.—968 subus Voss. vet. et L. B. subus reliqui. sylvestribus V. ed. Th. Ra. Gif. L. B. Par. sylvestria vulg.—969 Nuda dabant Hav. Bip. Delph.—973*

#### NOTÆ

lentes consecrarentur feras, quas nec timebant, nec vitabant. II. quod, ubi nox eos ceperat, ibi nuda corpora hami darent, involuentes se foliis ac frondibus. III. quod noctis tenebras non horrerent, nec pavidi solis adventum quærerent: cum enim a pueris viderent diem ac noctem alternis temporibus gigni, utrumque vicissim expectabant taciti, aut somno sepulti. IV. quod noctu jacentes in cubili frondibus arborum strato metuerent sibi potissimum a feris, præsertim ab apris et leonibus, quibus advenientibus saxæas domos cedebant. V. quod idcirco tamen non plures tunc homines mortem obirent, quam nunc obeunt: sed qui dentibus ferarum petitus erat, is ingentes gemitus edebat, dum manderetur: si vero posset, adeso partim corpore, mortem vitare ad tempus, manum tenebat super vulnera, donec sæva vermina privarent eum vita; nesciebant quippe tunc vulneribus mederi homines. VI. quod non multa tunc

hominum millia, sicut nunc, in bello caderent, aut in maris aquis obruti perirent; quippe quibus et militaris et nautica ars ignota fuerit. VII. denique quod penuria cibi tantum morerentur, aut imprudentes se veneno necabant. Quod nunc contrarium fit. Plerique enim jam copia rerum pereunt, ac non sibi, sed aliis venena miscent.

965 *Secla ferarum*] Feras, vs. 945.

967 *Vincebant*] Capiebant, occidebant.

*Vitabant pauca latebris*] H. e. presidio latebrarum vitabant paucas feras; quas non metuerent.

971 *Nec plangore diem, &c.*] Manilius tamen non ita censet, his vs. I. 66. loquens de primis artium inventoribus: 'Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita In speciem conversa operum ratione carebat, Et stupefacta novo pendebat lumine mundi: Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis Sideribus, variosque dies incertaque noctis Tempora, nec similes

Sed tacitei respectabant, somnoque sepultei,  
 Dum rosea face sol inferret lumina coelo.  
 A parvis quod enim consuerant cernere semper, 975  
 Alterno tenebras, et lucem, tempore gigni,  
 Non erat, ut fieri posset mirarier umquam,  
 Nec diffidere, ne terras æterna teneret  
 Nox, in perpetuum detracto lumine solis :  
 Sed magis illud erat curæ, quod secla ferarum 980  
 Infestam miseris faciebant sæpe quietem ;  
 Ejectique domo, fugiebant saxea tecta  
 Spumigeri suis adventu, validique leonis ;  
 Atque intempesta cedebant nocte, paventes,  
 Hospitibus sævis instrata cubilia frunde. 985  
 Nec nimio tum plus, quam nunc, mortalia secla

*noctis: sed silentes, respiciebant, aut obruti sopore expectabant, donec sol rosida lampade lucens redderet lucem coelo. Namque, cum soliti essent a pueris videre perpetuo noctem et diem alterno tempore generari, non erat eis curæ usquam admirari, quomodo id posset fieri, neque timere, ne perpetua tenebræ noctis occuparent terras in æternum, ablata luce solis: verum hoc magis erat iis in cura, quod genera ferarum plerumque redderent somnum molestum sibi infortunatis; et pulsi e cubili suo, relinquebant saxæas domos ad accessum apris spumantis, aut savi leonis: et in tempore concubii nocturni pavidi relinquebant crudelibus hiis hospitibus lectos stratos foliis. Neque tunc temporis mortale genus hominum magis decere-*

*placidi Mus. B. 2. exspectabant Fab. respinabant Creech. res spectabant Voss. marg.—974 interat V. ed. Th. Ra.—975 Aperuis Vind. Cant. A pueris quidam. Asperius Mus. B. 2. Aperuisset Mus. B. 3. quoniam P. Gryph. marg. Ald. consuerunt Cant. conservant Th. Ra.—978 Ne Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. de sidere V. ed. Th. Ra.—980 curæ quæ P. Ald. curaque V. ed. Th. Ra.—981 faciebat Voss. L. B. O. V. ed.—982 Et lecti V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—983 Setigeri edd. vulg.—984 tendebant Mus. B. 2. parentes Delph.—985 Hostibus ævis Mus.*

## NOTE

umbras, jam sole regresso, Jam pro-  
 pio-re, suis poterat discernere causis,  
 &c.

974 *Rosea face*] Sic vs. 609. 'Rosea  
 sol alte lampade fulgens,' et vs. 655.  
 656.

977 *Mirarier*] Poëtice pro mirari.

980 *Secla ferarum*] Ferræ, vs. 945.  
 965. &c.

981 *Infestam faciebant*] Turbabant.

982 *Saxea tecta*] Antra, saxæas do-  
 mos; latebras: sylvestria templa

Nympharum, ut ait vs. 946.

983 *Suis*] Apris.

984 *Intempesta nocte*] Quam Plan-  
 tus vocat conticinium noctis. Alii,  
 silentium noctis. Alii, concubium.  
 Scilicet, cum cubant omnes, nec  
 agendi tempus est ullum.

985 *Hospitibus sævis*] Puta, leoni-  
 bus, apris, uris, lupis, &c.

986 *Mortalia secla*] Homines, sic  
 vs. 803. 1237.



Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ.  
 Unus enim tum quisque magis deprensus eorum  
 Pabula viva feris præbebat, dentibus haustus:  
 Et nemora ac monteis gemitu, sylvasque, replebat, 990  
 Viva videns vivo sepeliri viscera busto:  
 At, quos ecfugium servarat, corpore adeso,  
 Posterius, tremulas super ulcera tetra tenentes  
 Palmas, horrifera adhibant vocibus Orcum:  
 Denique, eos vita privarant vermina sæva, 995  
 Experteis opis; ignaros, quid volnera vellent:  
 At non multa virum sub signis milia ducta

*bat dulcem lucem vita fluentis, quam nunc relinquit. Cum enim tunc temporis unus aliquis eorum captus et dentibus ferarum devoratus magis, quam nunc, ministrabat viva alimenta feris, implebat planctu saltus, colles, ac sylvas circum, cernens sua intestina sepeliri viva in sepulchro vivo. Sed il, quos fuga conseroaverat, postquam corpus eorum dentibus ferarum fuisset petiitum, habentes manus trapedas super vulnera fada vocabant mortem horrendis clamoribus: donec crudeles vermes orbassent eos vita, inopes omnis auxilii, et neccios quid remedii ulcera poscerent. Verum una dies non perimebat plurima milia hominum deducta sub vexil-*

B. 2.—987 *labentis* Muret. ex conj. edd. vulg.—988 *depremsus* V. ed. Th. Ra. *deprehensus* P. O. Mus. B. 2. Ald.—990 *gemitus* Voss. vet.—992 *Ac* V. ed. Th. Ra. *Ad* Cant. *effugiunt tempore* Mus. B. 2.—993 *supra* Mus. B. 2. 3. Cant. *ulcera* P. Mus. B. 2. 3. Cant. *viscera* reliqui.—994 *ortum* Mus. B. 1.—995 *Donicum* edd. vulg. *privarant* P. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. *privabant* P. in not. Bas. marg. *privarunt* vulg. *germina* Mus. B. 1. Ferr. *vermina* Mus. B. 2.—996 *ignaros* Mus. B. 2.—997 *ignis* V.

## NOTE

987 *Lamentis* [*Labentis*] Quæ fluxa labitur. Ita omnes præter unum Lambinum, qui legit *lamentis*, h. e. plangoribus.

988 *Eorum*] Nempæ, primorum illorum hominum.

992 *Corpore adeso posterius*] H. e. postquam dentibus ferarum petiti erant.

994 *Adhibant*] Ab accio, is: vel accio, es: sicut supra scibant pro sciebant.

*Orcum*] Infernum; h. e. mortem.

995 *Denique* [*Donicum*] Donec, ut saepe monui.

*Vermina*] Plur. Dicantur ventris tormina, cum intestina minuto motu,

quasi vermibus quibusdam, scindi videntur. Quod doloris genus Græci vocant *στροφέα*. Fest. Unde Verminare, h. e. vermibus infestari.

996 *Experteis opis*] Medicinæ usum non habentes.

*Quid volnera vellent*] Quæ remedia vulneribus sanandis essent adhibenda.

997 *At non multa virum, &c.*] Nondum enim natum erat bellum. Namque, ut ait Ovid. Met. 1. 'Nondum præcipites cingebant oppida fossæ, Non tuba directi, non æris cornua flexi, Non galeæ, non ensis erat; sine militis usu, Mollia securæ peragebant otia gentes.'

Una dies dabat exitio ; nec turbida ponti  
 Æquora lædebant naveis ad saxa, virosque :  
 Nec, temere, in cassum frustra, mare, sæpe coortum, 1000  
 Sævibat ; leviterque minas ponebat inaneis.  
 Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti  
 Subdola perlicere in fraudem ridentibus undis :  
 Inproba navigii ratio tum cæca jacebat.  
 Tum penuria deinde cibi languentia leto 1005  
 Membra dabat ; contra nunc rerum copia mersat.  
 Illei imprudentes ipsei sibi sæpe venenum  
 Vergebant ; nunc dant aliis solertius ipsei.  
 Inde casas postquam, ac pelleis, ignemque, pararunt ;

*his : neque procellosi campi maris allidebant naves atque homines ad scopulos : sed æquor sæpe frustra furebat exortis æstibus, et intermiscibat vanos terrores sine periculo. Neque dolosa fallacia maris tranquilli poterat impellere quamquam in dolum, placidis fluctibus ; tunc enim ars nequam navigandi erat ignota. Postea tunc temporis defectus alimentis inferebat mortem languentibus corporis artibus ; nunc vero abundantia rerum mergit homines. Illi primi homines plerumque inopinantes ipsi infundebant sibi virus : nunc vero ingeniosius ipsi præstant aliis. Deinde ubi præparaverunt sibi domos, et pelles et ignem, et ubi fœmina juncta viro*

ed. Th. Ra. *millia* P. V. ed. O. Cant. Th. Ra. *millia* vulg.—1000 *Sed* edd. vulg. *N. t. incursu fluctus m.* Gryph. P. in not. *fustris* mare Voss. marg. *fustro* Voss. ad Catull. p. 230. *mare fluctibus sæpe coortis* Lamb.—1001 *ponebat* Bodl. Voss. vet. et L. B. P. Ald. Hav. Bip. *potebas* Vind. V. ed. Th. Ra. *possebat* Ferr. *posebat* O. Mus. B. 1. Cant. V. marg. 1. *petebat* Mus. B. 2. *portabat* et in marg. *potebat* Mus. B. 3. *miscibat* Delph. Cout. *fondebat* quidam.—1004 *cum* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1005 *lacto* V. ed. Th. Ra. *lecto* V. marg. 1.—1006 *dedant* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. *dabant* O. Mus. B. 2. Ferr. *mersant* V. ed. Th. Ra. *merat* Turneb. Adv. xxx. 22.—1007 *prudenter* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. *prudentes* Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. O. *ipsis* Gryph. P.—1008 *nudant* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. Cant. *nedant* etiam V. ed. et *nudant* O. et *nudabant* Mus. B. 1. Ferr. *aliis* deest Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. in cujus ultimi margine scribitur ‘*Abest corpus,*’ quod comparet in O. et Cant. ut *letum* in P.—1009 *pelvis* vel *peltes* P. Cant.—1011 *Deest* Vind. V.

## NOTE

1000 *Frustra* [*Fluctibus*] Pro *fluctibus*, metri causa.

1002 *Pellacia*] Fallacia. Sic II. 550.

1004 *Inproba navigii, &c.*] Sic Ovid. *Metam.* i. ‘*Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem, Montibus, in liquidas pias descenderat undas ; Nullaque mortales præter sua littora morant.*’ E Manil. i. 76. ‘*Immotusque*

*novos pontus subduxerat orbis, Nec vitam pelago, nec ventis credere vela Audebant ; sed quisque satis se nosse putabat.*’

1008 *Vergebant*] *Miscebant*, infundebant. *Vergendi* verbo utebantur in sacrificiis. Plant. *Curcul.* Sic Lucret. II. 212. ‘*In terras igitur quoque solis vergitur ardor.*’

1009 *Inde casas postquam, &c.*] *His*

Et mulier, conjuncta viro, concessit in unum, 1010  
 Castaque privatæ Veneris connubia læta  
 Cognita sunt, prolemque ex se videre creatam ;  
 Tum genus humanum primum mollescere cœpit.  
 Ignis enim curavit, ut alsia corpora frigus  
 Non ita jam possent cœli sub tegmine ferre : 1015  
 Et Venus inminuit vireis ; puereique parentum  
 Blanditiis facile ingenium fregere superbum.  
 Tunc et amicitiam cœperunt jungere habentes  
 Finitumei inter se, nec lædere, nec violare ;

*mansit simul, et ubi pudica conjugia Veneris privatæ cum gaudio cognita fuerunt, et conjuges viderunt progeniem natam ex seipso: tunc gens hominum incepit primum mansueteri. Ignis enim fecit, ut corpora alsiosa non ita jam facile possent perferre frigus sub tecto cœli: et Venus inminuit vires suas: et infantes blanditiis suis mitigaverunt facile imperiosum animum parentum. Tunc etiam homines possidentes agros vicinos inceperunt facere amicitiam inter se, neque nocere*

ed. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—1012 *coortam* Delph.—1014 *algida* O. Mus. B. 1. Ferr. P. Ald. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1.—1015 *posset* P. Ald. *ferri* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—1016 *pueri* V. ed. Th. Ra. *pueris* Mus. B. 2. Ferr.—1018 *amicitiam* Voss. L. B. P. V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *amicitiam* vulg. *amicitiæ* Mus. B. 2. *avesntes* Mar. Voss. marg. P. in not. V. marg. 1. Voss. vet.—1019 *Finitumei* vel *Finitimi* P. Mus. B. 1. 3. Cant. Mar. Voss. marg. *Finitim* Bodl. Voss. vet.

## NOTÆ

vero 18. vs. seqq. multa docet de primis hominibus, quæ scilicet post longum tempus tandem usu et experientia repererunt. I. domos construxisse sibi. II. pelles pro vestibus parasse. III. ignem e silicibus excitasse. Quæ tria fecerunt ut matrimonia inierint, ac privatæ Veneris connubia cognoverint: ut mollius vitam degerint: ut parentes, pueros, ac muliebri genus, quod æque imbecillum est, miserari cœperint: ut amicitiam concordem junxerint. Sine quibus rebus totum genus humanum jam fuisset perentum.

*Pelleis*] Primum enim pellibus corpus texerunt homines: deinde elegantiore vestitum ex sericis velleribus sibi fecerunt. Unde Hercules

*Delph. et Var. Clus.*

pellibus tectus fingitur, et pingitur, ut antiquum vestendi morem homines posteræ memoria repetant, inquit Diod. Sicul. lib. 1.

1014 *Curavit*] Effecit: sic III. 127. et IV. 820.

*Alsia*] *Alsia*, a, um: vel, *alsiosus*, a, um, dicitur, qui frigus ferre non potest. Varro de Re Rust. II. 3. de capris: 'Stabulatur pecus melius, ad hybernos exortus si spectat, quod est *alsiosum*.'

1015 *Cœli sub tegmine*] Sub dio.

1018 *Habentes*] Bene. Nonnullis codicibus legitur, *avesntes*; male.

1019 *Finitumei*] [*Finitima*] Finitimos agros.

*Nec lædere, nec violare*] Supp. se mutuo, aut amicitiam junctam.

*Lucret.*

2 U

Et pueros commendarunt, muliebrique seclum, 1020  
 Vocibus, et gestu; quom balbe significarent,  
 Inbecillorum esse æquum misererier omni.  
 Non tamen omnimodis poterat concordia gigni:  
 Sed bona magnaue pars servabat fœdera, castei;  
 Aut genus humanum jam tum foret omne peremptum, 1025  
 Nec potuisset adhuc perducere secla propago.  
 At varios lingus sonitus natura subegit

sibi, neque frangere amicitiam. Et habuerunt in veneratione et cura infantes, et genus femineum, cum vocibus et gestu balbutientes indicarent, justum esse miserari omnes infirmos. Attamen amicitia mutua non poterat fieri omnibus modis: sed bona et magna pars hominum, qui pari erant, conservabant leges. Sine qua re, vel genus humanum jam tunc tota perisset: neque posteritas potuisset propagare usque ad hoc tempus genera quæque hominum. Postea vero natura cogit edere

\*\*\*\*\*

et L. B. Vind. V. ed. Th. Ra. *Finissima* vulg.—1020 *stilum* pro *seclum* Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. *stum* V. marg. 1.—1021 *blando* Mus. B. 2.—1022 *misererier* Vind. O. Cant. *mistrerier* V. ed. Th. Ra. *omni* Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. P. in not. Ferr. Th. Ra. *omnis* Gif. *omnium* vulg.—1023 *Nec* P. Mus. B. 2. Ald.—1024 *servabant* Vind. Mus. B. 1. 3. et edd. vulg.—1025 *At* P. *Haud* quidam. *cum foret* Cout.—1026 *sola propago* Mus. B. 2.—1027

#### NOTÆ

1020 *Muliebre seclum*] Mulleres. Sic IV. 1220.

1021 *Balbe*] Balbutientes.

1022 *Omni* [omnium] Versus dactylicus: vel fit *anastrophe* vocalium. Sic Virg. 1. Æn. 'Dependent lychni laquearibus aureis.'

1026 *Adhuc*] Usque ad hoc tempus.

*Secla*] Genera hominum: homines. Sic alibi passim.

1027 *At varios lingus, &c.*] His denique 68. vs. posterioribus docet de primo sermonis ac lingus usu. Dicit autem quod necessitas extorserit a mortalibus loquendi usum, atque ad instar infantum, qui rem præsentem digito monstrant, homines expressisse, nescio quo facto, nomina cuiusque rei; quasi natura duce quisque sentiat vires suas. Sic enim, inquit, vitulus, nondum enatis sibi cornibus, reluctatur in offensorem: sic catuli leonum et pantherarum, unguibus et

dentibus nondum sibi creatis, morderi ac dilacerare tentant obvium quemque: sic aves implumes tremulis alis quatunt aëra incassum. Ita ergo homines quibus a natura data est loquendi vis, sensim emisere vocem, ac rebus imposuere nomina. Unde turpiter in Sacra Scriptura chronologum invehitur Poëta: dum negat a primo homine nomina rebus imposita fuisse. Quanquam, non contra Scripturam Sacram, quæ sibi forte fuit ignota, sed contra Platonem imprimis disputat hic Lucretius. Plato enim in Cratylō decet nomina consulto rebus esse imposita, eumque, qui primus nomina rerum fabricatus sit, *ἑπωνομήσατο*, 'nominum epificem,' et *ἑπωνομήσατο*, 'nominum impositorem' nominat. Itaque i. percussatur poëta, cur huic primo nomenclatori datam sit cuncta notare vocibus: ceteris vero hominibus id muneri

Mittere, et utilitas expressit nomina rerum :  
 Non alia longe ratione atque ipsa videtur  
 Protrahere ad gestum pueros infantia linguae ; 1030  
 Quom facit, ut digito, quæ sint præsentia, monstret :  
 Sentit enim vim quisque suam quod possit abuti.  
 Cornua nata prius vitulo quam frontibus existent,  
 Illis iratus petit, atque infestus inarguet :  
 At catulei pantherarum, scymneique leonum, 1035

*diversos sonos lingua ; et commoditas effluxit nomina rerum : haud alio procul modo, quam ipso pueritia videtur adducere pueros ad gestum faciendum causa sermonis, cum facit, ut si indicent digito res eas, quas eorum adstat ; etenim unus quisque persentit in se vires suas, quibus queat uti. V. g. cornua nata sunt vitulo, antequam fronti illius appareant : succensus ferit illis, et infestus lacessit. Catuli etiam pantherarum, et catuli leonum jam tum unguibus et pedibus, et morus sens.*

Aut Vind. Mus. B. 2. Cant.—1031 Quæ Mus. B. 2. et Voss. vet. monstrent edd. vulg.—1032 vis Voss. vet. et L. B. Cant. quam pro quod edd. vulg. quo V. marg. 1. quæ Mus. B. 3.—1034 infestus Voss. vet. et L. B. Vind. Cant. V. ed. Th. Ra. infensus vulg.—1035 scymneique V. ed. Th. Ra.—1036 morus pro

## NOTE

fuerit denegatum ? II. Si nullus præcesserat vocis usus, unde data est huic primo homini notitia utilitatis, quæ inde nascatur ? III. Unde primus ille nomenclator potuit cogere ceteros homines, ut ediscerent ab eo, quid loqui vellent, atque memoriter voces a se datas retinere ? IV. denique sit nihil in eo mirabile videri, quod quisque homo, cui natura dedit et linguam et vocem, potuisse pro suo arbitrato ac sensu vario, singulas res notare suis nominibus ; præsertim cum muta animalia suos affectus, qui sunt admodum pauci, dissimilibus tamen vocibus notare possint ac soleant. Namque dolorem et voluptatem, et ceteros affectus, qui his duobus subjunguntur, inarticulata quidem, sed tamen dissimili voce significant. Igitur quidni homines potuerint varias res variis rebus notare ? Quæ rationes vix alienæ sunt momenti. Namque Scriptura Sacra docet nos Genes. cap. 3. quod appellavit Adam nomini-

bis suis creata animantia : cui scilicet, ut eadem Scriptura testatur Eccles. cap. 17. creavit Deus scientiam in animo, sensu implevit eum, et mala et bona ostendit illi, addiditque disciplinam. Quidni ergo primus ille homo scientia imbutus legitime potuerit rebus sua nomina assignare ? Quidni homines, quorum præna est natura in eruditionem, avidaque sciendi, voces rebus datas ab illo memoriter retinere gavisi sint ? Neque, ut muta animantia, suos tantum ac proprios affectus expressit primus ille nomenclator, sed alienos mores, alienamque naturam perspexit ac expressit. Sed de origine sermonis humani vide Laërt. lib. x. Diodor. Sicul. lib. i. sub initium, et Platon. in Cratylo.

1032 Quod [Quam] Bene: uter enim et abuter regunt accusativum æque ac ablativum. Plaut. Quidam olim legebant quod, ut II. 849.

1035 Scymne[que] Græca vox est: i. e. catuli.

Unguibus ac pedibus jam tum morsuque repugnant,  
 Vix etiam quom sunt dentes unguisque createi.  
 Alitum proporro genus alis omne videmus  
 Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum. 1040  
 Proinde, putare aliquem tum nomina distribuisse  
 Rebus, et inde homines didicisse vocabula prima,  
 Desipere est : nam quur hic posset cuncta notare  
 Vocibus, et varios sonitus emittere linguæ,  
 Tempore eodem aliei facere id non quisse putentur ?  
 Præterea, si non aliei quoque vocibus usei 1045  
 Inter se fuerant, unde insita notities est ?  
 Utilitas etiam, unde data est huic prima potestas,  
 Quid vellet facere, ut sciret, animoque videret ?  
 Cogere item plureis unns, victosque domare,

*defendunt, cum vix adhuc dentes et ungues orti sunt illis. Cernimus etiam gentem omnem volucrum credere se pennis nascentibus, et querere ab alis suis auxilium trepidum. Itaque credere aliquem tunc temporis imposuisse nomina rebus, et hinc homines edidicisse primas voces, insimulare est. Namque quare ille homo posset signare res cunctas suis nominibus, et edere diversos sonos linguæ, alii vero non credantur potuisse facere idem eodem tempore? Deinde, si alii etiam non usi erant inter se vocibus, unde igitur notitia commoditatis linguæ ingenerata est illi homini? et unde prima facultas concessa est illi, ut alii novissent, et mente conciperent facere, quicquid vellet? præterea unus homo non poterat subigere multos, ac subactos*

\*\*\*\*\*

*morsuque Cant.—1037 Vix etiam quom Gif. Par. Hav. Vix tiam quom Voss. vet. Vix jam quom Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. Vix jam etiam quom P. Ald. Vix jam cum ipsis Bas. Ferr. Vix dum etiam cum vel Vix dum eis cum Lamb. Vix dum cum ipsis vulg. sint ungues dentesque Mus. B. 2.—1038 Alitum porro vulg. proporro Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. Cant. V. marg. 2. alis Mus. B. 2.—1039 pennis Voss. vet. Voss. marg.—1042 Desuper V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. V. marg. 2. Voss. marg. Ferr. Th. Ra. possit Ferr.—1044 nequise Voss. vet.—1045 queque Vind. quas O.—1046 fuerent Gif. marg. sita notities Voss. vet. noties V. ed.—1047 Utilitas Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Utilitatis P. et edd. vulg. et pro etiam vulg. atque O. Mus. B. 1. Ferr. hinc prima Delph.—1048 Quod P. scirent P. Mus. B. 1. Ald. Bip. Hav. Delph. viderent P. Mus. B. 2. Ald. Bip. Hav. Delph. videre Voss. vet. L. B.—1051 surdes V. ed. Cant. Th. Ra. sor-*

#### NOTE

1040 *Putare aliquem, &c.*] Pythagoras aiebat summæ illum fuisse sapientie, qui rebus nomina primus imposuit. Aiebat et idem Plato in Cratyllo.

1042 *Notare Vocibus*] Nominare : sic

vss. 1057. 1059.

1044 *Tempore eodem, &c.*] H. e. si quis unus potuit imponere rebus nomina, potuit et alius eodem tempore pariter idem facere.

1048 *Facere*] Agere, efficere.

Non poterat, rerum ut perdiscere nomina vellent : 1050  
 Nec ratione docere ulla, suadereque surdis,  
 Quid sit opus facto ; faciles neque enim paterentur :  
 Nec ratione ulla sibi ferrent amplius aureis  
 Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.  
 Postremo, quid in hac mirabile tanto opere est re, 1055  
 Si genus humanum, cui vox, et lingua, vigeret,  
 Pro vario sensu varias res voce notaret ;  
 Quom pecudes mutæ, quom denique secla ferarum,  
 Dissimileis soleant voces variasque ciere,  
 Quom metus, aut dolor, est ; et quom jam gaudia gliscunt ?  
 Quippe et enim licet in rebus cognoscere apertis. 1061  
 Iuritata canum quom primum magna Molossom  
 Mollia ricta fremunt, duros nudantia denteis,

*cogere, ut vellent discere nomina rerum : nec ullo modo poterat edocere, ac persuadere hominibus non intelligentibus, quid oporteat facere. Neque enim æquo animo ferrent, neque ullo modo magis sinerent insolitos sonos lingua incussum ferire sibi aureis. Denique quid est in hac re, quod adeo admirabile videatur, si homines, qui habent linguam et vocem exprimant voce res diversas secundum diversum sensum, quoniam mutæ animantes, quoniam tandem generu ferarum commescunt edere differentes et diversas voces, quando timor vel dolor est, et quando jam voluptates crescunt ? Namque facile est nosse, hoc ipsum e rebus manifestis. Quando patentes et remissi rictus canum Molossorum irati fremunt,*

*des O. surges Mus. B. 2. Omnia inter ulla hujusce vs. et eandem vocem vs. 1053. desunt Mus. B. 1.—1052 Quid facto esset opus edd. vulg. facile Nard. facile sine que Vind. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. facile si neque Ferr. neque enim faciles Lamb. peterentur Mus. B. 2.—1055 in os Ferr. esset pro est re Mus. B. 1. re deest V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra.—1056 vigeretur P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—1057 varia Bentl.—1060 atque dolor V. ed. Ferr. Th. Ra. aut quom O. Mus. B. 1. 2. nam gaudia Mus. B. sibi gaudia O. Mus. B. 1.—1061 enim Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. licet in P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Nard. Bas. Voss. marg. Ferr. Th. Ra. Ald. id licet e vulg.—1062 Irrita canum quo Mus. B. 2.—1063 fremunt P. Vind. Ald.*

## NOTÆ

1058 *Secla ferarum*] Ferræ, ut sæpe monui.

1060 *Gaudia gliscunt*] Gaudia crescunt, irrepunt. Sic Pacuvius : 'sed necio quidnam sit animi. Florescit, et gliscit gaudium.' Est autem Gliscere, inquit Nonius, congelascere et colligi : vel crescere, vel ignescere.

1062 *Iuritata*] Antiquitus pro *irritata*.

*Molossom*] Molossorum. Est autem Molossia pars Epiri ; qua in regione nascebantur olim canes egregii, qui Molossi dicti sunt. Virg. Georg. III. 'Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una Velocis Sparthæ catulos acremque Molossom Pasce sevo pingui.' Qui canes valde clamosi sunt ob rictus magnos, quibus præditi sunt.

Longe alio sonitu rabies districta minatur,  
Et quom jam latrant, et vocibus omnia conplent. 1065

At catulos blande quom lingua lambere tentant,  
Aut ubi eos lactant pedibus, morsuque potentes,  
Subspensis teneros imitantur dentibus haustus,  
Longe alio pacto gannitu vocis adulant,  
Et quom desertei baubantur in ædibus, aut quom 1070  
Plorantes fugiunt, submisso corpore, plagas.

Denique, non hinnitus item differre videtur,  
Inter equas ubi equus florenti ætate juvencus

*dentantes et diducentes acutes dentes, furore subitantur longe diverso clamore, quam cum vulgo latrant, et replent omnia loca clamoribus. Verum ubi student lingere lingua blanditum catulos suos, vel cum alliciunt eos pedibus, et morsu tenentes illos simulat teneros morsus dentibus sublevatis, longe diverso modo adulantur gannitione vocis, quam ubi relicti in domibus vociferantur, vel ubi plangentes effugiunt verbera flexo et inclinato corpore. Demum nonne pariter hinnitus equi videtur dissimilis esse, quando equus junior et vicens ætate furit*

Hav. Bip. Delph. tremant Nonius, III. 185. premant reliqui.—1064 Longa V. ed. Th. Ra. obio P. Cant. Bip. Ald. Hav. Delph. alia reliqui. rabies P. Mus. B. 3. Cant. Ald. rabie vulg. stricta Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Th. Ra. et stricta Mus. B. 2. si stricta Mus. B. 3. minatur P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. minatur vulg.—1066 Aut Nard.—1067 At V. ed. Mus. B. 3. Nard. Bas. Th. Ra. Atque O. Ferr. factant edd. vulg. potentes Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. petentes reliqui. patente Voss. ad Catull. p. 6.—1068 Suspensi Mus. B. 2. veros imitantur Fab.—1069 Deest Mus. B. 2. cavitus Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. adulent Nonius, VI. 10. et adulat I. 57.—1070 Ac Lamb. desertis baubantur P. in not. Mus. B. 3. Ferr. deserti baubantur Voss. vet. et L. B. desertis aubantur Mus. B. 1. desertibus aubantur Cant.—1071 Plorantis V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra.—1072 initus Mus. B. 2. videntur Cant.—1073 juvencus Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr.

## NOTE

1068 *Ricta*] Olim dicebatur rictum, i, et rictus, us. Sic pileus, et pileum. Sic puteus, et puteum. Sic vultus, et vultum: *fremant*, alii *premant*.

1067 *Lactant*] Alliciunt, lactant, trahunt blanditum. Lacto, as, frequentativum est verbum, ab antiquo verbo lacio, quod facit in præterito laxul, vel lexi, et in supino lactum, vel lectum, unde lacto, et delecto. Est autem lacio, idem quod blanditum traho, blanditum in fraudem induco; a vocabulo lax, acis, quod frau-

dem significat. Lacio vero jam nondum est in usu, sed ab eo sunt allicio, illicio, pellicio, &c. Ita Pareus et plures alii. At Lambinus *factant*; minus bene. Itaque *lactant pedibus*, id est, *ils semblent qu'ils foulent leurs pieds aux pieds, et les repoussent doucement*.

1068 *Subspensis*] Non graviter impressis, sed sublevatis.

1069 *Adulant*] Adulantur.

1070 *Baubantur*] Latrant.



Pinnigeri sævit calcaribus ictus Amoris ;  
 Et quom sic alias, concussis artibus, hinnit, 1075  
 Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma ?

Postremo, genus alituum, variæque volucres,  
 Adcipitres, atque ossifragæ mergeique, marinis  
 Fluctibus, in salso victum vitamque petentes,  
 Longe alias alio jaciunt in tempore voces, 1080  
 Et quom de victu certant, prædaque repugnant.

Et partim mutant cum tempestatibus una  
 Raucisonos cantus ; cornicum secla vetusta,  
 Corvorumque greges ; ubi aquam dicuntur, et imbreis,  
 Poscere, et interdum ventos, aurasque, vocare. 1085

Ergo, si variei sensus animalia cogunt,  
 Muta tamen quom sint, varias emittere voces ;

*inter equas actus stimulis amoris aligeri, quam cum sub naribus patentibus emittit fremitum ad arma ? vel cum ob alias causas, quassatis membris, ita hinnitum edit ? Denique gens volucrum, et diversæ aves, accipitres, et ossifragæ, et avocæ quaritan-tes vitam et cibum in undis salis maris, edunt diversos omnino clamores in tempo-ribus diversis, quam ubi contendunt de cibo, et pugnant de præda. Et partim commu-ant raucos cantus simul cum diversis temporibus anni : veluti longæva gens corni-cum, et turba corvorum, quando dicuntur petere aquam et pluviam, et plerumque postulare ventos et flatuos. Igitur si diversi affectus faciunt ut animalia, quæ tamen*

V. ed. Th. Ra.—1074 *Pinnigeris acuit* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 2. 2. *Pinnigeris acuit* Cant. sed *acuit* superser. *Pinnigeris init* Mus. B. 1. *Pinnigeris hinnit* O.—1075 H. vs. sequenti postponitur edd. vulg. *Ac quom sis* edd. vulg. *tam pro quom* Mus. B. 2.—1077 *alitum variatque* V. ed. Th. Ra.—1078 *atque* deest Mus. B. 1. *ossifragæ* V. ed. Th. Ra. Vind. *ossifragi* Mus. B. 1.—1079 in *salis* edd. vulg.—1081 *cernant* Voss. vet. *præda* P. Ald. Bas. marg. *prædata* Voss. vet. et L. B.—1083 *ut secla* Vind. Bodl. et edd. vulg. *secla* P. Ald. Voss. vet. et L. B. et *secla* reliqui.—1085 *ventus* V. ed. Th. Ra.—1086 *varios* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Th. Ra. *varis* Voss. vet. et L. B. V. marg. 1. *vario* Mus. B. 2.—1087 *Muta* P. Vind. Ald. *Mutis* reliqui.—1088

## NOTE

1074 *Pinnigeri*] Amor enim fingit-ur penatus.

1075 *Sic*] Ita multi. Lamb. *suis*, monesyll. et III. 1039.

1077 *Genus alituum, &c.*] Hic ver-sus positus est supra vs. 790.

1078 *Ossifragæ*] Ossifraga, vel ossi-fragus, genus est aquilæ, inquit Pli-nius x. 11. quod Gallicè dicimus *os-fragus*.

1083 *Cornicum secla*] Cornices. Sic vs. 1068.

*Vetusta*] Annosa, ut ait Hegat. Od. III. 17. vel *vetula*, ut idem ait Od. IV. 18.

1084 *Ubi equam Poscere, &c.*] Sic Virg. Georg. I. ‘Tum cornix plena pluviam vocat improba voce,’ &c.

1086 *Sonus*] Affectus.

Quanto mortaleis magis æquum est tum potuisse  
Dissimileis alia, atque alia, res voce notare ?

Illud in hiis rebus tacitus ne forte requiras, 1090  
Fulmen detulit in terram mortalibus ignem  
Primitus ; inde omnis flammaram diditur ardor :  
Multa videmus enim, cœlestibus insita flammis,  
Fulgere, quom cœli donavit plaga vapores.  
Et ramosa tamen quom, ventis pulsa, vacillans 1095

*sunt muta, edant diversas voces : quanto magis par est homines tunc primum potuisse signare diversis nominibus res diversas ? Ne fortasse taciturnus percuncteris istud in his rebus ; acias quod fulgetrum primo deduxit ex æthere in terras ignem hominibus ; postea omnis calor ignis diffunditur per totum orbem terrarum. Namque cernimus bene multas res illucere excitationes ignibus cœlestibus, ubi regio ætheris tribuit nobis calores suos. Atqui etiam ubi arbor ramosa agitata ventis*

aptum Mus. B. 1. *tamen potuisse* V. ed. Th. Ra.—1091 *terras* edd. vulg.—1092 *unde O. deditur* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *diditus* Gif. Par.—1093 *iacita* Nonius, x. 12. et edd. vulg.—1094 *vaporeis* P. Ald. *vaporis* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Cant.—1095 *Ut* P. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. V. marg. 1. Bodl. Voss.

## NOTE

1088 *Mortaleis*] Homines.

*Tum*] H. e. in primo sui exortu.

1090 *Illud in hiis rebus, &c.*] His 17. vs. docet jam unde ignis datus sit hominibus, veritus ne quis sciscitaretur qui et quando ignis usus concesserit in nostram utilitatem. Itaque duplicem modum assignat, quo ignis in terras potuerit deferri. I. putat fulgetrum, seu fulmen primitus detulisse nobis ignem in terram. II. præterea censet validis ventorum viribus concussas arbores, ac mutuo inter se collisas, potuisse flammam excitasse, unde noster ignis sit ortus. Quod quidem factum olim fuisse traditur in Pannonia. Poterat et artificium addere, quo ex confractis inter se lignis exprimitur ignis : qui mos frequentissimus est apud agrestes, et apud Indos. Poterat et inducere percussam scilicem, e qua scintillæ ignis vulgo eliciuntur ; et alia similia. Postea vero ignis ministerio uti cœperunt homines, a sole edocti, ad cibos coquendos, et ad res, quæ usui forent, emol-

liendas. Inde præmonstrantibus iis, qui ingenio et inventione ceteris præstabant, rudem vivendi rationem, pristinumque victum commutarunt. Scilicet, ut ait Manil. l. 89. 'artes Semper enim ex aliis aliis præseminat usus.'

1094 *Fulgere*] Tertiæ conjug. Sic vs. 766. et vi. 159. 173. 213. 217. &c. Dicebatur olim fulgeo, es, et fulgo, is.

*Vapores*] Calores ; ita passim Lucretius usurpat vocem vapor pro voce calor.

1095 *Et ramosa tamen, &c.*] Non ex solis arboribus contritis elici potest ignis, sed ex rebus fere omnibus. Namque, ut ait Manil. l. 850. 'Sunt autem cuuctis permixti partibus ignes ; Qui gravidas halitant fabricantes fulmina nubes : Et penetrant terras, Æt namque minantur Olympo, Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas : Ac silice in dura, viridique in cortice sedem Inveniant, cum sylva sibi collisa crematur. Ignibus usque adeo natura est omnis abundans,' &c. Hanc eam-

Æstuat, in ramos incumbens arboris, arbor,  
 Exprimitur, validis extritus viribus, ignis :  
 Emicat interdum flammai fervidus ardor,  
 Mutua dum inter se ramei, stirpesque, teruntur :  
 Quorum utrumque dedisse potest mortalibus ignem. 1100  
 Inde cibum coquere, ac flammæ mollire vapore,  
 Sol docuit ; quoniam mitescere multa videbant,  
 Verberibus radorum atque æstu victa, per agros.  
 Inque dies magis in victum vitamque priorem  
 Commutare novis monstrabant rebus et igni, 1105  
 Ingenio quei præstabant, et corde vigeabant.  
 Condere cœperunt urbeis, arcemque locare

*fuctuat, titubatur, et incidit in ramos alterius arboris, ignis contritus vehementioribus ictibus elicitur, et aliquando fervor ardens flamma respundet, cum rami et trunci arborum mutuo inter se alteruntur. Quorum utrumque, fulmen et arbores late, potest tribuisse ignem hominibus. Deinde sol edocuit eos concoquere et emollire alimentum calore ignis : siquidem cernebant multas res emolli per campos, superatas quidem calore et ictibus lucis solis : et magis ac magis in dies illi homines, qui excollebant animo, et præstabant consilio ceteris, docebant alios permutare cibum et pristinam vivendi rationem igne, et aliis recentioribus rebus. Postea reges*

vet. et L. B. ramis pro ventis Mus. B. 2.—1096 Æstiva quidam, ardoris Mus. B. 1. ardor Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—1097 extractus Mus. B. 1. vicibus V. ed. Th. Ra.—1098 Et emicat P. Ald. Bip. Delph.—1099 terentur V. ed. Th. Ra.—1101 quoquere O. Mus. B. 2. vaporem P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—1102 sed docui Mus. B. 2. quomodo Mus. B. 1. cum Mus. B. 3. Ferr. quem V. ed. Th. Ra.—1104 et victum P. Ald. in victum Vind. Mus. B. 3. invictum Ferr. V. ed. Th. Ra.—1105 acri pro igni P. Ald. Bas. marg.—1107 cœperunt tum P. Ald. Bas. marg. Gif.

## NOTE

dem sententiam de igne eliciendo ex-

collis arboribus jam posuerat supra  
 Lucretius I. 896. et seqq.

1099 *Mutua*] Mutuo. Sic II. 75. IV. 301. &c.

1100 *Quorum utrumque*] Nempe fulmen ac collis inter se arbores.

1101 *Vapere*] Calore vs. 1094. not.

1102 *Verberibus radorum*] Metaphora est. Sic vs. 485. 'Et radii solis cogeant undique terram Verberibus crebris, extrema ad lumina apertam.'

1106 *Corde vigeabant*] Animo præ-

stabant : cordati erant.  
 1107 *Condere cœperunt urbeis, &c.*] His 28. vs. docet jam quomodo cicuratis moribus, ac rebus ad vitam necessariis repertis ac institutis, cœperint homines civilem inire societatem. Itaque I. Reges cœperunt condere urbes et arces. II. Partiti sunt agros hominibus pro sua cujusque speciosa forma, pro viribus, atque pro ingenio. Unde invaluit durum illud verbum, meum ac tuum. III. Repertis opibus, auroque invento, jam divitioris cujusque sectam secutisunt.

Præsidium reges ipsei sibi, perfangiumque :  
 Et pecudes, et agros divisere, atque dedere,  
 Pro facie quousque, et viribus, ingenioque. 1110  
 Nam facies multum valuit, viresque vigeabant :  
 Posterius res inventa est, aurumque repertum,  
 Quod facile et validis, et pulchris, dempsit honorem.  
 Divitoris enim sectam plerumque sequuntur  
 Quam lubet et fortes, et pulchro corpore cretei. 1115  
 Quod, si quis vera vitam ratione gubernat,  
 Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce  
 Æquo animo ; neque enim est unquam penuria parvi.

*inceptum adificare oppida, et ponere arcem sibi ipsis in propugnaculum et in refugium. Et partiti sunt pecora et arva, et concesserunt ea hominibus secundum pulchritudinem, et vires, et solertiam mentis ejusque. Namque pulchritudo plurimum potuit, et vires astimabantur tum temporis. Postremo divitiæ sunt repertæ ; et aurum fuit inventum, quod quidem hæc difficulter abutituli gloriam et fortibus et formosis hominibus. Namque et validi, et formoso corpore præditi amplectuntur seipsum quamlibet partem opulentioris hominis. Quod si quis reverteret vitam suam secundum veram rationem, magnæ opes essent illi homini, frugaliter vivere, et moderate animo ; neque enim unquam est inopia paucitatis. Sed homines cupierunt et*

*Par. artemque V. ed. Th. Ra. artem Mus. B. 2.—1109 atque agros Mus. B. 2. dicere ut quisquis haberet P. in not. divisim ut quisquis haberet Cant. divideret que debere Vind. dividerantque debere V. ed. Th. Ra.—1111 viresque vigentes Fab. vagebant V. ed. Th. Ra.—1112 depressis V. ed. Th. Ra. Bedl. Mus. B. 2.—1114 accuntur P. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Th. Ra. Ald.—1115 jubet Mus. B. 3. certi Vind.—1116 gubernat P. V. ed. Bedl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. gubernat vulg.—1117 parte V. ed. Th. Ra.—1118 neque es tanquam penuria Gryph. neque enim es tanquam P. Ald. autum quam V.*

## NOTE

Hinc fasces summisere viri fortes  
 alloquin atque speciosi. iv. Denique  
 invidia atque incuria dejecit opulentes,  
 quod et tempore suo fieri con-  
 queritur Poëta.

1110 *Pro facie*] Pro pulchritudine ;  
 quem multum olim valuit apud homines.  
 Unde Arist. lib. i. de Rep. scribit :  
 ' Si qui reperiantur ea pulchritudine  
 corporis præditi, que in Deorum  
 statuis cernitur, nemini dubium  
 futurum, quia il aliis imperare debeant.'  
 Unde Xenophon in Symposio ait,  
 ' Pulchritudinem esse quæquam  
 regnum natura.'

1111 *Viresque vigeabant*] Sic Varro

Margop. ' Qui pote plus viget, pisces  
 ut sæpe minutos Magni' comest :  
 ut aves enecat accipiter.'

1112 *Res inventa est*] H. e. bona  
 fortunæ inventa sunt.

*Aurum*] Pecunia.

1113 *Quod facile et validis, &c.*] Sic  
 Horat. Sat. ii. 5. ' omnis enim res,  
 Virtus, fama, decus, divina humana-  
 que pulchris Divitiis parent,' &c. Et  
 Ovidius. ' Aurea sunt vere nunc hæ-  
 cula ; plurius auro Venit honos.'

1115 *Cretei*] Creati.

1118 *Neque enim est unquam, &c.*] H. e. neque enim desunt unquam ho-  
 minibus pauca seu parva. Unde fit

At claros homines voluerunt se, atque potenteis,  
 Ut fundamento stabili fortuna maneret, 1120  
 Et placidam possent opulentei degere vitam:  
 Nequidquam; quoniam, ad summum subcedere honorem  
 Certantes, iter infestum fecere viai:  
 Et tamen e summo, quasi fulmen, dejecit ictos  
 Invidia interdum contemptim in Tartara tetra: 1125  
 Ut satius multo jam sit parere quietum,  
 Quam regere imperio res velle, et regna tenere.  
 Proinde, sine, in cassum defessei, sanguine sudent,  
 Angustum per iter luctantes ambitionis:

*esse illustres et dominos, ut fortuna eorum initeretur firmo fundamine, et ut divites possent ducere vitam tranquillam: sed frustra; namque conantes aliquando perocnitro ad supremam dignitatem, ingressi sunt infelicem viam itineris. Et tamen Invidia, velut fulmen, deturbat eos percussos cum contentu e sublimi loco in nigra Inferorum loca. Ita ut longe melius jam sit tranquillum obedire, quam velle administrare res dominio, et obtinere imperia. Quapropter patere ut fatigati frustra emittant sudorem sanguinis, anhelantes per arctam viam ambitionis, quoniam*

ed. Th. Ra. parvo P. in not.—1119 Ad P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. se deest P. V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. At claros se homines voluerunt esse atque potentes edd. vulg.—1121 placida Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. possunt Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. possint Cant. ducere V. ed. Bodl. Th. Ra. Ferr. Gif. marg. Bas. V. marg. 2.—1123 subcedere P. V. ed. Th. Ra. Ald. succedere vulg.—1123 Certantesque inter Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. Certantesque iter Mus. B. 1. Ferr. se infestum Mus. B. 2. 3. via Vind.—1124 fulmine Mus. B. 1. flumen Mus. B. 2. dejecit V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. dicit Bodl.—1125 Invia Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. Invia et Bodl. Mus. B. 1. V. marg. 1. contemptum V. ed. Th. Ra. contemptus Cant. terra V. ed. Th. Ra.—1127 inferiores Voss. vet. et L. B. Voss. marg.—1128 sude Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. sudei Voss. vet. si Mus. B. 1. in cassu Cant.—1129 pariter V. ed. Th. Ra. ambitiones Vind. V.

## NOTÆ

ut sapiens, qui parvo contentus vivit, nunquam sit pauper. Epicurus autem in ore sæpe habebat parsimoniam, continentiam, tenacitatem victus, et animi æquitatem. Quod quidem non verbis tantum laudabat, sed re comprobabat. Unde Cicero lib. III. Tuscul. ait: 'Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur: negat ullam in sapientem vim esse fortunæ: tenuem victum antefert copioso,' &c. Sic et de eodem Laërtium.

1124 E summo] Supp. vel gradus, vel loco, vel principatu.

1125 Contemptim] Ita omnes legunt. Alias contentios.

Tartara] Locus est Inferorum profundissimus, III. 42. 979. 1026.

1127 Res] Imperium, regnum. Sic vs. 1140.

1128 Sanguine sudent] Laborent valde. Sic loquitur VI. 948. 'Ut in speluncis saxa superna sudent hunc more.'

(Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant 1130  
 Plerumque, et quæ sunt altis magis edita quomque :)  
 Quandoquidem sapiunt alieno ex ore ; petuntque  
 Res ex auditis potius, quam sensibus ipsis :  
 Nec magis id nunc est, neque erit mox, quam fuit ante.  
 Ergo, regibus obcisis, subvorsa jacebat 1135

*summitas, et res cunctæ, quæ sunt altiores ceteris, sæpe flagrant invidia, quasi fulmine percenterentur ; quoniam non sapientes sunt nisi ex sermone aliorum ; et repetunt magis res ex iis, quæ audiunt, quam ex iis, quæ experti sunt suis sensibus. Quod quidem hodie non est melius, neque postea erit, quam fuit antea. Itaque, in-*

ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra.—1130 vaporat Gryph. marg. Bas. marg. P. in not. Hunc vs. et sequentem deleri vult Creech.—1131 aliis edd. vulg. magnis Mus. B. 2.—1132 repetuntque Vind. Mus. B. 2.—1134 neque P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. nec vulg. ant Mus. B. 2. quia

## NOTE

1130 Vaporant] Ardent, flagrant.  
 1131 Quæ . . . edita quomque] Tme-  
 sis, quæcumque.

1133 Ex auditis potius, quam, &c.]  
 H. e. ex iis quæ audierunt et acceperunt ab aliis cognoscere malunt res, quam ex propriis suis sensibus, quibus eas aut viderant, aut experti sunt. Sic Plaut. in Bacch. 'Quia ego, cum peribat, vidi: non ego ex audito arguo.'

1135 Ergo, regibus obcisis, &c.] His 25. vs. jam docet quomodo ex Invidia occisis regibus res redierit ad populum; qui tandem vi ac turbis vitam degere pertæsus condidit jura ac leges quibus uteretur. Hinc innatus poenarum metus, cum quis aliquod scelus commiserit. Namque etiam si clam scelus fuerit commissum, tamen diffidere sons debet, illud clam fore perpetuo. Quoties enim occultissima quæque minima palam manifestata non sunt aut a delirantibus, aut a somniantibus?

Animadvertite autem Poëtam a vs. 1017. ad vs. 1168. hæc nonnulla problemata politica solvisse.

1. Cur homo natura liber ab inoante

ævo regibus obtemperare passus sit? nimirum vel ob formam corporis, quæ multum valet; unde nunc etiam illud: 'Species digna imperio.' Vel ob vires quibus potentissimi ceteros invitos cogebant ad servitutem. Vel ob ingenii excellentiam, quæ admirationem et reverentiam merito sibi facile comparavit, et imperium.

II. Cur formosi, validi, et ingeniosi tandem regnare desierint? Scilicet, quia illos exauctorarunt opes inventæ, deque solio dejecerunt.

III. Cur reges primum studuerunt arcem locare? nempe quia metuebant sibi aut ab hostibus, aut ab invidiosis populis quos nimia servitate premerent.

IV. Cur regum pristina majestas, ac acceptra superba tandem subversa jacuerunt? scilicet, quia nihil invidia realitit; scandit ea vel editissimas arces regumque turres. Invidetque enim præsertim præstanti ac florenti fortunæ.

V. Cur leges conditæ? forsitan ob commercium. Gregale enim animal est homo, mutique officii indigum. Itaque ne perpetuo esset in armis ex-

Pristina majestas soliorum, et sceptrâ superba ;  
 Et capitis summi præclarum insigne cruentum  
 Sub pedibus volgi magnum lugebat honorem :  
 Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

Res itaque ad summam fœcem, turbasque, residit ; 1140  
 Imperium sibi quom, ac summatum, quisque petebat.  
 Inde magistratum partim docuere creare ;  
 Juraque constituere, ut vellent legibus uti.  
 Nam genus humanum, defessum vi colere ævom,  
 Ex inimicitiiis languebat : quo magis ipsum 1145  
 Spontæ sua cecidit sub leges, artaque jura.  
 Acrius ex ira quod enim se quisque parabat

*perfectis regibus, antiqua regia dignitas thronorum dejecta deprimebatur, æque ac sceptrâ imperiosa : et illustre ornamentum capitis imperantis cruentatum deslebat sub pedibus summam suam dignitatem. Etenim quia antea fuerat metuendum, eo avidius proteritur. Igitur administratio rerum revertetur ad infimam fœcem, et ad tumultus populû, quando quisque posebat sibi principatum, et summam auctoritatem. Hinc homines edocuerunt facere magistratus ex parte ; et statuerunt edicta, ut vellent uti legibus. Etenim gens hominum lassâ degere vitam sub violentiâ barbarum languescebat inter mutuas inimicitias : quapropter eo libentius ipsa suis suo omni sub leges et sub stricta jura. Quia enim quisque præparabat vindic-*

*fuit* V. ed. Th. Ra.—1137 *sic clarum* V. ed. Th. Ra. *si clarum* Mus. B. 2.—1138 *Sed* V. ed. Th. Ra. *lucet* Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. V. marg. 2.—1139 *Nam pedibus* Mus. B. 2.—1140 *Restaque* Vind. *Res tanquam* Mus. B. 1. *Resteque* Mus. B. 2. *Restatque* Mus. B. 3. *residit* Wakef. ex conj. *recidat* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *recidit* Voss. L. B. *redibat* P. Mus. B. 2. et edd. vulg.—1141 *sibi cum* Voss. L. B. *si cum* Voss. vet. *hac* V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *summa tum* Voss. L. B. *summa cum* Cant.—1142 *magistratus* Bas. *didicere creare* Creech. ex conj. *recreare* Vind.—1143 *et pro ut* Cant.—1144 *defossum* V. ed. Th. Ra. *vi colere* P. Cant. Ald. et edd. vulg. *vincere* Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *vigescere* Mus. B. 1. *vincere* V. marg. 1. *vigere* Voss. vet. *vi gerere* Voss. marg.—1145 *Et* Cant.—1146 *artaque* Vind. Cant. *arctaque* vulg. *atraque* Mus. B. 3. *jussa* Voss.

## NOTE

cogitate sunt leges, quibus societatis communis norma servaretur, certisque finibus cœrceretur petulantia ac effrena malesanorum libido.

1136 *Soliorum*] Sellarum regiarum.

1137 *Insigne*] Diadema.

1139 *Ante metutum*] Quod antea metuebant homines. Participium verbi metuo, quod jam obsolevit.

Priscian. lib. x.

1140 *Res*] Imperium: vs. 1127.

*Ad fœcem*] Ad plebem infimam, ad vulgus hominum. Quæ administratio Græcis dicitur *ὀχλοκρατία*.

1141 *Summatum*] Principatum, imperium, supremos honores.

1145 *Quo magis, &c.*] H. e. quapropter, tanto magis, &c.

Ulcisci, quam nunc concessum est legibus æquis,  
 Hanc ob rem est homines pertæsum vi colere ævom.  
 Inde metus maculat pœnarum præmia vitæ : 1150  
 Circumretit enim vis, atque injuria, quemque ;  
 Atque, unde exorta est, ad eum plerumque revortit :  
 Nec facile est placidam, ac pacatam, degere vitam,  
 Qui violat factis communia foedera pacis.  
 Et si fallit enim Divom genus humanumque, 1155  
 Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet :  
 Quippe ubi se multei, per somnia sæpe loquentes,  
 Aut morbo delirantes, protraxe ferantur ;

*care se ex ira animosius, quam hodie permissum est justis legibus, ob hanc causam tædium homines degere vitam sub violentia. Inde timor supplicii contaminat dona vitæ ; namque violentia et offensa irretit quemque ob metum pœnarum, et sæpe redit ad illum hominem, a quo venit : nec is potest facile ducere vitam quietam et tranquillam, qui actionibus suis infringit communia pacta concordia. Namque etiam forte decipit gentem Deorum et hominum, tamen non debet sperare hoc semper futurum esse occultum. Quoniam plurimi dicuntur vel in somniis loquentes, vel morbo insanientes indicavisse sese plerumque : et misisse in publicum scelera,*

marg.—1148 *quam non* P. in not. *est concessum* Mus. B. 2.—1149 *incolere* Mus. B. 2.—1150 *Unde* edd. vulg. Hunc va. post 1152, ponendum censet Creech.—1151 *Circum recite manus* V. ed. Th. Ra. *retite nimis* Mus. B. 1. *nimis* Mus. B. 2. *jus pro vis* Vind.—1152 *inde* Mus. B. 2.—1153 *facilis est* V. ed. Th. Ra.—1154 *Quis* V. ed. Th. Ra. *rebus pro pacis* Mus. B. 2.—1155 *Ec* V. ed. Th. Ra. *que deest* V. ed. Th. Ra.—1157 *multe* V. ed. Th. Ra.—1158 *protraxe* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. Th. Ra. Gryph. Nard. Bas. Gassend. Turneb. Adv. xxx. 22. *protraxe* Gif. Par. Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *protrasse* Mus. B. 1. V. marg. *prograsse* Delph. *prodasse* Voss. marg. *fortasse*

## NOTE

1150 *Inde*] Ex legibus: h. e. postquam conditæ sunt leges.

*Pœmia vitæ*] Vitam: vel potius vitam dulcedinem, aut fructum, qui ex vita percipi debet.

1151 *Circumretit enim, &c.*] Qui enim vim et injuriam infert alteri, legibus irretitis pœnas dare necesse est.

1153 *Nec facile est, &c.*] Quia, ut ait Cicero, 'Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat.'

1156 *Id fore clam diffidere debet*] H. e. nunquam confidit id fore sem-

per occultum, ut ait Cicero lib. L de Fin. agens de hisce rebus. Quoniam plurimi dicuntur vel in somniis loquentes, vel morbo insanientes indicavisse se plerumque, et misisse in publicum, scelera quæ diutius laterant.

1157 *Quippe ubi se multei, &c.*] Sic rv. 1018. 'Multi de magnis per somnum rebus loquuntur, Indicioque sui facti persæpe fuere.'

1158 *Protraxe* [*Prograsse*] I. e. palam aperuisse, et quasi in publico garrivisse. Verbum est a Græco verbo *ἠπάω*, clamo factum; pro-



Et, celata diu, in medium peccata dedisse.

Nunc, quæ caussa Deum per magnas numina genteis 1160  
Pervolgarit, et ararum conpleverit urbeis,  
Subsциpiendaque curarit solemnia sacra,  
Quæ nunc in magnis florent sacra rebus, locisque ;  
Unde etiam nunc est mortalibus insitus horror,  
Qui delubra Deum nova toto subscitat orbi 1165

*quæ diutius latuerant. Jam vero, quæ causa manifestaverit divinitatem Deorum per multas rationes et impleverit civitates altaribus, et fecerit ut sacra carimonia instituerentur, quæ caerimonia vigent hodie in multis locis ac rebus; unde hodie quoque incussus est hominibus timor, qui erigit nova templa Deorum per totum*

Mus. B. 3. *procraxe vulg. feruntur* P. Ald. Gryph. marg.—1159 *Ec V. ed. Th. Ra. dix deest* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. *Cant. et peccata* Vind. O. Mus. B. 1. 3. *Cant. etiam peccata* Mus. B. 3.—1160 *terras pro genteis* Mus. B. 2.—1161 *Pervolgarit* V. ed. Th. Ra. *Pervolgarit* Mus. B. 2. *anarum Vind. ranarum* V. ed. Th. Ra. *arnarum Ferr. orbis* Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. *Ferr. Th. Ra.—1162 curat* Mus. B. 1. *curavit* Mus. B. 2. *curam* Cant.—1163 *sacra deest* P. Voss. vet. Ald. *rebusque* P. *Quæ in magnis florent nunc rebus sacra, locisque* O. Mus. B. 1. *Quæ nunc in cunctis fument arisque fociisque* Fab. emend.—1165

## NOTÆ

graxo, prograxi; hinc prograxe pro prograxiase; sicut III. 652. abstraxe pro abstraxiase.

1159 *In medium*] In publicum, in apertum, palam.

1160 *Nunc, quæ caussa Deum, &c.*] His 33. vs. seqq. indicat jam Lucretius ex doctrina Epicuri, perpetui Deorum ac religionis contemptoris, undenam prisca hominibus orta sit religio; undenam in hominum mentes incussus fuerit Deorum timor. I. Cassatur insomnia mortales decipientia; utpote in quibus homines representarent sibi heroes ingentibus ac vegetis corporibus, superba voce, egregia facie, irrequieto motu, amplis viribus, immortalis vita, atque felicitate æterna donatos; mira patrautes, nec laboris impatientes. Hinc Deos sibi fluxerunt tales. II. Insomniorum deceptioni adjungit cæcæ hominum ignorantiam; cum enim prisca gens hominum ignoreret causas rerum, ac

ordinis, quo cælum volvitur, ac certas anni tempestates certo tempore nobis reddit, perfugium unum erat omnia referre ad Deos, quorum nutu cuncta fieri, flecti, ac regi putarentur. III. Insuper addit ideo Deorum sedes ac templa in cælo ab hominibus esse collocata, quod cernerent hæc omnia in cælo volvi, fieri, ac esse, noctem, lunam, diem, sidera, nubila, solem, imbres, nivem, ventos, fulmina, grandinem, &c.

1160 *Per magnas genteis*] Per multas nationes.

1161 *Pervolgarit*] Sic II. 163. 346. et IV. 305.

1162 *Curarit*] Fecerit; sic supra vs. 1014.

1163 *Quæ . . . sacra*] Epanaphora est poetis usitata: sacra sacra.

*Rebus* [*Rebu'*] *Rebus*, metri causa. Per 'magnas res' intellige potissimum eas, quæ aut ad bellum aut ad pacem pertinent, ubi vota magna sunt.

Terrarum, et festis cogit celebrare diebus ;  
Non ita difficile est rationem reddere verbis.

Quippe et enim jam tum Divom mortalia secla  
Egregias animo facies vigilante videbant ;  
Et magis in somnis, mirando corporis auctu. 1170  
Hiis igitur sensum tribuebant propterea, quod  
Membra movere videbantur, vocesque superbas  
Mittere pro facie præclara, et viribus amplis.  
Æternamque dabant vitam, quia semper eorum  
Subpeditabatur facies, et forma manebat : 1175  
Et tamen omnino, quod tantis viribus auctos  
Non temere ulla vi convinci posse putabant :  
Fortunisque ideo longe præstare putabant,

*globum terræ, et facit ut diebus festis ea templa colantur : non, inquam, perdifficile est dare dictis causam harum rerum. Namque tunc temporis homines cernebant aliquando, vigilantibus mentibus, sed sapius in somno, præclaros vultus Deorum, et repræsentabant sibi illos miro augmine corporis præditos. Itaque attribuebant his usum sensuum, eo quod videbantur movere artus, et edere voces graves secundum egregium vultum et ingentes vires eorum. Et tribuebant iis vitam perpetuam, eo quod vultus eorum exhibebatur perpetuo idem, et species eadem erat iis : et est revera prorsus eadem iis, quos temerario credebant tantis viribus præditos nulla potentia posse superari. Et idcirco credebant illos esse fortunatissimos, eo quod*

tota V. ed. Th. Ra.—1166 *Terram* V. ed. Th. Ra.—1167 *Nominata et reddere pro reddere* V. ed. Th. Ra.—1170 *auctus* Gryph. marg. Bas. marg. P. in not.—1172 *videre* Cant.—1176 (*Et manet omnino*) et quod edd. vulg. quos tantis Gif. Par. Delph.—1177 *illa vi* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. *illabi* O. Cant.—1178 *Deest* Mus. B. 1.—1180 et posterius *deest* Mus. B. 2.

## NOTÆ

1166 *Celebrare*] Supp. delabra Deum, vs. 1165. h. e. colere, frequentare, celebria reddere.

1168 *Quippe etenim jam tum, &c.*] His 14. vs. prioribus continetur i. causa religionis ac cultus Deorum: vs. 1160. not.

*Mortalia secla*] Mortales, homines. Sic vs. 986.

1169 *Egregias . . facies*] Heroas. *Animo vigilante*] Vigilantes, dum videbant.

*Videbant*] Depingebant sibi, repræsentabant.

1170 *Et magis in somnis*] Supp. quam dum videbant.

*Auctu*] Augmine. Sic II. 481.

1171 *Hiis*] Supp. ingentibus corporum molibus, quas sibi animo depingebant.

*Sensuum*] Usum sensuum.

1174 *Æternamque dabant vitam*] Et immortalitatem tribuebant: sen, valida illa Deorum corpora, qualia sibi in somnis fingebant, immortalia faciebant.

1176 *Et tamen [manet]* Ita Lambinus, non male: h. e. Et revera semper eorum suppedatur facies, et forma manet. Pareus et alii, *Et tamen*. Quæ lectio non improbat.

1178 *Fortunisque . . . longe præstare*]

Quod mortis timor haud quemquam vexaret eorum ;  
Et simul in somnis quia multa et mira videbant . 1180  
Efficere, et nullum capere ipsos inde laborem.

Præterea, cœli rationes ordine certo  
Et varia annorum cernebant tempora vorti ;  
Nec poterant quibus id fieret cognoscere caussis.  
Ergo perfugium sibi habebant omnia Divis 1185  
Tradere, et illorum nutu facere omnia flecti.

In-cœloque Deum sedes et templa locarunt,  
Per cœlum volvi quia nox, et luna, videtur ;  
Luna, dies, et nox, et noctis signa severa,  
Noctivagæque faces cœli, flammæque volantes, 1190  
Nubila, sol, imbres, nix, ventei, fulmina, grando,  
Et rapidei fremitus, et murmura magna minarum.

*metus mortis nusquam pungeret quenquam illorum ; et una quod cernebant in sompore illos facere res plurimas et admirandas ; et illos hinc nullam percipere lassitudinem. Deinde videbant ratos motus cœli et diversas tempestates annorum volvi stato et eodem semper tractu : neque volebant agnoscere per quas causas id efficeretur. Igitur habebant sibi refugium referre cunctas res ad Deos, et facere res cunctas fieri ex arbitrio illorum. Et postea constituerunt domicilia et aedes Deorum in cœlo, eo quod sol et luna apparent circumvolvi per cœlum : et eo quod in cœlo videtur esse luna, dies, et nox, et stella tristes noctis, et lampadæ cœli, quæ de nocte vagantur, et ignes volitantes, nubes, ros, pluviam, nix, venti, fulmina, grando, et vehementes strepitus, et sonitus ingentes minarum. O infortunata gens*

—1181 *multum pro nullum* Mus. B. 2.—1183 *varias* Vind. Mus. B. 1. Ferr. vario V. ed. Th. Ra. anni Mus. B. 1.—1184 *stercer* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1186 *eorum* Vind. ipsorum Gassend. *facile pro facere* Cant. V. marg. 1.—1188 *sol et luna videntur* edd. vulg. *nox* Mus. B. 2. *nos* Ald.—1189 *serena* Gryph. marg. Gassend. Mus. B. 2.—1191 *Nubilia* V. ed. Th. Ra. *ros pro sol* edd. vulg.

## NOTÆ

H. e. fortunatissimos, et beatissimos esse.

1179 *Quod mortis, &c.*] Quod meta mortis vacarent.

1181 *Laborem*] Lassitudinem, defatigationem.

1182 *Præterea cœli, &c.*] His 7. vs. subsequ. continetur II. causa, vs. 1160. not. Hoc autem argumentum potissimum utebantur Stoici ad Deorum providentiam asserendam ac probandam.

*Cœli rationes*] Certi, statim, ac rati cœlorum motus.

1187 *In cœloque Deum, &c.*] His 6.

*Delph. et Var. Clas.*

vs. postremis continetur III. causa, vs. 1160. Notabis autem quod supra vs. 147. negaverit Lucretius in cœlo esse Deorum sedes.

1189 *Noctis signa severa*] Sic IV. 461. Vocat autem signa noctis severa, vel quia tristia, vel quia sacra. Quidni legere possis *serena* pro *serena*? *Serena* noctis signa, h. e. sidera nocte micantia, clara. Nihil tamen muto.

1192 *Murmura . . . minarum*] *Tonitrua*, quibus Dii videntur hominibus minari, ac terrorem inferre.

*Lucret.*

2 X

O genus infelix humanum! talia Divis  
 Quom tribuit facta, atque iras adjungit acerbas.  
 Quantos tum gemitus ipsei sibi, quantaque nobis 1195  
 Volnera, quas lacrimas peperere minoribus nostris!  
 Nec pietas ulla est velatum sæpe videri

*hominum, quando attribuit ejusmodi actiones Diis, et addidit iisdem acres iracundias! Quam magnos plucius genuerunt ipsi sibi, et quam magnas plagas intulerunt nobis, quos fletus genuerunt posteris nostris! Neque enim jam inde ulla fuit*

\*\*\*\*\*

*imber P. Gryph. marg. Bas. marg. flumina V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2.—1193 numina pro murrura Mus. B. 2.—1194 conjunxit Mus. B. 2.—1195 tunc gemitus homines Mus. B. 1.—1197 ulla est velatum P. ulla velatum est*

#### NOTÆ

1193 *O genus infelix, &c.*] His 47. vs. seqq. jam priscorum illorum hominum superstitionem increpat Lucretius; qui ob rerum ignorantiam tales sibi finxerint Deos, quos metuerent, quoave colerent. Neque enim in eo pietatem esse vult, quod velato capite homines procumbant humi ante delubra Deorum; quod aras multo sanguine quadrupedum spargant; quod votis vota nectant: sed in eo veram putat esse pietatem, quod, quæ in natura fiunt, ea placata mente, et sine illo animi turbido motu tueantur. Cum enim suspicimus cælum verti, stellis micare, solem ac lunam certis viis ire et redire, tunc rationis ac causæ ignorantia tentat dubiam mentem nostram; ambigimusque num aliqua fuerit mundi origo: num aliquis erit finis: et quem usque ad finem mundus stare poterit: num vero æternus sit. Deinde cum cælum tonat, quis est, qui non metu horrescat? qui non tremat, ne, ob aliquod facinus scæde admissum, aut ob dictum superbum, grave tempus advenit sibi solvendi pœnas? Hinc ad Deos palmas tendit. Similiter cum quis in mari periclitatur, aut cum sub pedibus terra concussa vacillat, tunc vota Diis nuncupat. Sed hæc

vota nequicquam sæpe fieri vult Lucretius, qui Deos rebus humanis providere negat: sed omnia vult obtineri vi quadam abdita, et nobis ignota. 'Usque adeo res humanas vis abdita quædam Obterit, et pulchros fasces, sævasque secures Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur.' O impia sententia! o stulta impietas!

*O genus infelix, &c.*] Sic II. 14. 'O miseras hominum mentes! o pectora cæca!'

1194 *Atque iras adjunxit*] Sic I. 61. de Deorum natura: 'Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur nec tangitur ira.' Quod quidem Epicurus dicebat alienum esse a præstanti Deorum natura. Sic iterum Lucret. II. 649. et seqq.

1195 *Ipsi*] Nempe prisci illi homines, qui sibi finxerunt Deos.

1196 *Volnera*] Vulnera: sic vs. 906. 1063. &c.

*Minoribus* [*Minoribus*] Minoribus, metri causa. Minoribus, h. e. posteris.

1197 *Velatum*] Qui enim olim Deos venerabantur, aperto capite erant. Plaut. in Amph. 'Invocat Deos immortales, ut sibi auxilium ferant, manibus puris, capite aperto.' Cajus

Vortier ad lapidem, atque omneis adcedere ad aras :  
 Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas  
 Ante Deum delubra, neque aras sanguine multo 1200  
 Spargere quadrupedum, nec votis nectere vota ;  
 Sed mage placata posse omnia mente tueri.  
 Nam, quom subspicimus magni coelestia mundi  
 Tempa super, stellisque micantibus æthera fixum ;  
 Et venit in mentem solis, lunæque, viarum ; 1205  
 Tunc, aliis obpressa malis, in pectora cura  
 Illa quoque expergefatum caput erigere infit :  
 Ne quæ forte Deum nobis immensa potestas  
 Sit, vario motu quæ candida sidera vorset.  
 Tentat enim dubiam mentem rationis egestas : 1210

*pietas frequenter cerni cooperto capite volutari ad statuam lapideam, et appropinquare ad omnia altaria: nec jacentem prosterni humi, et tendere manus ante templa Deorum: nec conspergere altaria plurimo sanguine animalium: nec adjungere vota votis: sed potius posse intueri tranquillo animo res cunctas. Namque ubi aspiciamus superne caelestes fornices immensi cæli, et cælum fixum ornatum sideribus lucentibus; et ubi iter solis ac lunæ occurrit in animum: tunc illa etiam anxietas obruta pluribus aliis sollicitudinibus in imo pectore nostro incipit attollere caput expergitum, scilicet quamnam sit nobis infinita fortasse potentia Deorum, quæ circumagat diversæ motu stellas claras. Etenim inopia rationis agitat dubium animum, ut*

reliq. cælatum Gryph. marg. videre P. Ald.—1199 Et Lactantius, pondere Mus. B. 1.—1202 magis Cant. pacata edd. vulg.—1204 stellaque mirantibus V. ed. Th. Ra. stellaque icantibus Ferr.—1205 meatus pro viarum Mus. B. 1.—1206 pectora V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Cant. Th. Ra. pectore vulg.—1206 Et quæ P. Ald. Nec quæ Mus. B. 2. Ecquæ P. in not. Bip. Hav.

## NOTE

ritus rationem reddit Plutarchus *Ποσειδωνός*.

1198 *Vortier*] Poëtice, pro verti.

*Vortier ad lapidem*] Ad statuam lapideam aut marmoream volutari. Romani quippe Deos venerabantur dextrorsum circumacto et versato corpore. Plant. in Careul. 1. 70.

1199 *Pandere palmas*] Tendere manus. Quod faciunt ii, qui Deos orant. Virg. *Æn.* 1. 'Ingemit et duplices tendens ad sidera palmas.'

1202 *Mage*] Magis. Sic vs. 2260. et iv. 79. 249. 757. &c.

1203 *Coelestia mundi Tempa*] Cæli

fornices; cælum. Sic vs. 491. 492. 1455. et II. 1037. &c.

1204 *Æthera fixum*] Firmamentum, in quo stellæ fixæ lucent.

1205 *Et venit in mentem*] Supp. cogitatio, memoria, notitia. Sic loquuntur Terent. in Eunuch. Virg. *Æneid.* Cicer. Verr. 1.

1207 *Caput erigere*] Sic 1. 65. loquitur de varia religione.

*Infit*] Incipit. Sic III. 516.

1208 *Ne quæ* [*Ecquæ*] forte, &c.] Nunc aliqua. Sic vs. 1211.

1210 *Rationis egestas*] Rerum ignorantia.

Et quænam fuerit mundi genitalis origo?  
 Et simul, et quæ sit finis, quoad mœnia mundi  
 Et taciti motus hunc possint ferre laborem?  
 An, divinitus æterna donata salute,  
 Perpetuo possint ævi labentia tractu, 1215  
 Immensi validas ævi contemnere vireis.

Præterea, quoi non animus formidine Divom  
 Contrahitur? quoi non conrepunt membra pavore,  
 Fulminis horribili quom plaga torrida tellus  
 Contremittit, et magnum percurrunt murmura cœlum? 1220  
 Non populei, gentesque, tremunt? regesque superbei  
 Conripiunt Divom perculsei membra timore,  
 Ne quod ob admissum fede, dictumve superbe,

*sciat num aliquis fuerit exortus genitabilis mundi; et una num aliquis sit ejus finis, et quousque ambitus cœli, et illius motus cœci queant tolerare hunc laborem: num præditi perpetua immortalitate a Diis, et volubiles æterno tenore temporis queant spernere ictus vehementes temporis infiniti. Deinde, quis est homo, cui mens non corripitur timore Deorum? quis est homo, cui artus non collabuntur præ timore, ubi terra exusta horrendo ictu fulminis concutitur, et immanes fragores pervadunt cœlum? Nonne populi et nationes metuant? nonne reges potentes percussi metu Deorum contrahunt artus suos, ne jam durum tempus advenerit dandarum panarum, propter aliquod facinus commissum ab iis turpiter, aut dictum ar-*



Delph. *deum endo polis immensa* Fab.—1211 *Et quænam* P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *Ecquænam* vulg.—1212 *et quæ* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *ecquæ* edd. vulg. *quod* Mus. B. 1. *quo ad* Ferr. V. ed. Th. Ra. Cant.—1213 *Et tanti* Fab. *Soliciti* Bentl. *hinc* Voss. vet.—1216 *valida sævi* O. Mus. B. 3.—1217 *nonanimis* Vind. *nona nimis* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3.—1219 *Fulmine* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—1220 *Conterrit e. m. p. nubila* Mus. B. 2.—1221 *Nam* Mus. B. 2.—1222 *Correpunt* P. in not. *percussi* P. Ferr. V. ed. Voss. vet. et L. B. Th. Ra. V. marg. 2.—1223 *Nec* O. *omissum* Mus. B. 2.—1224 *sint* quidam. *adauctum*

## NOTE

- 1211 *Et quænam*] Num aliqua. Sic nobis.  
 vs. 1208. 1215 *Labentia*] Supp. mœnia mundi,  
*Genitalis*] Genitabilis, primordialis. vs. 1212.  
 1212 *Et quæ finis*] Num aliqua 1218 *Conrepunt*] Correpunt: h. e.  
 suis. Sic ubique passim usurpat vo- collabuntur, contrahuntur, et in unum  
 cem finis in fœminino genere. i. 108. coguntur.  
 551. ii. 512. iii. 1035. &c. 1220 *Murmura*] Tonitrua. Sic vs.  
*Quoad*] Quam usque ad finem. 1192.  
*Mœnia mundi*] Ambitus cœli; cœ- 1222 *Conripiunt*] Contrahunt, co-  
 lum. Sic i. 74. 1094. ii. 1043. gunt in unum.  
 1213 *Taciti*] Cœci et incogniti 1222 *Perculsei*] Alii *percussi*. Idem.

Pœnarum grave sit solvundi tempus ad auctum ?  
 Summe etiã quom vis violenti per mare venti 1225  
 Induperatorem classis super æquora verrit,  
 Cum validis pariter legionibus, atque elephantis ;  
 Non Divom pacem votis adit, ac prece quæsit  
 Ventorum pavidus paces, animasque secundas ?  
 Nequidquam : quoniam, violento turbine sæpe 1230  
 Conreptus, nihilo fertur minus ad vada leti.  
 Usque adeo res humanas vis abdita quædam  
 Obterit ; et pulchros fascas, sævasque secures,

*roganter? Item quando magnus impetus venti validi agit per pelagus super undas gubernatorem classis cum legionibus suis ingentibus similiter et cum elephantis, nonne is votis petit pacem Deorum, atque metuens quærit suis precibus tranquillitates ventorum, et status faventes? Sed frustra; namque plerumque abreptus vehementi tempestate rapitur tamen ad breviam mortis. Adeo verum est, quod potentia quædam occulta confundit res humanas, et videtur contere quasi pedibus præcla-*

V. marg. 2. Bodl. Voss. vet. et L. B. *adactum* P. et edd. vulg. *adacti* quidam. *adductum* ? quidam.—1225 *Summa* vulg.—1226 *clausis* Mus. B. 2. 3. *æthera* Gryph. marg. P. V. ed. Th. Ra. Ald. *vertit* V. ed. Th. Ra. Bip.—1228 *adyta* V. ed. Th. Ra. *adita* Ferr. *addita* Mus. B. 1. 2. 3. *ac deest* Vind. V. ed. Th. Ra. Ferr. Mus. B. 1. 2. 3. *quærit* V. marg. 2. *rogat* V. marg. 1. *preceque sit* V. ed. Th. Ra.—1229 *Aurorum* O. Mus. B. 1. *Ventorum* V. ed. Th. Ra. *Ventorum* Mus. B. 2. *Ventorum* Mus. B. 3.—1231 *ad vada letes* P. in not. *aqua daleti* Vind.

## NOTÆ

1224 *Pœnarum . . . solvundi*] H. e. solvendarum pœnarum, vel solvendi pœnas. Sic loquuntur passim Terent. Plant. et Sueton. in Octav. sub finem : ‘ *Iisdem* etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, immo exacta, jocandilicentia, diripiendique pomorum et obsoniorum, rerumque missilium.’

*Ad auctum* [*Adactum*] Scilicet, ad eos : jam advenerit.

1226 *Induperatorem*] H. e. Imperatorem, gubernatorem : iv. 964.

*Verrit*] Impellit, jactat, agit. i. 280.

1228 *Divum*] Divarum. Syncope est.

*Quæsit*] Orat, quærit. Festus, ‘ *Quæro* significat idem quod rogo. *Quæser* tamen Ennius pro quærere

posnit.’

1229 *Animasque secundas*] Ventosque secundos. Sic Horat. Od. iv. 12. ‘ *Impellunt animæ liutea Thraciæ.*’

1231 *Conreptus*] Antiquitus pro correptus. Sic vs. 1218. 1222. ‘ *conreput*’ et ‘ *conripiunt*,’ pro correput et corripiunt.

*Ad vada leti*] Ad mortem. Metaphora ducta a brevibus, ad quæ naves appulsæ colliduntur et pereunt.

1232 *Vis abdita*] Potentia occulta, virtus cæca, et ignota hominibus. Mirum, quod Poëta noster, vim Deorum negans, tamen potentiam abditam, occultam, et secretam agnoscit, quæ res humanas obterat. Quasi vero vis ea abdita alia sit, quam Dei potentia.

Proculcare, ac Indibrio sibi habere, videtur.

Denique, sub pedibus tellus quom tota vacillat, 1235  
 Concussæque cadunt urbes, dubiæque minantur;  
 Quid mirum, si se temnunt mortalia secla,  
 Atque potestates magnas mirasque relinquunt  
 In rebus vireis Divom, quæ cuncta gubernent?  
 Quod super est, æs atque aurum ferrumque repertum est,

*ros fasces, et crudeles secures, et habere hæc sibi contemtu. Tandem ubi terra tota tremat sub pedibus, et oppida quassata ruunt, et insida militantur, quid mirum si homines contemnunt se ipsos? et concedunt rebus potentes virtutes et admirabiles potentias Deorum, quæ regant res omnes in uniuerso mundo? Quod reliquum videtur superesse, æs et aurum, et ferrum inventum est, et una vis ingens argenti, et vis*

V. ed. Mus. B. 1. 3. *ad vada Lethæ* Heins.—1238 *Operit* Voss. vet. *Operit* O. Mus. B. 1.—1235 *sui pedibus* Vind. *sia pedibus* Mus. B. 3.—1236 *dubiæque* Bentl.—1237 *mirum* deest Mus. B. 2. *mirum* O.—1238 *potestatis* P. V. ed. Mus. B. 1. Cant. Nard. Ferr. Th. Ra. Ald.—1239 *juris dicom* V. ed. Mus. B. 1. Th. Ra. *gubernant* Mus. B. 1. 2.—1240 *æs* deest Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *æque* V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. *æque* Mus. B. 3. Cant. *æque* est deleto ultimo est V.

#### NOTE

1238 *Fasces scævasque secures*] Hæc erant Magistratum Romanorum insignia, ut monni jam III. 1011. Per hæc autem insignia notat ipsos honores et magistratus, et dignitates.

1237 *Se temnunt, &c.*] Sibi diffidunt, et ad Deos confugiunt suæ imbecillitati diffidentes.

*Mortalia secla*] Homines, genus humanum: vs. 1168.

1239 *Divum*] Divorum: syncope est.

1240 *Quod sperest, æs atque aurum*] His 40. vs. jam de prima metallorum inventionem docet. Narrat autem quomodo ferrum, plumbum, æs, argentum, et aurum, et cetera metalla, fortuito fuerint reperta. Vult enim ea reperta fuisse primum incendio sylvarum; sive ignis, qui sylvas cremaverit, e cælo missus; sive ab hominibus illatus. Namque scilicet primum hostes igne circumvenire atque exterrere solebat olim prisca gens hominum. Deinde pastores providi,

dum saltus expedire volebant ad pingua pascua, telluris viscera denudabant igne. Tertio venatores primitus non retibus sepiebant sylvas, sed fovea et igne. Hinc fortuito casu sylvas incensas fuisse vult, quarum incendio terræ viscera concalecta ac fusa fuisse ait in æs, in argentum, in aurum, in plumbum, in ferrum, inque cetera metalla, pro variis terræ visceribus ac venis. Quam sententiam confirmat Aristoteli istud libro Περὶ Θουρασ. Ἀκρωσ. ‘Aiant in Hispania, sylvis incensis a quibusdam pastoribus, et terræ materia concalecta, perspicue argentum in ea regione fluxisse: et, aliquanto post tempore, terræ motu subsecuto et locis discisis, ingentem vim argenti coactam esse. Quæ res etiam Massiliensibus vectigalia peperit non parva.’ Sed de primis metallorum inventoribus lege Georg. Agricola lib. 1. de Metall. Itaque mortales primum delectati nitore metallorum, quæ in foveas



Et simul argenti pondus, plumbique potestas,	1241
Ignis ubi ingenteis sylvas ardore cremarat	
Montibus in magnis; seu cœli fulmine misso:	
Sive quod, inter se bellum sylvestre gerentes,	
Hostibus intulerant ignem, formidinis ergo;	1245
Sive quod, inductei terræ bonitate, volebant	
Pandere agros pingueis, et pascua reddere rura;	
Sive feras interficere, et ditescere præda:	
Nam fovea, atque igni, prius est venariæ ortum,	
Quam sæpire plagis saltum, canibusque ciere.	1250
Quicquid id est, quaquomque ex caussa flammeus ardor	

*plumbi, simul atque ignis combusserat magnas sylvas in magnis montibus, sive ille ignis ortus sit ex librato fulmine cœli; seu, quia homines facientes inter se bellum sylvestre eo portaverant ignem ad incutiendum terrorem suis hostibus: seu quia attracti fertilitate telluris cupiebant prolatare arva fertilis, et efficere agros frugiferos: seu quia volebant occidere feras, et locupletari præda. Namque natum est venari igne atque fossa, priusquam circumcludere sylvam retibus, et agitare canibus feras. Quicquid sit, per quamcunque rationem ignea flamma consumerat fundi-*

~~~~~

margin. 1.—1243 *ceu* V. margin. 1.—1246 *valebant* Vind.—1247 *redde* V. ed. Th. Ra.—1248 *detestere* V. ed. Th. Ra.—1249 *prius* V. ed. Th. Ra. *venariæ* Cant.—1250 *vire* Titius ad Bargæi Syriad. Voss. Ina. Orat. p. 182.—1251 *ex*

## NOTÆ

ac lacunas fluebant, mox experti sunt eorum duritiem, eaque destinarunt in varios usus. Repudiarunt vero tunc aurum, atque argentum, utpote molliora, et ictibus inferendis magis inepta. Verum, 'Nunc jacet æs, aurum in animum successit honorem: Sic volvenda ætas commutat tempora rerum,' &c.

1242 *Ignis ubi ingenteis sylvas, &c.*] Quod his 3. vs. ait de fortuito ignis casu idem jam docuit supra vs. 1090. et seqq.

1244 *Gerentes*] Supp. homines. Nec mirum si primum homines igne bellum inter se inferebant, qui prius in usu fuerit, quam ferrum, aut æs, et arma, quibus postea pugnatum est.

1245 *Formidinis ergo*] Terroris in-

ferendi causa. Vox 'ergo' valet idem quod *χάρα*, ait Festus.

1246 *Sive quod inducti, &c.*] Ita olim pinguis reddebant arva pastores. Virg. Georg. i. 84. 'Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam orepitantibus nrere flammis,' &c. Sic Plin. xviii. 30. et Hor. Epod. ii. 2.

1249 *Venariæ*] Poëtice, pro venari.

*Ortum est*] Cœptum est, natum est. Sic iv. 848.

1250 *Plagis*] Plaga, penult. brevi, sumitur vel pro regione et loco, vel pro retibus, et laqueis, ut hic a Lucretio, et passim a Virg. Ov. et aliis. Penultima vero longa, sumitur pro vulnere.

**Horribili sonitu sylvas exederat altis**  
**Ab radicibus, et terram percoxerat igni;**  
**Manabat venis ferventibus, in loca terræ**  
**Concava conveniens, argenti rivus, et auri;** 1255  
**Æris item, et plumbi: quæ, quom concreta videbant**  
**Posterius claro in terras splendere colore,**  
**Tollebant, nitido captei lævique lepore;**  
**Et simili formata videbant esse figura,**  
**Atque lacunarum fuerant vestigia quoique:** 1260  
**Tum penetrabat eos, posse hæc, liquefacta vapore,**  
**Quam lubet in formam et faciem decurrere rerum;**  
**Et prorsum quam vis in acuta ac tenuia posse**  
**Mucronum duci fastigia procudendo,**  
**Ut sibi tela parent; sylvasque et cædere possint,** 1265  
**Materiemque dolare, levare ac radere tigna,**

*tus ab radicibus sylvas horrendo strepitu crepitans, et coxerat tellurem igne; rivulus argenti, et auri, æris pariter, et plumbi, confluens in cavata loca telluris effluabat e venis ebullientibus terræ; quæ metalla cum illi primi homines cernebant lucere splendore lucido, postquam congelata erant in terris, colligebant ea, ducti clara et levigata venustate illorum. Et observabant ea figurata eadem forma, qua signa fossarum erant formata cuique. Postea veniebant iis in mentem hæc metalla resoluta igne posse defluere in quamlibet figuram et speciem rerum, et tundendo posse diduci omnino in acumina cuspidum quantumvis exilia et peracuta, ut ex iis faciant sibi jacula, et queant resecare sylvas, et extenuare materiam, polire et complanare,*

~~~~~

Mus. B. 2. e reliqui.—1252 *Horribilis sonitus* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *altas* P. Gif. Par. Delph. Lamb. Gassend.—1253 *A* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—1254 *venit* Vind. *venæ* Mus. B. 2.—1257 *in terris* edd. vulg.—1258 *capiti* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. *lenique* Mus. B. 2.—1259 *videbat* Vind. Mus. B. 3. Cant. *videbant* V. ed. Th. Ra.—1261 *res pro eos* V. ed. Th. Ra. *vapore* P. in not. *favore* Gryph. Bas. P. Ald. *calore* reliqui.—1265 *excidere* P. O. Mus. B. 1. 2. et edd. vulg. *parent quibus sylvas cædere* quidam.—1266 *Materiam* Mus. B. 2. *dolarent* Vind. *dolere* V. ed. Th. Ra. *dolaret* Mus. B. 2. 3. *dolare ac lava reddere* P. Lamb. et Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. *signa* V. ed. Th. Ra. *lingua* Ferr. *Materiem læ-*

#### NOTÆ

- 1252 *Altis*] *Alli altas*. Idem sensus. random, &c. Sic vs. 1350.  
 1261 *Tum penetrabat eos*] H. e. tum veniebat eis in mentem. Tum sibi persuadebant. 1266 *Dolare*] *Alli dolere*. Utrumque dolo, as, et doleo, es, antiquitus dictum volunt Nonius, et alii. Hinc dolabrum. Sic autem Lambinus restituit recte hunc versum, cum Parens et alii legant, *Materiamque dolere, levare, et radere tigna*. Nimirum hunc pedem creticum esse volunt. Quod

Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.

Nec minus argento facere hæc auroque parabant,

Quam validi primum violentis viribus æris :

Nequidquam; quoniam cedebat victa potestas, 1270

Nec poterant pariter durum subferre laborem.

Nam fuit in pretio magis æs, aurumque jacebat

Propter inutilitatem, hebeti mucrone retusum ;

Nunc jacet æs, aurum in summum subcessit honorem.

Sic volvunda ætas commutat tempora rerum : 1275

Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore ;

Porro aliud subcedit, et e contemptibus exit,

Inque dies magis adpetitur, floretque repertum

Laudibus, et miro mortaleis inter honore est.

Nunc tibi, quo pacto ferri natura reperta 1280

*atque etiam perforare, et percutere, et terebrare trabes. Nec minus tentabant facere hæc omnia ope argenti et auri, quam prius tentaverant viribus validis dari æris : sed frustra ; quia vis auri et argenti superata cedebat, nec valebat equaliter perferre violentum laborem. Etenim primum æs fuit magis in pretio, et aurum spernebatur ob suum vanum usum, quia obtusum erat retuso acumine. Hodie vero æs spernitur, et aurum substituitur in magnum pretium. Ita ævum mobile mutat ætates rerum : quod fuit in honore primum, id postea fuit in nullo pretio. Deinde aliud sequitur, et egreditur e despectu, et in dies magis cupitur, et inventum celebratur honoribus, et est pretio admirabili apud homines. Jam vero haud difficile est tibi,*

*vare, dolare, ac radere tigna* edd. vulg.—1267 *percutere* V. ed. Th. Ra.—1271 *poterat* Bodl. Mus. B. 1. 2. et edd. vulg.—1272 *æs deest* Vind. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. *jacebant* Cant.—1273 *recusum* V. ed. Th. Ra. *recusum* Cant.—1275 *volvendo* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Vind.—1277 *e deest* V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. *jam pro e* Cant.—1279 *Deest* Nard. *Claudibus* V. ed. Th. Ra. *Clauditur* V. marg. Ferr. *Cladibus* Cant. *miro est* vulg. *honores* Vind.

#### NOTE

alibi passim Lucretio familiare observatur.

1267 *Perque forare*] Tmesis, perforareque.

1270 *Victa potestas*] Supp. auri et argenti. Utrumque enim ære ac ferro mollius est.

1272 *Nam fuit in pretio magis æs*] Nimirum, quia solidius et durius auro.

1273 *Propter inutilitatem*] Quia aurum mollius est ære ac ferro.

1275 *Volvunda*] Volubilis. Sic Virg. *Æn.* vi. 'Volvenda dies en attulit

ultra.' Et *Æn.* i. 'Volvendis mensibus.'

1277 *Porro aliud, &c.*] Sic vs. 830. et II. 75.

1280 *Nunc tibi, quo pacto, &c.*] His 16. vs. speciatim docet quomodo ferum ferrique usum reperierint prisci homines. Vult autem ferrum in usum hominum vocatum esse ab *Discordia*. Quoniam illud præcesserat æs, ut pote copiosius et tractabilius. Itaque prima mortalium arma fuerant manus, ungues, dentes, lapides; post-

Sit, facile est ipsi per te cognoscere, Memmi!

Arma antiqua, manus unguēs dentesque fuerunt;  
 Et lapides, et item, sylvarum fragmina, ramei;  
 Et, flamma atque ignes postquam sunt cognita primum,  
 Posterius ferri vis est, ærisque, reperta. 1285  
 Et prior æris erat, quam ferri, cognitus usus;  
 Quo facilis magis est natura, et copia major.  
 Ære solum terræ tractabant, æreque belli  
 Miscebant fluctus, et volnera vasta serebant,  
 Et pecus atque agros adimebant; nam facile ollis 1290  
 Omnia cedebant armatis nuda, et inerma.  
 Inde minutatim processit ferreus ensis,

*o Memmi, noscere per te ipsum, quo modo natura ferri fuerit inventa. Pristina hominum arma fuerunt, manus, unguēs, et dentes, et saxa, et pariter rami, quæ sunt fragmina sylvarum; et flammæ et ignes, simulatque nota fuerunt. Postea potestas ferri, et æris fuit reperta. Et usus æris prior notus erat, quam usus ferri: eo quod natura æris facilius est, et abundantia ejus copiosior. Prisci homines colebant agros ære, et turbabant tumultus belli ære, et interserebant patentes plagas; et eripiebant pecudes et arva ære. Namque haud difficile concedebant iis, qui erant armati, cunctas res invalidas, et infirmas. Postea paulatim gladius ferreus prodit*

\*\*\*\*\*

Mus. B. 2.—1281 ipsum P. et edd. vulg. per deest V. ed. Th. Ra.—1283 *Ignorum fragmina* O. Mus. B. 2.—1284 *Et flamma atque* P. Vind. Voss. vet. Cant. Ald. *Et flammæ atque* vulg. *Efflaminant* V. ed. Th. Ra. *Efflamantque* Ferr. *Et flammam* O. *Et flammati* Mus. B. 1. *Et flamina atque* Mus. B. 2.—1286 *quia ferri* V. ed. Th. Ra.—1289 *facta* V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *fessa* O. *festa* Mus. B. 1. *ferebant* Nard.—1291 *credebant* V. ed. Th. Ra. *celabant celatis* Mus. B. 2. *unda* Cant.—1292 *ferus* Mus. B. 2.—1293 *obscenum*

#### NOTÆ

ea ignis, ubi cognitus fuit. Posterioris æs. Demum ferrum. Quod utrumque non in unius belli usum, sed et in agrorum cultum paratum fuit.

1281 *Ipsi*] Supp. tibi. Alii *ipsum*, Supp. per te. Idem sensus.

*Memmi*] Cui suum hoc opus dedicat Lucretius, l. 27.

1284 *Ignes postquam sunt cognita, &c.*] Ignis enim non fuit cognitus una cum hominibus natis. Unde jam supra dixerat vs. 951. 'Necum res igni sciebant tractare,' &c. Et Ovid. iv. Fast. 'Æs erat in pretio, chalybs

jam massa placebat Ehen! perpetuo debuit illa tegi.'

1286 *Solum terræ*] Terram, agros. Sic vs. 1294. et alibi passim.

1289 *Volnera*] Valnera.

*Serebant*] Metaphorice. Sic Tacit. prælia serere. Sic Livius, pugnam inter se conserere: et manum conserere. Sic Plantus, Statius, et alii. Alias *ferebant*, pro inferebant.

1290 *Ollis*] Illis.

1292 *Ferreus ensis*] Sic Virg. Georg. 1. 'Et curvæ rigidum falces confiantur in ensem.'

Vorsaque in obscenum species est falcis ahenæ,  
 Et ferro cœpere solum proscindere terræ;  
 Exæquataque sunt creperi certamina belli. 1295  
 Et prius est armatum in equi conscendere costas,  
 Et moderarier hunc frenis, dextraque vigere,  
 Quam bijugo curru belli tentare pericla.  
 Et bijugom prius est, quam bis conjungere binos,  
 Et quam falciferos armatum adscendere currus. 1300  
 Inde boves Lucas, turricto corpore, tetros,

in usum, et forma falcis aræa mutata est in contentium, et homines inceperunt scindere superficiem telluris ferro, et pugna belli ancipitis æquata sunt pariter ferro. Et inventum est hominem armis instructum ascendere in costas equi, et regere hunc equum loris, et pugnare dextra, antequam adire discrimina belli curru tracto duobus equis: et repertum est jungere duos equos curru antequam jungere quatuor equos, et quam conscendere currus armatos falcibus. Postea Carthagi-

Macrob. vi. 1. obscurum P. ex Macrob. obprobrium omn. exempl.—1295 sunt deest V. ed. Th. Ra. dubii pro creperi Mus. B. 1.—1296 est deest Cant. repertum Lamb. descendere Mus. B. 2. costis V. ed. Th. Ra.—1297 virgaque viere Fab. dextraque viere P. in not. vegere Delph.—1299 bijugos Fab. Creech. bijugem Mus. B. 2.—1300 inventum P. in not. et edd. vulg. ascendere Gronov. ad Liv. ii. 28. 6.—1301 Lucas aurito P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. castar-

## NOTE

1295 Creperi] Dubii, ancipitis. Nominus, et Festus, Creperum, dubium; unde increpitare, quia maledicta fere incerta et dubia sunt. Et Varro v. de L. L. 'Crepusculum significat dubium; ab eo res dubie creperæ dicitur, quod crepusculum, dies etiamnum sit, an jam nox, multis dubium est.'

1296 Et prius est armatum, &c.] His 53. vs. seqq. ex occasione varias bellicandi artes enumerat. Ac primum quidem 5. vs. prioribus docet prius ex equo pugnatum esse inter homines, quam ex bijugo, seu ex curru duobus equis tracto: atque prius inventum esse curru bijugo pericula belli tentare, quam quadrigis uti, falciferisque curribus.

Armatum] Supp. hominem, aut militem. Ita Pareus et alii. At Lambinus repertum.

In equi costas] In equum.

1297 Vigere [vegere] Incitare, impellere, movere, vegetare. Lambinus legit vigere.

1299 Bijugom [bijugo] Curru a duobus equis tracto.

Bis binos] Supp. equos. Hoc est, quadrigis uti.

1300 Falciferos . . . currus] De quibus III. 642.

1301 Inde boves Lucas, &c.] His 6. vs. subseqq. docet posterius adhibitos fuisse elephantos in prælio. Namque per boves Lucas intelligit Poëta elephantos, quos Italia, inquit Plin. lib. VIII. primum vidit Pyrrhi Regis bello; et boves Lucas appellavit in Lucanis visos anno urbis 472. Varro tamen lib. vi. de L. L. putat elephantos illos a Romanis dictos Boves Lucas a luce; quia longe relicebant propter inauratos clypeos, quibus ornate erant turres, quas dorso

Anguimanos, belli docuerunt volnera Ponei  
 Subferre, et magnas Martis turbare catervas.  
 Sic aliud ex alio peperit discordia tristis,  
 Horribile humanis quod gentibus esset in armis;      1305  
 Inque dies belli terroribus addidit augmen.  
 Tentarunt etiam tauros in munere belli,  
 Experteique sues sævos sunt mittere in hosteis;  
 Et validos Parthei præ se misere leones,  
 Cum doctoribus armatis, sævisque magistris,      1310  
 Quei moderarier hiis possent, vinclisque tenere:  
 Nequidquam; quoniam, permixta cæde calentes,

*nenses edocuerunt iuvenco Lucas, horrendos turrto corpore, et anguimanos, recipere plagas belli, et permiscere ingentes turbas Martis. Ita Discordia mæsta precreavit rem aliam ex alia, quæ esset horrenda humano generi in armis. Et ad-junxit de die in diem augmentum horroribus belli. Homines quoque conati sunt uti iuvenco in usu belli, et tentaverunt mittere atroces apros in hostes; et Parthi agilaverunt ante se forte leones cum ductoribus armatis, et pugnacibus dominis; qui quirent regere illos, et retinere calenis. Sed frustra; quia ferventes strage*

rito V. ed. Th. Ra. Ferr.—1302 *Anguimanos* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *Anguimanes* Gryph. *Ignicomis* Mus. B. 1. et *Ignaros* pro var. lect.—1304 *Sic alii* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. in quorum ultimo tamen postrema litera erasa est. *aliud* O.—1306 *bellis* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. *anguem* Mus. B. 2.—1307 *munere* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *manere* vulg. *munera* Gif. marg. Nard. Bas. *munire* V. marg.—1308 *is* pro *sunt* Mus. B. 2.—1309 *Parthi* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. P. in not. *partim* reliqui.—1310 *doctoribus* Vind. O. Voss. vet. Cant. *ductoribus* reliqui.—1311 *his* P. Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B.

## NOTE

gerebant ii. Hinc Poëta dixit: 'Turrito corpore tetros.'

1302 *Anguimanos*] Quippe quibus proboscis, quam manum elephantorum vocant, flexilis sit, volubilis, pliocabilis; et locum manuum teneat. Cicero ii. de N. Deor. Manus etiam data elephantia. Hos itaque primum in Lucania Pyrrhus; postea Annibal in Africa adversus Romanos eduxerunt.

*Ponei*] Carthaginenses, nempe duce Annibale, ut jam monebam.

1304 *Aliud* [*aliud*] Alii *aliud*, at alibi passim, metri causa.

1307 *Tentarunt etiam tauros, &c.*] His 42. vs. posterioribus docet etiam

in prælio adhibitos fuisse tauros, leones, et apros. Quos tamen ait magis dominorum detrimento fuisse, quam usui. Neque enim cæde jam permixta calentes sæviebant in solos hostes, sed et retroversi diripiebant suos dominos. 'Permistasque dabant equitum pedumque rainas.'

*Munere* [*manere*] Munere: sic lib. I. vs. 33.

1308 *Sues sævos*] Apros.

1311 *Hiis*] Supp. leonibus. Verbum igitur moderari regit etiam dativum. Quanquam alii legunt melius *hos*.

1312 *Cæde calentes*] Sic III. 643.

Turbabant sævei nullo discrimine turmas,  
 Terrificas capitum quatientes undique cristas :  
 Nec poterant equites, fremitu perterrita, equorum 1315  
 Pectora mulcere, et frenis convortere in hosteis.  
 Iritata læ jaciebant corpora saltu  
 Undique, et advorsum venientibus ora petebant ;  
 Et nec opinanteis a tergo diripiebant,  
 Dplexæque dabant in terram volnere victos, 1320  
 Morsibus adfixæ validis, atque unguibus uncis.  
 Jactabantque suos taurei, pedibusque terebant ;  
 Et latera, ac ventres, hauribant subter equorum  
 Cornibus, et terram minitanti mente ruebant.  
 Et validis socios cædebant dentibus aprei, 1325

*confusa perturbabant, ut pote acres, catervas sine ulla distinctione, concutientes undique jubas horridas capitum snorum. Neque equites valebant permulcere pectora equorum terrefacta rugitu leonum, nec loris cetera illa adversus hostes. Læa mittebant undique saltu sua corpora exasperata, et rictus eorum inhiabant iis, qui contra accedebant: et arripiebant a tergo illos qui non prævidebant, et soluta affligebant ad terram eos, quos plaga attingerant, hærentes magnis morsibus, et unguibus aduncis, et tauri prosternebant apros, et proculcabant pedibus, et confodiebant cornibus subter latera et ventres equorum, et animo minaci proruebant illos ad terram. Sed apri dentibus suis fortibus occidebant socios suos, et furentes im-*

2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *hos* vulg. *iis* Mus. B. 1.—1314 *Terrificas* Ferr. Hunc vs. rejicit Creech.—1315 *perterrit* V. ed. Th. Ra. Ferr. Vind. Voss. vet. *perterriti* Mus. B. 1. *perterrit* Mus. B. 3.—1317 *iræ* pro *læa* V. ed. Th. Ra.—1318 *petebant* P. Vind. V. ed. O. Cant. Gif. Par. Gryph. marg. Bas. marg. Voss. marg. *jacebant* Mus. B. 2.—1319 *deripiebant* Voss. L. B. Turneb.—1320 *volnere* Mus. B. 1. 2. *vincitos* edd. vulg.—1322 *suos* P. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. Th. Ra. Ald. *tenebant* Delph.—1323 *ad ventres* V. ed. Th. Ra. *et ventres* O.—1324 *ad terramque minitanti* edd. vulg.—1325 *At* edd. vulg. *cedebant* P. Vind.

## NOTE

1314 *Terrificas capitum, &c.*] Sic II. 632.

1315 *Fremitu*] Supp. leonum : h. e. rugitu.

*Equorum Pectora*] Equos.

1317 *Iritata*] *Irritata*. Sic IV. 1039. et VI. 680.

*Læa*] Leonum sunt feminae.

1318 *Advorsum*] Adversum, contra.

*Petebant* [*petebant*] Alii *petebant*. Utrumque bene.

1320 *Dplexæque*] Supp. *læa*. Hoc est, Et ligatae ac solutæ vinculis.

*Volnere*] *Vulnere*. Sic vsa. 1289. 1302. &c.

*Victos*] Hoc est, fractos, impulsos. Ita Pareus et alii. Lambinus *vincitos*, quia sic locutus est Poëta I. 35.

1323 *Hauribant*] *Hauriebant*. Sic alibi scibant, pro *sciebant*.

1324 *Mente*] *Animo*. Sic alibi passim mentem tribuit feris. Vel *minari mente*, h. e. vultu minaci ac horrendo.

1325 *Socios*] *Nempe alios apros*. *Dentibus*] *Gallice, avec leurs défenses*.

Tela infracta suo tingentes sanguine sævei ;  
 [In se fracta suo tingentes sanguine tela]  
 Permixtasque dabant equitum, peditumque, ruinas.  
 Nam transversa feros exhibant dentis ad actus  
 Jumenta, aut pedibus ventos erecta petebant : 1330  
 Nequidquam ; quoniam ab nervis subcisa videres  
 Concidere, atque gravi terram consternere casu.  
 Si quos ante domi domitos satis esse putabant,  
 Esfervescere cernebant in rebus agundis,  
 Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu : 1335  
 Nec poterant ullam partem reducere eorum ;  
 Diffugiebat enim varium genus omne ferarum,  
 Ut nunc sæpe boves Lucæ, ferro male mactæ,

*buebant suo cruore spicula, quæ in seipsis frangebantur ; et faciebant confusam eladem equitum et peditum. Namque equi obvertentes latera effugiebant avos morus dentium ; vel elati verberabant auras : sed frustra ; siquidem cerneos illos abacissos a nervis procumbere, et ponderoso lapou percutere humum. Itaque, quos apros et tauros credebant bene fuisse subactos domi, videbant tamen illos ardescere in rebus agendis, plagis, fremitu, fuga, timore, ac perturbatione. Neque homines valebant revocare ullam partem illorum ; namque diversum hoc genus beluarum ferocium fugiebat huc illuc ; veluti plerumque boves effugiunt e templis, ubi male*

Cant. Ald. Ferr. *cedebat* V. ed. Th. Ra.—1326 *alio tingentes* Voss. marg. Hunc vs. suspectum habent Lamb. et Creech.—1327 Hunc delendum censent Lamb. Mar. Creech. Gif. Deest Nard. Bas.—1329 *dentis ad auctus* P. Vind. Voss. vet. Ald. *dentibus adauctus* V. ed. Voss. L. B. Th. Ra. Mus. B. 3. *dentibus ictus* O. *dentibus adauctas* Mus. B. 1. *dentibus ad auctas* Cant. *dentis adauctus* Mus. B. 2. Nard. Ald. sec. *dentibus ad auctus* Ferr. *dentis ad ictus* Gryph.—1330 *vento se recta* V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *ventosæ recta* Cant. *parebant* V. ed. Th. Ra. *petebant* Ferr.—1331 *a nervis* vulg.—1333 *Sic edd. vulg. satis deest* V. ed. Th. Ra.—1334 *Esfervescere* quidam. *rebus angustis* Mus. B. 2.—1336 *reducere* P. Mus. B. 2. Cant. Ald. Bip.—1338 *templis ferro male cæsa* Gif. Par. Delph. Cont. *male mactatæ* Gryph. Nard. Bas. *mactat* Ferr. V. ed.

## NOTE

1326 *Infracta*] Non fracta.

1329 *Exibant*] Effugiebant, declinabant. Sic lib. vi. 1204. 1215. Sic Virg. *Æn.* xi. 'Vim viribus exit.' Sic Manil. v. 194. 'Nunc exire leves missas, nunc mittere palmas.' Metaphora ducta a Gladiatoribus.

1333 *Quos*] Nempe tauros atque apros.

1334 *Esfervescere* [*Esfervescere*] Ab verbo *fervo*, ia, tertie conjug. Alii *Esfervescere*, a verbo *ferveo*, es, se-

cundæ conjug. Utrumque enim fuit in usu.

1336 *Eorum*] Nempe taurorum atque aprorum.

1337 *Ferarum*] Taurorum scilicet ac aprorum.

1338 *Lucæ* [*templis*] Ita Pareus et alii complures ; bene, ut patet ex ipsa verborum interpretatione. Lambinus vero *Lucæ*, minus bene. Neque enim cæduntur elephantî. Deinde comparatio est.



Diffugiunt, fera facta suis quom multa dedere.

Si fuit, ut facerent: sed vix adducor, ut ante 1340

Non quierint animo præsentire, atque videre,

Quam commune malum fieret fedumque, futurum:

Et magis id possis factum contendere in omni,

In variis mundis, varia ratione creatis,

Quam certo atque uno terrarum quo lubet orbi. 1345

Sed facere id non tam vincundi spe voluerunt,

Quam dare quod gemerent hostes, ipseque perire,

Quei numero diffidebant, armisque vacabant.

Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen:

fuerunt mactati, postquam tamen fecerunt suis dominis multa mala crudelia. Ita saltem res potuit esse ut facerent. Verum vix existimo, ut homines ubi non potuerint mente præcognoscere ac prævidere, quam infortunium foret commune et turpe sibi. Et ratio est ut queas tueri id potius fuisse peractum in universo et in diversis mundis diverso modo factis, quam in certo et in uno quovis orbe terrarum. Verum, qui non fidebant suo numero, et qui carebant armis, voluerunt facere istud, non tam spe superandi, quam facere, quod hostes quererentur; et ipsi voluerunt interire. Vestimentum internexum prius extitit, quam vestis intertexta: inter-

.....

Th. Ra.—1339 *fera fata* O. P. in not. quom Mus. B. 2. tum Mus. B. 3. cum reliqui.—1340 *Sic P. Vind. V. ed. Mus. B. 1.*—1341 *persequentire* Mus. B. 2.—1342 *fueret P. V. ed. Gif. Par. Delph. Th. Ra. Ald. fuerit P. in not. fuerat* edd. vulg.—1345 *certi sui* Mus. B. 2.—1346 *tum V. ed. Th. Ra. vicendi* Ferr.—1347 *perirent* P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.—1348 *vocabant* P. Ald.—1349 *Nexilis*

#### NOTE

*Mactæ* [cææ] Pareus, bene. *Lambinus mactatæ, vel mactæ.*

1340 *Si [Sic] fuit, ut facerent*] Sic fieri potuit, ut boves illæ male cææ mala tanta facerent suis immolatoribus.

1342 *Fieret [fueret]* Antiquæ pro foret, aut esset. Sic supra vs. 177. et III. 849. Porro, *quam commune, malum, &c.* H. e. quam valde sibi cum adversariis hoc malum futurum esset commune. Vel quæ æqualiter et peræque hæ feræ sibi et adversariis futuræ essent exitio.

1345 *In omni*] In universo. Sic passim vocat omne, τὸ πᾶν universum.

1347 *Quod gemerent*] Propter quod gemerent. H. e. dare ploratus hos-

tibus. Sic Terent. in Phorm. 'Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata, et quod tuo viro oculi doleant?'

*Ipsæque*] Nimirum ii, qui feras in prælio adhibuerunt diffidentes numero, aut armis vacantes.

1349 *Nexilis ante fuit, &c.*] His jam 11. vs. docet post ferrî inventionem tantum repertas esse nexiles et textiles vestes; quia utraque ferro paratur. Ante vero amiciebantur homines pellibus animalium. Studium autem inprimis virile fuit, lanam facere, ac lanæ fila texere, quia viri solertiores sunt fæminis, donec agriculturæ operam daturi fæminas lanificio subrogarunt.

Textile post ferrum est ; quia ferro tela paratur :	1350
Nec ratione alia possunt tam lævia gigni, Insilia, ac fusei ; radiei, scapeique, sonantes.	
Et facere ante viros lanam natura coëgit, Quam muliebre genus ; nam longe præstat in arte, Et solertius est multo, genus omne virile :	1355
Agricolæ donec vitio vortere severi ; Ut muliebribus id manibus concedere vellent, Atque ipsei pariter durum subferre laborem, Atque opere in duro durarent membra, manusque.	
At specimen sationis, et insitionis origo,	1360

*texta vero vestis exitit post ferrum, quia tela conficitur ferro. Neque ullo alio modo jam fieri queunt politii axes textorii, fusi, radii textorii, et scapi resonantia textorum. Et natura subegit potius mares facere lanam, quam sexum fœmininum ; (etenim sexus masculinus multo magis excellit in hac arte, et longe ingeniosior est, quam fœmininus : ) usquedum austeri agricultores dederunt vituperio, ita ut cuperent permittere istud manibus fœmininis, et ipsi mallent exercere opus magis arduum, et firmare artus et manus in labore firmiori. Verum ipsa natura parens*

V. ed. Th. Ra.—1350 *post factum* P. conject. in not. qui Cant. *paratur* P. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Delph. *parantur* vulg.—1351 *jam lævia* Delph.—1352 *fusi* et edd. vulg. *radiis* O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. *capique* Ferr. V. ed. Th. Ra. *campique* Mus. B. 2.—1355 *est* deest V. ed. Th. Ra.—1358 *potius durum* edd. vulg.—1359 *Spurium hunc esse ait* Fab. *durarent* Nard. P. Ald.—1360 *A Vind. Ad V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—*

## NOTE

1350 *Tela*] Sing. Ita Pareus et alii complures. Lambinus, *tela parantur*. *Tela*, plur. H. e. instrumenta, quibus vestis nexilis et textilis conficitur.

1352 *Insilia*] Pareus et alii. Insole autem axis est textorius, circa quem tela volvitur. Lambinus legit, *Insula*. Idem.

*Radiei*] Gallice, *Navette de tisserant*.

*Scapi*] Scapus instrumentum est, quo tela percuntur et condensatur.

1359 *Opere in duro*] In agris colendis, in opere rustico faciendo.

*Durarent*] Dura et callosa membra redderent. Gallice *s'endurcir au travail*.

1360 *At specimen sationis, &c.*] His 18. vs. docet de prima agricultura,

cujus rudimenta prima ostendit hominibus ipsa natura ; quandoquidem decidui arborum fructus suo tempore pullulare ac crescere in virgas videbant, quas et transplantare, et inserere diversis arboribus ausi sunt. Interim varia cultura terram cicurabant, quæ multo cum sœnore dulces factus ex agrestibus rependebat. Relegabant insuper sylvas ac saltus in summos montes ; substituebant campos, et colles, in quibus extendebant prata, lacus, rivos, ac segetes, oleas etiam ex ordine disponebant, sicut jam multis in locis cernere licet longos arborum tractus dispositos, variisque modis distinctos.

*Specimen*] Documentum, exemplum.

Ipsa fuit rerum primum Natura creatrix :  
 Arboribus quoniam baccæ glandesque caducæ  
 Tempestiva dabant pullorum examina subter.  
 Unde etiam lubitum est stirpeis committere ramis,  
 Et nova defodere in terram virgulta per agros.

1365

Inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli  
 Tentabant; fructusque feros mansuescere terra  
 Cernebant indulgendo, blandeque colundo :

*rerum fuit primo documentum et auctrix serendi et inserendi; siquidem baccæ et glandes cadentes ex arboribus subministrabant fetus tempestivos arborum pullulantiam. Postea quoque placuit inserere ramis feraces sarculos; et demittere altius in terram recentia virgulta per arva. Postea experiebantur diversum cultum grati agri, et videbant exercendo, et molliter excolendo terram, fruges agrestes dulcescere*

1361 *ciatrix* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1362 *buccas* V. ed. Th. Ra. *baccæ* O.—1363 *propter* Mus. B. 2.—1364 *Inde* Mus. B. 2. Gif. Par. *ramos* Mus. B. 3.—1367

## NOTE

1362 *Baccæ*] Plur. vox est, quæ diversorum fractuum genera significat, ut lauri, olivæ, palmæ, corni, myrti, et aliarum id genus arborum.

*Caducæ*] Deciduae, lapsæ.

1363 *Pullorum examina*] Fœtus arborum pullulantium. Examina dicuntur proprie de apibus.

1364 *Stirpeis committere ramis*] Unum hoc est e pluribus insitionis genus: Gallice, *greffer en fente*. Sed de variis modis, quibus arbores naturaliter et artificiose proveniunt, consule Virgilium lib. II. Georg. ab initio. Is enim docet arbores naturaliter tribus modis condescere: I. sponte, ut aler et genistæ, populus et salices: II. semine, ut castanæ, quercus, et æculus: III. radice, ut cerasus, alnus, et laurus. Hominum vero industria docet arbores procreari posse septem modis. I. Cum stolones una cum radicibus avulsis ex arborum corporibus mandantur scrobibus. II. Cum trunci seu stipes una cum radicibus, aut etiam sudes fissæ, aut valli acuti, defodiuntur in terram. Sudes autem in formam crucis findi solent

cum infodiuntur; unde Virg. Georg. II. 25. vocat eas quadrifidas. III. Cum rami in modum arcus curvati, nec ab arboribus resecti, demittantur in terram et infodiuntur. Quæ propagatio vitis est. IV. Cum arbusculæ, una cum terra quæ circumtegit illas, in alium locum transferuntur. V. Cum sarculus amputatus e summa arbore in terram defoditur, etiamsi nihil habeat radicis. VI. Cum caudex olivæ carens omni radice sectusque per medium in partes plures infoditur. VII. Cum rami arboris unius inseruntur alteri arbori. Quæ vera insitio est, cuius duplex tamen genus est. Alterum dicitur inoculatio; Gallice, *greffer en ecusson*. Alterum insitio; Gallice, *greffer en fente*. Virg. Georg. II. 73. et seqq. 'Nec modus inserere atque oculos imponere simplex,' &c. 'Aut rursus enodes trunci resecantur, et alte finditur in solidum cuneis via, deinde feraces Plantæ immittuntur,' &c.

1368 *Indulgendo*] Exercendo, colendo suaviter. Sic Virg. Georg. II.

Inque dies magis in montem subcedere Sylvas  
 Cogebant, infraque situm concedere cultis : 1370  
 Prata, lacus, rivos, segetes, vinetaque læta,  
 Collibus et campis ut haberent ; atque olearum  
 Cœrula distinguens inter plaga currere posset,  
 Per tumulos, et convallis, camposque, profusa.  
 Ut nunc esse vides vario distincta lepore 1375  
 Omnia ; quæ, pomis intersita dulcibus, ornant,  
 Arbustisque tenent felicibus obsita circum.  
 At liquidas avium voces imitauer ore  
 Ante fuit multo, quam lævia carmina cantu  
 Concelebrare homines possent, aureisque juvare. 1380

*e terra. Et de die in diem magis faciebant saltus sylvestres sursum celere in montes, et relinquere inferiorem locum culturis ; ut haberent in collibus et in campis prata, lacus, rivulus, frumenta, et grata vineta : et ut tractus caruleus oliocarum discernens quæque quirit interlabi prolata per agros, per convallas, et per colles : veluti hodie cernit cuncta discreta diversa venustate, quæ intermiscent et decorant passim mitibus pomis, et occupant circumscata feracibus arboribus. Sed longe prius fuit emulari ore claras loquelas volucrum, quam mortales quirit celebrare versus cantu, et delectare aures. Et Zephyri primo edocuerunt per concaeva murrura*

*terra* Gassend.—1360 *succidere* Mus. B. 2.—1370 *situm concedere* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *suum concedere* V. ed. Th. Ra.—1373 *ac habere* Mns. B. 2.—1373 *cernere posset* Gassend.—1374 *protusa* Delph. *præfusa* V. ed. Th. Ra.—1375 *varia* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1376 *ducibus* Cant. *ornat* Mus. B. 2.—1377 *opsita* V. ed. Th. Ra. O. *opposita* Vind.—1379 *lenia car-*

## NOTE

1360 *Subcedere*] Sursum cedere, ascendere.

1370 *Infracque situm* [locum] H. e. locum inferiorem.

1373 *Inter plaga currere*] Tmesis, intercurrere.

1377 *Obsita circum*] Circumsata.

1378 *At liquidas avium, &c.*] His jam 41. vs. docet de primis musicæ rudimentis. Vult itaque Lucretius desiderare homines et admirabundos studuisse primum ore atque sibilis imitari modulos avium. Post vero, vento monstrante viam, atque agitante arida cicutas feratas ac arundines cavas, observasse illa resonare : hinc decimas cicutas inflare cœpisse, donec solidiori

e materia dulcisonam compegerit tibiam, cujus ad sonitum saltabant incompositæ, seque parabant saturi ad somnum, vel somnum eludebant. Quod et tempore suo facere vigiles queritur. Habet enim, inquit, nescio quam gratiam obvia rerum novitas, quæ præteritarum rerum estimationem deterit. Sic odium glandis cepit homines, ut gula indulgerent : sic herbas spreverunt, ut mollibus et auratis cubilibus decumberent : sic pelles deposuerunt, ut purpureas vestes induerent.

*Liquidas*] Claras : II. 145.

1380 *Aureisque juvare*] Aureasque delectare. Sic vs. 1389. et 1406.

Et Zephyri, cava per calamorum, sibila primum  
Agresteis docuere cavas inflare cicutas.

Inde minutatim dulcēis didicere querelas,

Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum,

Avia per nemora ac sylvas saltusque reperta, 1385

Per loca pastorum deserta, atque otia dia.

Sic unum quidquid paullatim protrahit ætas

In medium, ratioque in luminis eruit oras.

Hæc animos ollis mulcebant, atque juvabant,

Cum satiata cibi; nam tum sunt otia cordi. 1390

Sæpe itaque inter se, prostratei in gramine molli,

Propter aquæ rivum, sub ramis arboris altæ,

*arundinum rusticos inflare calamos concavatos. Hinc paulatim edidicerunt suaves questus, quos fistula percussa digitis cantantium reddit, quæ quidem inventa fuit in mediis sylvis invidis, et nemoribus et saltibus, et in locis desertis pastorum, atque in divinis oliis. Ita ætas sensim profert in lucem, et solertia hominum educit in regiones lucis quamlibet rem. Hæc res demulcebant priscis illis hominibus mentes, et delectabant cum satiata ciborum. Etenim tunc temporis hæc res cunctæ placent. Igitur plerumque jacentes simul in tenera herba juxta rivulum aquæ, sub*

*mina Gryph. marg. V. marg. 1.—1384 fōdit Mus. B. 2.—1385 Ovia V. ed. Th. Ra. repeta V. ed. Th. Ra.—1386 que otia oia l. e. omnia Mus. B. 2.—1387 quidvis P. Ald. quid quis V. ed. Th. Ra. actas V. ed. Th. Ra.—1388 ratio qua Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. erigit V. marg. 1. Voss. vet. exuit Mus. B. 2.—1389 Nec Mus. B. 2. olim pro ollis O. Mus. B. 1. juvabat V. ed. Th. Ra.—1390 Cum satiata V. ed. O. Consortiare Mus. B. 2. Cum satiata Cant. tibi pro cibi V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. natam cum sit otia Mus.*

## NOTE

1381 Et Zephyri, cava, &c.] H. e. Et Favonii docuerunt rusticos inflare cicutas, ex eo quod calami ab iis agitati sibilos edebant.

1382 Cicutas] Calamos, cannas. Sic IV. 590. 'Unco sæpe labro calamos percenrit hiantes.'

1386 Dia] Divina, dñcia. Sic vs. 942. 'dia pabula.' II. 172. 'dia voluptas,' &c.

1387 Sic unum, &c.] Hi 2. vs. repetuntur vs. 1453.

Quidquid] Quidque. Sic vs. 771. et alibi passim.

1388 In medium] In publicum, in lucem, palam.

1389 Hæc animos ollis, &c.] H. e. his cantibus rudes illi homines mulcebantur ac delectabantur eo ipso tempore, quo epulabantur et satiabantur. Vel, una cum cibo, quo satiabantur, agresti musica animos suos oblectabant.

1390 Satiata] Satiata. Utrumque enim dicitur, satias, atis; satias, atis: II. 103.

Sunt cordi] H. e. sunt grata.

1391 Sæpe itaque inter se, &c.] Hi 5. vs. positi sunt fere inter lib. v. 29. et seqq. Consule annotationes nostras ibid.

Non magnis opibus jocunde corpora habebant :  
 Præsertim, quom tempestas ridebat, et anni  
 Tempora pingebant viridanteis floribus herbas. 1395  
 Tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachinnei  
 Consuerant : agrestis enim tum musa vigebat.  
 Tum caput, atque humeros, plexis redimire coronis,  
 Floribus, et foliis, lascivia læta monebat :  
 Atque extra numerum procedere, membra moventeis 1400  
 Duriter : et duro terram pede pellere matrem :  
 Unde oriebantur risus, dulcesque cachinnei ;  
 Omnia quod nova tum magis hæc, et mira, vigebant.  
 Et vigilantibus hinc aderant solatia somno,

*frondibus proceræ arboris, bene curabant corpora sua sine magnis diritiis ; præcipue quando tempus arridebat, et tempestates anni conspergebant floribus carentia graminis. Tunc ludi, tunc colloquia, tunc grati risus soliti sunt esse ; namque tunc rustica Musa florebat : tunc hilaris mollities admonebat circumcingere caput et humeros coronis circumplexis, et floribus, et frondibus ; et agentes suos artus incomposite progredi firmiter, et firmo pede percutere tellurem parentem. Qua ex re risus, et grati joci nascebantur, eo quod hæc res tunc temporis recentiores, et admirabiliores erant. Atqui etiam inde solatia dulcia soporis nascebantur vigilantibus, ita*

B. 2. omnia chordæ Voss. marg. omnia cordi alii.—1393 jocunde Mus. B. 1. 2. 3. jucunde vulg. in cunole V. ed. Th. Ra. vir unde Voss. vet. habebunt Mus. B. 1. alebant V. marg. 1.—1394 rioletat V. ed. Th. Ra.—1395 pinguebant Mus. B. 1. O. Cant. Ferr.—1396 loca Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. dulcibus cachinnis Mus. B. 1.—1397 Consueverant Cant. Consuerunt Gif. Par. Delph. Lamb.—1398 H. vs. et quinque seqq. desunt Mus. B. 2. corollis Gif. Par. Delph. Cont.—1399 movebat P. V. ed. Voss. vet. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—1403 hoc V. ed. Th. Ra. et derst Mus. B. 2. vigebat Mus. B. 1. 3.—1404 Erigilantibus Voss. marg. huic V. ed. Th. Ra. somni

## NOTÆ

1394 *Anni Tempora*] Nempe ver et æstas.

1398 *Redimire coronis*] Respicit Poëta ad corollarum ejus seculi in conviviis luxum, quibus non modo vina et calices coronare mos erat, verum etiam capita, colla, ipsosque adeo humeros discumbentium. Quo spectat etiam illud Tibulli : ' Et capite et collo mollia sarta gerat.'

1399 *Lascivia*] Mollities, lasciva voluptas.

*Monebat*] Quidam legunt, *jubebat*.

1400 *Extra numerum*] H. e. non in

numerum, incomposite. Cui opponitur, in numerum, vel ad numerum : IV. 789.

1401 *Duriter*] Antiquitas pro dure. Sic Terent. in Adelph. ' Factum a vobis duriter.' Et in And. ' Parce ac duriter agebat.' Est autem saltare duriter, calcibus terram petere atque percutere, rusticorum more.

*Terram matrem*] Lib. II. 598.

1404 *Hinc*] Nimirum ex eo, quod sequitur, ' Ducere multimodis voces,' &c.

*Solatia somno* [somni] Somnum. Qui

- Ducere multimodis voces, et flectere cantus ; 1405  
 Et supera calamos unco percurrere labro :  
 Unde, etiam vigiles, nunc hæc adcepta tuentur,  
 Et numeris servare genus didicere ; neque hilo  
 Majore interea capiunt dulcedine fructum,  
 Quam sylvestre genus capiebat terrigenarum. 1410  
 Nam, quod adest præsto, nisi quid cognovimus ante  
 Suavius, in primis placet, et pollere videtur ;  
 Posteriorque fere melior res illa reperta  
 Perdit, et inmutat, sensus ad pristina quæque.  
 Sic odium cepit glandis ; sic illa relicta 1415  
 Strata cubilia sunt herbis, et frundibus aucta.

*varius modis proferre voces, et movere cantus, et pervadere aduncis labiis super can-  
 nas. Inde vigilantes quoque homines hodie observant has res, et edidicerunt conser-  
 vare modum numerorum ; neque interim percipiunt utilitatem majori cum voluptate,  
 quam olim agrestis gens hominum e terra genitorum percipiebat. Etenim illud,  
 quod sponte præsens est, (nisi forte agnovimus antea aliquid dulcius,) præcipue  
 arridet, et videtur valere ; et ultima res ferme præstantior videtur, et destruit  
 pristinas res inventas, et mutat sensus ad quaslibet res præteritas. Ita fastidium  
 glandis incepit : ita derelicti sunt illi pristini lecti depressi humi, ornatique gra-*

~~~~~

Vind. et edd. vulg.—1405 *multimodus* corr. P. in not. V. marg. 1.—1406 *supra*  
 Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. *rauco* pro *unco* P. in not. Mus. B. 1. Ferr.—1408  
*numeris* P. Ferr. Th. Ra. Ald. V. ed. *numerum* P. in not. et edd. vulg.—1409  
*Majore* P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. *Majorem* vulg. *dul-*  
*cedinis* edd. vulg.—1410 *capiebat* deest Mûs. B. 2.—1413 *ulla* V. marg. 1.—  
 1414 *invitat* V. marg. 1.—1415 *cepit* Mus. B. 3. Cant. Ald. sec. *cepit* vulg.—

#### NOTE

enim dormire nequibant olim, eos va-  
 rils cantibus et vocibus solabantur  
 veteres.

1406 *Supera*] *Supra* ; nimirum in  
 superiori parte calamorum. Sic l.  
 iv. 590. ubi hic vs. positus est.

1408 *Numeris* [*numerum*] *Nume-*  
*rorum*.

1409 *Majore*] *Alii Majorem*, supp.  
 fractum.

1410 *Sylvestre genus terrigenarum*] *Homines*  
*prisci e terra nati, et in*  
*syllvis primùm degentes. Sic vs. 1426.*  
*et supra vs. 803. et seqq.*

1413 *Posterior fere, &c.*] *H. e. fere*  
*evenit, ut res posterior sit melior, et*  
*perdat atque ex animo deleat res*  
*pristinas et prius repertas.*

1414 *Inmutat, sensus ad pristina*] *H.*  
*e. faciat ut pristina quæque minus*  
*grata sint et jucunda sensibus, quam*  
*antea fuerant.*

1415 *Sic odium, &c.*] *Rem confir-*  
*mat exemplo, atque ostendit inventis*  
*frugibus odium glandis cepisse mor-*  
*tales: inventis textilibus et purpu-*  
*reis vestibus pelles fuisse contentui ;*  
*et similia.*

Pellis item cecidit, vestis contempta ferina ;  
 Quam reor invidia tali nunc esse repertam,  
 Ut letum insidiis, qui gessit primus, obiret :  
 Et tamen inter eos distractam, sanguine multo, 1420  
 Disperiisse ; neque in fructum convertere quisse.

Tunc igitur pelles, nunc aurum et purpura, curis  
 Exercent hominum vitam, belloque fatigant ;  
 Quo magis in nobis, ut opinor, culpa resedit :  
 Frigus enim nudos sine pellibus excruciatat 1425  
 Terrigenas ; at nos nihil lædit veste carere

*minibus et foliis. Similiter pellis excusa est, et spretum est tegumen ferarum: quod puto tunc temporis inventum fuisse eo odio, ut is homo, qui prior tulit illud, defungeretur mortem insidiis; et denique puto illum dilaceratum sparsisse tale vestimentum plurimo sanguine inter priscos illos homines, nec potuisse vertere illud in utilitatem. Itaque in illo tempore pelles cruciabant sollicitudinibus vitam mortaliū; hodie vero aurum et purpura sollicitant eos, et vexant bello. Qua in re, ut puto, majus malum nobis inest. Namque frigus tunc quidem vexabat homines filios terræ nudatos absque pellibus, sed non vexat nos non habere vestimentum pur-*

\*\*\*\*\*

1417 *ferina est* vulg.—1418 nunc V. ed. Voss. vet. et L. B. Cant. Th. Ra. tunc vulg.—1420 *tamen* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. tandem edd. vulg. *distractam* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *distractum* reliqui.—1421 *Disperisse* edd. vulg.—1422 *curæ est* Mus. B. 1.—1423 *fatigant* V. ed. Th. Ra.—1424 *resedit* edd. vulg.—1426 *nihil* Vind.

#### NOTE

1418 *Quam reor invidia, &c.*] H. e. quam vestem ferinam ita puto inventori ipsi fuisse invidiosam, ut is, qui primus eam gessit, per insidias ab aliis fuerit interfectus. Quippe quæ a multis cupita fuerit ac cædibus distracta.

1420 *Distractam [distractum]* In multas partes laceratum, supp. eum, qui primus vestem ferinam gessit. Alias, *distractam*, supp. vestem.

1421 *Disperisse [Disperisse]* Contaminasse. Quidam legunt, *disperisse*; sed minus eleganter.

1422 *Tunc igitur pelles, &c.*] His 13. vs. jam luxum hominum posteriorum damnat Poëta, qui nondum pro pellibus aut veste ferina pugnent, sed pro auro et purpura; cum tamen homini sat sit plebeia vestis, ad frigus arcendum. Valeant ergo vani labo-

res et inanes curæ, quarum illicitis nesciunt sibi mortales moderari, sed ob quas vitam provehunt quasi in altum mare, variosque sibi belli commovent æstus, quos sedare nusquam poterant.

*Aurum et purpura*] I. e. aurata et purpurea vestis, ut sese explicat Poëta vs. 1427.

*Curis Exercent*] Vexant, tranquille vivere non sinunt.

1425 *Frigus enim nudos, &c.*] Necessitas enim primo vestium usum reperit; frigoris scilicet arceri causa. Deinde luxus et voluptas provexerunt purpureas et auro insignes atque arcu pictas vestes.

1426 *Terrigenas*] Primos homines, quos terræ filios fuisse putat. Sic vs. 1410. et 803.



Purpurea, atque auro signisque rigentibus apta ;  
 Dum plebeia tamen sit, quæ defendere possit.  
 Ergo hominum genus in cassum, frustra que, laborat  
 Semper, et in curis consumit inanibus ævom : 1430  
 Nimirum, quia non cognovit, quæ sit habendi  
 Finis, et omnino quoad crescat vera voluptas :  
 Idque minutatim vitam provexit in altam,  
 Et belli magnos commovit funditus æstus.  
 At vigiles mundi magnum vorsatile templum 1435  
 Sol et luna suo lustrantes lumine circum

*purpuream contextum auro et figuris magnis, modo tamen habeamus vulgare, quod quærit fieri nos a frigore. Igitur gens humana nequicquam et in vanum sollicitatur perpetuo, et conterit ætatem suam in vanis sollicitudinibus: scilicet, quoniam non novit, quis modus habendi sit, et quousque verum gaudium prorsus exerceat; et ipsa paulatim produxit vitam suam in mare, et excitavit ingentes omnino procellas belli. Interes vero sol et luna perenniter peragrantes vastum et mobilem fornioem cæli sua*

~~~~~

V. ed. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. *nil vulg.*—1427 *vigentibus* V. ed. Th. Ra. P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *ingentibus vulg. gemmisque insignitor apta Gassend. acta* Mus. B. 1.—1428 *plebe lata mens id* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *que* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *quoque* V. ed. Th. Ra. *defende* V. ed.—1430 *in deest* V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. O. Ferr. Th. Ra. *Et semper curis* O. Mus. B. 1. 2. *manibus* V. ed. Th. Ra.—1432 *quo adcrevit* V. ed. Th. Ra. *quo adcrecat* Mus. B. 3. Cant.—1433 *perduxit* Mus. B. 2.—1434 *communit fonditus* Mus. B. 1.—1435 *magnum et* P. Vind. Cant. et edd. vulg. *vigilis* Mus. B. 3. *sed i in rasura est.*—1436 *lustrans* V. ed. Th. Ra.—1437 *Producere* Mus. B. 2.

#### NOTÆ

1429 *Frustraque, laborat*] Quia non contentus est parvo ac modico, nec cognoscit, quæ sit habendi finis. Sic præclare Manilius iv. ab initio. 'Quid tam sollicitis vitam consumimus annis? Torquemurque metu, cæcæque cupidine rerum; Æternisque senes curis, dum quærimus ævum, Perdimus; et nullo votorum fine beati Victuros agimus semper, nec vivimus unquam; Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit: Nec, quod habet, numerat: tantum quod non habet, optat,' &c.

1433 *In altum*] In mare. Metaphora est, qua vitam hominis comparat cum oceano, qui continuis æstibus

agitatur.

1435 *At vigiles mundi, &c.*] His 4. vs. scribit Poëta mortales ex solis et lunæ cursu didicisse annorum tempora circumagi, atque in orbem redire, et statos ac certos esse rerum ordines. Itaque in tantum brevi exercuerunt Astronomiam homines, ut non solas siderum leges perscrutati fuerint, sed et sideribus leges præscriperint.

*Vigiles*] Supp. sol et luna; quippe quæ perpetuo mundum lustrant.

*Mundi*] Cæli, r. 74. 788. &c. *Mundi templum*] Cælum, vs. 491. 492. et 11. 1037.

Perdocuere homines annorum tempora vorti ;  
Et certa ratione geri rem, atque ordine certo.

Jam validis sæptei degebant turribus ævom ;  
Et divisa colebatur, discretaque, tellus. 1440

Tum mare velivolis florebat propter odores :  
Auxilia, ac socios, jam pacto fœdere, habebant :  
Carminibus quom res gestas cœpere poëtæ  
Tradere : nec multo prius sunt elementa reperta.  
Propterea, quid sit prius actum, respicere ætas 1445  
Nostra nequit, nisi qua ratio vestigia monstrat.

Navigia, atque agri culturas, mœnia, leges,  
Arma, vias, vesteis, et cætera de genere horum

*lucē edocuerunt mortales tempora annorum circumagi ; et rem fieri certo modo, et stato ordine. Tunc mortales vallati fortibus arcibus agebant vitam : et terra distincta, et terminata colebatur ab illis. Tum pelagus florescebat navibus curvis et veliferis : tunc habebant auxilia et socios inita amicitia, quando poëtæ incepterunt mandare versibus res factas, nec multo antea literæ inventæ fuerunt. Quapropter seculum nostrum non potest videre, quid sit factum antea, nisi ea via, qua ratio ostendit vestigia. Itaque usus una et experientia animi solertis et progredientis paulatim peredocuit sensim nos navigationem, et agriculturam, urbes, leges, arma,*

—1439 *degebat* Voss. vet. et L. B. Voss. marg.—1440 *districtaque* V. ed. Th. Ra. Bodl. *descriptaque* Gif. L. B. Par. Delph. Cont. *discerptaque, discretaque* Voss. marg.—1441 *Jam mare velivolum florebat navibus pandis* edd. vulg. *Tum mare velivolum florebat navibus pontus* Servini ad Virg. Æn. vii. 804. *navibus ponti* Gif. L. B. Par. *Protei ad oras* Voss. marg. *propter honores* Voss. marg.—1442 *ac* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. *et reliqui. pacto tempore* Mus. B. 2.—1444 *multo plus* V. marg. 1. *multo post* Mus. B. 1.—1445 *auctum* P. Th. Ra. Ald. *actum* P. in not.—1446 *nequid* V. ed. Th. Ra. *ratione* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. *monstrant* Mus. B. 2. *monstra* V. ed.—1447 *agriculturas* Vind. V. ed. O. Delph.—1448 *et deest* Vind. V. ed. Mus.

## NOTE

1439 *Jam validis sæptei, &c.*] His 18. vs. postremis docet Poëta de prima poëseos origine; cœperunt enim tandem poëtæ canere facinora, hymnisque heroas concelebrare. Qui mos hodie observatur etiam apud Indos, vicemque historiæ rependit. Tandem docet Poëta ceteras artes usu et solertia hominum repertas esse, ita ut, quæ prior inventa fuerit ex illis, vix facile discerni possit.

1440 *Discretaque* [*descriptaque*] Describere est partiri, et quasi limitibus

positis dividere, et suam cuique partem attribuere.

1441 *Propter odores* [*navibu'*] Navibus.

*Pandis*] Lambinus, bene: h. e. curvis. Pareus vero *ponti*.

1444 *Nec multo prius*] Nimirum, quam poëtæ res gestas carminibus tradere cœperunt.

*Elementa*] Literæ, literarum characteres: 1. 198.

1446 *Qua*] Supp. via, aut ratione Adverbialiter usurpatur.

Præmia, delicias quoque vitæ funditus omneis,  
 Carmina, picturas, ac dædala signa, politus 1450  
 Usus, et inpigræ simul experientia mentis,  
 Paullatim docuit pedetentim progredienteis.  
 Sic unum quidquid paullatim protrahit ætas  
 In medium, ratioque in luminis erigit oras.  
 Namque alid ex alio clarescere corde videbant 1455  
 Artibus, ad summum donec venere cacumen.

*itinerâ, vestimenta, et reliqua ejusmodi commoda vitæ; atque etiam voluptates vitæ prorsus omnes, et versus, et picturam, et perpolire statuas artificiosas. Ita ætas producit in lucem minutatim unam quamlibet rem, et ratio edit eam in regiones lucis. Etenim cernebant in artibus rem aliam elucere ex alia, usquedum tandem pervenerunt ad extremum fastigium rerum.*

~~~~~

B. 3. Ferr. Th. Ra.—1449 *Prima* V. ed. Th. Ra. *vita effunditur* Voss. vet. *vita cultus et* V. marg. 1. Ferr. Mus. B. 1. *funditus* Mus. B. 2.—1450 *ac* Cant. et vulg. *politus* Wakef. emend. *polito* Vind. Mus. B. 2. 3. O. *politos* Ferr. V. ed. Th. Ra. *polita* Voss. vet. et Voss. marg. *polire* reliqui.—1452 *progredienteis* P. Ald. Voss. vet. *progredientes* reliqui.—1453 *actas* V. ed. Th. Ra.—1454 *eruit oras* edd. vulg.—1455 *aliud* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gif. Par. et Voss. L. B. a m. sec. *ex* deest Mus. B. 1. *videmus* Mus. B. 1. Voss. vet. et edd. vulg.—1456 *Partibus* Bentl. ex conj.

#### NOTE

1449 *Præmia*] Supp. vitæ, hoc est, commoda. Sic vss. 5. 868. 1150. et lib. III. vss. 913. et 970.

1450 *Dædala signa, politus*] H. e. sculpturam. Dædalus, a, un, Græca vox est, quæ idem significat ac arte laboratus, artificiosus, ingeniosus, ut monui I. 7. et II. 504. IV. 551. et au-

pra hoc lib. vs. 235.

1452 *Pedetentim progredienteis*] Sic vs. 534.

1453 *Sic unum quidquid, &c.*] Hi 3. vss. positi sunt jam supra vs. 1387.

1455 *Namque alid ex alio, &c.*] Sic Manil. I. 90. ‘Semper enim ex aliis alias [artes] procreminat usus.’

# T. LUCRETII CARI

## DE RERUM NATURA

### LIBER VI.

---

---

#### ARGUMENTUM.

**P**rimi triginta tres vs. hujusce libri continent, tam ipsarum Athenarum, quam Epicuri Atheniensis, laudes. Sequitur ad vs. 95. qualem ab Epicureo philosopho expectes, argumenti hujus libri explicatio: et de meteoris dicturo primum occurrunt tonitrus, fulgur, fulmen; de quibus diligenter disputat: et demum istos deridet, qui, neglectis causis naturalibus, ipsum Jovem fulmina jaculari existimant, ad vs. 421. His subjungitur, (nam prester fulmini affinis) a vs. 422. presteris brevis explicatio. Deinde, a vs. 450. ad vs. 533. multa de nubibus et pluvia; pauca de iride, de nive, vento, grandine, pruina, et gelu, disputat. Si terræ motus causas velis cognoscere, a vs. 542. ad vs. 606. habes fuse explicatas. A vs. 606. ad vs. 638. de mari Poëta disserit: inde ad vs. 710. de Ætna. Sequentia, ad vs. 738. Nilo destinantur. Deinde, a vs. 738. ad vs. 840. de Avernis, aliisque terræ tractibus, qui sunt hominibus, cervis, corvis, equis, et aliis noxii, disputatur. Deinde, a vs. 840. ad vs. 905. de puteis, variisque admirandis fontibus, agit per jucunde. Postea a vs. 905. ad vs. 1087. Magnes lapis diligentissime explicatur. Postremo, usque ad libri finem, de morbis et peste quædam disserit; quibus subjungit elegantem atque uberrimam sane descriptionem, nec minus eruditam et accuratam tamen, pestis illius, quæ tempore belli Peloponnesiaci Athenas opere maximo vastavit, e Thucydidis historia desumptam.

PRIMÆ frugiparos fetus mortalibus ægris  
 Dididerunt quondam, præclaro nomine, Athenæ;  
 Et recreaverunt vitam, legesque rogarunt;  
 E primæ dederunt solatia dulcia vitæ,

*Athena nobiles claro nomine priores olim distribuerunt fructus frugiparos hominibus fame languentibus, et solatæ sunt vitam illorum, ac tulerunt leges; et priores etiam impartitæ sunt iuuenta solamina vitæ, quando progenuerunt hominam*

1 *frugiparos* Voss. vet. et L. B. Voss. marg. *frugiferos* edd. vulg.—2 *Dii dederunt* Vind. Bœd. Voss. L. B. O. Cant. *Dididerunt* Ferr. *Dediderunt* Voss. vet. *Dederunt* Mus. B. 2. *Dididerunt* V. ed. Th. Ra. *præ charo* V. ed. Th. Ra. *munere* Mus. B. 1.—3 *creauerunt* Mus. B. 2.—5 *Congruens* Mus. B. 2.—7 *extincta*

## NOTE

1 *Prima frugiparos* [*frugiferos, &c.*] Quia multus ac fere totus est Lucretius in laudando Epicuro, sextam hunc librum aspicatur ab Athenarum laudibus; quam civitatem hominibus colendam ac verendam prædicat, non solum quod ab ea humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ pntantur, ut ait ipse Cicero Orat. pro Flacco: sed præcipue, quia ex ea ortus est Epicurus, qui, eum vidisset homines affluere rebus cunctis, quæ sunt necessariæ ad vitam bene totoque traducendam, eos tamen animadvertens nihilominus anxiam et querulam degere vitam, scrutatus est tanti mali originem, reperitque vas ipsum, hoc est, ipsam hominis mentem, tanti vitii esse causam. Sicut enim omnia bona, quæcumque in vas male olens extrinsecus et foris comportata et congesta fuerint, illius vitio facile corrumpuntur; ita si mens hominis malesana fuerit, nusquam sibi modum facere sciet. Primum igitur ait Epicurum purgasse mentes hominum, quos sapientiam edocuit: quorum affectibus modum statuit: quorum ex animis timorem expulit: quibus summum indicavit bonum, viamque monstravit, qua recto et facili tramite possent ad illud

pervenire: quibus vias aperuit, qua malis cunctis possent occurrere: et quos tandem vanis curis angi, atque inani trepidare metu probavit. Quæ omnia Lucretius noster præclare memorat his 33. vs. prioribus.

*Prima frugiparos* [*frugiferos, &c.*] Sic Justinus lib. II. Cicero pro Flacco. Diodorus Sicul. lib. XIII. et Plin. VII. 56. et alii tradunt Athenienses primos monstrasse arare et serere frumenta glandem vescentibus: legesque invenisse, quibus vita communis ex vitæ culta agresti atque injusto ad civilem et æquam convictum pervenit.

*Ægris*] Quasi fame languentibus, utpote glandem prius vescentibus. Sic Virg. Georg. I.

2 *Athenæ*] Civitas totius Græciæ clarissima et antiquissima, omnium bonarum artium inventrix, Philosophorum, oratorum, et poetarum doctissimorum parens.

3 *Recreaverunt vitam*] Dum multa commoda invenerunt ad bene tutoque vivendum.

*Rogaverunt*] Rogaverunt, h. e. tulerunt, statuerunt. Rogari enim solebat populus, num legem ratam veller, quæ ferebatur.

4 *Solatia vitæ*] Sic v. 21. 114.

Quom genuere virum, tali cum corde repertum, 5  
 Omnia veridico qui quondam ex ore profudit :  
 Quoius et exstincti, propter divina reperta,  
 Divolgata vetus jam ad cœlum gloria fertur.  
 Nam, quom vidit hic, ad victum quæ flagitat usus,  
 Omnia jam ferme mortalibus esse parata, 10  
 Et pro quo possent vitam consistere tutam ;  
 Divitias homines, et honore et laude potenteis,  
 Adfluere, atque bona gnatorum extollere fama ;  
 Nec minus esse domi quoiquam tamen anxia cordi,  
 Atque animi ingratis vitam vexare querelis ; 15

*inventum cum tali mente sapienti, qui scilicet olim effundit cuncta ex ore, quod docuit veritatem : et cujus mortui laus antiqua promulgata evahitur etiam nunc usque ad cœlum ob divina illius inventa. Namque ubi vir iste animadvertit ea omnia, quæ usus postulat ad vitam, et per quæ homines quirent reddere vitam securam, ea omnia, inquam, esse jam fere comparata, et mortales abundare opibus, et pollere dignitatibus atque gloria, et clare bona laude liberorum ; sed nihilominus tamen quemque habere in se mentes sollicitas, et mentem hominum cogi obedire*

Vind. V. ed. Bodl. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *exstincti* Mus. B. 3. *inextincti*, omisso *et*, Mus. B. 1.—10 H. vs. sequenti postponitur edd. vulg. a *mortalibus* Voss. marg.—11 *Deest* P. delendum censet Lamb. *pro quo* V. ed. Th. Ra. *pro qua* Vind. Bodl. O. Ferr. V. marg. 1. *per quam* Voss. vet. et L. B. *per qua* Mus. B. 3. *pro quam* Cant. Voss. marg. *per qua* vulg. *consciscere* Mus. B. 2.—12 *Divitias* V. ed. Th. Ra. *Divitiis* vulg.—13 *gnatorum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *natorum* vulg. *extollere* Bodl. O. Cant. V. marg. 1. Ferr. *excolere* V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. *excellere* P. Vind. Mus. B. 1. 3. Ald. et edd. vulg.—14 *quidquam* Gryph. *quicquam* Gassend. *cordi* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. *corda* vulg.—15 *Atque animum infestis cogi servire querelis* edd. vulg. Et vs. qui statim sequitur, vulg. edd. exsulat quamvis. in lib. omn. ant. conspiciatur. Nobis non licet ita pro imperio rem gerere ; nec tamen ordinibus ascribi volumus ne numerorum ratio perturbaretur. Wakef. *Causam quæ* P. Ald. *Plurima quæ infestis cogant* Heins. 2. *Pausa atque* reliqui. *servire* Vind. O.

## NOTÆ

5 *Virum*] Nempe Epicurum, qui Atheniensis fuit : l. 1. 62. not. et III. sub initium.

*Tali corde*] H. e. tali sapientia.

8 *Divolgata*] Divulgata. Antiqua scriptura.

9 *Hic*] Epicurus.

10 *Parata*] Quasi in medio posita, et parabilia. Natura enim res paratu difficiles et sumtuosas non desiderat,

sed contenta est rebus parabilibus, et modicis.

11 *Consistere*] Stabilire, constituere, reddere. Sic Sallust. ‘ Dein brevi cognitis insidiis constitit agmen.’ Et A. Gell. v. 10. ‘ Et cum ad iudices conficiendæ consistendæ-que causæ gratia venisset.’

14 *Domus*] Apud se, in animo.

Caussam, quæ infestis cogit sævire querelis,  
 Intellegit ibei; vitium vas ecficere ipsum,  
 Omniaque illius vitio conrumpier intus,  
 Quæ con læta foris, et conmoda, quomque venirent :  
 Partim, quod fluxum pertusumque esse videbat,  
 Ut nulla posset ratione explerier umquam ; 20  
 Partim, quod tetro quasi conspurcare sapore  
 Omnia cernebat, quæquomque receperat intus.  
 Veridicis igitur purgavit pectora dictis,  
 Et finem statuit turpedinis atque timoris ;

*infelicibus questibus ; agnovit statim vas facere hoc ipsum malum in iis, et omnia bona, quæcumque extrinsecus comportata advenirent contaminari intrinsecus factore illius vasis, ex parte quia cernebat illud vas esse perforatum et fluere, ita ut nullo modo unquam quiret impleri : ex parte quia videbat illud vas commaculare suo foetido odore res cunctas, quas intrinsecus acceperat. Ergo veriloquis verbis suis abhæsit mentes hominum, et posuit modum cupidinis, et metus eorum ; et expi-*

\*\*\*\*\*

Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. *servire* reliqui.—16 *Intellegit* Voss. vet. et L. B. Sus. *Intelligit* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. Cant. *Intellexit* vulg. *fas* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—17 *Omnia quæ* Ferr. Th. Ra.—18 *foras* Voss. vet.—20 *In P. ante* pro *unquam* Mus. B. 2.—21 *retro* V. ed. Th. Ra.—22 *cernebat* Sus.—24 *torpedinis* Heins. Voss. vet. *cuppidinis* Sus. *cupidinis* V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 2. *cupedinis* P. Mus. B. 1. 3. Ald.

#### NOTÆ

16 *Vas*] Hominum mentem, quam vasi comparat. Sicut enim vas, si semel male olenti sapore fuit imbutum, corrumpit liquores quos intus recipit; ita, quia primum mortales ex rerum ignorance sibi in animos incusserunt Deorum ac pœnarum post mortem metum, inde vitam vanis in anxietatibus degunt, tristesque curas in mentibus volvant. Quas curas et anxietates animis solverent, inquit Lucretius, si noverint Deos non rerum esse auctores, mortemque nihil ad ipsos pertinere. Impia sane sententia, ut sæpe monui.

17 *Conrumpier*] Poëtice pro corrumpti.

18 *Con læta* [*Conlata*] Collata, comportata.

*Quæ...conmoda quomque*] Tmesis,

quæcumque commoda.

19 *Fluxum*] Perforatum. Quale fingitur Danaïdum dolium. Sic III. 950.

20 *Explerier*] Poëtice pro expleri.

21 *Partim, quod tetro, &c.*] Sic Hor. Epist. I. 2. 'Siucernum est nisi vas, quodecumque infundis acescit.'

23 *Veridicis, &c.*] Sic vs. 6.

24 *Turpedinis* [*cuppedinis*] Cupidinis. Dicitur enim Cupido, et Cupedo: sed metri causa Cuppedo. Epicurus autem cupiditates necessitate et natura terminabat. Quæ vero neque necessariæ, neque naturales essent, eas dicebat esse infinitas, ac stultis convenire.

*Timoris*] Finem timoris fecit, dum scilicet Religiones omnes Deorum, ac animarum immortalitatem sustulit. Docuit quippe Deos non esse timen-

Exposuitque, bonum summum, quo tendimus omnes, 25  
 Quid foret; atque viam monstravit tramite parvo,  
 Qua possemus ad id recto contendere cursu:  
 Quidve mali foret in rebus mortalibus passim;  
 Quod flueret naturali, varieque volaret,  
 Seu casu, seu vi, quod sic Natura parasset; 30  
 Et quibus e portis obcurri quoique deceret:  
 Et genus humanam frustra plerumque probavit  
 Volvere curarum tristeis in pectore fluctus.  
 Nam, velutei puerei trepidant, atque omnia cæcis  
 In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus 35  
 Interdum, nihilo quæ sunt metuunda magis, quam  
 Quæ puerei in tenebris pavitant, finguntque futura.

*cavit, quid esset summum bonum, ad quod nos omnes intendimus, et proclivi itinere ostendit viam, per quam possemus proficisci recto gradu ad illud: ostendit etiam quid esset mali ubique in rebus caducis, quod maneret et adveniret per naturale venenum, sive casu, sive vi, scilicet quia natura ita statuisset; et e quibus aditibus conveniret obistere cuique malo. Et ostendit gentem hominum sæpe nequicquam versare maritos æstus sollicitudinum in corde. Namque sicut infantes metuunt et timent cuncta in obscuris umbris: ita nos nonnunquam in die metuimus ea, quæ non sunt magis timenda, quam ea, quæ infantes metuunt in umbris obscuris, et quæ*

\*\*\*\*\*

*cupidinis Cant. edd. vulg.—26 tramite prono edd. vulg. pravo Sus. limite prono Heins. 2.—27 recta Voss. vet. concedere Mus. B. 2. Gryph. Nard. Bas.—28 foret Ferr. V. ed. Th. Ra.—29 Quid Mus. B. 2. fuerit Viind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Voss. marg. fueret Sus. natural Mus. B. 2. Gif. Par. fortunai Voss. marg. Hav. viro atque veniret Gryph. Delph. Nard. Bas. P. Ald. fueret permanenter vel permutatum Fab. Totum vs. deleri vult Creech.—30 signatura Voss. vet. et L. B. sit natura Mus. B. 1.—31 E V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. E quibus et Bodl.—32 At Hav. probaret Mus. B. 2.—33 Vulnere Viind. O. Mus. B. 2. Volnere Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Vulcerere Cant.—34 velut omnia Mus. B. 2.—37 in deest Mus. B. 2. fugi-*

#### NOTE

dos, quia non irascuntur: et animas una cum corpore mori, atque omni sensu carere post mortem. Quæ im-  
 pia fuit sententia.

26 *Parvo* [*prono*] Proclivi, facili.

27 *Recto cursu* Non per ambages aut flexiones viarum.

29 *Quod fueret naturalis, &c.*] Ita vulgata lectio. Lambinus, *Quod fueret natura vi, varieque volaret*. Parens, *Quod fueret naturalis varieque veniret*. Quidam codices habent, *Quod fueret naturalis varieque volaret*.

31 *Portis*] Viis, aditibus.

34 *Nam, velutei puerei, &c.*] Mf 7. vs. positi sunt rr. 54. quorum etiam tres posteriores positi rursus fuerunt i. 146. Consule annotationes nostras utrobique. His itaque 8. vs. seqq. ait homines frustra pavere, ut faciant pueri, qui varia spectra metuunt: verum docet has animi tenebras atque terrorem excuti debere non solis radiis, sed naturæ rerum cognitione, atque ratione mentis.



Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque, necesse est  
Non radii solis, nec lucida tela diei.

Discutiant, sed Naturæ species, Ratioque : 40

Quo magis inceptum pergam pertextere dictis.

Et, quoniam docui, mundi mortalia templa

Esse, et nativo consistere corpore cælum ;

Et, quæquomque in eo fiunt, fierique necesse est,

Pleraque dissolvi ; quæ restant, percipe, porro : 45

*imaginantur sibi eventura. Ergo oportet ut, non quidem splendor solis, aut clara specula lucis, sed cognitio naturæ, et ratio ipsa dissipent hunc metum, atque has caligines mentis nostræ. Quare eo libentius persequar pertextere verbis captum meum. Et cum ostenderit fornices cæli esse interituros, et cælum ipsum constare natura natali ; et cuncta, quæ creantur in eo, et quæ oportet creari, maxima ex parte resolvi ; ceterum accipe, quæ supersunt, quoniam jam semel spes superandi*

~~~~~  
antiquæ V. ed. Th. Ra.—38 Nunc Sus.—39 radiis V. ed. Th. Ra. Bodl. V. marg. 1.—43 E se Voss. vet. et L. B. Voss. marg. et deest Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Voss. marg. Th. Ra.—44 *sentique necesse* edd. vulg.—45

## NOTE

41 *Pertextere*] Sic l. 419. Metaphora ducta a lanificio, vel textura. H. e. perficere, absolvere.

42 *Et, quoniam docui, &c.*] His 49. vs. argumentum hujus ultimi libri apte connectit cum iis, quæ libro quarto bene disputavit. Docuit autem superiori libro cælum, et quæ in cælo sunt, nativo ortui, atque mortali interitui esse obnoxia ; sperat modo ut pari felicitate nobis explicaturus sit naturam ceterarum rerum, quæ fiunt in cælo, sed præcipue meteororum ac phænomenorum, quæ nobis et admirationem sui pariunt et timorem incutiant. Quod utrumque putat fieri non nisi ex causarum ignorance, et ex vano mentis errore, quo omnes referant in Deos id omne, cujus causam minus perspectam habent. Hinc nata est, inquit, superstitio in terris. Hinc timor ac cultus Deorum, quorum tamen otium ac tranquillitas tantum abest ut vanis mortalium opinionibus turbetur, aut rebus moveatur, ut etiam mortales

ipsi se solos perturbent, et ineptos reddant ad Deorum cultum et venerationem. Schlicet, ut ait Stat. Theb. 8. 'Primus in orbe Deos fecit timor.' Itaque hunc timorem excutiat rerum notitia necesse est : sed in primis futura de meteoris speculatio ; ita ut, deposita omni formidine, tueri valeant homines iracunda Jovis fulmina : addit autem ad hanc de meteoris disputationem jucundissimas quæstiones de Ætnæ montis ignibus, de Nili incrementi et decrementi causis, de Avernorum ratione, de variis fontium, et puteorum naturis, de magnetis virtute ; de quo pestilentis origine ; quibus accedit Atheniensis illius pestilentis descriptio, quæ ex Thucydide pæne ad verbum exprimitur. Hoc est totius hujusce libri argumentum omne, de quo disputaturus est Poëta.

*Mundi templa*] Cælum : II. 1087. v. 491. 1485. &c.

45 *Quæ restant*] Nempe meteora ; fulmina ; nubes, imbres, nives, grandines, &c.

Quandoquidem semel insignem conscendere curram  
 Ventorum excierat pacator, et omnia rursum,  
 Quæ furerent, sunt placato convorsa favore.

Cætera, quæ fieri in terris cœloque tuentur  
 Mortales, pavidis quom pendent mentibus, sæpe, 50

Et faciunt animos humileis formidine Divom,  
 Depressosque premunt ad terram; propterea quod  
 Ignorantia caussarum conferre Deorum

Cogit ad inperium res, et concedere regnum;  
 Quorum operum caussas nulla ratione videre 55  
 Possunt, ac fieri divino numine rentur.

*hortata est nos ascendere nobilem curram; et quoniam ea, quæ jam occurrerant contra, mutata sunt in favorem propitium. Reliqua, quæ homines vident creati in terris, et in cælo, quia ipsi plerumque hærent animis timidia, reddunt mentes eorum summissas præ metu Deorum, et deprimunt eas abjectas ad terram; eo quod ignorantio caussarum rerum illarum facit referre res ipsas ad jussa Deorum, et tribuere Diis dominationem rerum. Quarum rerum nullo modo queunt cernere causas,*

~~~~~

*Esse ea dissolvi* edd. vulg.—47 *Ventorum* omn. vet. lib. *Vincendi* edd. vulg. *exhortantur spes* P. Ald. Gryph. Nard. Heins. 2. *Votorum* Gryph. Nard. Heins. 2. *Exultant votorum spes* P. in not. *exirtant placentur* Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. Cant. *exucent placentur* V. ed. Th. Ra. *exultant placentur* Ferr. *exhrtant placentur* Mus. B. 1. *spes hortata est* vulg. *circant placentur* Sus. *exhortat pellacia* Voss. marg. *atque pro et* P. Ald. *et deest ceteris. omnia rursum* Voss. marg. Sus. Bodl. Voss. vet. *atque obvia rursum* Gryph. Nard. Heins. 2. *omnia rursum* Voss. L. B. *obvia curam* edd. vulg.—48 *furerent* Wakef. ex conj. *fuerint* P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *fuerant* Vind. et edd. vulg. *sunt* edd. vulg. *sint* Gryph. Nard. Bas. Sus. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *placito* V. ed. Th. Ra. *furore* edd. vulg.—50 *tamen pro quom* V. ed. Th. Ra. *montibus* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. *matibus* V. marg. 1. Mus. B. 2. 3. Ferr.—51 *Efficiunt* P. in not. et edd. vulg.—52 *Depressoque* Cant.—53 *confiteare* Cant.—54 *regni* Mus. B. 2. *regnum et* edd. vulg.—56 *has fieri* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *hæc fieri* edd. vulg.—59 *possunt* V.

#### NOTE

*Porro*] Porrotonus, tandem, ceterum.

46 *Conscendere curram, &c.*] Allegoria est ducta a certaminibus Circensibus. Sic Manil. II. 58. 'soloque volamus in cœlum curru,' &c.

47 *Ventorum, &c.* [*Vincendi exhortata est spes*] Ita Lambin. At Pareus, *ventorum exhortantur spes*. Vulgares editiones, *Votorum exhortatur spes*.

48 *Convorsa favore*] Mutata in pro-

pitium favorem. H. e. quæ mihi obstabant, facta sunt propitia et secunda, dum ea feliciter explicui.

50 *Mentibus* [*Mentibus*] Pro Mentibus, litera s demta, metri causa.

51 *Et faciunt animos humileis, &c.*] H. e. ad terram abijciunt mentes humanas, &c.

55 *Quorum operum, &c.*] Hi 2. vs. iterantur infra vs. 89.

Nam, bene qui didicere Deos securum agere ævum,  
 Si tamen interea mirantur, qua ratione  
 Quæque geri possint, præsertim rebus in illis,  
 Quæ supera caput ætheriis cernuntur in oris, 60  
 Rursus in antiquas referuntur religiones,  
 Et dominos acreis adsciscunt, omnia posse  
 Quos miseris credunt; ignarei, quid queat esse,  
 Quid nequeat; finita potestas denique quoique  
 Qua nam sit ratione, atque alte terminus hærens : 65  
 Quo magis errantes cæca ratione feruntur.  
 Quæ nisi respuis ex animo, longeque remittis  
 Diis indigna putare, alienaque pacis eorum ;  
 Delibata Deum per te tibi numina sancta

*et credunt eas creari divina potentia. Etenim illi, qui recte noverunt Deos degere tranquillam vitam, et tamen interim admirantur, quo modo quæque res fieri queant, præcipue in his rebus, quæ videntur in regionibus celestibus supra caput nostrum, reducuntur iterum in pristinas superstitiones vanas, et imponunt sibi magistros severos, quos miseris putant posse cuncta; nescientes quid possit existere, quid non possit, tandem quo modo limitata potentia sit data, et meta funditus hæreat cuique rei. Quapropter eo magis decepti abeunt in fallacem rationem. Quas res nisi rejicis ex mente tua, proculque repellis judicando illas indignas Diis, et contrarias tranquillitati illorum, sacra potentia Deorum erit sæpe tibi diminuta per te; non*

~~~~~  
 marg. 1. Ferr.—60 supra V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Th. Ra. supra P. Vind. Ferr. Ald. et edd. vulg. super ad Voss. vet. et L. B. sed a sec. man.—62 domino sacris Mus. B. 1. divos acreis Mus. B. 3. addiscunt V. ed. Th. Ra. adstant Mus. B. 1.—63 miseris Vind. V. ed. Voss. vet. Ferr. Th. Ra. miseris vulg. inguari Cant.—64 nequeant Ferr.—65 cernimus V. ed. Th. Ra. utque a. t. hærent Gif. Par. hæreat Cout.—66 cæca ratione P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Cant. Gif. Par. Gryph. marg. Delph. Heins. 1. V. marg. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. tota ratione Gryph. Nard. Heins. 2. tota a ratione Bentl. tota regione vulg. Hunc vs. parenthesi includit Sas.—67 que deest Mus. B. 1. remitti Vind. Mus. B. 2. 3.—68 putando edd. vulg.—69 Deliberata Voss. L. B. Delibata vet. lib. Delibrata edd. vulg. Deirata Creech. parte V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. 2.

## NOTÆ

57 Nam, bene qui, &c.] Hi 9. vsa. seqq. positi sunt v. 63. Consule ibid. annotationes nostras.

66 Atque] Ita l. 78. Pareus tamen, utque.

66 Ratione] Ita omnes legunt. Lambinus putat legendum esse regione. Sic enim loquimur, 'errare toto celo,' 'tota via.'

Delph. et Var. Clas.

67 Remittis] H. e. longe abs te rejicis ac repellis.

68 Alienaque pacis] Sic III. 832. 'aliena salutis.' H. e. contraria.

69 Delibata] Diminuta, violata, detrita. Lambinus ubique legit delibrata, in eadem significatione. Est enim, inquit, delibrare, quasi corticem detrahere.

Lucret.

2 Z

Sæpe oberunt: non, quo violari summa Deum vis 70  
 Possit, ut ex ira pœnas petere inbibat acreis;  
 Sed, quia tute tibi, placida cum pace quietus,  
 Constitues magnos irarum volvere fluctus;  
 Nec delubra Deum placido cum pectore adibis:  
 Nec, de corpore quæ sancto simulacra fuerunt, 75  
 In menteis hominum divinæ nuntia formæ,  
 Subscipere hæc animi tranquilla pace valebis.  
 Inde videre licet, qualis jam vita sequatur;  
 Quam quidem ut a nobis ratio verissima longe  
 Rejiciat, quamquam sunt a me multa profecta, 80  
 Multa tamen restant, et sunt ornanda politis

*quod suprema potentia Deorum queat violari, ita ut concipiat ex ira sumere pœnas atrox: sed quod ipse apud te statuas eos, qui tranquillè sunt in pace, versare in animo ingentes æstus irarum: et quod ideo non vises templa Deorum cum corde tranquillo, neque poteris jam cum placida tranquillitate mentis recipere eas imagines, quæ referentes divinam pulchritudinem veniunt de sacro corpore in animas hominum. Hinc potest cerni, cujusmodi jam vita subeat. Quam quidem vitam ut certissima ratio procul a nobis repellat, quamvis plures res sint jam allata a me, tamen plures adhuc supersunt, et eæ sunt adornanda carminibus elaboratis, et*

~~~~~

—70 oberunt Wakef. oderunt vet. exempl. aderunt P. et edd. vulg. quod violari P. et edd. vulg.—71 ire omisso ex Vind. ex inde V. marg. 1. exire V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. inibat Vind. inibat Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—72 quietos edd. vulg.—73 vulnere Mus. B. 1. fetus Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—75 fuerunt Voss. vet. et L. B. ferunt V. ed. Th. Ra. feruntur P. et edd. vulg.—76 erantive pro nuntia V. ed. Th. Ra.—80 Reiciat Mus. B. 3. sunt deest V. ed. Th. Ra. profecta Vind. et edd. vulg.—81 ornata Sus. tornanda P. in not.—82 superum cœlique O.

#### NOTÆ

70 Quo [quod] Alii quo. Alii ut.

71 Inibat] In animo habeat, concipiat, vehementer cupiat. Sic locutus est III. 1010. 'Qui petere a populo fascēs, sævasque securēs Imbibit.' Sic Plautus Mil. 'Atque ab illo imbibit abire.' Auratus autem legit imbitet, h. e. incipiat; minus eleganter.

72 Quietus [quietos] Nempe Deos, quos otiosos fecit Epicurus.

73 Irarum volvere fluctus] Irasci. Sic vs. 33.

76 Divinæ nuntia formæ] H. e. refricantia memoriā divinæ formæ:

vel referentia divinam formam. Sic lib. iv. 1026. 'Conveniunt simulacra foris e corpore quoque, Nuntia præclari vultus pulchricque coloris.'

77 Subscipere hæc, &c.] H. e. non poteris Deorum simulacra et imagines, quæ proficiscuntur et fluunt ex eorum quasi corporibus, animo quieto concipere, seu in animum tranquillum recipere: id est, mente quietā et tranquillā complecti. Non poteris animo quieto de Diis cogitare; sed, quoties ii tibi venient in mentem, tristibus curis sollicitus eris, turbaberis, trepidabis.

Versibus; et ratio Superum, cœlique, tenenda;  
 Sunt tempestates, et fulmina clara canenda;  
 Quid faciant, et qua de caussa quomque ferantur;  
 Ne trepides, cœli divisis partibus amens, 85  
 Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se  
 Vorteret hinc partim; quo pacto per loca sæpta  
 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se.  
 Quorum operum caussas nulla ratione videre  
 Possunt, ac fieri divino numine rentur. 90

*ratio cœli ac rerum superarum est cognoscenda. Igitur cantanda sunt tempestates et fulmina coruscantia, quid efficiant, et a qua causa mittantur. Noti pavitare quasi insanus distributis partibus cœli, ut videas ex quibusnam partibus ignis volitans venerit, vel utram in partem inde contulerit se, quomodo penetraverit per loca clausa, et inde quomodo victor exierit. Quorum effectuum causas nullo modo mortales queunt cornere, et putant fieri divina potentia. O tu Calliope, Musa*

Cant. Gif. Par. Delph. Heins. 2. Lamb. Voss. marg. *superum cœlique* Voss. vet. et L. B. *cœli speciesque* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. *cœli terraque* Mus. B. 1. *cœlique* omissis reliquis Mus. B. 2. *cœli sit quæque* Mus. B. 3. —83 *fulmina* Voss. vet. et L. B. Cant. *cavenda* Mus. B. 1.—84 *quomque* vel *cunqve* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Nard. Lamb. Bas. V. marg. 1. *quæque* vulg. *quæque* Mus. B. 2.—85 *trepidans* Vind. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *trepidans* Mus. B. 1. *paribus* V. ed. Th. Ra.—86 *vitam* pro *utram* V. marg.—87 *partim* Voss. vet. O. Mus. B. 3. *partem* vulg.—88 *Insinuari* Ferr.—89 *causa* V. ed. Th. Ra.—90 *hæc fieri* V.

## NOTÆ

82 *Ratio Superum, &c.*] Sic r. 128. *Alias, ratio cœli speciesque tenenda.* Per vocem autem 'Superum,' intellige meteorum, de quibus hoc libro potissimum disputatur.

84 *Qua de causa quomque*] Tmesis, quæcumque.

85 *Cœli divisis partibus*] Hoc pertinet ad Haruspicum et Hetruscorum disciplinam, de qua sic Tullius de Divin. II. 'Cœlum in sexdecim partes dividerunt Hetrusci. Facile id quidem fuit, quatuor, quas nos habemus, duplicare; post idem iterum facere, ut ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset.'

86 *Volans ignis*] Fulmen, aut saltem fulgur seu fulgetrum, quod per aërem nubesque volitat. Hi porro 2. vs. re-

petuntur infra vs. 382.

*In utram...partim*] Dextramne scilicet, an sinistram. Sunt autem dextræ partes octo ab occasu, totidem ab ortu, quas dividerunt sic Hetrusci et Haruspices.

88 *Insinuarit*] Absolute, pro insinuarit se. Sic alibi passim; hoc est, subierit, intraverit, penetraverit.

*Dominatus*] Victor, superans.

*Extulerit se*] H. e. vel exierit, nempe hinc, h. e. e locis septis, per quas se insinuarit: vel exaltaverit se, omnia consumens et cremans. Sic vs. 384.

89 *Quorum operum, &c.*] His 4. vs. invocatur Calliopen sibi in auxilium; quippe quæ Musarum præstantissima sit, et carminis heroici inventrix.

Tu mihi, supremæ præscripta ad candida callis  
 Currenti, spatium præmonstra, callida Musa,  
 Calliope! requies hominum, Divomque voluptas:  
 Te duce, ut insigni capiam cum laude coronam.

Principio, tonitru quatiuntur cærulea cœli,

95

*solers, tranquillitas hominum, et delicia Deorum, ostende viam mihi properanti ad finem certum cursus mei superioris; ut te monstrante percipiam corollam cum inclita gloria. Primum cæruleum cælum concutitur tonitru, ideo quod nubila*

~~~~~

marg. 1. hac fieri V. marg. 2.—91 summo Mss. B. 2. præscripto Voss. L. B. præscripta Voss. vet. qua scripta V. marg. 1. ac Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas. Ferr. et P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. collis Bodl. ta-

#### NOTÆ

91 *Præscripta ad candida callis* [*calcia*] Ita Pareus, bene. Hoc est, ad finem certum curricula. Lambinus *præscripta et candida*, utrumque neutro genere. Itaque dicitur 'præscripta et candida calcia,' pro præscriptam et candidam calcem.

95 *Principio, tonitru, &c.*] Cum de meteoris disputaturus sit Poëta merito exorditur a tonitru, cuius varios modos variasque differentias rite distinguit et explicat his 64. vs. seqq. Primum autem modum, quo fieri putat illud, explicat his 20. vs. prioribus. Vult ergo 1. tonitru fieri ex nubium concursu, ventis contra pugnantibus. Hanc autem illisionem affricationemque nubium, qua tonitru fieri putat Lucretius, probaverunt apud Diog. Laërtium Epicurus et Anaxagoras; probaverunt et Stoici apud Stobæum; nec denegavit Seneca cap. 30. 'Quid enim,' inquit, 'non quemadmodum illis manus inter se plausum edunt, sic illisram inter se nubium sonus potest esse magnus, quia magna concurrunt?' Quod autem addit Epicurus, nubes collisae sic sonare, ubi aliquam congelationem induerint, id videtur ita intelligendum, ut nubes collidendæ corradendæve

debeant in glaciem indurescere; ex cuius glaciei disruptione existimat Lucretius fieri tum fragmina illa, quæ grandinem vocamus, cum fragorem, qui tonitru dicitur. Ita enim jam infra vs. 155. et seqq. Verum jam ait sic explicari posse sonitum illum creari ex nubium collisione, ut nubes non quidem indurescant, sed obrigescant tantum, et firmitatem quandam induerint minorem quidem, quam lapides; majorem vero, quam nebulae aut fumus. Quo fit ut sonitum dent telarum intentarum adinstar, si quando vento hæ agitentur; crepitem vero, si scindantur; vel chartarum, aut vestium adinstar appensarum, et vento agitatarum. Addi potest illud, quod Seneca respondit objicienti 'Nubes implingi montibus, nec sonum fieri:' nimirum, inquit, 'Non quomodo cumque nubes illis sunt, sonant; sed si apte sunt compositæ ad sonum edendum. Aversæ inter se manus collisæ non plaudunt, sed palma cum palma collata plausum facit,' &c.

*Cærulea cœli*] Cæruleum cælum, sicut 'clausa domorum,' pro clausæ domus, vel 'strata via,' pro strata via, &c. Hellenismus est.

Propterea, quia concurrunt, sublime volantes,  
 Ætheriæ nubes, contra pugnantibus ventis.  
 Nec fit enim sonitus cœli de parte serena ;  
 Verum, ubiquomque magis denso sunt agmine nubes,  
 Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpe. 100  
 Præterea, neque tam condense corpore nubes  
 Esse queunt, quam sunt lapides, ac tigna ; neque autem  
 Tam tenues, quam sunt nebulæ, fumeique, volantes.  
 Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ,

*aëria volitantia per altum concurrant aduersus se ipsa per ventos contrarios. Namque marmur non redditur de regione suda cœli: sed, in quacumque parte cœli nubila sunt cum ductu magis densato, eo magis ex ea parte plerumque sonitus redditur cum ingenti fremitu. Deinde nubila nequeunt constare corpore tam denso, quam saxa, aut tigna constant; neque contra tam exilia sunt, quam caligines, et vapores volitantes. Etenim oporteret ut vel deciderent propulsa scilicet præcipiti*

lis Mus. B. 2. *calcis* edd. vulg.—94 *insignem* edd. vulg.—96 *cucurrunt* V. ed. Th. Ra.—100 *hic* Heins. 2. Mus. B. 2.—101 *tamen* V. ed. Th. Ra. *nubes* P. O. Ald. et edd. vulg. *in ire* Vind. *in aëre* Voss. marg. *miræ* V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *miræ* Mus. B. 1. *mixta* V. marg. 1. *firmæ* Wakef. in not.—102 *popides* Vind. *pepides* O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *ac ligna* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. *ac lingua* Ferr. *ac rigna* Mus. B. 1. *agnis* Mus. B. 2.—104 *Nam cadere abrupto* P. Mus. B. 2. *pressæ* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—

## NOTE

96 *Sublime*] Adverbialiter. Sic II. 206. et IV. 133. H. e. per altum aëra.

97 *Pugnantibus* [*pugnantibus*] Pugnantibus; metri causa.

96 *Cœli de parte serena*] Non enim tonat ab ea parte cœli, quæ serena est. Sic infra vs. 246. Horatius autem Od. I. 34. scribit ex vulgi opinione nonnunquam tonare Jovem de sereno cœlo: 'Namque Dlespiter Igni corusco nubila dividens Plerumque, per purum tonantes Egit equos, volacremque curram.' Quæ fulmina sereno cœlo facta portendunt hominibus tristia.

99 *Dense agmine*] Denso actu et docta nubium. Sic v. 272. agmen usurpatur pro ductu et actu, ubi de fluminibus ait, quod leni agmine fluant.

101 *Præterea, neque, &c.*] His 6. vs. docet qua ratione explicari possit, quod nubes collisæ sonitum edere queant; nempe, quod medium corporis, seu naturæ, genus induerint inter lapides et fumum: si enim æque solidæ forent ac lapides, repente caderent e sublimi aëre: sin autem æque tennes forent ac fumus, constare non possent, sed statim evanescerent, neque cohædere possent grandinem et nives.

104 *Aut bruto* [*abrupto*] Prærupto, præcipiti. Abrupta enim dicuntur ea, quæ cum impetu delabuntur, quales sunt montes et rupes. Sic locutus est I. 215. 'Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes.' Sic Virg. Æn. III. et alii.

Ut lapides; aut, ut fumus, constare nequirent, 105  
Nec cohibere niveis gelidas, et grandinis imbreis.

Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi,  
Carbasus ut quondam, magnis intenta theatris,  
Dat crepitum, malos inter jactata, trabesque.  
Interdum, perscissa furit petulantibus auris, 110  
Et fragileis sonitus chartarum conmeditur;  
Id quoque enim genus in tonitru cognoscere possis:

*sua gravitate veluti saxa cadunt: vel non possent consistere, veluti fumus non consistit; neque adeo possent continere in seipsis nives frigidas et imbres grandinis. Nubes edunt quoque sonitum super campos mundi diffusi, veluti plerumque velum extensum supra magna theatra edit sonitum, si agitur inter malos et trabes: sæpe etiam illud perfractum ventis furentibus fertur, et imitatur leves crepitus chartarum. Licet enim ut quas animadvertere hujusmodi sonitum in tonitru vel*

105 *haud* P. in not. *neque irent* V. marg. 1.—106 *gelidos* V. ed. Bodl. Th. Ra. aut O.—108 *trachelis* P. in not.—109 *malos* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. P. in not. *maros* Gassend. Gryph. marg. Bas. marg. P. V. marg. 1. Ferr. Ald. *matos* Vind. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 1. Cant. in *altos* O. *magnos* Mus. B. 3. *agitata* Mus. B. 2.—110 *petulantibus* Vind. *petiantibus* Mus. B. 1. *petrantibus* Mus. B. 3. *petiviantibus* Mus. B. 3. in marg. *perviantibus* Sus. *Euris* pro *auris* edd. vulg.—111 *sonitus* deest V. ed. Ferr. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 2.—112 Hunc vs. parenthesi includit Lamb. *Idque* V. ed. Th. Ra.—113 *chartaque* P.

## NOTE

106 *Grandinis imbreis*] Grandinem, quæ cadit in modum imbris.

107 *Dant etiam sonitum, &c.*] His 8. vs. comparisonem instituit, qua explicari queat sonitus, qui creatur ex nubium collisione, ventis contra pugnantibus. Sic enim v. g. telæ seu vela theatri intenta, si ventis agitentur, sonitum edunt; aut crepitum, si scindantur. Sic chartæ vel vestes appensæ, si ventis versentur, sonitum reddunt.

*Patuli super æquora mundi*] H. e. super campos seu planitiem mundi. Sic v. 277. vocat aëra 'magnum mare aëris.'

108 *Theatris*] Solebant enim apud Romanos vela prætendi theatri aut solis aut imbris arcendi causa, ut patet ex Lucretio ipso IV. 73. Quorum etiam meminit Propertius lib. II. Eleg. et Plinius lib. XIII. his verbis: 'Vela

in theatri tantum umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in theatro duxisse fertur Lentulus Spinther, Apollinaribus ludis.' Sunt qui legendum putant non *theatris*, sed *trachelis*. Est autem trachelum media pars mali navis. Scilicet quia subdit Poëta, 'malos inter jactata, trabesque.' Verum per malos et trabes significat ea tigna, quibus appenduntur vela: Gallice *tringles, chevrons, perches*.

109 *Malos*] Lamb. *maros*.

110 *Auris* [*auris*] Ventis. Eurus enim ventus est ab oriente flans. Alias legebatur *auris*, h. e. flatibus, ventis.

111 *Conmeditur*] Per metaphoram ab hominibus ductam ad res inanimatas. Sic Hor. Od. IV. 14. de Achelao fluvio: 'Horrendamque cultis Diuviem meditatur agris.'



Aut, ubi subspensam vestem, chartasque volanteis,  
Verberibus ventei vorsant, planguntque per auras.

Fit quoque enim interdum, non tam concurrere nubes  
Frontibus advorsis possint, quam de latere ire, 116

Divorso motu radentes corpora tractim;  
Aridus unde aureis terget sonus ille, diuque  
Ducitur, exierunt donec regionibus artis.

Hoc etiam pacto, tonitru concussa videntur 120

*cum venti agitant ictibus vestimentum appensum, aut chartas volitantes, atque verberant per flatus aërios. Accidit etiam ut aliquando nubila nequeant tam concurrere contrariis frontibus, quam procedere de latere, corradentia vario motu effusionem corporis, ex quo sonitus ille acutus radit aures, et diutius protrahitur, usquedum egressus fuerit e locis angustis. Hac quoque ratione res cuncta quassata vehementi*

V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. *chartasque* edd. vulg. *voluntas* V. ed. Th. Ra.—114 *planguntque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Cant. Bas. marg. *planguntque* Vind. O. Mus. B. 1. 2.—115 *ut non P.* in not. et edd. vulg.—117 *motura dentes* V. ed. Th. Ra. *corpora* Sus. Gronov. Obs. p. 214. *corpore* P. Bodl. Voss. L. B. Ferr. Ald. *e corpore e corpore* V. ed. Th. Ra. *corporis* Voss. vet. V. marg. 1. Hav. *tractim* Voss. vet. et L. B. Sus. Gronov. *tractum* vulg. *tractam* Ferr. *terram* V. marg. 1.—118 *terget* V. marg. 1.—119 *exierunt* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Voss. marg. Creech. *exierint* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. Bodl. Sus. *exierit* reliqui. *artis* Vind. Cant. *altis* Mus. B. 3. *arctis* vulg.—121 *tremore*

## NOTE

114 *Verberibus*] Sic v. 955. vocat 'verbera ventorum,' ventos ipsos, seu ventorum flatus.

*Plangunt*] Verberant, percutiunt. Sic Ovid. 'Plangere nuda meis conabar pectora palmis.' Et Lucill. 'Plangunt littora fluctus.'

115 *Fit quoque enim, &c.*] His 5. vs. alterum tradit modum, quo explicari queat tonitru. Vult igitur II. tonitru fieri posse non solum ex mutua nubium arietatione et collisione; sed etiam ex abratione quadam et tactu nubium obliquo. Neque enim semper frontibus adversis concurrunt nubes, sed aliquando ex latere sese premunt et feriunt radentes sese mutuo, stridulamque clangorem edunt.

117 *Corpora* [*corpori*] Corporis, metri causa.

*Tractim* [*tractum*] Ita Lambinus et plii complures. H. e. quasi effusio nem; dixit enim 'tractum corporis,'

pro corpus fusum. Recte autem corpus fusum dicitur, quia nubes diffusæ sunt. Pareus vero *tactum*, h. e. actum; quia sese tangunt nubes. Sic II. 1045. 'tactum corporis,' h. e. corpus.

118 *Aridus*] Acutus, acris.

*Terget*] Lambit, radit, leviter percutit, mulcet. Sic IV. 70.

119 *Exierunt* [*exierit*] Non calor et ignis compressus, ut male interpretatur Lambinus, sed ille sonus acris et aridus, qui tamdiu radit aures, quamdiu coarctatur in nubibus sese corradentibus; h. e. quamdiu radunt sese nubes.

120 *Hoc etiam pacto, &c.*] His 11. vs. tertium affert modum, quo explicari queat tonitru. Autumat igitur Lucretius III. fieri posse tonitru, non solum ex collisione, sed etiam ex distractione et disruptione nubium; ubi scilicet ventus in his inclusus un-

Omnia sæpe gravi tremere, et divolsa repente  
 Maxima dissiluisse capacis mœnia mundi ;  
 Quom subito validi venti colecta procella  
 Nubibus intorsit sese, conclusaque ibidem,  
 Turbine vorsante magis ac magis undique nubem, 125  
 Cogit, utei fiat spisso cava corpore circum.  
 Post, ubi commovit vis ejus, et inpetus acer,  
 Tum perterricrepro sonitu dat missa fragorem.  
 Nec mirum, quom, plena animæ, vesicula parva

*tonitru videntur plerumque contremere, et immensi ambitus colorum vastorum disclusi videntur dissolvi, ubi tempestas venti repente contracta involvit sese in nubibus, et intercepta in iis facit, turbine magis ac magis agitante ex omnibus partibus, ut nubes reddatur concava, suo corpore densato circum. Postquam vero rorida potentia, et impetus illius concitavit eam, tunc ipsa egressa edit crepitem cum murmure, quod incutit terrorem. Neque hoc est mirabile, siquidem membrana exigua*

Vind. Ferr. tremor V. ed. Th. Ra. tremere omissio et Mus. B. 2.—123 Maxime Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. dissolvissis P. Mus. B. 3. Gryph. Bas. sed dissiluisse Mus. B. 3. in marg. Heins. Voss. vet. et L. B. dixituisse Mus. B. 1. H. vs. et octo seqq. desunt Mus. B. 2.—123 Tum O. Mus. B. 1.—124 intorsit Bodl. V. ed. Ferr. Th. Ra. intercit Voss. marg. contusaque Sus. contrusaque quidam.—125 vorsante vel versante Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. cœcanti vulg.—126 ut pro utei Vind. corpora Ferr.—127 contumuit Voss. marg.—128 præterri crepe V. ed. Th. Ra.—129 tum pro quom V. ed. Th. Ra. sensi

## NOTE

dique se torquens ac versans tandem frangit eas, et erumpens fragorem edit, qui non solum aures percutit, sed et totum mundum valida vi concutit. Quod quidam exemplo vesicæ confirmat, quæ si vento plena displodatur ac media crepitem, sonitum ingentem reddit. Qua etiam ratione Plinius lib. xi. cap. 43. declaravit posse 'spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum, dum rixetur, edito fragore, cum erumpat, ut in membrana spiritu intenta.' Quam opinionem tentati sunt olim etiam Anaximander, Strato, Diogenes, sed præsertim Leucippus, Empedocles, et Aristoteles; et quæ vulgo recepta est, et quæ apprime potest explicari per tormentorum nostrorum ictus ignitos, uti præclare

Pontan. in meteor. 'Ut, cum irata manus tormento exclusit alieno Fulmantem pilam, versatque volubile saxum, Inclusi erumpunt ignes nigraque auribus, Fit tremor, horrendumque sonat, tum plarimas ante Sternit iter fragor, et gemitu saxa icata resultant, Disjectæque ruunt prostratis mœnibus arces.'

121 *Divolsa*] Divulsa.

122 *Dissiluisse*] Dissolata esse, discessisse.

*Mœnia mundi*] Ambitus cœli: i. 74.

ii. 1043. iii. 16. v. 120. 455. &c.

123 *Colecta*] Collecta. Sic iv. 416. 1108.

126 *Perterricrepe*] Terrorem inter crepandum incutiente.

*Missæ*] Emissa, supp. vivida vis venti.

Sæpe ita dat magnum sonitum, displosa repente. 130  
 Est etiam ratio, quom ventei nubila perflant,  
 Ut sonitus faciant; et enim ramosa videmus  
 Nubila sæpe modis multis, atque aspera, ferri.  
 Scilicet ut crebram sylvam quom flamina Cauri  
 Perflant, dant sonitum frundes, rameique fragorem. 135  
 Fit quoque, ut interdum validi vis incita venti  
 Percindat nubem, perfringens inpeto recto.

*repleta vento plerumque ita similiter edit crepitum, ubi subito dirumpitur. Est quoque ratio, quando venti agitant nubes, ut ipsi edant murmur. Namque sæpe numero cernimus nubes formatas in modum ramorum, et impolitas, volitare. Nimirum sicut folia edunt murmur, et rami crepitum, quando flatus Cauri agitant spissam sylvam. Accidit etiam ut aliquando acer impetus vehementis venti discindat nubem, perfringens eam recto ictu flaminis. Etenim res aperta ostendit, quid ven-*

~~~~~

cula V. ed. Th. Ra. Vind. Cant. *vessicula* P. Ferr. Ald. O. et V. ed. Cant. pro var. lect.—130 *magnum* Isidor. Voss. marg. *parvum* V. ed. Ferr. Th. Ra. Sns. Bodl. Voss. vet. et L. B. *pariter* P. Vind. Mus. B. 1. 2. et edd. vulg. *dat per vis sonitum* Wakef. in not.—132 Et P. O. Mus. B. 2. Ferr. Ald. Car edd. vulg. *faciant* P. Vind. V. ed. O. Bodl. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—135 *dant deest* V. ed. Th. Ra. *clam sonitum* Mus. B. 1.—136 *incita* Cant.—

#### NOTE

129 *Animæ*] Venti, æris, spiritus. Sic v. 23. 'animæ leves ventorum.' Et alibi passim. Sic Hor. Od. IV. 12. 'Impellunt animæ lineæ Thraciæ.' Sic Virg. Æn. VIII. Claudian. de Rap. Proserp. 1.

130 *Displosa*] H. e. magno cum sonitu dirupta. Eadem porro comparatione utitur Epicurus apud Laërt. lib. x. his verbis: 'Tonitru autem fieri potest ex spiritu in nubes cavas involuto, atque inorto, quemadmodum in vasis nostris ab igne inflatis edi spiritum videmus.'

131 *Est etiam ratio, &c.*] His 5. vs. quartum comminicitur modum, quo tonitru fieri queat. Putat ergo Lucretius IV. tonitru fieri posse non solum ex vivida vi venti nubibus involuti: sed etiam ex sola vi ventorum nubes disjicientium. Quod quidem fieri vulgo cernimus in sylvis, quæ, si

ventis agitentur, sonitum edunt atque ingentem fragorem.

132 *Ramosa Nubila*] Quæ non sunt æquabilla, sed aspera; et quæ arborum ramosarum instar constant partibus eminentibus et huc illuc projectis.

134 *Cauri*] Caurus ventus est spirans ab occasu æstivo. I. 291. v. 741. Species pro genere, ut aiunt.

136 *Fit quoque, ut interdum, &c.*] His 8. vs. quintum affert modum quo fieri tonitru possit. Igitur v. Lucretius censet non solum ex ventis nubes agitantibus sylvarum adinstar fieri tonitru; sed etiam fieri posse ex vento nubes perstringente. Sicut enim, inquit, vis valida venti in terris altas arbores radicitus evellit, inque mari fluctus excitat quos frangit magno cum fragore atque reboatu, ita in nubibus idem contingere potest.

Nam, quid possit ibei flatus, manifesta docet res  
 Heic, ubi lenior est, in terra, quom tamen alta  
 Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis. 140

Sunt etiam fluctus per nubila, quei quasi murmur  
 Dant in frangendo graviter; quod item fit in altis  
 Fluminibus, magnoque mari, quom frangitur sæstu.

Fit quoque, ubi e nube in nubem vis incidit ardens  
 Fulminis: hæc, multo si forte humore recepit 145  
 Ignem, continuo magno clamore trucidat:

*tus valeat in eo loco: siquidem in terra hic, ubi minus vehemens est, tamen discutiens  
 cæleas arbores abripit eas ab altis radicibus. Fluctus quoque sunt in nubibus, qui  
 edunt quasi sonitum confringendo sese fortiter; quod similiter accidit in profundis  
 fluviiis, et in vasto æquore, ubi confringitur fluctu. Accidit etiam ut, cum impetus  
 igneus fulminis incurrit e nube arida in nubem madidam, si fortasse hæc nubes  
 madida exceperit ignem fulminis in plurimo liquore, accidit, inquam, ut repente*



137 *perfringens* Voss. L. B. Voss. marg. *perstringens* O.—138 qui O. Cant.  
*doceres* Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. Th. Ra. Voss. marg.—139 *levior*  
 V. ed. Th. Ra. *certa* pro terra V. ed. Th. Ra.—140 *Arbuste volvens* Cant. *Ar-*  
*busta volvens* Voss. vet.—141 *qua* quasi Sus.—142 *in frangendo* P. V. ed.  
 Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Cant. *infringendo* vulg. *graviterque*  
*item* V. ed. Th. Ra.—143 *æstus* V. marg. 1. Cant.—144 uti Gif. Par. *incidat*  
 Mus. B. 3.—146 *continuo* ut m. c. *trucidet* edd. vulg.—148 *propre* P. et edd.

#### NOTE

138 *Ibei*] In nubibus.

139 *Heic*] In his inferioribus mundi partibus, nempe, in terra et in mari.

*Heic est lenior*] Supp. quam in nubibus.

*Quom . . . haurit*] Pro, cum hauriat. Jungit enim vocem 'cum' cum indicativo, quæ tamen vulgo cum subjunctivo jungitur. Quanquam idem sæpe facit Cicero multis in locis.

144 *Fit quoque, ubi e nube, &c.*] His 11. vsa. sextum dat modum Poëta, quo tonitru fieri posse putat. Itaque vi. docet etiam tonitru fieri posse cum ignis fulmineus e nube arida et sicca incidens in nubem uvidam et humidam extinguitur magno cum crepitu ac stridore; sicut v. g. videmus candens ferrum in aquam frigidam de-

pressum stridere et crepitare: vel, sicut cernimus laurum in igne crepitare: ita nubem, si forte aridior fuerit, igne æthereo succensam crepitare, et magno cum stridore comburi, unde tonitru fiat.

*Fit, &c.*] Ita [*Fit . . . Fulminis, hæc . . . Ignem, ut . . . trucidet*] Lambinius legit hos tres versus. Pareus vero et alii quidam: *Fit quoque uti e nube, &c. Ignem continuo, &c.*

*Nube*] Arida scilicet, et sicca, quæ ignem conceperat.

*Nubem*] Uvidam scilicet et madidam, quæ multo suo humore extinguat ignem incidentem.

145 *Hæc*]. Nempe, nubes uvida et madida.

146 *Clamore*] Stridore, sonitu.  
*Trucidat*] Extinguit.

Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim  
Stridit, ubi in gelidum propter demersimus imbrem.

Aridior porro si nubes adcipit ignem,  
Uritur ingenti sonitu, subcensa repente: 150

Lauricomos ut si per monteis flamma vegetur,  
Turbine ventorum, conburens, inpete magno.

Nec res ulla magis, quam Phœbi Delphica laurus  
Terribili sonitu, flamma crepitante, crematur.

Denique, sæpe geli multus fragor, atque ruina 155

*extinguat illum cum magno crepitu; veluti aliquando ferrum ignitum tractum ex ardentibus fornacibus crepitat, cum immergimus illud subito in frigidam aquam. Verum si nubes sicior recipit ignem, continuo accensa crematur cum magno clamore: veluti si ignis feratur per colles lauriferos impetu ventorum, concremans omnia cum impetuosa vi. Neque enim res ulla comburitur igne stridente, cum clamore magis terrifico, quam Delphica laurus Apollinis. Demum plerumque ingens fragmen gelu*

vulg. demersus in Mus. B. 2.—149 sin nubes Sus.—150 ingentis Vind. V. ed. Cant. Th. Ra. subcensa P. V. ed. Th. Ra. Ald. succensa vulg. recente V. ed. Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Th. Ra. Ald. repenti Cant.—151 monteis deest Mus. B. 2. si deest V. ed. Th. Ra.—152 Turma ventorum Sus.—153 res vita Vind. Mus. B. 2. V. marg. resina O. P. in not. Cant. res visa Mus. B. 2.—154 sonitum V. ed. Ferr. Th. Ra. sonitu in Voss. marg.—156 Grandibus V.

## NOTE

147 Olim] Aliquando. Hæc enim vox olim utrumque notat tempus, futurum et præteritum.

148 Stridit] Tertix conjug. Strido, is. Sic Hor. II. Sat. ult. 'Stridere secreta divisos aure susurros.' Dicitur etiam strideo, es, secundæ conjug.

149 Adcipit ignem] Sic v. 608. 'Accipere ex una scintilla incendia passim.'

151 Lauricomos monteis] Colles lauris insitos, vestitos, et coopertos; laurigeros, lauriferos.

153 Nec res ulla magis, &c.] Sic Plin. xv. cap. ult. Laurus manifesto abdicat ignes crepitu, et quadam detestatione, interaneorum etiam vitia ligno torquente.

Phœbi] Apollinis, cui sacra fertur Laurus.

Delphica] Quasi Apollinea, seu

Apollini Delphico sacra. Duplex enim laurus genus distinxisse Catonem scribit Plinius xv. cap. ult. Delphicam, et Cypriam. Hæc folio brevi, nigro, per margines imbricato, et crispo. Illa folio maximo, maximis baccis, atque e viridi rubentibus: qua victores Delphis, et Romæ triumphantes coronari solebant. Pompeius Lenæus tertium laurus genus adjecit, quam Mustacem appellavit, quod mustaceis subjeceretur.

155 Denique, sæpe geli, &c.] His 4. vs. septimum proponit modum, quo tonitru fieri posse ait. Ergo VII. docet etiam tonitru fieri posse, cum nubes gelu grandineque prægnantes in unum densantur a vento, moxque ita franguntur, ut et geli fragor, et grandinis ruina, h. e. ut geli præruptum, præruptusque imber, grandinis efficiant fragorem, quod tonitru vocamus.

Grandinis, in magnis sonitum dat nubibus alte :  
 Ventus enim quom conferecit, franguntur, in artum  
 Concretei, montes nimborum et grandine mixta.  
 Fulgit item, nubes ignis quom semina multa

*et lapsus grandinis, edit murmur cum magno clamore in magnis nubilis. Namque ubi ventus condensat nubes, tunc montes nubilorum, condensi in angustum intermixti grandine dirumpuntur. Pariter fulgurat, quando nubes conflictu suo exci-*

~~~~~

ed. Th. Ra.—157 enim deest Mus. B. 2. *convertit* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. Bodl. *conferat* O. *confertur* Mus. B. 1. *confe*, reliquis omissis, Mus. B. 2. *conferat* Cant. Mus. B. 3. *conserat* Ferr. *conferat* quidam. *altum* P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—158 *mixta* P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. *mixti* edd. vulg.—159 *Fulgit* Nonius, x. 12.

#### NOTÆ

*Geli fragor*] H. e. gelu præruptus lapsus. Dicitur autem gelum, i, et gelu indeclinabile. Sic vs. 529. 877.

*Ruina grandinis*] Imber grandinis ruentis, et cadentis.

157 *Conferat*] Condensat, cogit.

158 *Montes nimborum*] Nimbi, seu nubes instar montium grandes.

159 *Fulgit item, &c.*] Hactenus de tonitru: nunc vero his 59. vs. seqq. docet Poëta de fulgure seu fulgetro, aut coruscatione. Tria enim sunt, tonitru, fulgur, et fulmen. Tonitru, Gallice, *le bruit du Tonnerre*. Fulgur, Gallice, *l'éclair*. Fulmen, Gallice, *le sarsen du foudre*. Supra disputatum est jam de tonitru: nunc de fulgure. Docet autem Lucretius hisce 4. vs. prioribus fulgur seu coruscationem nihil aliud esse, quam inflammationem ex attritione nubium. Censet enim, sicut in lapide, ferro, aut ligno semina ignis continentur, quæ attritu possunt excuti et in scintillas elici, ita in nubibus semina quoque ignis esse, quæ nubium ipsarum attritu facto per validam vim ventis queant excuti in coruscationem. Licet enim nubes humidæ sint, tamen earum attritu generari potest ignis; cum, teste Seneca II. 26. et 26. neque ignis sine aliquo humore gignatur, neque

nubes tota aquea sit, sed partem etiam contineat, quæ possit ignescere, eo modo quo sæpe in ligno alia pars ardet, alia sudat. Sane neque id abnuit Plinius, qui II. 42. censet ' posse et attritu, dum in præceps feratur, illum, quisquis est, spiritum accendi: posse et conflictu nubium elidi, ut duorum lapidum scintillantibus fulgetris.' Addit Seneca citatus exemplum lignorum, ut lauri, aut hederæ, quæ attrita expriment ignem. Sic Democritus apud Stobæum Eclog. Physic. dixit ' Fulgur esse collisionem nubium, qua corpuscula ignis effectricia, variis affricationibus, per earum inania multiplicia in anam coëuntia, quasi percolentur.' Itaque fulgur nihil aliud est, quam lux emissa, diffusaque per aërem a fulminis flamma. Plinius autem, II. 48. Seneca II. 16. et 21. et Aristoteles de meteor. II. 9. volunt ignem fulguris esse laxiorem, quippe qui nubem solummodo findat, et in aërem evanescat: ignem vero fulminis esse compressiorem, quippe qui nubem perumpat, et interdum in terram impingatur. Quod quidem verisimile solum videtur esse in iis fulguribus, quæ sine tonitru micant: in iis enim, quæ cum tonitru ac fulmine creantur,

Excussere suo concursu; cœu lapidem si 160  
 Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoque lumen  
 Exsilit, et claras scintillas dissipat ignis.

Sed tonitrum fit utei post auribus adcipiamus,  
 Fulgere quam cernant oculoi, quia semper ad aureis  
 Tardius adveniunt, quam visum, quæ moveant, res. 165  
 Id licet hinc etiam cognoscere: cædere si quem

*tant plura primordia ignis, veluti si stilex feriat silicem, vel ferrum. Etenim tunc etiam lux erit, et ignis disjicit coruscantia semina flammæ. At vero accidit ut percipiamus auribus tonitrum, postquam oculi viderunt fulgurare; propterea quod res illa, quæ perveniunt ad aures veniant semper lentius, quam quæ tangunt oculos. Quod potes quoque inde agnoscere, et cernas aliquem longe amputare augmen arbo-*

\*\*\*\*\*

Voss. vet. Mus. B. 1. *Fulget* reliqui.—161 *lapidis* Vind. V. ed. Mus. B. 3. et in Mus. B. 3. τὸ ε τοῦ lapis in rasura scriptum est.—162 *Exaliter*, omisso et, V. ed. Th. Ra. *stratillas* dissigat V. ed. Th. Ra.—163 ut Vind. Mus. B. 2.—164 *Fulgura* Sus. V. marg. 1.—165 *moveat* Cant.—166 *Hic* Mus. B. 2. *cedere* P.

#### NOTE

id fieri non potest; siquidem ea fulgura seu coruscationes perrumpunt nubem perrumpente fulmine, neque tam diffundunt, quam quoquoversum avolant, dum interim fulmen in unam solum partem contendit. Itaque, quo momento materia fulminis accenditur, fulgur fit: fulgur autem momentaneum est, quia fulminis flamma momentanea est; ac, si nonnihil interdum perdarat coruscatio, nonnihil quoque perseverantior sit flamma fulminis necesse est. Res patet in tormentis bellicis. Cum enim noctu tormenta bellica exploduntur, coruscatio ex flamma concepta quoquoversum diffunditur, unde facile sit procul distantibus divinare murmur brevi auditum iri.

*Fulgur*] Tertius conjug. Sic vs. 164. et alibi passim. Dicitur et *Fulgeo*, es.

162 *Dissipat*] Dissipat. Sic vs. 180. et alibi.

163 *Sed tonitrum fit utei, &c.*] His 9. vs. docet tonitrum tardius audiri, quam fulgur, seu coruscatio, cerna-

tur. Cujus rei rationem hanc reddit, quod res, quæ movent oculos, citius ad visum perveniunt, quam quæ aures mulcent. Rem exemplo confirmat. Si quis enim cædat arborem, proculque stes observans, sane videbis plagam prius infligi arbori, quam sonum audias. Ita Arist. II. Meteor. γίνεται δὲ μετὰ τὴν πληγὴν, καὶ ὕστερον τῆς βροντῆς ἀλλὰ φάσκειν πρότερον διὰ τὸ τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς. H. e. 'fit autem fulgur post plagam, et posterius quam tonitru: sed cernitur prius, propterea quod videndi sensus celerior sit, quam audiendi.' Ibidem pariter rem alio declarat exemplo, nempe remigum. Jam enim, inquit, remigibus remos iterum attollentibus, primus ad aures sonitus pervenit. Sic Lucretius infra vs. 182. idem repetit.

*Tonitrum*] Dicitur tonitru, neutri. indeclinab. sing. In plurali vero tonitrua. Dicitur et tonitrus, us, mascul. Plin. Cicer. Ovid. T. Liv.

164 *Fulgere*] Tertius conjug. vs. 159. et infra vs. 173.

Ancipiti videas ferro prócul arboris auctum,  
 Ante fit ut cernas iotum, quam plaga per auras  
 Det sonitum; sic fulgorem quoque cernimus ante,  
 Quam tonitrum adcipimus, pariter qui mittitur igni 170  
 E simili caussa, concursu natus eodem.  
 Hoc etiam pacto, volucris loca lumine tinguunt

*ris cum ferro ex utraque parte acuto: namque accidit ut videas plagam, priusquam ictus reddat sonum auribus tuis: ita etiam videmus fulgetrum, priusquam audimus tonitrum, qui æque ac flamma fulgetri emittitur e pari causa, et qui ortus est eodem congressu. Hac quoque ratione nubila colorant loca circum luce subitanea,*

Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—167 *Ungipiti* Vind. V. ed. Mus. B. 2. Cant. Th. Ra. *videas* Mus. B. 1. P. in not. *videat* reliqui. *auctu* Mus. B. 2. *iotum* Gryph. marg. Bas. marg. P. in not.—168 *quem* P. *auras* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *auris* vulg.—169 *fulgorem* Voss. vet. et L. B. *fulgure* Mus. B. 2.—170 *tonitru* Ferr. *tonitum* Sus.—171 *Et* P. V. ed.

## NOTE

167 *Ancipiti*] Ex utraque parte acuto.

*Arboris auctum*] Arborem. Sic II. 494. et III. 269. dixit 'corporis augmentum,' pro corpore.

169 *Fulgorem*] Fulgur, fulgetrum, conuscationem. Alterum enim pro altero passim usurpat Lucretius, v. g. hic vs. 169. 216. et II. 327. 328. 332. v. 297. &c.

170 *Pariter qui mittitur igni*] H. e. qui tonitrus mittitur in eodem tempore, atque ignis seu fulgur. Sic loquitur Hor. Epist. I. 10. 'Annuimus pariter vetulis notisque columbis.'

*Igni*] Fulguri, conuscationi.

172 *Hoc etiam pacto, &c.*] His 14. vs. docet de facta a ventis e nubibus excitatione corpusculorum fulgur creatum. Quod quidem ad Heracliti sententiam attinet, qui, teste Seneca II. 56. statuit fulgurationem esse veluti apud nos incipientium ignium conatus, et primam flammam incertam, modo intereuntem, modo resurgentem. Pertinet et hoc ad Metrodori

opinionem, qui, teste Plutarcho Plac. III. 8. existimavit excitari fulgur, dum nubes a vento impetitur atque discutitur. Quod nec Stoicis displicuit, uti colligere est ex Laërtio. Similiter horum sententiis affinis est sententia quæ motum ait esse causam caloris. Itaque Lucretius ex Epicuro putat, non solum fulgur creari ex nubium attritu, sed etiam igni posse ex ventorum contentione, et circumvolutione vehementi, qua nimirum venti in nubibus inclusi, instar flatus follium, ignem excitent. Sic enim multa mobilitate caleferi videmus, v. g. rotas, et rotarum axes. Sic glans plumbea volubilis longo cursu per aëra liquefit. Sic Virg. Æn. v. 525. ait sagittam arsisse per aëra: 'Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo, Signavitque viam flammis, tenuisque recessit Consumta in ventos,' &c.

*Tinguunt*] H. e. illustrent et quasi colorant. Sic v. 720. 'Candenti lumine tinctus.'



Nubes, et tremulo tempestas inpete fulgit :  
 Ventus ubi invasit nubem, et vorsatus ibeidem  
 Fecit, ut ante, cavam, docui, spissescere nubem ; 175  
 Mobilitate sua fervescit, ut omnia motu  
 Percalefacta vides ardescere : plumbea vero  
 Glans etiam longo cursu volvunda liquescit :  
 Ergo fervidus hic, nubem quom perscidit atram,  
 Dissupat ardoris, quasi per vim expressa, repente 180  
 Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ :  
 Inde sonus sequitur ; qui tardius adlicit aureis,  
 Quam quæ perveniunt oculorum ad limina nostra.

*et procella fulget celeritate trepidanti, cum ventus occupavit nubem, et circumvolutus in eadem fecit nubem concavam densari, ut supra ostendi : nubes ardescit sua celeritate motus, veluti cornis res cunctas calefieri et fervescere celeri agitatione : et vero globulus plumbeus volubilis longo cursu liquefit. Igitur postquam hic ventus vividus perrupit nigra nubila, dispergit scintillas ignis, quæ veluti per vim illius fuerunt elicita subito, et quæ efficiunt fulgetra ignis micantia. Postea sonus venit, qui lacessit aures lentius, quam si fulgores, qui veniunt ad oculos nostros. Nimirum*

O. Cant. Th. Ra. Ald. *causa* et edd. vulg.—175 *spirescere* Vind. *spicescere* Cant. *spissessere* Sus.—176 *ferviscit* quidam.—177 *ad estem* pro *ardescere* V. ed. Th. Ra.—178 *quiescit* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. O. Ferr. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1.—179 *perscindit* V. ed. Th. Ra. Vind. *proscidit* O.—181 *victantia* V. ed. Th. Ra. *luctantia* O. Mus. B. 1. *micantia* Mus. B. 2. *metantia* Mus. B. 3. Sus. *metantia* Cant. *minitantia* Voss. marg.—183 *udfcit* quidam.—183 *oculos ad limina nostros* edd. vulg. *limina* Vind. Voss. L. B. V.

## NOTE

173 *Inpete*] Ab antiquo nominativo *Inpes*, etis. Sic II. 326. IV. 418. v. 911. et vr. multoties.

*Fulgit*] Tertiarum conjug. vs. 159. 164.

175 *Fecit, ut ante, &c.*] Ordo est, fecit spissescere nubem cavam, ut ante docui. Sic enim supra vs. 123. 'Cum subito validi venti connecta procella Nubibus intorsit sese,' &c.

*Spissescere*] Cogi, condensari, conrescere.

176 *Fervescit* [*ferviscit*] A verbo *ferveo*, is, tertiarum conjug. Sic infra vs. 427. 851. 1162. et III. 299. 495. Lambinus autem legit *fervescit*, a verbo *ferveo*, es, secundarum conjug.

177 *Plumbea vero, &c.*] Sic vs. 805.

178 *Volvunda*] Volubilis. Sic v. 1275. 'Volvunda ætas,' h. e. volubilis ætas.

179 *Fervidus hic*] Supp. ventus, vs. 174.

180 *Dissupat*] Antiqua scriptura, pro *dissipat*, vs. 162.

*Ardoris ... Semina*] Ignis corpuscula, scintillas.

181 *Nictantia*] Vibrantia, micantia. 'Nictare,' inquit Festus, 'est oculorum et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari.'

182 *Adlicit*] Allicit, h. e. lacessit et provocat ad audiendum.

Scilicet hoc densis fit nubibus, et simul alte  
Exstructis aliis alias super inpete miro. 185

Ne tibi sit fraudi, quod nos inferne videmus  
Quam sint lata magis, quam sursum exstructa quid exstent.  
Contemplator enim, quom, montibus adsimilata,  
Nubila portabunt ventei tran svorsa per auras;  
Aut ubi per magnos monteis cumulata videbis 190  
Insuper esse aliis alia, atque urguere superna

*hoc efficitur in nebulis spissis, et coactis aliis una excelsæ supra alias, mirabili cum celeritate. Ceterum non tibi sit deceptioni, quod nos ex locis infernis cernimus, quam nubes magis pateant, quam quantæ sint superne exaggeratæ. Obscra enim quando venti ferent nubes transversas per aëra quasi adæquatæ montibus; vel quando cernes illas exstructas alias supra alias per ingentes montes, et positas in*

ed. *lumina* reliqui.—184 *alti* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Sus. V. marg. 1. *altis* Mus. B. 2. *ala* V. ed. Th. Ra.—185 *egmine miro* Creech.—186 *Nec* P. Vind. Ald. Bip. Hav. Delph. *inferne* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. *inferna* P. in not. V. marg. 1. *inferre* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. B. 1. *inferre* Cant. *sit deest* Mus. B. *fraudi* Mus. B. 3. in marg.—187 *sit* P. Vind. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Sus. Ferr. Ald. *sic* V. ed. Th. Ra. *exstructis* V. ed. Cant. *extritus* O. quod P. V. ed. Voss. vet. Gryph. marg. Bas. marg. Ferr. Th. Ra. Ald.—188 *assimilata* Cant.—189 *portabunt* Sus.—190 *At* V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *At* O. *tibi pro ubi* Mus. B. 2. *collata* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *culata* Vind. *colata* Mus. B. 2. *precul alta* O. Cant.—191 *vignere* V. ed. Th. Ra. *urgere* vulg. *superne* Sus. Bentl.

## NOTE

184 *Hoc*] Nempe fulgur, et fulmen. Sic enim vs. 245. 'Fulmina gignit e crassis, alteque putandum est Nubibus exstructis,' &c.

185 *Inpete*] Impetu: vs. 173.

186 *Ne* [*Nec*] *tibi sit fraudi, &c.*] His autem 27. vs. seqq. quia poterat quis ambigere de illo fulgure totum hemisphærium illustranti, cum tamen nubes, ex quarum attritu excutitur, non adeo magna mole constare appareant, tollit has ambages Poëta; monetque nos non nisi inferiorem nubium partem conspiciere, quæ quidem non adeo late patet; verum superne ac sursum nubes simul alte exstructæ sunt, et exaggeratæ, ut montes ingentes. Quod quidem interdum videre licet, ubi transversas nubes alias aliis superiores ventus portat; aut ubi cumulatæ aliis insuper aliæ quasi per

montes apparent. Unde nil mirum si ex iis nubium molibus tantus fulgor excuti possit, ut totum hemisphærium lumine suo tremulo compleat, tinguat, et illustret. Sunt enim in nubibus plurima ignis seminia.

*Ne tibi sit fraudi, &c.*] Horum 2 vs. ordo is est; ne te decipiat, quod ex locis infernis magis cernimus quam late pateant nubes, quam quanta sint mole, seu altitudine; h. e. quam in altum et sursum exaggeratæ sint.

*Inferne*] Ex terra, ex locis his infernis. Ultima autem syllaba 'inferne' breviatur, sicut iv. 440. ultima 'superne.'

187 *Quam sursum exstructa quid exstent*] Quam quantum in altum spissa sint et densa.

188 *Contemplator*] Contemplare, aspice. Sic vs. 437. et ii. 118.

In statione locata, sepultis undique ventis :  
 Tum poteris magnas moleis cognoscere eorum,  
 Speluncasque velut, saxis pendentibus structas,  
 Cernere ; quas ventei quom tempestate coorta 195  
 Conplerunt, magno indignantur murmure clusei  
 Nubibus, in caveisque ferarum more minantur :  
 Nunc hinc, nunc illinc, fremitus per nubila mittunt ;  
 Quærentesque viam, circumvorsantur, et ignis  
 Semina convolvunt e nubibus ; atque ita cogunt 200  
 Multa, rotantque cavis flammam fornacibus intus,  
 Donec divolsa fulserunt nube coruscei.

Hac etiam fit utei de caussa mobilis ille  
 Devolet in terram liquidi color aureus ignis ;

*superiori loco premere infernas, ventis ex omni parte oppressis ; tunc poteris discernere ingentes massas illarum, et videre cavernas illarum exstructas quasi sub rupibus suspensis, quas ubi venti replerunt, exorta procella, inclusi jam nebulis quasi irascuntur illis ingenti sonitu, et minitantur instar ferarum, quæ clauduntur in cavernis suis. Modo ex hac parte, modo ex illa edunt stridorem per nubes ; et percrutantes iter circumvolvuntur, et corradunt semina ignis ex nebulis, et sic congregant plura, et versant ignem in fornacibus cavatis intrinsicis, usquedum nube disrupta tandem micantes coruscant. Accidit quoque ob hanc causam, ut ille color*

—193 *Tu V. ed. Th. Ra.*—196 *clausa Sus.*—197 *minantes Heins. 2. minantur more ferarum Mus. B. 2.*—198 *Nunc huc nunc illuc Gassend. fremitus V. ed. Th. Ra. fremitus Voss. vet. et L. B.*—200 *convolvuntur V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Cant. Th. Ra. e deest Cant. Mus. B. 3. in nubibus Creech.*—201 *flammas Voss. vet. deest Mus. B. 3.*—202 *divolsa Vind. Cant.*—203 *Hoc V. ed. Th. Ra.*—204 *Devolet Vind. Mus. B. 3. calor Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Vind. V.*

## NOTE

192 *Sepultis]* Metaphorice ; h. e. *pedatis, stratis, silentibus.*

196 *Indignantur murmure, &c.]* Sic *Virg. Æn. 1.* ‘ Illi indignantes magno cum murmure, montis Circum claustra fremunt,’ &c.

200 *Convolvunt]* Corradant, collidunt.

202 *Fulserunt]* Fulgorem conceptum ediderunt.

203 *Hac etiam fit utei, &c.]* His 10. vs. jam aliam fulguris causam reddit ; nempe quod in nubibus multa ignis semina contineantur, quæ ventis cogentibus expressa fulgorem edunt. Quod autem in nubibus sint

*Delph. et Var. Clas.*

multa semina ignis, ex hoc vel maxime arguit, quod interdum nubes sine humore appareant, flammeum colorem referentes, et ignibus solis accensæ. Ita Aristoteles ait quosdam huic sententiæ esse suffragatos, quam tamen refellit lib. 11. *Meteor.* Empedocles autem dicit hunc ignem, qui in nubibus accenditur, ex solis radiis concipi : Anaxagoras vero ex supremo æthere, quem ille ignem appellat, superne deorsum delatum esse censet.

204 *Liquidi]* Puri, clari, lucidi, non turbidi. Metaphora ducta ab aqua ad ignem. Sic vs. 669. ‘ Ignis

*Lucret.*

B A

Semina quod nubeis ipsas permulta necesse est 205  
 Ignis habere: et enim, quom sunt humore sine ullo,  
 Flammeus est plerumque colos, et splendidus, ollis.  
 Quippe et enim solis de lumine multa necesse est  
 Concipere, ut merito rubeant, igneisque profundant.  
 Hasce igitur quom ventus agens contrusit in unum 210  
 Compressitque locum, cogens; expressa profundunt  
 Semina, quæ faciunt flammæ fulgere colores.  
 Fulgit item, quom rarescunt quoque nubila cœli.

*velox avratus ignis lucidi delabatur velociter in terram, nempe, quia oportet ut nubila ipsa contineant plurima corpuscula ignis. Namque, quando sunt absque ulla aqua, sæpe illæ habent colorem igneum et fulgidum. Scilicet quia oportet ut recipiant plura semina de luce solis, ut ob hanc causam rubeant, et spargant flammam. Ergo ubi ventus impellens compulsiit has nubes, et congregans illas contraxit in unum locum, spargunt tunc corpuscula elicita ex se, quæ faciunt ut fulgore ignis coruscant. Coruscat pariter ubi nubes ætheris rarefunt; etenim ubi ventus dis-*

ed. Ferr. Th. Ra.—206 H. vs. et duo seqq. desunt V. ed. Th. Ra. sed enim P.—207 color Vind. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. colores Mus. B. 2. splendidus solis Voss. L. B. est deest Vind. O. Mus. B. 3. Flammeus plerumque color Mus. B. 1.—208 et deest Mus. B. 3. lumina Vind. Mus. B. 3.—209 iubeant V. ed. Th. Ra.—210 Has igitur Gryph. Nard. Sus. contorsit Mus. B. 2.—211 tegens V. ed. Th. Ra.—212 fulgore P. Ald. Gryph. marg. Sus. Bas. marg. fulgure V.

## NOTE

abundare Ætnæus, flammescere cœlum.' Sic Virg. Eclog. vi. 34. 'Et liquidi simul ignis,' &c. Eleganter autem, quicquid abuat Macrobius Sat. vi. 5.

207 *Colos*] Utrunque dicitur, colos, et color; sicut honos, et honor: odos, et odor: labos et labor: vapos et vapor, &c. Nonius.

212 *Quæ faciunt, &c.*] H. e. quæ faciunt, ut flamma existat, et fulgor oriatur.

213 *Fulgit item, &c.*] His 5. vs. aliam denique fulguris causam affert; nimirum cum rarefunt nubes, et ventis agitatae hinc illuc deducuntur, tunc semina ignis, quæ in iis continentur, decidere censet, et fulgorem reddere. Porro quod spectat ad hanc nubium fractionem, seu potius

rarefactionem, atque ad prolapsionem atomorum fulguris effectriciam sine tetro sonitu, seu tonitru, videtur Poëta insinuare sententiam Clidemi, qui apud Aristotelem existimavit fulgur non esse ignem, sed inanem speciem, nempe nubem agitatam, et humida parte veluti percussam, perinde splendescere ac mare candescit, dum virga cæditur. Eodem pariter spectat, quod Anaximenes apud Stobæum affert exemplum refulgentis maris, dum remis scinditur. Eodem spectat, quod et Xenophanes dixit, nubem motu suo concipere splendorem, qui fulget. Eodem denique pertinet, quod Anaximander dixit, spiritum seu ventum splendere, distensione facta per nubis nigredinem.

Nam, quom ventus eas leviter diducit cuncteis,  
 Dissolvitque, cadant ingratiis illa necesse est 215  
 Semina, quæ faciunt fulgorem: tum sine tetro  
 Terrore et sonitis fulgit, nulloque tumultu.

Quod super est, quali natura prædita constant  
 Fulmina, declarant ictu subinusta vaporis  
 Signa, notæque, graveis halantes sulfuris auras. 220  
 Ignis enim sunt hæc, non venti, signa, neque imbris.

Præterea, sæpe adcendunt quoque tecta domorum,

*trahit parum et dissipat eas volitantes, oportet ut illa semina ignis invite decendant, quæ edunt fulguribus. Tunc autem cornuunt absque terribili horrore, sine thurmare, et sine ullo sonitu. Quod restat, plagæ, et vestigia perusta vapore; et signa exhalantia tetros halitus sulfuris, indicant quali natura fulmina componantur; namque hæc sunt nota ignis, non autem venti, neque pluvia. Deinde fulmina*

ed. Th. Ra.—213 Fulcit Mus. B. 1.—214 deducit V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. diducit V. marg. 1.—215 ingratiis omn. vet. lib. ingratiis Voss. L. B. ingratis P. in not.—216 cum pro tum Mus. B. 2.—217 et sonitis Cant. et sonis Ferr. V. ed. Th. Ra. atque sonis Mus. B. 1. et sonitis reliqui.—218 quod sic natura P. O. Cant. Gryph. Nard. Bas. quod sit a. P. in not. Ald. ignis natura P. in not. quali deest Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—219 ictu subinusta vaporis. Sic, partim ex conjecturâ, rescribendum putavi. Wakef. ictus et inusta vapore edd. vulg. et mixta pro inusta P. in not. Heins. 2. O. ictu et inusta vapore Viind. V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. ictu et inusta vaporis Voss. vet. et L. B. ictu ut inusta vapore Mus. B. 2.—220 halantis vel halantibus s. auris P. O. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph. marg. Bas. marg.—221 nocenti V. ed. Th. Ra.—222 sæpe Voss. marg. sæpe Mus. B. 1. per se P. Ald. et edd. vulg. sæpe O.

## NOTE

214 *Diducit*] Distrahit, divellit.  
 215 *Ingratiis*] Invite; velint, no-  
 liat. Sic III. 1083. v. 45.  
 218 *Quod super est, quali, &c.*] Hac-  
 tenus de fulgure. Nunc de fulmine,  
 nempe ab hoc vs. 218. ad vs. 422.  
 Plura autem querit de fulmine: I.  
 naturam: II. modum, quo generetur:  
 III. mobilitatem: IV. qua anni tem-  
 perate frequentius creantur fulmina:  
 V. invehitur in superstitiosos ho-  
 mines, qui Jovi fulmina tribuunt; et  
 in Hætrascos, qui ex his auguria  
 ducebant. His igitur 20. vs. prioribus  
 disputat et agit de natura fulmi-  
 nis. Docet autem fulmina ignea et  
 subtili constare natura; ignea qui-  
 dem, I. quia loca fulmine tacta te-  
 trum sulfuris odorem mittunt, et

quasi calore inusta cerantur. II.  
 quia, dum cadunt, domos per se ac-  
 cendunt: subtili vero, quia fulminis  
 igni nihil obstat. Is enim penetrat  
 clausas domos, ut vox: dicto citius  
 liquefacit metalla duriora: vinum  
 intacto dolio absorbet; et alia id  
 genus præstat, quæ per infinitam  
 ætatem sol præstare non valet:  
 'Tante mobilior vis, et dominantior  
 hæc est.'

219 *Ictu*] Sapp. fulminum.

220 *Signa*] Nota, vestigia, loca  
 notata.

*Graveis*] In acensat. supp. auras.  
 H. e. tetras, sulfureas.

*Halantes*] In nominat. supp. notæ.  
 H. e. exhalantes, mittentes. Otiis  
 hegehater, halantis, supp. sulfuris.

Et celeri flamma dominantur in ædibus ipsis.  
 Hunc tibi subtilem, cum primis ignibus, ignem  
 Constituit natura, minutis motibus atque  
 Corporibus; quoi nihil omnino obsistere possit:  
 Transit enim validum fulmen per sæpta domorum,  
 Clamor uti, ac voces; transit per saxa, per æra;  
 Et liquidum puncto facit æs in tempore, et aurum.

225

*concremant etiam per se tecta domorum, et veloci cum igne gramantur in ipsis ædibus. Natura fecit tibi hunc ignem tenuem præsertim ex ignibus tenuissimis, et ex primordiis velocibus, cui nulla res prorsus quous resistere. Namque fulmen penetrat tivede clausas domos, veluti sonus et vox; penetrat lapides, æra; et in instanti*

~~~~~

P. in not. se Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—221 Nunc P. O. Cant. Ferr. Ald. ubi pro tibi Mus. B. 2.—225 motibus atque Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Heins. montibusque Vind. V. ed. Th. Ra. montibus atque V. marg. 1. mobilibusque P. et edd. vulg.—226 nihil V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. nil vulg. absistere P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. Ald.—227 valide P. V. ed. Mus. B. 2. Hav. Delph.—228 Spurium censet Creech. ut hac Vind. Mus. B. 2. ut hac V. ed. O. Ferr. Th. Ra. ut has Mus. B. 1. ut ac Mus. B. 3. uti vocis Gryph. Nard. Bas.—229

## NOTE

224 *Cum primis*] In primis, præsertim. Sic vs. 259. 989. et alibi passim.

225 *Obsistere*] Sic infra vs. 330.

227 *Transit enim, &c.*] Sic l. 490. Porro dum hic mira fulminis effecta memorat, multiplex fulminis notat genus. Aristoteles duplex distinxit: alterum famosum, ad quod rerum tactarum infuscatio pertineat: alterum clarum, ad quod rerum penetratio spectet. Plinius vero II. 61. tertium addit, quod vocat siccum, cujus mirificam naturam dicit; et 'quo,' inquit, 'dolia exhauriuntur, intactis operimentis, multoque alio vestigio relicto: aurum et æs et argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ... Martia princeps Romanorum lecta gravida, partu exanimato, ipsa citra ullum aliud incommodum vixit.' Addit et Seneca II. 81.

quod 'manente vagina, gladius liquescit; et inviolato ligno circa pila ferum omne distillat: stat fracto dolio vinum, nec citra triduum rigor ille durat,' &c. Et cap. 52. 'Valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat: cedentia nonnunquam sine injuria transit: cum lapide, ferroque, et durissimis quibusque configit, quia viam necesse est per illa impetia quærat; itaque facit viam, qua effugiat: tenetis et rarioribus parcit, quanquam et flammis opportuna videantur, quia transitu patente minus sævit,' &c. Sic præclare hic Lucretius.

*Sæpta domorum*] Septas domos; sic IV. 614. 'clausa viarum,' pro clausas vias: et alibi 'clausa domorum,' pro clausas domos.

229 *Puncto tempore*] Puncto temporis. Sic enim passim loquitur, IV. 263. IV. 164. &c.

Curat item, vasis integris vina repente 230  
 Diffugiant: quia, nimirum, facile omnia circum  
 Conlaxat, rareque facit lateramina vasi,  
 Adveniens calor ejus; ut, insinuatus in ipsum,  
 Mobiliter solvens differt primordia vini:  
 Quod solis vapor ætatem non posse videtur 2 35  
 Efficere, usque adeo cellens fervore corusco:  
 Tanto mobilior vis, et dominantior, hæc est.  
 Nunc, ea quo pacto gignantur, et inpete tanto

*temporis liquefacit æs et aurum. Facit etiam ut, vasculis incolumibus, vina subito evanescent; eo quod scilicet vapor illius accedens facile remittit et rarefacit cuncta latera lateritia vasculi circum, ubi ingreditur in illud vas, et dissolvens velociter dissipat corpuscula vini: quod calor solis non videtur posse facere per longum tempus, etiamsi valeat calore ardenti. Adeo hæc potentia fulminis velocior est, et potentior, quam calor solis. Jam vero quo modo ea fulmina generentur, et tanta*

.....  
 puncto Mus. B. 2.—230 Cur autem P. in not. item ut edd. vulg.—232 rareque V. ed. Th. Ra. latera omnia Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. latera minus Vind. latera in via Mus. B. 3. latera minus Cant. Gif. Par. Lamb. lateramina P. in not. vasis vulg.—233 insinuatus Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. insinuetur V. marg. 1. insinuetur edd. vulg. et in ipsum edd. vulg.—234 Nobiliter Mus. B. 1.—235 vapore ætatem Mus. B. 1. vapore tacere Vind.—236 exque pro usque Voss. vet. cellens Voss. vet. tellens Voss. L. B. tollens Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Gif. Par. pollens edd. vulg. candens

## NOTE

232 Rareque facit] Rarefacitque. Tmesis.

Lateramina] Lateres, seu vasa ex latere ficta; vasa lateritia. Veteres quippe vina sua condebant in fictilibus vasis, seu testis. Olim legebatur, Latera omnia: quod et probari posset, nisi jam superiori versu vox omnia fuisset posita.

233 Ut] Ubi, cum: Gallice, à mesure que.

235 Ætatem] Supp. per: sic loquitur Plantus in Hecyr. 'nam neque ille hoc animo erit ætatem.' Ubi Donatus, 'ætatem,' positum pro, diu ac sæpe.

236 Cellens [Pollens] Lamb. bene. Pareus, tollens, quia v. 310. dixit 'fati protollere fines.' Sed quid ad hæc? viderit lector.

237 Tanto mobilior, &c.] Sic fere

eadem docuit II. 382. 'Quare fulmineus multo penetratior ignis, Quam noster fluat e tædis terrestribus ortus. Dicere enim possis cælestem fulminis ignem Subtilem magis e parvis constare figuris, Atque ideo transire foramina, quæ nequit ignis Noster hic e lignis ortus, tædaque creatus.'

238 Nunc, ea quo pacto, &c.] Explicata natura fulminis, nunc dicturus est modum, quo fulmen generetur, nempe ab hoc vs. 238. ad vs. 322. His igitur 7. vs. prioribus monet se docturum, unde fit, ut fulmen tam miro auditu effectus faciat; nempe turres discludat, domos disturbet, avellat trabes, demoliatur dura monumenta hominum ac Deorum, homines exanimet, pecudes enecet, et similia ejusmodi.

Fiant, ut possint ictu discludere turreis,  
 Disturbare domos, avellere ligna trabesque, 240  
 Et monumenta virum conmoliri atque ciere,  
 Exanimare homines, pecudes prosternere passim;  
 Cætera de genere hoc qua vi facere omnia possunt,  
 Expediam, neque te in promissis plura morabor.

Fulmina gigni de crassis, alteque, putandum est, 245  
 Nubibus exstructis: nam coelo nulla sereno,  
 Nec leviter densis mittuntur nubibus umquam.  
 Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res;  
 Quod tunc per totum con crescent aëra nubes

*vi consent, ut queant discludere turres; evertere domos; abstrahere ligna et trabes; movere et labefactare monumenta hominum; evertere homines; et ubique profigere pecora; qua tandem potentia queant efficere similia ejusmodi, dicam tibi, neque te amplius retardabo in pollicitationibus meis. Credendum est fulmina generari ex nubibus spissis, et alte cumulatis aliis super alia. Namque nulla umquam vibrantur a caelo puro, neque a nubibus parum densatis. Quippe etenim sine dubio res clara monstrat id fieri, quia tunc nubila densantur ex omni parte per totum*

Gryph. Nard. P.—239 *discludere* quidam.—240 *ligna* Vind. *signa* Voss. vet.—241 *demoliri* P. Voss. vet. et edd. vulg.—242 *de gente* hoc qui vi V. ed. Th. Ra. *possunt* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 8. Cant. Gryph. Nard. Sus. *possunt* vulg.—244 *te* deest V. ed. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. 8. Gryph. Nard. Bas. Voss. L. B. *neque quam* in Voss. vet. *neque quem* in Voss. marg.—245 *gigni de* Wakef. ex conj. *gignit e* P. et edd. vulg. *gigni e* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. *progigni* in O. *progigni e* Mus. B. 1. *nunc gigni e* Cant.—246 *extractis* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. *extrusis* et *extractis* P. in not.—248 *hec fieri* Gassend.

## NOTE

241 *Conmoliri*] Pareus, bene; hoc est labefactare, tentare, ciere. Lambinus, *demoliri*, quasi, evertere, destruere.

244 *Neque te, &c.*] Sic v. 92.

*Plura*] Amplius.

245 *Fulmina gigni de crassis, &c.*] His itaque 28. vs. assumit r. Lucretius fulmina generari in nubibus crassis, densis, et compactis. Cujus rei rationem reddit, quod fulmina non fiant sereno caelo, aut ravescentibus tantum nubibus obumbrato; sed dem nubibus tenebrosis obtegitur. Sic enim piceus nimbus prægnansque fulminibus nonnunquam mari minitatur, terrasque torrefacit omnes. Ne-

que enim solis lumen tunc nobis denegaretur, nisi alte extracta nubes interponerentur.

*Gigni* [*Gignit*] Poëtice, pro gigni.

*Alte...extractis*] Sic vs. 184. et 185. Et infra vs. 267. H. e. exageratis, cumulatis, densis.

246 *Nam caelo nihil sereno, &c.*] Eadem quippe est venti, terræ motus, tonitrus, et fulminis materia, nimirum sicca exhalatio, inquit Aristoteles Meteor. II. cap. ultim. Ex hac enim sicca exhalatione fit ventus in aëre: terræ motus intus in terra: imber, procella, tonitrus, et fulmen in nubibus.



Undique, utei tenebras omneis Acherunta reamur 250  
 Liquisse, et magnas coeli conplesse cavernas :  
 Usque adeo, tetra nimborum nocte coorta,  
 Independent atræ Formidinis ora superne,  
 Quom conmoliri tempestas fulmina coepat.  
 Præterea, persæpe niger quoque per mare nimbus, 255  
 Ut picis e coelo demissum flumen, in undas  
 Sic cadit, et fertur tenebris procul; et trahit atram,  
 Fulminibus gravidam, tempestatem, atque procellis ;  
 Ignibus, ac ventis, cum primis ipse repletus :  
 In terra quoque ut horrescant, ac tecta requirant. 260  
 Sic igitur supera nostrum caput esse putandum est  
 Tempestatem altam : neque enim caligine tanta  
 Obruerent terras, nisi inædificata superne

*ærem, ita ut putemus cunctas tenebras deseruisse Acherunta, et implevisse ingentes fornices caeli. Adeo vultus horroris nigri desuper pendent, tenebris atris nubilorum exortis undique, ubi nimbus procellosus incipit præparare fulmina. Deinde pluviamque atræ nubes etiam ita per aquas decidit in aquas, sicut fluvius picis missus e caelo ; et longe a tenebris ducitur, et attrahit nigrum nubum gravem fulminibus et ventis ; præsertim cum ipsa quoque nubes plena sit ignibus et procellis, ita ut homines in terra paveant et cito repetant domos suas ubi latitent. Itaque credendum est nubem alte exstructam esse supra verticem nostrum. Neque enim nubes obtegerent terras tantis tenebris, si non plures alte exstructæ forent supra multas,*

—250 *adierunt arctantur* V. ed. Th. Ra. *adierint æra* Mus. B. 3.—251 *implessæ* Mus. B. 1. *complexa* O.—252 *terra* V. ed. Cant. Th. Ra.—253 *Independent* P. Ald. *Independent* Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—254 *ceptas* V. ed. Th. Ra.—256 *dimissum* Voss. vet. et L. B. Ferr. *fulmen* P. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. V. ed.—257 *et fertur* lib. vet. *ætheris* Mus. B. 1. *et fertur* edd. vulg. *terris procul* Fab.—259 *repletur* Gryph. P. Ald.—260 *Interca* V. ed. Th. Ra. *In terram* O.—261 *supra nostrum* Vind. O. Mus. B. 1. 3. *super a nostris* V. ed. Th. Ra. *supra nostris* Ferr. *super anostrum* Cant.—262 *aliam* Mus. B. 1. *caline* V. ed. Th. Ra.—264 *exemplo* V. ed.

## NOTÆ

250 *Undique, utei tenebras, &c.]* Hi 4. vs. positi sunt iv. 170. Consule ibid. nostras annotationes.

254 *Tempestatem]* Vertex, ventus, nimbus procellosus.

257 *Fertur tenebris procul]* H. e. etiam in eam-coeli partem, quæ serena est, et sine nubibus.

259 *Cum primis]* Inprimis, vs. 224.

260 *Horrescant]* Supp. homines. *Tecta requirant]* Domos repetant, ubi latitent. Immo etiam specus et caveas ingradientur ; quod de Tiberio traditum est. Sueton.

262 *Tempestatem altam]* Nimbum, seu nubem alte exstructam.

263 *Nisi inædificata superne, &c.]* Sic vs. 185. 246. et jam infra vs. 267.

Multa forent multis exempto nubila sole :  
 Nec tanto possent venientes obprimere imbri, 265  
 Flumina abundare ut facerent, camposque natare,  
 Si non exstructis foret alte nubibus æther.

Heic igitur ventis, atque ignibus, omnia plena  
 Sunt: ideo passim fremitus, et fulgura, fiunt.

*sole ipso sublato: neque pariter hæc nubes quirent obruere terras tanta pluvia, ut facerent fluvios exundare, et agros innatare aquis, nisi aer constaret nubilus alte inædificatis aliis supra alia. Ergo cuncta loca nubilorum repleta sunt his ignibus atque his ventis; idcirco ubique tonitru et fulgetra fiunt. Namque ostendi supra nubila*

Th. Ra. lumina sole Gassend.—265 N. t. p. has terras o. i. edd. vulg. tantos . . . imbres Heins. Mar. tantos P. in not. V. marg. 1. venientes deest V. ed. Th. Ra. —266 Fulmina Gryph. marg. Bas. marg. P. V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Th. Ra. Ald.—268 His edd. vulg. Sic O. plana Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1.

#### NOTÆ

265 *Venientes* [*Hæc terras*] Ita Lamb. ex vulg. lectionibus. *Hæc* autem supp. nubila vs. 264. non fulmina, ut male interpretatur Lambinus. Pareus vero legit *venientes*. Verum ad quid refertur? an ad nubila? non sane. An ad *Tempestatem altam?* multo minus. Alias *vicentes*, h. e. homines, animantes.

267 *Si non exstructis, &c.*] Hoc igitur manifestum est, quod fulmina non fiant nisi densis et crassis nubibus; atque ita materia fulminis intra nubes concluditur. Namque quod alioquin Plinius II. 51. ait, 'Catiliniæ prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennium decurionem sereno die fulmine ictum fuisse;' et quod apud Horatium Carm. I. 34. ut jam supra monni, dicitur de Jove, qui 'pleramque per purum tonantes age-ret equos, volucremque currum;' id sane fide tantum dignum est, si, reliquo cælo sereno, pars alia ad quandam horizontis partem nubibus obiecta fuerit, e quibus fulminarit, aut tonnerit.

268 *Heic igitur ventis, &c.*] Postquam demonstravit fulmen creari in crassis et alte cumulatis nubibus,

his jam 26. vss. aliis docet et ex ignibus, et ex ventis, quos simul nubes habent, fulmen maturum erumpere, quod acris sonitus, terræ tremor, horror mortalium, gravisque imber sequuntur. Itaque censet Lucretius primum in nubibus esse multa ignis corpuscula; ut supra docuit vs. 205. Deinde ventum, seu vorticem in nubibus inclusum cogere nubes quasi in altos montes, et illa ignis e nubibus exprimere corpuscula, quorum contactu accendatur, nisi forte sua mobilitate ipse calefiat. Tertio, ubi ventus ille percaluit, maturum fulmen erumpere, quod nubem per-scindat, omniaque circum lumine perlustret: Quarto sonitum seu tonitru sequi; inde tremorem terræ, horrorem mortalium; atque tandem adeo uberem pluviam, 'Omnia uti videatur in imbrem vertier æther.'

*Omnia*] Supp. nubila; vel, aëris loca.

269 *Passim*] Ubique, nempe per totam cæli regionem; per omnes ætheris partes.

*Fremitus*] Tonitrus, murmura, sonitus acres.

Quippe et enim supera docui, permulta vaporis 270  
 Semina habere cavas nubeis; et multa necesse est  
 Concipere ex solis radiis, ardoreque eorum.  
 Heic, ubi ventus, eas idem qui cogit in unum  
 Forte locum quem vis, expressit multa vaporis  
 Semina, seque simul cum eo commiscuit igni; 275  
 Insinuatus ibei vortex vorsatur in alto,  
 Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.  
 Nam duplici ratione accenditur: ipse sua cum  
 Mobilitate calescit, et e contagibus ignis.  
 Inde, ubi percaluit gravius ventosus, et ignis 280  
 Inpetus incessit; maturum tum quasi fulmen  
 Percindit subito nubem, ferturque, coruscis

*concava continere plura corpuscula ignis; et oportet ut recipiant plura etiam a radiis solis, et a calore illorum radiorum. Postquam hic idem ventus, qui contrahit casu fortuito illas nubes in unamquemque eorum locum, elicuit plurima corpuscula ignis, et miscuit sese una cum illo igne, ventus procellosus, qui eo ingressus est, volvitur in profundo illarum, et exacuit fulmen intrinsecus in illis ardentibus fornacibus. Etenim vortex inflammatur duplici modo: namque primum ipse accenditur suo celeri motu, et secundo ex contactu ignis. Postea vero quam potestas vorticis calafacta est, aut ubi vehemens vis ignis incidit, tunc fulmen veluti tempestivum perfrangit repente nubem; et vapor illius percussus volitat pertustrans suis lucidis*

—270 et deest Vind. supra Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. supra vulg. ut supra V. marg. 1.—271 Semina hæc de re Vind. Voss. marg. Semina hæc de re V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Semina ciere Voss. marg.—273 Hoc V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Nard. V. marg. 1. Hæc Heins. 2. etas pro eas Cant.—275 similis Cant. cum in eo Gryph. P. Ald.—276 vortex Voss. vet. et L. B.—278 attenditur Cant. sua tum Mus. B. 1. sua nam edd. vulg. suapte Gassend. Lamb. Creech.—279 Nobilitate V. ed. Th. Ra. e deest Mus. B. 1.—280 gravius jam ventus in ignis Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. vis venti vel gravis ignis P. in not. O. Cant. et edd. vulg. gravis ventum insigni Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. gravis venti vis igni Voss. vet. et L. B. gravidus ventis insignis Mus. B. 1. gravis ventilis vis Mus. B. 3.—281 cum quasi

## NOTÆ

- 270 *Supera docui*] Nempe vs. 205.      dentibus parat, acuit, excudit.  
*Vaporis*] Caloris, ut sæpe monui.      278 *Ipse*] Supp. vortex : vs. 276.  
 Sic vs. 274.      279 *Contagibus*] Contactu : III. 472.  
 273 *Eorum*] Supp. radiorum solis.      735. 741. &c.  
 275 *Cum eo*] Olim in præpositione      280 *Percaluit gravius ventosus* [vis  
 cum vocalis *m* non elidebatur.      venti] Supp. sua mobilitate : vs. 279.  
 276 *Insinuatus ibei vortex, &c.*] H.      *Ventosus, et ignis* [vel *gravis ignis,*  
 e. tum globus ventorum intromissus      &c.] Namque, e contagibus ignia via  
 circumagitur in aëre et nubibus;      venti calefit : v. 279.  
 fulmenque velut in fornacibus ar-

Omnia luminibus lustrans loca, percitus ardor :  
 Quem gravis insequitur sonitus, displosa repente  
 Obprimere ut cœli videantur templa superne. 285  
 Inde tremor terras graviter pertentat, et altum  
 Murmura percurrant cœlum ; nam tota fere tum  
 Tempestas concussa tremit, fremitusque moventur :  
 Quo de concussu sequitur gravis imber, et ūber,  
 Omnis utei videatur in imbrem vortier æther, 290  
 Atque ita præcipitans ad diluuiem revocare :  
 Tantus, discidio nubis, ventique procella,  
 Mittitur, ardenti sonitus quom provolat ictu.  
 Est etiam, quom vis extrinsecus incita venti

*luminibus cuncta loca. Quem vaporem murmur acre subsequitur, ita ut fornices cœli quasi dissoluti videantur obruere desuper terras. Hinc horror percipit acriter totas terras, et tonitruum pervadunt summam cœlum; etenim totus ferre nubibus tunc conquassatus tremiscit, et murmura cœlatur. Qua de concussione ingens pluvia, et copiosa subsequitur, ita ut totus air videatur converti in pluviam. Et sic præcepit cadens vocare iterum ad diluuium. Adeo magnum est murmur cum perfertur vehementi plaga, scilicet ex dissolutione nubis, et ex vortice venti. Fit quoque fulmen, ubi vis venti percita extrinsecus impingit in nubem firmam, et plenam*

P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.—283 locus V. ed. Th. Ra.—285 et V. ed. Th. Ra. videatur Mus. B. S.—287 fere cum V. marg. 1.—288 que deest V. ed. Th. Ra.—289 Quod e V. ed. Th. Ra. concussus O. Cant. concussis V. ed. Th. Ra.—290 Omnibus ut O. Omnis ut Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. S. Omnis ita ut Cant.—291 Atque ita Pyrrhus nos Fab. revocari Wakef. in not.—292 Tantos O. Tanto Cant. discidio P. Ald.—293 provolat Delph.—294 Esse Voss. vet. et L. B. tum vic Mus. B. S. excita a pr. m. sed lect. recepta superser.

## NOTE

283 *Ardor*] Ignis.

284 *Gravis sonitus*] Tonitru.

*Displosa*] Sic vs. 130. de vesicala rapta.

285 *Cœli templa*] Cœlum : cœli fornices, ut ait Nonius. Sic II. 1037. v. 491. 492. 1435. &c.

286 *Pertentat*] Percipit, occupat, pervadit, permovet.

287 *Murmura*] Tonitrua.

288 *Tempestas*] Nimbus ater.

289 *Ūber*] Abundans et multus.

290 *Vortier*] Poëtice, pro verti.

292 *Discidio*] Discidium vox Latina est, a verbo dischide nata; et valet idem quod disclasio, disjunctio, dis-

olutio. Sic I. 453. II. 119. III. 248. 852. &c.

294 *Est etiam, quom vis, &c.*] His 5. vs. secundum et tertium offert modum, quo fieri fulmen putat. Nimirum cum ventus extrinsecus adveniens percussit nubem prægnantem maturo facta, h. e. fulmine: vel etiam cum ventus in alias atque alias, h. e. in diversas partes deducit nubem pariter fulmine prægnantem. Tunc enim scissa nube fulmineus vortex decidit, quo vis fert.

*Est etiam, quom, &c.*] Hellenismum. H. e. interdum etiam vis venti extrinsecus incita, &c.

Incidit in validam maturo a culmisse nubem : 295  
 Quam quom perscidit, ex templo cadit igneus ille  
 Vortex, quem patrio vocitamus nomine fulmen.  
 Hoc fit idem in parteis alias, quoquomque tulit vis.  
 Fit quoque, ut interdum venti vis, missa sine igni,  
 Igniscat tamen in spatio, longoque meatu, 300  
 Dum venit; amittens in cursu corpora quædam  
 Grandia, quæ nequeunt pariter penetrare per auras :  
 Atque alia ex ipso comradens aëre portat  
 Parvola, quæ faciunt ignem, conmixta, volando :

*fulmine jamjam formato; quam ubi ventus perfregit, subito flammens ille cortex decidit, quod vocamus patrio vocabulo fulmen. Hoc quoque fertur in diversas partes, in quascumque scilicet impetus ejus portabit illud. Accidit etiam ut plerumque impetus venit pulsus aboque igne tamen inflammetur in longo cursu et spatio, perdens, dum currit, in cursu suo quædam magna corpuscula, quæ non possint similiter transire per aëra; et colligens quædam alia minima ex ipso aëre, fert ea, qua*

Cant.—295 *Incedit Vind. ad pro in Mus. B. 1. valida Vind. O. fulmine P. et edd. vulg.*—297 *Vertex Voss. vet. et L. B. quam Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. quod O. Cant. spatio Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 3. e Latio Voss. vet. a. sec. ni. et Latio ascribitur in marg. Cant.*—298 *idem in Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas.*—300 *Igniscat Vind. Voss. vet. et L. B. Ignificat Cant. Ignescat vulg.*—304 *Parvola P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3.*

## NOTE

295 *Maturo a culmine* [*fulmine*] Sic vs. 291.

296 *Ignæus Vortex*] H. e. fulmen, quod tortuosum in modum, ac verticis instar decidit.

297 *Patrio*] Latino.

298 *Hoc fit idem, &c.*] Hoc versu continetur alter ille modus, quo, ut *Æneid.* vs. 294. not. ventus ferens ac diducens nubem in diversas partes, nec extrinsecus tantum in eam incidens perscindit nubem, cujus discidit fulmen cadit.

299 *Fit quoque, ut interdum, &c.*] His *3. vs.* quantum affert modum Poëta, quo patet fieri fulmen. Nimirum, quia fulmen nihil aliud fere videtur, quam ventus incensus: tamen censet etiam Lucretius hoc modo fieri posse

fulmen. Potest enim, inquit, ventus, qui frigidus est, tamen, dum fertur, ignescere; namque eundo amittit corpuscula quædam grandia, diuturno itineri inepta, nec per aëra transire facile valentia; novaque acquirunt parvula, quæ maxime idonea sint ad ignescendum.

301 *Corpora*] Atomæ, semina.

302 *Grandia*] Quæ ab ignea natura prorsus sunt aliena. Constat enim ignis ex parvulis et subtilibus corpusculis, ut docuit lib. II.

*Per auras*] H. e. per aëra, ut sæpe monui; est enim aër nihil aliud, quam flatus extensus.

303 *Conradens*] Corradens; anti-qua scriptio. H. e. colligens, conquirens, sumens, petens. Sic vs. 443.

Non alia longe ratione, ac plumbea sæpe 305  
 Fervida fit glans in cursu, quom, multa rigoris  
 Corpora dimittens, ignem concepit in auris.

Fit quoque, ut ipsius plagæ vis excitet ignem,  
 Frigida quom venti pepulit vis, missa sine igni;  
 Nimirum, quia quom vehementi perculit ictu, 310

Confluere ex ipso possunt elementa vaporis:  
 Et simul ex illa, quæ tum res excipit ictum:  
 Ut, lapidem ferro quom cædimus, evolat ignis;  
 Nec, quod frigida vis ferri est, hoc secius illa  
 Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. 315  
 Sic igitur quoque res ad cendi fulmine debet,

*commixta concipiunt ignem eundo. Haud dissimili prorsus modo, quam plerumque plumbeus globulus calcfit, ubi relinquens plura corpuscula frigoris ignescit per flatus aërios in cursu suo. Accidit etiam, ut vehementia ipsius ictus accendat ignem, ubi rigida violentia venti percussit absque igne; scilicet quia, ubi vis venti percussit valida plaga, semina caloris queunt emanare ex ipso vento. Et pariter emanare possunt ex illa re, quæ tunc recipit plagam venti. Veluti v. g. ignis exsilit, ubi percutimus saxum ferro; neque illa corpuscula fervidi splendoris minus conveniunt ad plagam, eo quod natura ferri sit frigida. Ergo ita res etiam debet inflammari*

\*\*\*\*\*

Cant.—306 *Fecunda fit* V. ed. Th. Ra. Ferr. *Fervidior* O. Mus. B. 1.—307 *concepit* Vind. Voss. marg.—308 *ipsis* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 8. *ex ipsis* O. Ferr.—310 *qui pro quia* V. ed. *perculit* Bodl. O. Cant. *percutit* Delph.—311 *vapores* P. Ald.—312 *excipit illum* P. V. ed. Bodl. Gryph. marg. Bas. marg. Th. Ra. Ald.—313 *cædimus* Vind. Cant.—314 *ferri est* Voss. vet. et L. B. *ferri* Vind. V. ed. O. Cant. *sit ferri* vulg. *secius* Vind. O. *sentius* Cant. *stutius* V. ed. Th. Ra. *saucius* Mus. B. 1. *sentiat* Mus. B. 3. *ille* Ferr. V. ed.

#### NOTE

305 *Non alia longe ratione, &c.*] Sic supra vs. 178.

306 *Rigoris*] *Frigoris*. Sic vs. 367. et v. 639. 745.

308 *Fit quoque, ut ipsius, &c.*] His 14. vsa. quintum affert modum, quo credit creati posse fulmen. Nimirum, inquit, valet etiam ipse ictus seu plaga venti validi ad ignem fulmineum excitandum, etsi frigidus sit ventus. Namque tum ex vento percutiente, cum ex re percussa generari potest ignis fulmineus, pariter ac vulgo fit ignis, cum lapidem ferro cædimus; scilicet quia ex utroque

exsiliunt semina ignis. Ita similiter nisi semina ignis eliciuntur ex vento, dum fertur, tamen tepesceri et calefieri potest ita, ut, si forte res percussa illius impetu opportuna sit flammis, ignem facile faciat.

311 *Elementa vaporis*] Semina ignis; atomi ignis.

313 *Ut, lapidem ferro, &c.*] Sic supra vs. 161.

314 *Nec, quod, &c.*] H. e. quia ferum frigidum est, ideo minus illa caloris semina ad plagam concurrunt.

315 *Calidi fulgoris*] Ignis fulminis igniti.

Obportuna fuit si forte, et idonea, flammis.  
 Nec temere omnino plane vis frigida venti  
 Esse potest, ex quo tanta vi missa superne est ;  
 Quin prius, in cursu si non adcenditur igni, 320  
 At tepefacta tamen veniat, conmixta calore.  
 Mobilitas autem fit fulminis, et gravis ictus,  
 Ac celeri ferme pergunt tibi fulmina lapsu,  
 Nubibus ipsa quod omnino prius incita se vis  
 Conligit, et magnum conamen sumit eundi. 325  
 Inde, ubi non potuit nubes capere inpetis auctum,

*fulmine, si fortasse fuit apta et parata ad ignem concipiendum. Neque sine causa penitus violentia venti potest esse frigida, ex eo quod desuper missa est cum tanto impetu: quin, si antea in meatu non inflammatur igne, saltem calefacta et mixta calore tepido cadat. Celeritas autem fulminis, et valida plaga illius sit, et fulmina ita veloci casu fere feruntur, eo quod vis ipsa fulminis immissa e nubibus prius contrahit se, et accipit magnum conatum progrediendi. Hinc, postquam nubes non*

Th. Ra. O. Cant. illo Voss. vet. illon Mus. B. 3.—317 *indomitat* V. ed. Th. Ra. *indomita* Ferr. *pervia* super rasura Mus. B. 2.—318 *Nec tamen* Gassend.—319 *ex qua* P. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Mus. B. 1. *vi missa* Voss. L. B. Cant. V. marg. 1. *immissa* Ferr. V. ed. Th. Ra. *umissa* Vind. *vis missa* O. *vi rixa* Mus. B. 1. *vi immissa* vulg.—320 *Quin tamen* Mus. B. 1. *in cursu* P. Mus. B. 1. 3. V. ed. Th. Ra. Ferr. O. Ald. Vind. *si deest* V. ed. Vind. Ferr. Th. Ra.—321 *Ad Vind.* O. Mus. B. 1. 3. *colore* Ferr. Th. Ra. Vind. V. ed. O.—322 *gravis ictus* Ferr.—323 *Ac* Wakef. ex conj. *At* lib. vet. *Et* edd. vulg. *pergunt tibi* Wakef. ex conj. *pergunt sic* edd. vulg. *pergunt ubi* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *sic deest* Vind. *dispergunt* O. Mus. B. 1. *pergunt cum* Mus. B. 3. *jam pergunt* Cant.—324 *insita* Gryph. *sævis* O. V. ed. Ferr. Th. Ra. *sacius* Vind.—

## NOTE

317 *Obportuna fuit si forte, &c.*] H. e. si forte fuit apta ad ignem accipiendum.

318 *Nec temere, &c.*] H. e. nec omnino sine causa aut ratione ventus potest esse frigidus, ex quo tempore, seu ex quo loco tanta vi immissus est.

322 *Mobilitas autem fit, &c.*] Hæc tæpæ de fulminis natura et generatione: nunc de ejusdem mobilitate; quæ tertia est quæstio proposita supra vs. 218. not. Hæc autem tria complectitur. i. mobilitatem. ii. gravem ictum. iii. celerem fulminis lapsum ad ima. Quas quidem quæstio-

nes intermiscet. Itaque his 7. vs. prioribus asserit fulminis mobilitatem, i. quia fulmen tunc erumpere ait e nubibus, cum vis valida incussa venti, et agitatio illa intolerabilis est corpori continentis, seu nubibus includentibus illum ventum. Quapropter exprimitur, inquit, velut ea, quæ a tormentis exploduntur.

325 *Conligit*] Antique, pro colligit. Sic vs. 303. 'Conradens,' pro Corradens.

*Conamen sumit eundi*] Sic vs. 1039.

326 *Inpetis*] Ab antiquo nominativo impes, genit. impetis; h. e. impetus. v. 506. et alibi passim.

Exprimitur vis; atque ideo volat inpete miro,  
Ut validis quæ de tormentis missa feruntur.

Adde, quod e parvis, et lævibus, est elementis; 330  
Nec facile est tali naturæ obsistere quidquam;  
Inter enim fugit, ac penetrat, per rara viarum.  
Non igitur multis obfensibus in remorando  
Hæsitat; hanc ob rem celeri volat inpete labena.

Deinde, quod omnino natura pondera deorsum 335  
Omnia nituntur: quom plaga sit addita vero,

*valuit recipere augmen impetus, vis fulminis elicitur, et idcirco fertur admirabili mobilitate; veluti ea, quæ pulsa de firmis tormentis volant. Adhuc quod fulmen constat ex tenuibus atque leuigatis primordiis: et difficile est aliquid resistere tali naturæ. Namque præterlabitur, et permeat per raros meatus rerum. Ergo non cunctatur retardando propter plures occursum obvios rerum. Propter hæc causam cœdit et fertur mobili vehementia. Præterea adde quod omnia pondera feruntur deorsum ex natura sua, sed ubi ictus est superadditus, celeritas geminatur, et*

326 *impetus* V. ed. Th. Ra. O. Ferr.—329 et P. V. ed. O. Mus. B. 1. 8. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. ac vulg.—331 *per ara* V. ed. Th. Ra. Vind. *per aera* Ferr. *per astra* O. *per strata* Mus. B. 1. *per arcta* Mus. B. 3. *per aperta* Cant. *per aperta* Heins. *per apta* V. marg. 1.—332 *inter morando* Ferr. V. ed. Th. Ra.—333 *Hæsit at* V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *celeri deest* V. ed. Th. Ra. *celi* O. *celi* Mus. B. 1.—334 *naturæ* P. *deorum* Vind. Voss. vet. et L. B. V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *deorum* Voss. marg.—335 *ei addita* Vind. Mus. B. 1.

## NOTE

327 *Inpete*] Impetu: vs. 326.

328 *Tormentis*] Tormentum genus est machinarum, quibus tela, saxa, et alia id genus mittebantur olim.

329 *Adde, quod e parvis, &c.*] His 5. vs. repetit II. mobilitatem fulminis ex tenuitate atomorum, quibus constat. Sic II. 386. probavit fulmea constare levibus et tenuibus elementis. Quo fit, ut nihil ei resistat. Hinc gravem ictum fulminis arguit.

330 *Nec facile est, &c.*] Sic supra vs. 226. 'Cui nil omnino obsistere possit.'

331 *Inter enim fugit*] Tmesis, inter-fugit enim. H. e. fugit inter omnes res, in quas incidit, si modo rare sint, et non solide.

*Per rara viarum*] Per raras vias, per patentem et apertum meatus. Helenismus. Sic 'clausa domorum,' pro

clausæ domus: sic 'strata viarum,' prostratæ viæ. Et alia similia passim.

332 *Obfensibus*] Occursibus. Sic II. 223. 438. III. 95. &c. Sensus is est huius versus: Non igitur offendit in multas res, quæ ipsum remorari queant.

333 *Inpete*] Impetu: vs. 326.

334 *Deinde, quod omnino, &c.*] His 5. vs. repetit III. mobilitatem fulminis ex eo, quod omnia corpora gravia deorsum ferantur vehementi nisu; quibus si vis impellens accedat, tum ea ferre necesse est miro, veloci, et mobili omnino impetu. Fulmen autem grave est corpus, desuper cadens impellitur vi venti. Hinc nihil mirum si obvia quæque discontiat plagis, perfringat, et evertat. Hinc gravem ictum fulminis et celerem lapsum ad ima repetit Poëta.



Mobilitas duplicatur, et inpetus ille gravescit :  
 Ut vehementius, et citius, quæquomque morantur,  
 Obvia discutiat plagis, itinerque sequatur.

Denique, quod longo venit inpete, sumere debet  
 Mobilitatem, etiam atque etiam quæ crescit eundo, 340  
 Et validas auget vireis, et roborat ictum.

Nam facit, ut, quæ sint illius semina quomque,  
 E regione locum quasi in unum cuncta ferantur,  
 Omnia conciens in eum volventia cursum.

Forsitan ex ipso veniens trahat aëre quædam 345  
 Corpora, quæ plagis incendunt mobilitatem:  
 Incolomeisque venit per res, atque integra transit  
 Multa, foraminibus liquidus quia transviat ignis.

*vis illa eugeat; ita ut velocius et violentius disijciat ictibus ea, quæ occurrentia retardant ipsum, et pergat ire viam suam. Demum adde, quod, quia descendit longinquo impetu, debet accipere velocitatem quæ maxime augeatur progrediendo, et quæ adaugeat vires magnas illius, et corroboret plagam quam infert. Etenim efficit, ut ea omnia primordia, quæcumque illud fulmen habet, veluti directe concurrant in unam regionem, compellens quidem ea omnia quæ volubilia sunt in eum motum. Fit quoque ut forte descendens ducat ex ipso aëre quædam corpuscula, quæ augeant celeritatem ictibus suis. Et ignis fulmineus ille descendit per res illas, et permeat multas res salcas, quia transit per meatus apertos; et perrumpit*

—338 *gladiis pro plagis* Nonius, VIII. 2.—340 *quia crescit* Cant.—344 *conciens* Cant. *conficiens* vulg.—345 *Foram et P.* et edd. vulg. *trahit* Hav.—346 *intendant* Gif. *Par. Delph. incendunt* O. *incedunt* Bodl. *Voss. vet. et L. B. intendunt* P. et edd. vulg.—347 *venit partes* Cant.—348 *liquidus* Voss. L. B. *Nard. Heins. Bas. Creech. liquidis* P. *Vind. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Ald.*

## NOTÆ

338 *Itiner*] Antiquitas, pro iter. Sic Manilius l. 68. 'Fecit et ignotis [itiner] commercia terra.' Vide Nonium in voce Itiner.

339 *Denique, quod longo, &c.*] His 8. vs. repetit IV. mobilitatem ex longo impetu, quo venit et fertur fulmen: quæ enim longius feruntur, ea mobilitatem acquirunt eundo; fulmen itaque dum longius descendit vel conjicit quasi in unum locum omnes atomos, quæ in cursum, quem init, simul feruntur: vel fortasse veniens corradit ex aëre ipso cunctas atomos volubiles, quas invenit. Quo fit ut mobilitas illius intendatur aut plagis

volubillium atomorum accedentium, aut contracto suarum impetu.

342 *Nam facit*] Supp. mobilitas.

*Quæ sint illius quomque*] Tmesis, quæcumque.

343 *E regione*] Directo, recta.

344 *Volventia*] Volubilia quæ ad cursum et motum celerem apta sunt.

346 *Incendunt* [intendant] Angeant, amplificent.

347 *Incolomeisque venit, &c.*] His 9. vs. arguit et gravem ictum et celerem lapsum fulminis ex ejusdem mobilitate.

348 *Liquidus* [liquidis] Apertis, patentibus, raris.

Multaque perfregit, quom corpora fulminis ipsa  
Corporibus rerum inciderint, qua texta tenentur. 350

Dissolvit porro facile æs, aurumque repente  
Confervescit; e parvis quia facta minute  
Corporibus vis est, et lævibus ex elementis,  
Quæ facile insinuantur; et, insinuata, repente  
Dissolvunt nodos omneis, et vincla relaxant. 355  
Auctumnoque magis, stellis fulgentibus apta,

*vouibus res, ubi corpuscula ipsa fulminis impigerint in corpora rerum, qua parte convexa hærent. Liquefacit autem facile æs et calefacit subito aurum, quia vis illius tenuiter constat ex tenuibus corpusculis, et ex levigatis primordiis; quæ facile penetrant, et quæ ingressa subito disjiciunt nexu omnes, et remittunt vincula rerum. Et templum cæli editum supra sidera lucentia ex omni parte, et simul*

*lapidis V. ed. Th. Ra. liquidum Voss. vet. transeat Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. travolat edd. vulg. trameat Gif. Par. Delph. traviat P. Ald. Gryph. marg. transvolat Gryph. Nard. Lamb. Bas. transivit Bodl. transeat O.—349 perfregit Voss. vet. Bodl. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. perfringit vulg. perfregit Voss. L. B.—350 incederint V. ed. Th. Ra. quæ P. Th. Ra. Ald. Gryph. que V. ed. tecta Gryph. tuentur Cant.—351 Dissolvunt Creech. ed. sec.—356 telis fulgentibus Fab. Sus. apta Creech.*

## NOTÆ

349 Corpora] Atomi.

350 Corporibus rerum] H. e. rebus corporeis.

Qua texta tenentur] H. e. qua parte res durissimæ, solidissimæ et maxime contextæ sunt.

353 Vis] Supp. fulminis, non autem æris et auri, ut male interpretati sunt Lambinus et Pareus. Non enim adeo fulmen penetrat, dissolvit, ac liquefacit æs et aurum, quia ea constant ex parvis elementis; sed quia ipsam fulmen constat ex parvis et tenuibus corpusculis.

353 Elementis] Atomis, corpusculis.

356 Auctumnoque magis, &c.] His 22. vs. solvitur quæstio IV. proposita supra a nobis vs. 218. not. Nimirum qua potius anni tempestate fulmina fiant. Respondet autem Lucretius potissimum generari in autumno et

vere; quia utrumque hoc tempus constat inter calorem et frigus, quæ duo sunt necessaria ad fulminis generationem. Veris namque initium, finis est hyemis, seu frigoris; atque principium æstatis, seu caloris. Autumni pariter initium, finis est æstatis, seu caloris; principium vero hyemis, seu frigoris. Ex utriusque porro, frigoris et caloris pugna censet creari fulmina Lucretius. Deinde ad fulmina nobis procreanda necesse est ut calor seu ignis, et ventus seu tempestas adsint. At in hyeme desunt ignes: in æstate deficient venti. Igitur nonnisi in autumno et vere fiant vulgo fulmina. Lucretio suffragantur Seneca, et Plinius II. 50. ubi docet æstate ac hyeme eatenus solum fulminare, quatenus mitiore hyeme, et æstate nimboza semper quodammodo vernat vel autumnat. Argumen-

Concutitur cœli domus undique, totaque tellus ;  
 Et, quom tempora se veris florentia pandunt :  
 Frigore enim desunt ignes, venteique calore  
 Deficiant, neque sunt tam denso corpore nubes. 360  
 Inter utrasque igitur quom cœli tempora constant,  
 Tum variæ caussæ concurrunt fulminis omnes.  
 Nam fretus ipse anni permiscet frigus, et æstum ;  
 Quorum utrumque opus est fabricanda ad fulmina nobis,  
 Ut discordia sit rerum, magnoque tumultu 365  
 Ignibus et ventis furibundus fluctuet aër.

*tota terra conquassatur potius in autumno ; et quando tempestates florescentes veris aperiant sese. Namque in frigore hyemis ignes deficiunt, et in æstate venti desunt, neque nubila in iis temporibus constant corpore adeo spisso. Itaque quando tempora cœli sunt inter utrumque illud tempus, tunc omnes diversæ causæ fulminis conveniunt. Namque extremitates ipsæ anni miscent frigus et calorem. Quorum utrumque necessarium est ad faciendâ nobis fulmina, ut discordia rerum extet, et ut aër furiosus fluitet ingenti tumultu, nempe per ventos et per ignes.*

Turneb. Adv. xxviii. 6. *alta* vulg. et vet. lib.—358 *tempora seris* Vind. V. ed. Th. Ra. *tempora veris* V. marg. *temporibus seris* Mus. B. 1. *tempora quæ veris* Mus. B. 3.—359 *Frigora* Voss. vet. *ventique colores* Vind. *ventisque calores* Ferr. V. ed. Th. Ra. *venti atque calores* Voss. vet. et L. B. Cant. V. marg. 1. *venti calores* O.—360 *Defunt* V. ed. Th. Ra. Ald.—361 *utrasque* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Bas. Nard. Ferr. Th. Ra. *utrumque* vulg.—362 *Cum quidam*—363 *Namque frit ipse* Heins. 2. *frigidus æstum* Heins. 1. Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *frigus ad æstum* Nonius, III. 92.—365 *sic deest* Vind. V. ed. Th. Ra. *cum verum* Mus. B. 3. *sic rerum* Cant.—366 *veris pro ventis* O. *fluctus et* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3.

## NOTÆ

tum etiam petit ab regionibus, v. g. Scythia, quæ ob rigorem, et Ægypto, quæ ob calorem immunes præstantur a fulminum ictu. Sed de his consule P. Gassend. in lib. x. Laërt. de Meteorolog.

*Stellis fulgentibus apta* [*alta*] *Alte* fulgens luce stellarum. Sic Ovid. Met. II. 1. 'Regia solis erat sublimibus alta columnis.'

357 *Cœli domus*] Cœlum : sic II. 1098.

361 *Inter utrasque* [*utrumque*] *Nempe*, inter ignes et calores : h. e. inter hyemem et æstatem.

*Cœli tempora*] Tempestates anni.

*Delph. et Var. Clas.*

*Lucret.*

363 *Fretus*] Dicitur fretum, i. nent. et fretus, i. masc. H. e. mare. Nonius. A. Gell. XIII. 19. Porro per 'fretum' hic notat Lucretius extrema illa anni tempora, quæ inter utrumque, calorem et ignem, h. e. inter æstatem et hyemem, intersepiuntur. A similitudine quidem freti, quod est mare angustum interceptum inter duas terras : fretus autem, seu fretum, dicitur a fervendo ; quia in talibus terræ angustiis fervet et æstuat mare.

364 *Utrumque*] Calor et frigus.

*Opus est*] Requiritur, necessarium est. Sic II. passim.

Prima calor is enim pars, et postrema rigoris,  
 Tempus id est verum : qua re pugnare necesse est  
 Dissimileis inter sese, turbareque, mixtas.  
 Et calor extremus primo cum frigore mixtus 370  
 Volvitur, auctumni quod fertur nomine tempus :  
 Heic quoque configunt hyemes æstatibus acres.  
 Propterea, sunt hæc bella anni nominanda ;  
 Nec mirum est, in eo si tempore plurima fiunt  
 Fulmina, tempestasque cietur turbida cœlo, 375  
 Ancipiti quoniam bello turbatur utrimque,  
 Hinc flammis, illinc ventis, humoreque mixto.  
 Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam

*Etenim prima pars calor is, et ultima frigiditatis, sunt id tempus, quod verum dicitur. Quapropter oportet necessario ut res dispar es præterant inter se ipsas, et ut permixta perturbentur. Et ultimus calor junctus cum primo frigore vertitur, quod tempus vocatur vocabulo autumnus temporis. Tunc temporis etiam dira frigora pugnant cum calore; et ideo hæc pugna vocanda quoque sunt pugna anni. Neque admirabile debet videri, si in ea tempestate multa fulmina fabricentur, et si tumultuosa procella excitatur in aère; siquidem aër perturbatur pugna ambigua, ex utraque parte; nempe ex una parte ignibus; ex altera, ventis; et permixta aqua. Hoc dicitur perscrutari naturam ipsam fulminis flammiferi; et inspicere qua poten-*

Ferr. Th. Ra. æther Gassend.—367 et Mus. B. 1. 3. est P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. rigor is edd. Juntin. et Ald. sec. liquor is reliqui vet. lib.—368 Tempus adest Gryph. marg. Bas. marg. Heins. Nard.—369 esse Voss. L. B. Mus. B. 1. se res vulg. se Vind. Voss. vet. esse res O. res inter se Cant. se conturbareque Mus. B. 3.—370 Deest Vind. extremis Gif. Par.—371 cum fertur Heins. 2.—373 bella deest Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. et anni Mus. B. 3. non imitanda V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra.—374 mirum si in eo tum P. Ald. mirum est in eos Vind. mirum stines V. ed. Th. Ra. mirum si in eo jam O. Gryph. Nard. Bas. mirum æstivo hoc Mus. B. 3. mirum si in eo sic Cant. Heins. 1. V. marg. 1.—375 cis Vind. ciet V. ed. Th. Ra.—376 utriusque V. ed. Th. Ra. utrumque Mus. B. 1. sed utriusque a man. sec.

## NOTE

370 *Extremus*] Lambin. bene; est enim calor extremus, ipsa ultima pars æstatis, quæ in autumnus miscetur cum hyemis, seu frigiditatis initio. Parens, extremis.  
 Primo cum frigore] Supp. hyemis.  
 372 *Configunt hyemes, &c.*] Hyemis et æstas pugnant inter se.  
 376 *Utrimque*] Nempe, et ex parte æstatis, et ex parte hyemis.  
 377 *Hinc*] Ex parte æstatis.  
 Illinc] Ex parte hyemis.  
 378 *Hoc est igniferi, &c.*] His 44. vas. exprobrat modo Tyrrenis con- jectoribus propriæ scientiæ vanitatem et errorem: Tyrreni namque a Tagete quodam edocti, cuius et libri Tagetici dicti sunt, circumferebantur ætate Macrobii. Hi porro audebant partiri cœlum in varias partes, unde venire fulmen observarent: minas Deorum venditabant, aut prospera pollicebantur omnia de cœlo, pro diversa cœli parte, a qua fulmen venerit. His autem merito varia ob- jicit Lucretius, quæ jam ex ordine

Perspicere, et, qua vi faciat rem quamque, videre :  
 Non, Tyrrhena retro volentem carmina frustra, 380  
 Indicia obcultæ Divom perquirere menti ;  
 Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se  
 Vorterit hic partim, quo pacto per loca sæpta  
 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se ;  
 Quidve nocere queat de cœlo fulminis ictus. 385  
 Quod, si Jupiter, atque aliei fulgentia Divei

*tia faciat quamlibet rem. Non autem revolentem nequicquam versus Tyrrhenos inquirere voluntates secreti consilii Deorum, ut sciatur ex qua parte cœli volitans ignis fulmineus advenerit, vel in utram partem ipse contulerit sese; quomodo per loca clausa intraverit, et quomodo inde victor exilierit: aut quid plaga fulminis de cœlo missa possit officere. Quod si Jupiter et alii Dii consueverint horrendo mur-*

—379 *quam faciat O.*—381 *Judicia P. V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. marg. Delph. Helms. Bas. marg. Cout. occulte P. V. ed. O. Th. Ra. menti V. ed. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. mentis reliqui.*—382 *utramve Mus. B. 3. utram e V. ed. Th. Ra. Vind.*—383 *partim V. ed. Voss. vet. et L. B. Th. Ra. partem vulg.*—384 *dominatur V. ed. Th. Ra. ut fatulerit se Vind. ut faculerit V. ed. Th. Ra. ut attulerit se Mus. B.*

## NOTE

expediemus suis in locis. Itaque his 8. vs. prioribus notat totam artem Tyrrhenorum illorum.

380 *Tyrrhena . . carmina]* Tyrrheni, seu Hetrusci, Italiæ populi, quos Tages annos duodecim tantum natus edocuit haruspicinam. De quo sic Cicer. lib. de Divin. ‘Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus, extitisse repente; et eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prædentia. Ejus aspectu cum obstupisset babulus, clamoremque majorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Hetruriam convenisse: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literisque mandaverint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ

disciplina contineretur: eam postea crevisse rebus novis cognoscendis, et ad eadem illa principia referendis,’ &c.

*Retro volentem]* Revolventem.

381 *Indicia [Judicia]* Parens et alii; bene. Lambinus, *indicia*; nec male.

382 *Unde volans ignis, &c.]* Hi 3. vs. positi sunt supra vs. 86. Est autem volans ignis fulmen.

384 *Insinuarit]* Absolute, pro insinaverit se. Sic passim loquitur Poëta.

386 *Quod, si Jupiter, &c.]* His itaque 9. vs. exprobrat i. Tyrrhenis haruspicibus superstitionem. Si enim, inquit, fulmina, non ex legibus naturæ, sed ad Deorum arbitriam mittuntur de cœlo, cur ergo conficiant innoxios, pareantque sentibus? nonne potius parcendum esset innoxentibus, et reis letus infligendus, ut ceteris mortalibus foret acre docu-

Terrifico quatiant sonitu cœlestia templa,  
 Et jaciunt ignem, qua quoique est quomque voluntas ;  
 Quur, quibus incautum scelus avorsabile quomque est,  
 Non faciunt, icetei flammæ ut fulguris halent 390  
 Pectore prefixo, documen mortalibus acre ?  
 Et potius, nulla sibi turpi conscius in re,  
 Volvitur in flammis innoxius, inque peditur,  
 Turbine cœlesti subito conreptus, et igni ?

*muræ splendentes cœlestes domos, et vibrant flammæ in quamcumque partem placet cuique illorum, quare igitur non efficiunt, ut ii omnes, qui non caverunt sibi ab evitando crimine, percussî fulmine comant ignes fulgetri de pectore suo transfuso, quod sit documentum forte ceteris hominibus? Et contra, cur innocens, et conscius sibi nullius rei nefandæ magis involvitur, et implicatur in ignes, et abreptus*

1. ut facile erit se Mus. B. 3.—388 igneis edd. vulg. quo quoique vel cuique est O. Cant. quo inducit P. Ald. quo in quæ est Vind. quo inquit (i. e. inquit) se V. ed. Th. Ra. quo inque est Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. et qua eius est Voss. marg. voluntas P. Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Heins. 2. Gassend. Ferr. Th. Ra. Ald. voluptas edd. vulg.—389 avorsabile P. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas.—390 icetu V. ed. Mus. B. 1. Cant. Gryph. Nard. P. habent V. ed. Th. Ra. alent Mus. B. 3. edant Delph.—392 si pro sibi Cant. conscius jure V. ed. Th. Ra. nullæ sibi turpis conscius rei edd. vulg.—396 cum pro tum V. ed. Th. Ra. con brachia sufficiunt Vind. et edd. vulg.—397

## NOTE

mentum? censet itaque non a Diis mitti fulmina, sed ex naturalibus causis fieri.

387 *Terrifico sonitu*] Tonitru. Sic vs. 164.

*Cœlestia templa*] Cœlum.

388 *Ignem [ignes]* Fulmina ignifera: vs. 377.

*Qua [quo] quoique est quomque voluntas [voluptas]* Ita Lambinus. Est autem tmesis quocumque. Pareus vero, quo ducit quemque voluptas. Alii pro voluptas legunt voluntas.

389 *Avorsabile*] H. e. quod aversari debent homines. Sensus est: Cur Dii non faciunt, ut quicumque a nefario et horrendo scelere non caverunt, seu non abstinerunt, ii percussî fulmine halent flammæ fulguris, ac flammis conficiantur, ut ceteris hominibus documento sint atque exemplo? innocentes vero potius ful-

mine percutiunt? sic Aristophanes Νεφέλα. ‘Si Jupiter fulmine perjaros petit, qui fit ut Simonem non inflammavit, neque Cleonymum, neque Theodorum? atqui valde sunt perjuri: sed templum suum petit, et Sunium Athenarum Promontorium et quercus magnas. Quamobrem? non enim quercus pejerat.’ Græcis supersedi brevitatis causa.

*Quomque*] Tmesis, quibuscumque.

390 *Halent [edant]* Pareus; at Lambinus, halent. Idem sensus.

392 *Nulla [Nulla]* Genitiv. pro nullius. Antiquæ enim dicebatur, nullus, a, um; genitiv. nulli, æ, i. Nunc vero nullius.

*Consciis [Conscis’]* Consciis, metri causa.

393 *Inque peditur]* Impediturque.

394 *Turbine cœlesti]* Vortice fulminis

Quir etiam loca sola petunt, frustra que laborant? 395  
 An tum brachia consuescunt, firmantque lacertos?  
 In terraque Patris quir telum perpetiuntur  
 Obtundi? quir ipse sinit, neque parcit in hosteis?  
 Denique, quir numquam cœlo jacet undique puro  
 Jupiter in terras fulmen, sonitusque profundit? 400  
 An, simul aq̄ nubes subcessere, ipsus in æstum  
 Descendit, prope ut hinc teli determinet ictus?  
 In mare qua porro mittit ratione? Quid undas

*repente vortice et flamma cœlesti? Quare quoque Dii percutiunt deserta loca, et nequicquam impendunt laborem? an tunc exercent sua brachia, et roborant suos lacertos? Et quare sinit spiculum patris cœlestis hebescere in terra? quare ipse pater cœlestis perpetitur, nec reservat illud contra suos hostes? Tandem, quare Jupiter nunquam vibrat fulmen, ac spargit tonitru in terras de cœlo sereno ex omni parte? an, statim atque nubila subierunt cœlum, ipse tunc delabitur in eas, ut ex his propius designet plagas spiculi? Quamobrem quoque jacet fulmen in*

~~~~~

*Et terræ matris P. in not. In terra atque petris superscrib. Voss. vet. cœlum pro telum V. ed. Th. Ra. O.—398 sinit Cant. a pr. m. atque V. ed. Th. Ra.—401 ipse in æstum P. Voss. vet. et L. B. Cant. Gryph. Bas. marg. ipse in æstum Vind. Mus. B. S. Nard. Bas. Bodl. ipse in hæstum V. ed. Th. Ra. ipse et in æstum Mus. B. 1. ipseque æstum Ferr. ipse in eas tum edd. vulg.—402 cœli P. Ferr.*

## NOTE

395 *Quir etiam loca sola, &c.*] His 4. vs. arguit II. fulmen non a Diis, sed ex causis naturalibus fieri. Alias enim, cur Dii tela sua perdi patiuntur, dum ea torquent in deserta et solitudines? Cur Jupiter ipse obtundi sinit tela sua in terra, nec reservat ea in hostes perdendos? Ridet quippe Laetius Tyrrhenorum haruspiciam.

*Petunt*] Supp. Dii fulmine.

396 *Consuescunt*] Parens; h. e. consuefaciant, exercent. Alii, *suefaciant*.

397 *Patris*] Jovis.

398 *Ipse*] Jupiter.

*In hosteis*] Scilicet perdendos. Namque, ut ait Virg. *Æn.* iv. 208. 'An te, genitor, cum fulmina torques, Nequicquam horremus? cœci que in nubibus ignes Terrificant ani-

mos, et inania murmura miscent?'

399 *Denique, quir nunquam, &c.*] His 6. vs. arguit III. fulmen non ad Deorum arbitrium, sed ex legibus naturæ fieri. Namque si ad Deorum arbitrium fierent, cur igitur nunquam fiunt sine nubibus, sine murmure; cur æque cadunt in mare ac in terras? Quid peccavit mare, ut fulmine percutiatur?

*Puro*] Sereno vs. 247.

400 *Sonitus*] Tonitrua.

408 *In mare qua porro, &c.*] Sic Cicero de *Divin.* II. 'Quid enim proficit, cum in medium mare fulmen jacet Jupiter? quid cum in altissimos montes? quod plerumque fit. Quid cum in desertas solitudines? quid cum in earum gentium oras, in quibus hæc ne observantur quidem?' &c.

Arguit, et liquidam molem, camposque natanteis ?

Præterea, si volt caveamus fulminis ictum, 405

Quir dubitat facere, ut possimus cernere missum ?

Si nec opinanteis autem volt obprimere igni,

Quir tonat ex illa parte, ut vitare queamus ?

Quir tenebras ante, et fremitus, et murmura, concit ?

Et simul in multas parteis qui credere possis 410

Mittere ? An hocc' ausis numquam contendere factum,

Ut fierent ictus uno sub tempore plures ?

*pelagus? Quid accusat aquas, et massam fluidam, et planitiem fluitantem aquis? Deinde, si placet illi ut evitemus plagam fulminis, quare ambigit efficere, ut queamus videre illud, dum jacitur? Sin autem placet illi conficere flammis nos inopinantes, quare tonat ex illa parte, qua fulminat, ut possimus evitare fulmen? quare prius concitat caligines et strepitus et sonitus? Et quomodo fit ut queas credere illum jacere fulmen una in multas partes? an potest fieri ut audeas negare hoc nunquam esse factum, scilicet ut plures ictus fulminis mitterentur in uno tempore?*

V. ed. Th. Ra. Ald. *teii* P. in not.—405 *Propterea* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. *Propter* Mus. B. 1. *si cumit* Vind. *sinuit* V. ed. Th. Ra. *si nuit* B. Ferr. *juvit* Voss. vet. et L. B. *arvum* O. Mus. B. 1. *avuit* Mus. B. 3. *avi* ut Cant.—407 *primere* Mus. B. 1. *perimere* Mus. B. 3. *vel pro volt* Voss. vet.—411 *Mittier* P. in not. *hac* Mus. B. 3.—413 *Et* V. ed. Th. Ra. *Ac* O.—416

#### NOTE

404 *Camposque natanteis*] *Æquora* maris. Sic sæpe loquitur.

405 *Præterea, si volt, &c.*] His 11. vs. arguit IV. fulmen fieri ex causis naturalibus. Quod ut ostendat, utitur hoc dilemmate, quod vocant: si Jupiter ad arbitrium suum fulmina jact, vel ante vult denuntiare nobis et præsignificare fulminis ictum, ut ab eo caveamus; vel vult nos nec opinantes opprimere. Si præmonere nos vult, cur non facit igitur, ut fulmen ab eo missum cernamus? Sin autem nos imparatos opprimere intendit, cur ex certa tantum cœli parte tonat, a qua nobis possumus cavere? Deinde an audebis affirmare Jovem posse mittere plura fulmina in diversas partes uno eodemque tempore? Ad hoc enim ut nos inopinantes opprimeret, uno sub tempore deberet jacere multa fulmina in multas

partes. Qui vero credes id fieri posse ab Jove? Quod enim id sæpe contingat, res ipsa manifesta plerumque docet, natura scilicet ita jubente, sicut uno et eodem tempore pluit in multis regionibus.

409 *Tenebras*] *Nebulas, nubes.*

*Murmura*] *Tonitrua.*

*Concit*] *Dicitur concio, is, et concle, es.*

410 *Et simul in multas, &c.*] *Sententia horum 4. vs. hanc videtur esse: Vel dices Jovem uno et eodem tempore fulmen mittere in plures partes: vel negabis. Si dices, quomodo id persuaderi potest cuiquam? Qui enim Jupiter sufficeret ad tot fulmina torquenda in tot diversa loca? Si negabis, tamen contingit sæpe, ut fulmen cadat in diversa loca, sicut pluit in diversis regionibus.*

412 *Ictus*] *Supp. fulminis.*



At sæpe est numero factum, fierique necesse est,  
Ut pluere in multis regionibus, et cadere imbreis,  
Fulgmina sic uno fieri sub tempore multa.

415

Postremo, quæ sancta Deum delubra, suasque  
Discutit infesto præclaras fulmine sedes ;  
Et bene facta Deum frangit simulacra, suisque  
Demit imaginibus violento vulnere honorem ?  
Altaque quæ plerumque petit loca ; plurima quo plus 420  
Montibus in summis vestigia cernimus ignis ?  
Quod super est, facul est ex hiis cognoscere rebus,

*Verum id frequenter factum esse, et oportet ut fiat, nempe ut, sicut pluit et pluvie decidunt in pluribus regionibus, ita multa fulmina generentur in uno tempore. Denique, quare Jupiter ipse digliscit hostili fulmine angusta templa Deorum, et proprias suas pulchras aedes? et perumpit statuas Deorum arte elaboratas? et tollit honorem suis simulacris per plagam adeo vehementem? Et quare scæpius serit summa loca? Et quare videmus plurimas notas istius ignis fulminei in altis montibus? Quod reliquum est, haud difficile est agnoscere ex istis rebus Præteras, quos Græci*

dilubra Cant.—419 vulnere V. ed. Th. Ra.—420 plerumque petitiora Vind. plurima quo plus Gryph. P. Ald. plurima quam plus Ferr. plurimaque plus V. ed. Gif. Par. Nard. Bas. plurimaque hujus Lamb. et edd. vulg.—423 Præteras vet.

## NOTE

413 *Sæpe est numero*] Tmesis sæpenumero.

416 *Postremo, quæ sancta Deum, &c.*] His 6. vs. arguit v. Lucretius fulmen non ad Deorum arbitrium fieri. Alias enim cur Jupiter ipse suas aedes, templa, simulacra, aliorumque Deorum imagines et statuas bene factas fulmine discuteret? Deinde, cum plerumque cadant fulmina in altos montes, nonne potius credere est fieri naturalibus ex causis?

*Deum*] Deorum. Sic vs. 418.

417 *Sedes*] Templa, aedes, puta Capitolium. Sic II. 1100. et seqq.

419 *Vulnere*] Vulnere: h. e. ictu fulminis.

420 *Plurima quo plus* [plurimaque hujus] Lambinus, bene. Parens vero, plurimaque plus. Quasi sit versus *melopes*, ut ait.

423 *Quod super est, &c.*] Hactenus de fulmine. His autem vs. 28. de

prestere, columna, vortice, et turbine agit Poëta, quod est novum meteorologi genus. Græcis dicitur *Πνομήρη*, quasi inflammas, aut tumefaciens, aut fervefaciens. Quod ut intelligas, distinguendum tibi est cum Aristotele lib. III. Meteor. et Plinio II. 48. inter ecnephiam, prætera, typhonem, et fulmen. Cum enim hæc omnia, tonitru, fulgura, ecnephas, præter, typho, et fulmen nihil aliud sint, quam flatus seu venti, distinguendum est inter isthæc. Itaque si ventus tenuior sit, ac minutatim sparsimque diffundatur ac diffusetur, edit tonitrua et fulgura. Si densior, crebrior, et minus tenuis fuerit, gignit procellam, quæ Græcis dicitur *Ἐκρηπία*, hoc est, sine pluviis, ut ait Plin. II. 48. Si vero ventus e nube erumpens incidit in ventos alios erumpentes ex aliis nubibus, sine igne, fit aut vortex, aut turbo, quod Græcis dicitur *ῥοπή*:

*Πρηστῆρας* Graeci quos ab re nominatarunt,  
 In mare qua missei veniant ratione superne.  
 Nam fit, ut interdum, tamquam demissa columna, 425  
 In mare de coelo descendant; quam freta circum  
 Fervescunt, graviter spirantibus incita flabris:  
 Et, quæquomque in eo tum sunt deprensa tumultu,  
 Navigia in summum veniunt vexata periculum.  
 Hoc fit, ubi interdum non quit vis incita venti 430  
 Rumpere, quam cepit, nubem; sed deprimit, ut sit  
 In mare de coelo tamquam demissa columna  
 Paullatim; quasi quid pugno brachiique superne

vocaverunt ita ab illorum effectu; scilicet quo modo pulsi desuper cadant in pelagus. Namque accidit, ut aliquando veluti columna missa de coelo veniat in pelagus; circa quam maria excitata ventis flantibus vehementer exastuant, et omnes naves, quæ tunc sunt comprehensæ in tali turbine, labefactatae incurrunt extremum discrimen. Hoc autem accidit, cum aliquando violentia excitata venti non valet perfringere nubem, quam suscepit rumpere: sed demittit eam, ita ut pedetentim sit depressa de coelo in pelagus veluti columna, ut si res aliqua detrudatur desuper manu,

~~~~~

exempl. Græci V. ed. Th. Ra. Vind. Græc. Cant.—424 *missi* V. ed. Th. Ra.—425 *tam cum* Vind. *tantum* Mus. B. 1. *tum cum* Mus. B. 3.—426 *descendant* O. *distendat* Mus. B. 1. *descendant* Mus. B. 3. *descendant* vulg. *qua* Mus. B. 1. 3.—427 *incita* P. O. Mus. B. 1. Cant. *lactia* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—428 *cum sint* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *tum sint* Mus. B. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas. Ferr. *deprehensa* P. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. Ald. *deprensa* vulg.—430 *quitus* V. ed. Th. Ra. *quantus* Mus. B. 1.—431 *cepit* Vind.

#### NOTE

vortex quidem, si fragorem edat; turbo vero si nullus fiat fragor, sed quidam tantum stridor. Sin autem ventus, ubi e nubibus erupit, arserit, accensusque fuerit, fit prester, qui Græcis dicitur *πρηστῆρας*, quasi 'comburens contacta pariter et proterens,' inquit Plinius citato loco. Si ventus non, posteaquam e nube erupit, ignem concipiat; sed, cum primum nube exprimitur, ardeat, fit fulmen quod Græcis dicitur *Κεραυός*. Si denique ventus ille non potest frangere nubem, sed eam deprimit deorsum in terram aut in mare, tunc fit columna. Itaque his 28. vs. disputat Lucretius de his presteris variis generibus. Videtur enim vocare hæc meteora,

nempe columnam, turbinem, et vorticem, quasi presteras quosdam. His igitur 8. vs. prioribus ait facile esse ex dictis cognoscere naturas, causas, et motus presterum.

428 *Ab re*] Ab effectu. Prester enim quasi inflammans, inflans, tumefaciens, ac fervefaciens dicitur.

425 *Nam fit, ut interdum, &c.*] His 10. vs. explicat quid sit columna, et quomodo creetur. Nimiram, cum ventus in nubibus involutus erumpere nequit, tunc deprimit nubem deorsum in modum columna.

427 *Fervescunt* [*Ferviscunt*] A verbo *fervo*, is, tertius conjug. Alii, *ferveant*, a verbo *ferveo*, es, secundæ conjug. Utrumque enim dicitur.

Conjecta tradatur, et extendatur in undas :  
 Quam quom discidit, hinc prorumpitur in mare venti 435  
 Vis, et fervorem mirum concinnat in undis.  
 Vorsabundus enim turbo descendit, et illam  
 Deducit pariter lento cum corpore nubem :  
 Quam simul ac gravidam detrudit ad æquora ponti,  
 Ille in aquam subito totum se inmittit, et omne 440  
 Excitat ingenti sonitu mare, fervere cogens.  
 Fit quoque, ut involvat venti se nubibus ipse  
 Vortex, conradens ex aëre semina nubis ;  
 Et quasi demissum cœlo præstera imitetur.  
 Heic, ubi se in terras demisit dissoluitque, 445

*et viribus brachii, et effundatur super aquas. Quam nubem ubi violentia venti perripit, postea proruit in æquor, et efficit admirabilem æstum in aquis maris. Namque turbo disturbaturus cuncta delabitur, et abripit secum quoque nubem illam, quæ fertur tardo cum corpore. Quam nubem statim atque plenam ventis turbo ille depressit in campos natantes maris, ille repente præcipitat se totum in undas, et perturbat totum pelagus, faciens ut illud exarstet immuni murmure. Accidit etiam, ut interdum turbo venti ipse se impediat in nubibus, colligens corpuscula nubis ex ipso aëre, et ut veluti amuletur præstera missum de cælo. Igitur cum is turbo*

Cant. qua cepit Gassend. cum capit V. marg. 1.—433 brachisque O. Mus. B. 3.  
 —435 huc Cant. prorumpit Mus. B. 1. ventus Voss. vet.—439 detrudit P. Voss.  
 L. B. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Ald. Gryph. Nard. Bas. detendit V. ed. Th.  
 Ra. detrusit edd. vulg.—442 ventis e Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Ferr. Th. Ra.  
 Ald. venti se e P. in not.—443 Vertex V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Voss. vet.  
 Ferr. Th. Ra. concadens V. ed. Th. Ra. aëra V. ed. O. Th. Ra. acre Cant.—  
 444 amittetur Vind. mutetur V. ed. Ferr. Th. Ra.—445 dimisit Cant.—446

## NOTE

435 *Quam quom discidit, &c.*] His 7. vs. explicat, qua ratione fiat turbo, quod genus est procellæ vehementis. Fit autem, inquit Lucretius, ubi vis venti perfringens nubem, jam non amplius inclusa, sed convoluta et volutabunda extra nubem turbat funditus omnia, undas excitat, radicitus evellit arbores, &c.

436 *Concinnat*] Efficit. Nonius, 'Concinnare, a cinnio potionis genere ex multis liquoribus confecto.' Sic vs. 1116. et iv. 436. 1276.

437 *Vorsabundus*] Non inclusus, sed jam jam extra nubem eruptus, susde-

que versat omnia.

442 *Fit quoque, ut, &c.*] His 8. vs. reliquis docet, qua ratione vortex fiat. De quo sic Plinius II. 48. 'Sin vero flatus repentini depresso sinu arctius rotati nubem effregerint, sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticoem faciunt.' Est autem ventus circumactus et circumvolutus.

443 *Conradens*] Corradens, h. e. colligens.

444 *Et quasi... præstera imitetur*] Fit enim sine igne vortex; at præstera ardet simul et præterit.

Turbinis inmanem vim provomit, atque procellat.  
Sed, quia fit raro omnino, monteisque necesse est  
Obficere in terris; adparet crebrius idem  
Prospectu maris in magno, coeloque patenti.

Nubila concresecunt, ubi corpora multa volando, 450  
Hoc super in coeli spatio, coiere repente  
Asperiora; modis quæ possint indupedita  
Exiguus tamen inter se compressa teneri.

*venti depressit se in terras, et dissipavit se, evomit horribilem violentiam tempestatis et vorticis. Verum, cum id infrequenter prorsus accidat, et cum necessarium sit ut in terris montes obtent, frequentius idem videtur in vasto conspectu æquoris, et in aperto conspectu cæli. Nubes autem cognatur, cum plurima corpuscula minus levigata subito convenerunt volitando sublime in hoc spatio cæli, quæ implicata parvis modis queant tamen mutuo inter se complexa connecti. Hæc faciunt primo*

*Turbines Cant. inmane in V. ed. Th. Ra. promovit Vind. O. Creech. ed. sec. procellat Bodl. Voss. marg. Voss. vet. et L. B. procella P. et edd. vulg.—448 Officeret in V. ed. Vind. Officeret Mus. B. I. Ferr.—450 Jubila Mus. B. I.—451 coire V. ed. Th. Ra. Vind.—452 quo V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. possent Gif. Par.—453 Ex ignis V. ed. Th. Ra. compressa Cant. compressa edd. vulg.*

## NOTE

446 Turbinis] Venti vehementioris.

447 Sed, quia fit raro, &c.] Docet Lucretius vorticem sæpius in mari, quam in terris fieri. Officiunt enim montes, ac vim illius infringunt: mare vero, quia patens et liberum, vim illius totam recipit. Quanquam frequentiores etiam vortices fiunt Florentiæ, et aliis in regionibus terrarum.

449 Prospectu maris in magno] H. e. in lato mari, in quo major est conspectus, quam in terra, propter aquarum æqualitatem et planitiem.

450 Nubila concresecunt, &c.] His jam 44. vs. seqq. agit poëta de nubium generatione. Harum autem generationis triplicem modum refert. I. His 8. vs. prioribus ait se in ea opinione esse, ut nubes fieri credat, cum asperiora et minus levigata corpuscula, hoc est, atomi, sursum latæ connectuntur, et cohærent paulatim in crassam molem, modicis ciendam ventis, vehementibus disjiciendam.

Putat igitur i. nubes concresecere posse ex atomis ipsius aëris, quæ figuris sicut asperioribus. Aër quippe constat ex atomis corpore et figura diversis. Prætermittit autem modum, quo Anaximenes, Plutarchus, et Seneca voluerunt nubes creari; nempe per ipsam ex aëre ipso concretionem. Anaximenes enim voluit omnia ex aëre gigni. Plutarch. III. Plac. 4. vocat nubes, *ἕπος παχύτηρας*, 'aëris incrassamenta.' Epicurus vero apud Laërt. *ἕπος πάχους*, 'aëris cumulationes.' At Seneca II. 30. 'spissitudinem aëris crassi.' Non vult enim aëra illimum posse concresecere in nubes, quia tenulior est, et sine habitibus, propter quos valeat densari in nubes.

452 Indupedita [endopedita] Pro impedita. Sic I. 241. II. 201. v. 874. &c.

453 Compressa [compressa] Alias, compressa.

Hæc faciunt primum parvas consistere nubeis :  
 Inde ea comprehendunt inter se, conque gregantur, 455  
 Et conjungendo crescunt, ventisque feruntur  
 Usque adeo, donec tempestas sæva coorta est.  
 Fit quoque, utei montis vicina cacumina cœlo  
 Quam sint quoique magis, tanto magis edita fument  
 Adsidue fulvæ nubis caligine crassa : 460  
 Propterea, quia, quom consistunt nubila primum,  
 Ante videre oculiei quam possint tenuia, ventei  
 Portantes cogunt ad summa cacumina montis.  
 Heic demum fit, utei, turba majore coorta,  
 Et condensa atque arta adparere, et simul ipso 465  
 Vortice de montis videatur surgere in æthram.  
 Nam loca declarat sursum ventosa patere

*tenuis nebulas concreverit: deinde ea conjungunt se mutuo, et conciliantur, et congregando augentur, et tandem portantur flatibus, usquedum acris turbo venti natus est. Accidit etiam, ut quanto plus quique vertices montis propinqui sint cœlo, tanto plus alti continuo fumigant de spissis fumis nubis subrutila; eo quod, ubi statim nubes concreverit, priusquam oculi queant cernere illas adhuc exiguas, status ferentes condensant illas in altis verticibus montis. Ibi tandem accidit, ut, casu majore facto, videantur densata et compacta una, et appareant ascendere de humido cacumine montis in æthra. Namque res ipsa et sensus ostendit nobis, ubi conscendimus in summos*

—455 comprehendunt O. cunque Vind.—459 Qua sint conque Voss. marg. quoque V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. quæque vulg.—460 nubes V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—461 tum consistunt P. V. ed. Bodl. Gryph. Ferr. Th. Ra. Ald.—464 Hinc Heins. 2. Gassend. uti turba minor Vind. uti turba minore O. Mus. B. 1. Cant. utitur summor V. ed. Th. Ra.—466 Et P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. O. Vind. Ferr. Th. Ra. Ald. deest Bodl. Voss. vet. et L. B. condensatque Vind. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. rata Cant. apparere O. Cant. patere P. Ald. parere reliqui vet. lib. Condensa ac stipata simul cernantur et udo Lamb. et edd. vulg.—466 videantur Vind. Mus. B. 1. Cant. et edd. vulg.—467 Delet Lamb. Nam si P. Nam loca P. in not. Nam se Gryph. Nard. Bas. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Vind. Nam

## NOTÆ

458 *Fit quoque, utei, &c.*] His 11. vs. confirmat nubes primum exiguas ac tenuis consistere; deinde in nubes crassas et latas extendi. Ideo enim summa montium cacumina videntur nobis assidue fumare, quia prima nubis caligo consistit primum in montanis regionibus; deinde, quia montane regiones ventosæ sunt, nubes concretæ tandem ventis feruntur ad

summa montium cacumina, donec, orta sæva tempestate, portantur per totum aëra lentius aut citius, pro minori aut majori vi ventorum.

466 *Æthram*] Aëra lucidum. Nomen est Græcum, quo Latini sæpe utuntur. Sic Virg. *Æn.* xii. 'Namque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra.'

467 *Nam loca declarat sursum, &c.*]

Res ipsa, et sensum, monteis quom adscendimus altos.

Præterea, permulta mari quoque tollere toto  
Corpora naturam, declarant litore vestes 470  
Subspensæ, quom concipiunt humoris adhæsum.  
Quod magis, ad nubeis augendas, multa videntur  
Posse quoque e salso consurgere momine ponti :  
Nam ratio consanguinea est humoribus omnis.

*montes, loca, in quibus venti sunt, patefieri supra. Deinde vestimenta appensa in ora maris, ubi recipiunt adhesionem liquoris, ostendunt naturam etiam extollere sursum ex omni pelago plurima corpuscula. Quapropter ideo plura corpuscula videntur posse ascendere etiam de salso spatio maris ad amplificanda nubila; etenim liquores carent omni ratione et sanguine. Deinde cernimus caligines et vaporem*

vel Mus. B. 1. Nam ea Mus. B. 3.—468 Delet Lamb. et sensum Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Cant. et sensus P. Ald. Mus. B. 1. 3. et sensum O. V. marg. 1. ad sensum vulg.—472 Quo Mus. B. 1. P. Vind. Ald. Bip. Hav. Delph. Quid O.—473 in homine Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. nomine Voss. vet. et L. B. O. V. marg. 1. momina ponto Voss. marg.—474 Delendum censent Lamb. Creech. P. cum sanguine adest Heins. 2. Bas. marg. Gryph. marg. P. cum sanguine abest Vind. O. cum sanguine ab V. ed. Mus. B. 1. tum segnis abest Mar. Heins. 2. consanguineas Voss. vet. et L. B. cum sanguineas Mus. B. 3. tum

## NOTE

H. e. loca superna.

469 *Præterea, permulta mari, &c.*] His 11. vs. refert alterum modum, quo nubes concresecere videantur. Putat II. nubes non solum fieri per concretionem ex corpusculis asperioribus, quæ in aëre volitant: sed etiam ex effluxibus seu halitibus e mari, fluviiisque, atque ex ipsa terra surgentibus in aëra. Quod enim vapores e mari sursum emergant, probant ipsæ vestes in littore appensæ de nocte, quæ concipiunt humorem. Similiter quod e fluviiis et e terra exhalationes sursum ferantur, docet ipsa experientia, qua constat interdum totum aëra suffundi densa vaporum caligine, qui sursum conveniant in nebula. Ita censet Aristoteles libro I. Meteor. nisi quod velit mutationem prius fieri vaporis in aëra, deinde ex aëre fieri nubes, postea ex nubibus pluviam.

470 *Declarant litore vestes, &c.*] Sic I. 306.

471 *Adhæsum*] Adhesionem. 'Humoris adhæsum,' h. e. humorem.

473 *Momine*] Pareus, et alii plures; bene, h. e. spatio. Momen enim significat et spatium loci, et spatium temporis, ut monui III. 190. Itaque 'e salso momine ponti,' h. e. salso ponto. Lambinus, nomine.

474 *Nam ratio, &c.*] Hic vs. non videtur Lucretianus; aut saltem alium in locum transferendus est, nempe post vs. 404. 'Arguit et liquidam,' &c. Nisi forte dixeris ideo vapores et halitus e mari atque fluviiis emissos sursum emergere, ut in nubes concresecant; non autem ut in alium usum veniant; neque enim sensus est aut ratio aqua, ut humores mittant cum ratione. Aut vi nature exoriantur in nubes creandas, non autem ex sensu et ratione aquarum. Ego delendum censuerim hunc versum, nisi reperiretur in omnibus codicibus. In Parisiensibus Codd. legitur: *Nam ratio cum sanguine adest humoribus om-*

Præterea, fluvii ex omnibus, et simul ipsa 475  
 Surgere de terra nebulas, æstumque, videmus;  
 Quæ, velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur,  
 Subfunduntque sua cœlum caligine, et altas  
 Subficiunt nubeis paullatim conveniundo :  
 Urguet enim quoque signiferi super ætheris æstus, 480  
 Et, quasi densendo, subtexit cœrula nimbis.  
 Fit quoque, ut hunc veniant in cœtum extrinsecus illi  
 Corpora, quæ faciunt nubeis, nimbosque volanteis.

*consergere ex omnibus fluminibus, et una ex ipsa terra; quæ caligines et vapor extracta inde supra attolluntur sicut halitus, et obtegunt cœlum suis tenebris, et suppeditant sublimia nebula minutatim congregiundo. Namque calor ætheris signiferi desuper etiam premit, et velut condensando nebulas superinducit illis colorem caruleum. Accidit etiam ut illa corpuscula, quæ efficiunt nubila, et nebulas volitan-*

~~~~~

*sanguinea est V. marg. eumoribus Voss. vet. et L. B. Ferr.—477 alitus V. ed. Mus. B. 1. 3.—480 Surgit V. ed. Gryph. marg. Bas. marg. Urget Voss. vet. Ferr. Bip. Hav. Delph. quoque deest V. ed. Th. Ra.—481 densando Vind. V. ed. Mus. B. 1. nimbus P. Ald.—482 huc Gryph. marg. Bas. marg. P. hinc O. Mus. B. 1. Cant. V. marg. 1. in cœlum P. Ald. V. ed. Bodl. O. Ferr. Th. Ra. illi Vind. V. ed. Bodl. O. Voss. L. B. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. ille Voss.*

#### NOTE

*nis.* Vel rejiciendum crediderim post vs. 522. Sic legit Pius: sic Codices Parisienses.

476 *Æstumque*] Vaporem calidum.

479 *Subficiunt*] Suppeditant.

480 *Urguet enim, &c.*] His 2. vs. ait Poëta non mediocriter conferre ad nubium condensationem ipsum æthera, seu cœlum, qui connato suo æstu ac calore nebulas ipsas desuper condensat. Verum, nisi illud explicetur de antiperistasi, qua regio nubium frigescit, non videtur esse germana causa condensationis nubium. Calor enim attenuat potius, quam addensat. Dixerim ego nebulas subsidere ob gravitatem propriam, et ob frigus circumstantans, quo cohærentur.

*Signiferi*] Zodiaci, qui signifer dicitur, quia in eo sunt ignes cœlestes et stellæ. Namque per 'signiferi ætheris' intelligit cœli stelliferi. Sic

enim v. 460. Consule annotationes nostras ibi.

481 *Subtexit cœrula nimbis*] Reddit nimbos cœruleos: facit ut nebulas sursum elatæ nobis hinc e terris videantur imitari cœruleum cœli colorem.

482 *Fit quoque, ut hunc, &c.*] His 12. vs. tertium addit modum, quo nebulas concresecere queant. Putat itaque III. illa corpora seu atomos, quæ congregantur in nubium concreciones non solum ex ipso aëre, aut ex ipsa etiam aqua et terra; sed etiam extrinsecus ex immenso spatio convenire: cum enim docuerit II. 515. et seqq. infinitum et immensum esse spatium, in quo, ex quo, et per quod infinitæ volitent atomi; non est mirum si ex illa profunda summa suppeditent, quæ in nubium concreciones conveniant.

Innumerabilem enim numerum, summamque profundi  
 Esse infinitam docui; quantaque volarent 485  
 Corpora mobilitate, obstendi, quamque repente  
 Innumerabile per spatium transire solerent:  
 Haud igitur mirum est, si parvo tempore sæpe  
 Tam magnos monteis tempestas atque tenebræ  
 Cooperiant maria, ac terras, inpensa superne: 490  
 Undique quandoquidem, per caulas ætheris omneis,  
 Et quasi per magni circum spiracula mundi,  
 Exitus introitusque elementis redditus exstat.  
 Nunc age, quo pacto pluvius concrescat in altis

*tes, adveniant foris in hoc concilium. Namque ostendi numerum et summam infiniti spatii esse innumeram; et demonstravi quanta velocitate prædita essent atomi; et quam subito consuescerent transgredi per spatium inexplicabile. Non ergo mirandum est, si plerumque exiguo spatio temporis nimbus atque caligines desuper effusa operiant tantos montes, et aquora, et terras; quoniam ex omni parte datus est egressus et ingressus primordiis per cunctos meatus aëris, et veluti circum per omnia spiracula magni mundi. Jam vero agendum, dicam qua ratione liquor pluviosus fiat in sub-*

vet. illa vulg. *illinc* V. marg. 1.—484 *summaque* V. ed. Th. Ra.—485 *cunctaque* V. ed. Ferr. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 3. et *qua cuncta* O. Cant. V. marg. 1.—486 *mobilitatem* V. ed. Th. Ra.—487 *Innumerabile* Mus. B. 1. Cant. *Inmemorable* reliqui, per deest Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. Cant. tum P. Ald.—488 *Hanc* Mus. B. 1.—489 *magnis* Vind. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. *magni* Mus. B. 1.—490 *Cooperiant* Vind. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Delph. *Cooperiant* V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1.—491 *caveas* Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant.—494 *crescat* V. ed. Th. Ra.—495 *dimissus* P. V. ed. Bodl. O. Cant. Ferr.

## NOTE

*Hunc in cotum*] In hunc nubium concretionem.

*Extrinsecus*] H. e. non ex ipso solo aëre, aut ex ipso solo mari, aut ex ipsa sola terra, sed etiam foris, nempe ex infinito et immenso profundi seu universi spatii.

484 *Profundi*] Immensi spatii, infiniti, universi: I. 1001. et III. 827. v. 371. &c.

485 *Docui*] Nempè II. 141. et seqq.

486 *Corpora*] Atomii.

490 *Inpensa superne*] Effusa e regione superna. 'Inpensa' autem supp. tempestas et tenebræ, vs. 489.

492 *Spiracula*] Aditus, fauces.

493 *Elementis*] Primordiis, atomis: vs. 353.

494 *Nunc age, quo pacto, &c.*] His 29. vs. seqq. agit de pluvii. Epicurus voluit pluviam generari posse duplici modo: I. per compressionem; II. per transmutationem. Per compressionem quidem, quasi ipsa aqua revera contineatur in nubibus, ex quibus compressis vi venti aut nimia ipsius aquæ copia exprimitur: veluti e spongia, quam manu comprimis, elicitur aqua. Per transmutationem vero, quasi primum natura aëris, ac deinde nubis ea sit, ut recedente calore, et frigore succedente, vertatur in naturam aquæ. Quæ sententia fuit quoque Aristotelis, et ejus sectatorum, qui voluit elementa inter se mutari, ac fieri generationis circu-



Nubibus humor, et in terras dimissus, ut imber, 495  
 Decidat, expediām. Primum, jam semina aquai  
 Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis  
 Omnibus ex rebus; pariterque ita crescere utrumque,  
 Et nubeis, et aquam, quæsequomque in nubibus exstat,  
 Ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit, 500  
 Sudor item, atque humor quiquomque est denique membris.  
 Concipiunt etiam multum quoque sæpe marinum  
 Humorem, velutei pendentia vellera lanæ,  
 Quom supra magnum mare ventoi nubila portant.  
 Consimili ratione ex omnibus amnibus humor 505

*limibus nubibus, et quomodo pluvia missa cadat in terras. Primo jam vincam plura semina aqua attolli una in ipsa nubila ex cunctis rebus; et sic similiter augeri utrumque, nempe et nubila et aquam omnem, quæ est in nubibus: sicut similiter corpus augetur nobis cum sanguine, et pariter sudor, et omnis humor tandem, qui est in artibus nostris. Nubes quoque recipiunt etiam plerumque multam aquam, sicut glomeramina lanæ appensa recipiunt, quando venti ferunt illas super vastum æquor. Pari modo aqua surgit ex cunctis fluvio in ipsa nubila. In quæ nubila ubi plurima*

\*\*\*\*\*

Th. Ra. Ald. Bas. demissus vulg.—497 vincam Vind. nicea Mus. B. 1. videam Mus. B. 3.—498 utraque edd. vulg.—499 nubibus Vind. Mus. B. 3. ut V. ed. Th. Ra.—500 sanguis cum corpore Lamb.—501 Delet Lamb. edenique Cant. V. marg. 1.—502 Consurgunt P. in not. V. marg. 1. Concluderint V. ed. Th. Ra. Concident Vind. Concident Voss. vet. et L. B. Cant. Concliderunt Mus. B. 3.—504 super Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. supra O. Cant. venti mare edd.

#### NOTÆ

lum. Lucretius videtur eo duplici modo velle pluviam fieri. Namque ubi commemoravit qua ratione materia imbris coacervetur sursum in nubibus, docet i. vi venti atque ipsa simul majore nimborum copia nubes comprimi, ex quibus pluvia expressa effluat: ii. vel vi venti, vel ardore solis nubes rarefactas demittere pluviam, seu potius mutari, vel, ut ejus verbis utar, liquecere in pluviam, sicut videmus ceram igni superimpositam liquecere. Neque enim alia est cera liquefacta a cera prius compacta. Similiter ergo censet nubes in pluviam liquefactas non alias esse a nubibus antea compactis.

Nunc age, quo, &c.] His itaque 8. vs. prioribus docet i. materiam plu-

via coacervari posse in nubibus ex cætu infinito atomorum per inane volitantium, quæ ad pluviam naturam aptæ sint. Infinitas namque atomos omnis generis ac figuræ per inane profundum volitare ostendit lib. ii.

497 Vincam] Firmissimis rationibus demonstrabo. Sic II. 747.

498 Utrumque] Pareus, bene. Lamb. utraque.

502 Concipiunt etiam, &c.] His 4. vs. cum distidio, docet etiam ex mari et fluvio multam humorem tolli in nubes, dum ipsæ feruntur venti per æquora et fluvios: sicut videmus lanæ appensas super aquam concipere humorem.

Tollitur in nubeis: quo quom bene semina aquarum  
 Multa modis multis convenere, undique adaucta,  
 Confertæ nubes humecti mittere certant  
 Dupliciter: nam vis venti contrudit, et ipsa  
 Copia nimborum, turba majore coacta, 510  
 Urguens ex supero premit, ac facit ecfluere imbreis.

Præterea, quom rarescunt quoque nubila ventis,  
 Aut dissolvuntur solis super icta calore,  
 Mittunt humorem pluvium; stillante, quasi igni  
 Tela super calido, tabescens multa, liquescat. 515  
 Sed vehemens imber fit, ubei vehementer utraque

*corpuseula aquarum accumulata ex omni parte concurrunt pluribus modis, tum nubila densata vi venti tentant demittere aquas duplici modo; namque primum vis venti deprimit aquas illas, et simul ipsa abundantia nebularum, facto scilicet majore actu, compellit, et desuper instat, et cogit pluvias effundi. Deinde ubi quoque nubes rarefacta agitatur per ventos, vel ubi dissipantur percussa calore solis, demittunt pluviosum liquorem, et distillant, velut si cera contabescens super ardentem ignem abundanter liqueat. Verum ingens pluvia fit, cum nubes confertæ utroque, nempe pondere proprio*

vulg.—508 *nubes vi venti mittere* edd. vulg. *nubes tument* V. ed. Th. Ra. *nubes imbres dum mittere* Creech. *nubes vim venti* V. marg. 1. Cant. *luculentis* Mus. B. 3.—510 *membraorum* Ferr. V. ed. Th. Ra. *turbam more* Vind. V. ed. Mus. B. 1. Th. Ra. *turbam more* Voss. L. B. O. V. marg. 1. Ferr. *turbai more* Voss. vet. *turbatus humore* Mus. B. 3. *coacta* Voss. Mas. P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Gryph. Nard. Ferr. Th. Ra. Ald. *coactu* vulg. *coapta* Cant.—511 *Urguens* Voss. vet. et L. B. *Urget et* vulg. *a supero* Vind. et *super* Voss. vet. et L. B. *e supero* vulg. *insuper opprimit* Voss. marg.—514 *stillantia* Gif. Par. Cout. *stillando* Heins. 3. Mar. *stillantque* edd. vulg.—515 *Tela* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Th. Ra. *Cera* P. O. et edd. vulg. *Tera* Mus. B. 1. *Cera* V. marg. 1. *Teda* Voss. marg.—516 *utraque* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. *utroque* Vind. et edd. vulg. *utrinque* P. V. ed. Th. Ra. Ald.

## NOTÆ

508 *Quo quom bene, &c.*] His itaque δ. vs. cum dimidio primum modum refert, quo pluvia generari queat: nempe per compressionem; dum scilicet vi venti ac ipsa etiam nimborum copia majore nubes compressæ demittunt pluviam, instar spongiæ aqua plenæ, ex qua, dum manu comprimitur, aqua exprimitur.

508 *Mittere*] Supp. aquas conceptas et collectas.

511 *Facit ecfluere imbres*] Sic vs. 212. 'Quæ faciunt flammæ fulgere colores:' et v. 661.

512 *Præterea, quom rarescunt, &c.*] His 4. vs. alterum refert modum, quo pluviam fieri posse putat, nempe per transmutationem; dum scilicet nubes aut vi venti aut ardore solis ictæ et rarefactæ demittunt pluviam, seu mutantur in pluviam, ut explicavi supra vs. 494. not.

514 *Stillante* [*stillantque*] Lamb. bene, ut patet ex ipsa interpretatione. Pareus et alii quidam, *stillantia*, quasi igni. Minus bene; claudicat enim versus.

516 *Sed vehemens imber, &c.*] His 3.

Nubila vi, cumulata, premuntur, et inpete venti.

At retinere diu pluviae, longumque morari,  
 Consuerunt, ubi multa fluenter semina aquarum,  
 Atque aliis aliae nubes, nimbeique rigantes,  
 Insuper, atque omni volgo de parte, feruntur;  
 Terraque quom fumans humorem tota redhalat.

520

Heic, ubi sol radiis, tempestatem inter opacam,

*et vi venti, comprimuntur fortiter. Imbres autem soliti sunt retardare diutius, et cohibere multum homines domo, cum plura corpuscula aquarum collecta sunt, et nubila alia supra alia, imbresque stillantes super alios, et undique passim circumportantur: et ubi terra omnis fumigans iterum exhalat aquam. Inde fit ut quando*

Heius. 2. utrumque Bas. marg. uterque Mus. B. 3.—517 Nubila in Mus. B. 1. premunt Mus. B. 3.—519 Consuerunt Mus. B. 1. flentur Vind. Voss. vet. et L. B. flent Ferr. V. ed. Th. Ra. flant Mus. B. 1. 3. fuerunt edd. vulg. fluent V. marg. 1. flentur et afflentur Voss. marg.—521 Insuperaque omni quidam.—522 consensens Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. cum sumans V. ed. Th. Ra. relatr Voss. marg. redhalat Voss. vet. et L. B. rehalat vulg.—523 Hinc vulg.

## NOTE

vss. docet tunc ingentem pluviarum copiam cadere, ubi plurima aquarum semina collecta exprimuntur e nubibus tum proprio pondere, cum vi ventorum.

*Utraque [Utroque] Nempe vi seu pondere proprio, et impetu venti: vss. 509. 510.*

518 *At retinere diu, &c.*] His 5. vss. docet tunc diuturnam cadere pluviam e nubibus, ubi plurimae nubes aliae super alias, et semina aquarum plurima collecta sunt; et ubi terra suppeditat perenniter vapores et halitus, qui sursum in nubes ferantur, ut inde resoluti cadant.

522 *Redhalat*] Iterum atque iterum sursum halat.

523 *Heic, ubi sol radiis, &c.*] His 3. vss. interim monet Poëta tunc creari in nubibus arcum caelestem, quem iridem vocat, cum spissus est nimbus, et atra sunt nubila. Verum de variis illius coloribus ac forma parcius philosophatus nihil nos docet.

*Delph. et Var. Clas.*

Quod autem ad iridis colores spectat, duo potissimum quaeruntur, numerus et causa. Quod ad numerum pertinet, Aristoteles tres tantum colores discernit, puniceum, seu croceum aut rubeum, ut quibusdam placet; viridem et purpureum, seu violaceum aut caeruleum. Unde iridem vocat tricolorum. Ptolemæus autem vocat eam septicolorem, ob intervenientes medios colores minus præcipuos inter tres illos primarios. Alii vocant eam multicolorem, quasi vix illius infiniti colores distingui queant; unde Virg. *Æn. iv.* 'Mille trahit varios adversæ sole colores.' Quatuor autem præcipui tantum colores observantur: I. Puniceus. II. Flavus. III. Viridis. IV. Purpureus. Qui quidem colores ordinem mutant pro diversa iride. Duplex enim distinguitur iris, primaria, et secundaria. Primaria dicitur ea, quæ sola plerumque apparet, et in qua puniceus color est extimus, seu supremus, flavus succedens, viridis

*Lucret.*

3 C

Advorsa fulsit nimborum adspargine contra ;  
Tum color in nigris existit nubibus arqui. 525

Cætera, quæ sursum crescunt, sursumque creantur ;  
Et, quæ concresecunt in nubibus omnia, prorsum  
Omnia, nix, ventei, grando, gelidæque pruinæ,  
Et vis magna geli, magnum duramen aquarum,  
Et mora, quæ fluvios passim refrenat, aventeis 530

*sol relaxit radiis inter spissum nubum contraria aspersione nubilorum, tunc color venit arqui in atris nebulis. Quæ reliqua res supra sunt et supra generantur, et quæ res omnes sunt in nubibus, omnes omnino, v. g. nix, venti, grando, et frigida pruinæ, et rigida vis gelu, quod indurat acriter aquas, et quod retardat et cohibet*

intus V. ed. Bodl. Ferr.—524 *adspargine* Voss. vet. et L. B. Vind. *aspargine* vulg. *aspargine* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *aspergere* Mus. B. 1.—525 *nubilus* P. in not. *arquis* P. in not. *arquis* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *arqui* Vind. æo V. ed. Th. Ra. *arqui* Mus. B. 1. Ferr. Gryph. Nard.—528 *Sicuti nix* Heins. 2.—530 *refrenata ventis* Vind. Mus. B. 1. *refrenat aventis* V. ed. Th. Ra. *refrenat aquantis* O. Gif. marg. Heins. 2. *refrenat agentis* Mus. B. 3.

## NOTE

tertius, et purpureus intimus seu infimus. Secundaria vero vocatur ea, quæ nunquam sola, sed aliquando superior ampliorque apparet, quam primaria; habetque eosdem colores, sed ut debiliores, ita plane inversos. Videlicet in ea purpureus color extimus est, sequens viridis, tertius flavus, et intimus puniceus. Jam vero quod ad causam colorum iridis pertinet, consentiunt omnes dupplicem tantum agnosci, solem, et nubem aquosam ex adverso sitam: verum eodem modo rem non explicant. Metrodorus apud Plutarch. Plac. III. 3. putat ruborem iridis oriri a solis radiis, cœruleum a nube. Cui suffragatur Seneca, adjiciens ceteros colores esse hujus utriusque misturam. Aristoteles Meteor. III. vult nubem esse velut speculum, a quo solis radius varie reflexus variis reddit colores: puniceum quidem, quod reflectatur ex ea nubis parte, quæ vicinior est: viridem, quod reflectatur ex ea nubis parte, quæ remotior: purpureum denique, quod vix reflectatur, ob ma-

jorem adhuc nubis remotionem. Flavum autem colorem non distinguit a puniceo, nisi quod ob viciniam viridis veluti albescit. Scaliger, quia putat nubem constare ex quatuor Elementorum particulis, ideo vult supremas nubis partes lucem solis excipientes rutilare, tanquam igneas: sequentes flavescere, tanquam aëreas: tertias virescere, tanquam terreas. Quod ad iridis formam spectat, ea rotunda quidem est; sed cur rotunda sit, longius esset hic referre diversas auctorum opiniones de hac re. Consule P. Gassend. in lib. x. Laërt. Animad. de Meteorolog. pag. 1123.

525 *Arqui*] Vel *arqui*. Utramque enim scribitur, *Arcus*, et *Arquis*. Id est, iris, arcus cœlestis.

526 *Cætera, quæ sursum, &c.*] Pariter Lucretius nihil nos docet de ceteris, quæ sursum creantur, nempe nix, ventus, grando, gelu, glacies.

529 *Geli*] Utrumque dicitur, *gelu*, u, indeclinabile; et *gelnu*, i: vs. 155.

*Duramen aquarum*] Glacies, seu vis ea, quæ durat aquas.

Perfacile est tamen hæc reperire, animoque videre,  
Omnia quo pacto fiant, qua reve creentur,  
Quom bene cognoris, elementis reddita quæ sint.

Nunc age, quæ ratio terrai motibus exstet,

Percipe: et in primis terram face ut esse rearis 535

Subter item, ut supera, ventosis undique plenam

Speluncis; multosque lacus, multasque lacunas,

In gremio gerere, et rupeis, diruptaque saxa:

Multaque sub tergo terrai flumina tecta

Volvere vi fluctus, submerso capite putandum est: 540

*ubique flumina labentia, facile est tamen invenire illas, et cernere mente, qua scilicet ratione conorescant, et cur generentur; si recte cognoveris qua res quæque referantur principiis. Agedum vero, jam audi, qua causa sit motibus terra. Et primum fac ut credas terram esse subter, sicut supra est, referantur ubique ventis et cavernis; et ferre in sinu suo plures lacus, et plures fossas, et saxa, et rupes abruptas; et credendum est plures fluvios latentes versare cum impetu, sub tergo terræ, suas undas, et lapides mersos in suls aquis. Namque res ipsa petit terram esse*

*refrenat aquentes Cant. aquades V. marg. 1.—531 Perfacile est P. O. Mus. B. 1. Cant. Perfacile si Vind. V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. cuncta hæc Heins. 2. timet hæc V. marg. 1. te per te P. Ald. sed reperire P. in not. repente V. ed. Th. Ra.—532 fluant Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. refluxant O. Mus. B. 1.—533 cognitis V. ed. Th. Ra. cognoveris Cant. sunt P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. bone pro bene P. Bas. marg. Ald.—534 terra Vind. terra V. ed. montibus Cant. sed a subnotatum est. exstat Mus. B. 1.—535 terras V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. face P. O. Cant. fac reliqui. ut deest Delph. V. marg. 1.—536 et P. V. ed. Th. Ra. Ald. supera P. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Ald. super V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. supra Vind. Mus. B. 3. ut supera est ventis atque undique edd. vulg.—538 Ingentio Ferr. gemere Heins. dirupta V. ed. Th. Ra. Mns. B. 1. dirupta vulg.—540 Volvier in O. Mus. B. 1. Volvere in Cant. Volvere jam P. submersaque saxa putandum est P. O. Cant. submersis saxa Bas. submersos caputandum est Vind. Voss. vet. et L. B. submersos ea putandum est Mus. B. 1. submersis caputandum est V. ed. Bodl. Th. Ra. submersis ita putandum est Ferr. submersis ita putandum est V. marg. 1. submersis hincque putandum est Mus. B. 3.*

## NOTE

530 *Et mora, quæ, &c.*] Idem est, ac 'duramen aquarum,' nempe glacies, quam notat ab effectis, ut alunt.

533 *Cognoris*] Cognoveris.

*Elementis*] Principiis. H. e. quibus principiis quæque sint referenda.

534 *Nunc age, quæ ratio, &c.*] His 73. vs. disputat jam Poëta de terræ motibus. Quam disputationem priusquam aperiat, his 8. vs. statuit

terram in visceribus suis pari congerie constare, qua in extimis suis partibus observatur. Itaque vult illam includere ventos, speluncas, rupes, dirupta saxa, lacus, lacunas, et flumina. Quibus rebus ita statutis, triplicem terræ motus causam jam assignabit, nempe terram, aquam, et ventum. Jam nos de his sigillatim agemus.

Undique enim similem esse sui, res postulat ipsa.

Hiis igitur rebus subjunctis, subpositisque,  
 Terra superne tremit, magnis concussa ruinis  
 Subter, ubi ingenteis speluncas subruit ætas;  
 Quippe cadunt totei montes, magnoque repente 545  
 Concussu late disserpunt inde tremores:  
 Et merito; quoniam, plostris concussa, tremiscunt  
 Tecta, viam propter, non magno pondere, tota:  
 Nec minus exsultant ædes, ubiquomque equitum vis

*parem sibi ex omni parte. Ergo his rebus distinctis et statutis, terra contremiscit supra, ubi subter conquassata est gravibus casibus, nempe cum longum ævum evertit magnas cavernas illius. Namque montes integri corrumpunt, et subito ex ingenti concussione illa motus terræ passim longe discurrunt. Et non sine causa, siquidem domus juxta viam positæ, conquassatæ vehiculis, sine magno pondere, tremunt. Neque minus contremiscunt etiam, quando magna fortitudo equorum concutit orbes*

—541 simile P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Heins. 2. et res O. vires Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. et vires Mus. B. 3. et par res Cant. expostulat Mus. B. 3.—542 adjunctis Delph.—543 superna P. O. Mus. B. 1. Ald.—544 actas V. ed. Th. Ra.—546 disserpunt P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. undique tremores Ferr.—547 tremescunt Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O.—549 In hoc versu, conturbato vexatissima lectionum dissimilitudine, constituendo, ad acumen divinationis necessario fuit defugiendum. Ad hunc modum vulgares editi:—*exsultant ubi currus fortis equom vis.* Nos mediocre, qua pollemus, sagacitatem adhibentes, operam navavimus, ita rem administrare, ut maxima vetustæ scripturæ reverentia conservari posset. Ita P. *exultantia sunt fortis quam tibi equum vis:* Vind. Voss. vet. et L. B. et pro var. lect. Cant. dant: *exultantes dupuis*

#### NOTE

543 *Hiis igitur rebus, &c.*] His 9. vs. refert 1. terræ motus causam esse ipsam terram, cujus speluncæ pro vetustate exesæ tandem concidunt; quibus concidentibus saxa dirupta, totique montes corrumpunt, magnoque suo concussu terram quatunt: quem admodum plaustra vel currus, dum per viam prætergrediuntur, domos ac ædes ad ima fundamenta concutiunt. Hæc opinio fuit Anaximenis, qui apud Senec. lib. vi. censuit terræ partes decidere posse, quas aut humor solverit, aut ignis subterraneus exederit, aut spiritus violentia excusserit, aut vetustas frerit. Quanquam Aristoteles et Plutarchus volunt Anaximenem hos terræ prolapsus fieri docu-

isse tantum ex siccitate et humore. Epicurus vero apud Senec. vi. 20. de hac 1. terræ motus causa sic censet: ‘Fortasse aliqua parte terræ subito decedente terra ipsa percutitur, et inde motum capit: fortasse aliqua parte terræ velut columnis quibusdam ac pilis sustentetur, quibus viatis ac recedentibus tremit onus impositum. Fortasse valida vis spiritus in ignem versa et fulmini similitum magna strage obstantium fertur.’ Sic apud Senec. vi. 9. Anaxagoras docuit simili pæne ex causa aëra concuti et terram, nempe fulmiæ.

548 *Non]* Sine.

549 *Exsultant ædes, [ubi currus fortis, &c.]* Ita Lamb. bene. Pareus

Ferratos utrimque rotarum subcatit orbis.

550

Fit quoque, ubi magnas in aquæ vastasque lacunas  
 Gleba vetustate ex terra provolvitur ingens,  
 Ut jactetur aquæ fluctu quoque terra vacillans ;  
 Ut vas interea non quit constare, nisi humor

*ferratos rotarum vehiculi ex utraque parte. Accidit etiam ut, quando magna gleba præ ævo proruit e terra in ingentes et immensas fossas aquarum, tellus etiam titubans concutiatur impetu aquarum. Sicut v. g. vas non potest consistere supra ter-*

*cumque vim vel duplus: V. ed. Bodl. exultantes duplus cumque viri. O. Cant. exultant ubi currus cumque equum vi. Mus. B. 1. exultans omissis ceteris. Mus. B. 3. exultant duplices hos cumque vierunt. Unde sic possumus tentare: exultant, duplices ubiquomque viri vis; vel virum vis. Hoc etiam modo: exultant, currus ubiquomque viarum. Wakef.—550 Ferratos cum utrinque Voss. marg.—551 uti Cant. in magnas V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. in deest Voss. vet. et L. B. æque Gryph. Nard. aquas Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald.—552 ex Wakef. ex conj. e vulg. et Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—553 jactentur Cant. aqua et fluctu Lamb. et edd. vulg. vacillans P. Delph. Ald. vacillat Ferr. Th. Ra. V. ed. Vind. Mus. B. 1. 3. vacillas Voss. vet. vacillet O. Hav. vacilla Voss. L. B. vacillent Cant.—554 Et vas Ferr. V. ed.*

## NOTE

vero, *exultantes, quam ubi fortis equum vis, &c.* Male, ut patet; quoniam vox 'exultantes' referri debet ad vocem 'tectæ' versu superiori. Non igitur *exultantes, sed exultantis* legendum esset. Deinde, cur vox 'quam?' nihil enim comparatio facit ad rem.

*Equum [Fortis equum] vis]* Fortes equi: sic passim alibi. Periphrasis est.

551 *Fit quoque, ubi in, &c.*] His 5. vs. refert n. terræ motus causam esse ipsam aquam. Hæc autem sententia fuit Democriti, teste Aristotele lib. II. de Rebus Superis: 'Democritus autem ait terram, cum sit aqua plena, multamque aliam aquam pluviam recipiat, ab hac moveri. Nam et cum hæc augetur crescitque, propterea quod lacunæ totam non recipiunt, eam ait vi irrupentem efficere terræ motum, et terram arescentem, atque in partes inanes e locis plenioribus attrahentem ab aqua locum mutante et illabente moveri.' Græcis spernædi brevitatis causa. Sic Epicurus apud Senec. VI. 20.

'Ergo, ut ait Epicurus, potest terram movere aqua, si partes aliquas eluit et abrasit, quibus desit posse excavatis sustineri, quod integris ferretur.' Sic apud A. Gellium II. 26. poëtæ fingunt Neptunum terræ motorem et quassatorem. Posset hæc referri sententia Thaletis, qui opinatus est terram aquis sustentatam, navigii instar, interdum fluctuare. Et vero plerumque in terræ motibus erumpunt debiscente terra, eo fere modo, quo rupta navi aqua navim ingreditur. Lucretius vero putat terram tremiscere ex ingentibus glebis terrarum ruptis, et deciduis inaquam: sicut v. g. dolium aqua plenum non potest consistere ac stare immotum, si intus aqua fluctuet, donec ipsa aqua constet ac conquiescat. Igitur loquitur ex Thaletis opinione, qui terram aqua innatare voluit.

553 *Vacillans]* Lamb. bene. Quidam *vacillet*, sed ita totum versum legunt: *Ut jactetur aqua, et fluctu quoque terra vacillet.*

Destitit in dubio fluctu jactarier intus. 555

Præterea, ventus quom, per loca subcava terræ

Conlectus, parte ex una præcumbit, et arguet

Obnixus magnis speluncas viribus altas ;

Incumbit tellus, quo venti prona premit vis :

Tum, supra terram quæ sunt exstructa domorum, 560

*ram, nisi aqua desit agitari intrinsecus in fluctu aquæ agitato. Deinde, ubi ventus coactus per spatia concava terræ proruit ex una regione, et luclatus impellit profundas cavernas validis cum impetibus, terra inclinatur in eam partem, in quam incumbens violentia venti pellit. Postea domus, quæ sunt edificata supra terram,*

Th. Ra. Et vis P. Ald. Gryph. marg. in terra P. Ald. Hav. Bip. Delph. infra Cant. a pr. man. in marg. inter Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. inferii Voss. marg. interno pro in terra non Mus. B. 1. item non Mus. B. 3.—555 jactarer V. ed. Th. Ra.—557 parte Mus. B. 3. parti edd. vulg. argit P. V. ed. Th. Ra. Ald.—558 altus V. marg. 1.—560 supra Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Th. Ra. supera vulg. extincta V. ed. Th. Ra.—562 In-

#### NOTÆ

555 *Jactarier intus*] Poëtice pro jactari.

556 *Præterea, ventus, &c.*] His 31. vs. reliquis refert III. terræ motus causam esse ventum. Verum, quia duplici modo rem explicat, his 20. vs. prioribus ait ventum esse causam terræ motus, ubi collectus per concava terræ loca tandem proruit et incumbit potius in unam partem, in quam pariter terra vento impulso inclinatur et incumbit. Adeo ut, nisi venti aliquando respirarent, ac flare cum impetu cessarent, ipsa terra tota parata esset ire, quo vis venti ferret eam. Verum, quia interdum respirant venti, ideo ipsa terra sese suo librata pondere recipit in proprias sedes, ac moveri desinit. Dum autem terra inclinatur, quo venti ferunt, tum omnia ædificia supra terram concutuntur, et interdum concussa pronunt; quoque magis edita sunt, eo magis aut concutuntur, aut concussa majoribus ruinis pronunt. Ad quod spectat illud, quod Plin. II. 83. refert de portento singulari, quod in Mutinensi agro contigisse invenit in libris Hetruscorum. 'Namque,' in-

quit, 'montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes, recedentesque; inter eos flamma fumoque in cælum exeunte interdum; spectante e via Æmilia magna Equitum Romanorum, familiarumque et viatorum multitudine.' Hunc autem terræ motum vocant inclinationem. Aristoteles enim duas tantum terræ motus species agnovit, tremorem et pulsum. Tremor autem comparari solet a quibusdam cum agitatione febrili in nobis: pulsus vero cum motu arteriæ. Quia vero pulsus videtur esse succussio terræ, dum quatitur, et sorsum deorsumque movetur, seu interruptus motus et perpendicularis quidem; tremor autem videtur esse continens, sed lateralis et quasi secundum horizontem; ideo nonnulli medium terræ motum fecerunt, quam inclinationem appellant, scilicet dum terra nutat more navigii.

557 *Conlectus*] Antiquè pro collectus; i. e. coactus, conveniens, congressus.

*Parte [Parti] Pro parte.* Sic alibi passim.

560 *Exstructa domorum*] Domus



Ad cœlumque magis quanto sunt edita quæque,  
 In clinata minent in eandem, prodita, partem;  
 Protractæque trabes inpendent, ire paratæ.  
 Et metuunt magni naturam credere mundi  
 Exitiale aliquod tempus clademque manere, 565  
 Quom videant tantam terrarum incumbere molem?  
 Quod, nisi respirent ventei, vis nulla refrenet  
 Res, neque ab exitio possit reprehendere eunteis:  
 Nunc, quia respirant alternis, inque gravescunt,  
 Et, quasi conlectei, redeunt, ceduntque repulsei; 570  
 Sæpius hanc ob rem minitatur terra ruinas,

*et quo magis quæque altæ sunt ad cœlum, eo magis pronæ ac impulsæ incumbunt in eandem partem: et trabes attractæ pronæ festinant sequi. Et postea homines dubitant putare naturam vasti universi expectare aliquod tempus perniciosum et ruinam, quoniam cernunt tam magnam terræ massam inclinare; ita ut, nisi venti cessarent flare, nulla res sit omnino quæ queat cohibere aut reprimere terram a certa sua ruina? Nunc vero, quoniam venti cessant alternatim flare, et alternatim augescunt, et veluti contracti revertuntur, et rejecti recedunt, ob eam causam tellus minatur sæpius exitium, quam facit; namque incumbit, et retro reclinat, et*

\*\*\*\*\*

*clinata* vulg. *minent* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Hav. Delph. Bip. *manent* P. in not. *minant* Gryph. Nard. Bas. P. in not. Cant. Ald. O. *micant* Gryph. marg. Bas. marg. P. *minatur* V. marg. 3. *eadem* Ferr. V. ed. Th. Ra. *prodit* Mus. B. 1. *percita* P. in not.—563 *irreparatæ* V. marg. 2.—564 *Te* Vind. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra.—566 *tantum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. *tandem* Nard. *tantarum* pro *terrarum* Vind.—567 *ventei vis nulla* Wakef. emend. *venti non ulla* vulg. *venti si nulla* P. Ald. Gryph. Nard. Bas. *ventis nulla* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. *ventis non ulla* O. *ventis et non ulla* Mus. B. 1. *ventis si nulla* Ferr. *refrenet* Vind. V. ed. Cant. *re festinet* Voss. vet.—568 *reprehendere* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. *reprehendere* vulg. *deprehendere* P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. *eunteis* vel *eunteis* P. Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. *eunteis* edd. vulg. *virtis* V.

## NOTE

*extractæ*. Sic alibi 'strata viai:'  
 'clausa domorum:' 'structa saxorum,'  
 &c.

563 *Minent*] Imminent. Est autem mineo verbum simplex, minus usitatum.

*Prodita*] Ita Lamb. et Pareus: sic etiam vs. 606. Alii *percita*, vel *procita*.

564 *Et metuunt, &c.*] Hellenismus est. Et homines post hæc metuunt usque adeo, ut credant exitium aliquod aut cladem non imminere?

567 *Quod, nisi*] H. e. si autem non. Sic vs. 596.

*Refrenet*] H. e. nulla res est, quam tam potens sit, ut refrænaret.

568 *Reprehendere*] Pareus, bene: h. e. reprimere, retinere. Lambinus, *deprehendere*.

*Eunteis* [Cunq] Tmesis, non ulla-cunque: i. e. nulla omnino. Ita Pareus et alii. Lambinus, *eunteis*, sup. terram; h. e. pronam et paratam ire ac inclinare, ut ait vs. 563.

570 *Conlectei*] Collecti: vs. 557.

Quam facit; inclinatur enim, retroque recellit;  
 Et recipit prolapsa suas in pondere sedes.  
 Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,  
 Summa magis mediis, media imis, ima perhilum. 575  
 Est hæc ejusdem quoque magni caussa tremoris;  
 Ventus ubi, atque animæ subito vis maxuma quædam,  
 Aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta,  
 In loca se cava terrai conjecit, ibei que  
 Speluncas inter magnas fremit ante tumultu; 580  
 Vorsabundaque portatur: post, incita quom vis,

*gravitate sua delapsa reddidit se in suas stationes. Ergo hoc modo domus omnes contremiscunt, suprema quidem plus quam media, media plus quam infima, infima perpaulum. Hæc est etiam causa ejusdem magni terræ motus, nimirum, cum ventus, et vehementissimus quidam impetus venti repente exortus, vel foris, vel intus ab ipsa terra, contulit se in loca subcava telluris, et ibi inter ingentes cavernas furit antea murmure; et deinde ubi violentia venti percita fertur furibunda, coacta egre-*

ed. Th. Ra. *cunqve?* Delph.—571 *ruinam* P. Ald. *ruinatur* Th. Ra. V. ed.—573 *recedit* O. Mus. B. 1. 3.—573 *suas se in* Vind. et edd. vulg.—576 *ut ipsa* Cout. *ipsa a tellure* edd. vulg. *ipsa ab tellure* Gif. Par. Heins. Cout.—579 *terra* V. ed. Th. Ra.—580 *magno* Fab. *fremis autem* Viud. *fremitante* Cant.

## NOTE

573 *Recellit*] Reclinat: Festus.  
 576 *Summa magis, &c.*] Sic vs. 561.

*Perhilum*] Vel minimum: fere nihilum, perpaulum. Sic III. 221. 815. IV. 379. v. 359. &c.

576 *Est hæc ejusdem, &c.*] His 31. vs. posterioribus explicat modum alterum, quo ventus terram tremere facit; nimirum cum ventus inclusus intra terram, sive extrinsecus introductus fuerit, sive intus ex ipsa terra collectus sit, interim luctatur magna vi cum ipsis terræ speluncis; post erumpit diffidens terram, ac magnam tremorem terræ concutit. Quod memorat olim contigisse Sidoni in Syria, Ægis in Peloponneso, et in aliis civitatibus. Vel etiam non valet erumpere, tamen, quia vis venti disperitur per terræ foramina, ut horror Fulminis in nubibus disserpit inclusus, non minorem incutit terræ

tremorem, quam si erumpat foras. Namque accipiti terrore trepidant urbes, tecta superne cavernæque inferne minantur ruinas, ita ut homines metuant, ne tota mundi machina dissolvatur. Et quidam, etiamsi mundum æternum et immortalem credant, metuant tamen ne sibi sub pedibus terra raptim subtrahatur. Prior ille motus terræ, qui ex vi ventorum erumpente incutitur, vocatur pulsus seu succussio. Posterior vero tremor seu horror, ut ait ipse Lucretius vs. 592. Sic Archelaus apud Senec. VI. 13. Sic Epicurus, Aristoteles, Theophrastus, Callisthenes, Strabo, et alii apud Plutarch. Plac. III. 13. et 23.

577 *Animæ*] Venti. Sic v. 237. et alibi passim.

581 *Vorsabunda*] Sic vs. 437. 'Vorsabundus enim turbo descendit,' &c.

Exagitata foras erumpitur ; et simul, altam  
 Diffidens terram, magnum concinnat hiatum.  
 In Syria Sidone quod accidit, et fuit Ægii  
 In Peloponneso : quas exitus hicc' animai  
 Disturbât urbeis, et terræ motus obortus !  
 Multaque præterea ceciderunt moenia, magnis

586

*dicitur extra, et statim discindens profundam tellurem efficit ingentes scissuras. Quod contigit olim in urbe Sidone Tyria, et quod accidit Ægis in Peloponneso. Quas civitates ejusmodi egressus venti, atque terræ motus factus disiecit.* Plures

Nard.—581 que deest V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. portatus Mus. B. 3. Portatur versabundus Mus. B. 1.—582 simul artam edd. vulg. simulatam Gif. L. B. Par.—583 Diffidens Ferr. V. ed. Th. Ra.—584 In Tyria Lamb. et edd. vulg. Ægii vel Ægi et Egi vet. exempl. Ægis edd. vulg. Argis Heins. 2.—585 qua V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. anima Vind. animantes Mus. B. 3.—586 Disturbatque O. P. Mus. B. 1. Ald. Disturbate Mus. B. 3. Disturbans Gryph. Nard. Bas. abortus Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Ferr. Ald. ab ortus V. ed. Th. Ra.—587 Multa Bodl. Voss. marg. cecideret

## NOTE

582 *Simul, altam*] Lamb. bene. Pareus et alii quidam, *simulatam* : male omnino ; quid est enim 'scindere terram simulatam?'

583 *Concinnat*] Efficit. Sic vs. 436. etrv. 1276. et infra jam vs. 1116.

584 *In Syria [Tyria] Sidone*] Sidon urbs Phœnicis, quam Tyrii condiderunt. Tyrii enim, cum mediterranea incolerent, perpetuis terræ motibus vexati, relictis suis sedibus, novam urbem condiderunt. Justin. lib. xviii. 'Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incolerunt, condita ibi urbe, quam a piscium abertate Sidona appellaverunt. Nam pisces Phœnicis Sidon vocant.' Posidonius apud Strabonem ait oppidum olim prope Sidona terræ motu fuisse destructum : non loquitur autem de ipsa Sidone.

Ægii [*Ægis*] in Peloponneso] Ægæ nomen est multorum oppidorum : i. in Macedonia non procul ab Halyacmone fluvio ; qua in urbe Reges Ma-

cedonia sepeliebantur, Plin. iv. 10. ii. in Cilicia non procul a Pyramo fluvio, Plin. v. 27. iii. in Æolide, Plin. v. 30. iv. in Eubœa, a quo Strabo dictum putat mare Ægæum : v. in Lydia : vi. in Ætolia : vii. in Locride, Steph. Loquitur autem Lucretius de Ægis Achaicis, quæ urbs vulgo dicitur Ægira, Plin. iv. 5. Quem vero terræ motum hic memorat Poëta, eundem forte significavit Aristoteles Meteor. ii. 8. et quidam veteres, qui tradunt olim prope Ægram duas celebres civitates Helicen et Buran terræ motu periisse. De quibus Ovid. Met. xv. 'Si quæras Helicen et Buran Achaïdas urbes, Invenies sub aquis : et adhuc ostendere nautæ Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.'

*Peloponneso*] Peloponnesus est nobilissima totius Europæ peninsula, Isthmo angustissimo Græciæ annexa, inter Ægæum et Ionium mare.

586 *Disturbât*] Pro disturbavit. Sic i. 71. 'inritat,' pro inritavit.

587 *Multaque præterea, &c.*] Lege

Motibus, in terris ; et multæ per mare pessum  
 Subsedere suis pariter cum civibus urbes.  
 Quod, nisi prorumpit, tamen inpetus ipse animai, 590  
 Et fera vis venti, per crebra foramina terræ  
 Dispartitur, ut horror ; et incutit inde tremorem :  
 Frigus utei, nostros penitus quom venit in artus,  
 Concutit, invitos cogens tremere, atque movere.  
 Ancipiti trepidant igitur terrore per urbeis ; 595  
 Tecta superne timent, metuunt inferne cavernas  
 Terrai ne dissolvat Natura repente ;  
 Neu distracta suum late dispandat hiatus,  
 Idque suis confusa velit conplere ruinis.  
 Proinde, licet quam vis, coelum terramque reantur 600  
 Inconrupta fore, æternæ mandata Saluti :

*pariter muri oppidorum corruerunt in magnis motibus terræ, et multæ quoque ci-  
 vitates deorum ceciderunt in pelagus cum suis incolis. Sin autem ipsa vis venti, et  
 furibunda violentia flatus non erumpit foras, atamen distribuitur per frequentes  
 meatus telluris, veluti fremitus quidam, et hinc impingit motum terræ: sicut v. g.  
 quando frigus intus penetrat in nostra membra, concitat ea faciens tremiscere, et  
 irepidare. Ergo homines tremunt per civitates horrore dubio, metuunt ædificia a  
 superiori parte, metuunt ab inferiori parte, ne natura discindat subito speluncas tel-  
 luris: aut ne tellus ipsa divulsa pandat longe suas scissuras, et ita disiecta velit  
 replere illos hiatus multis cladibus. Itaque etiamsi homines putent caelum et ter-  
 ram immortalia fore, et tradita immortalis conservationi: tamen aliquando vis ipso*

Vind. cecidere et Cant. Voss. marg.—588 multis Glf. Par. Cont. passim Mus.  
 B. 1. 3.—589 Subsedere P. Ald. civibus et V. ed. Th. Ra.—591 Et seta V. ed.  
 Th. Ra. Et crebra Mus. B. 1.—592 Disperditur Bas. Disperitur V. ed. Th. Ra.  
 unde P.—593 ut in Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3.  
 Cant. Bip. et in O.—594 moveri edd. vulg.—596 superna P. Gryph. Bas. marg.  
 metuunt deest V. ed. Th. Ra. inferna P. Ald. Gryph. marg. caverna Gryph.  
 Nard. Bas. cavernas V. ed. Th. Ra.—597 Terræ ne P. Ald. Bas. marg. Terra  
 ne Vind. Mus. B. 3. Terrave V. ed. Th. Ra. Terrarum ne O. Heins. 2. Gryph.  
 marg. Terra orbem Cant. dissolvatur P. dissolvit Mus. B. 1. disiliat Gryph.  
 marg.—598 Heu Cant. Nec Delph. dispandit Mus. B. 1.—599 conplere Cant.

## NOTE

Plin. II. 80. qui memorat duodecim  
 urbes Asiæ una nocte totas periisse  
 terræ motu. Similiter paucis abhinc  
 annis idem contigit civitati S. Severi  
 in Apulia. Nuperrime Ragusæ pars  
 in barathrum cecidit.

590 *Animai*] Venti, flatus: vs. 577.

595 *Trepidant*] Supp. homines.

598 *Tecta superne timent, &c.*] H. e.

timent ædificia a superiori parte, sci-  
 licet ne cadant, et obruant eos.

*Metuunt inferne, &c.*] Timent ab  
 inferiori parte, ne scilicet terra dehis-  
 cat.

598 *Dispandat*] In diversas partes  
 late aperiat.

599 *Idque*] Per appositionem; pro  
 illum, supp. hiatus.

Et tamen interdum præsens vis ipsa pericli  
 Subditat hunc stimulum, quadam de parte, timoris ;  
 Ne pedibus raptim tellus substracta feratur  
 In barathrum, rerumque sequatur prodita summa 605  
 Funditus, et fiat mundi confusa ruina.  
 Nunc ratio reddunda, augmen quur nesciat æquor.

*præsens discriminis subter admovet iis hunc aculeum de aliqua parte metus, ne scilicet terra subito sub pedibus sibi subducta abripiatur in abyssum, et universa natura rerum projecta tota omnino subsequatur, et conturbatum exitium totius universi accidat. Jam vero danda est ratio, cur mare non habeat augmentum. Primum*

*completre reliqui.—603 Attamen P. in not. Mus. B. 3. et edd. vulg.—603 Subdit et P. Ald. Subdita et Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 3.—604 substracta P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. Cant. Delph. substracta Voss. vet. et L. B. Voss. marg.—605 barathrum O. Mus. B. 1. 3. Cant. forma Mus. B. 3. in marg.—606 Deest V. ed. Th. Ra.—607 Deest P. V. ed. Th. Ra. Ferr. Ald.*

## NOTÆ

603 *Subditat*] Subdit, subter admovet.

604 *Ne pedibus raptim, &c.*] Sic I. 1098.

605 *Barathrum*] Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in una parte mollis et cœnosus, quo sceleratos deturbabant. Hinc vulgo accipitur pro horrenda voragine, pro abyso profunda, pro ipsis etiam Infernis.

*Prodita*] Propulsa, dejecta. Sic vs. 562.

*Rerum summa*] Universa rerum natura, universum, mundus ipse totus.

607 *Nunc ratio reddenda, &c.*] His 32. vs. novum problema proponit et solvit Lucretius; cur nempe mare non augeatur, tot in illad decurrentibus aquis, fluviiis, fontibus, ac imbribus. Quæstionem artificiose solvit, causamque refert in jugem humoris detractionem. I. Namque adeo vastum est æquor, ut ceteri decursus aquarum sint ad mare veluti guttula. II. Sol etiam æstu suo partem aquarum non mediocrem absumit, non secus ac vestes madidas exsiccatur. III. Ventû vis partem humoris verrit et tollit; sic enim una nocte vias siccat et agros, lutumque crustis ob-

ducit. iv. Nubes attrahunt multum humorem, quem per aëra passim portant. v. Terra ipsa arida et bibula exigit et attrahit in se plurimum humorem e mari, quod eam circumcingit undique. Percolatur enim aqua maris per terræ meatus, et ad fluminum capita remeat perenniter. Auctor Sacer Eccl. i. sic quæst. solvit: 'Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat, quoniam ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.' Hinc Homerus Iliad. et alii poëtæ vocant oceanum, modo fluviorum, marium, fontium, et puteorum omnium originem: modo eorundem omnium Barathrum, aut Tartarum. In hanc enim voraginem omnes fluvii confluant, et ex hac origine omnes vicissim fluvii effluunt. Itaque his 9. vs. prioribus postquam rem proposuit, i. vastitatem maris, in quam fit aquarum omnis decursus, exponit, tanquam aliquam causam, cur mare non augeatur. Adeo enim vastum est mare, ut et fontes, et fluvii, et imbres omnes non nisi sint ad totum mare veluti guttula una. Sic Arist. Meteor. lib. 2. eodem utitur argumento, quod exemplo confirmat.

Principio, mare mirantur non reddere majus  
 Naturam, quo sit tantus decursus aquarum,  
 Omnia quo veniant ex omni flumina parte. 610  
 Adde vagos imbreis, tempestatesque volanteis ;  
 Omnia quæ maria, ac terras, sparguntque rigantque :  
 Adde suos funteis : tamen ad maris omnia summam  
 Guttai vix instar erunt unius ad augmen ;  
 Quo minus est mirum, mare non augescere magnum. 615  
 Præterea, magnam sol partem detrahit æstu :  
 Quippe videmus enim vesteis, humore madenteis,  
 Exsiccare suis radiis ardentibus solem.  
 At pelage multa, et late substrata, videmus.

*homines admirantur naturam non efficere æquor majus, in quod tam magnus concursus aquarum fit : in quod nempe fluvii omnes undique concurrunt. Adjuuge errantes pluvias, et nimbos volitantes, quæ conspergunt et irrigant omnia æquora et omnes terras : adjuuge suos fontes ; attamen hæc omnia vix erunt ad totum mare adinstar unius guttulae ad augmentum illius. Quare minime mirandum est, casum æquor non augeri. Deinde sol calore suo diminuit magnam partem aquarum maris. Namque cernimus solem ferventibus suis radiis siccare vestimenta tota vrida aquis. Cernimus autem æquora esse multa, et late extensa jacere ; unde,*

Bodl. Voss. vet. et L. B. Voss. marg. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—609 *Natura* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *quo tantus fuit* Lamb. Hav. Bip. *quo fit tantus* Delph. *quo fiat tantus* Gif. Par. *quo fuit tantus* Gassend.—610 *veniant* Delph.—611 *valenteis* Heins. 2.—614 *Gutta* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *augem* O.—615 *mare est mirum* Ferr. V. ed. Th. Ra.—616 *sol magnam* P. Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant.—617 *humore addentis* Vind.—619 *Ad* Mus. B. 1. V. marg. *pelage* Vind. Voss. vet. et L. B. P. in not. *pelagi* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. *Cout. pelago* O. Cant. *pelagus* Nard. *sub-*

## NOTE

Sicut enim, inquit, si quis in vastam mensam profuderit cyathum aquæ, ac dilatarit, vix tanta apparet aqua, vel brevi tempore exsiccatur.

609 *Decursus aquarum*] Sic l. 284. v. 264.

610 *Quo*] In quod, nempe mare. Sic l. 1030.

614 *Ad augmen*] Supp. maris ; h. e. ad augendum mare.

616 *Præterea, magnam sol, &c.*] His 7. vs. continetur II. causa, cur mare non augeatur. Quæ quidem ratio jam reddita est v. 265. et de qua sat abunde jam supra vs. 607. not.

618 *Ardentibus [ardentibus]* Pro ardentibus, metri causa.

619 *At pelage multa, &c.*] His 4. vs. interim respondet Lucretius objectioni, quæ fieri potuit adversus hanc II. causam. Si quis enim objicet imparem esse destructionem a sole factam aquarum decursui ventientium in mare ; respondet Poëta immensam æquoris planitiem compensare largiter detractionis mediocritatem. Aristoteles risu melius solvit et explicuit ea comparatione, quam retulimus jam supra vs. 607. not. Consule locum iterum.

Proinde, licet quam vis ex uno quoque loco sol 620

Humoris parvam delibet ab æquore partem,

Largiter in tanto spatio tamen auferet undis.

Tum porro, ventei quoque magnam tollere partem

Humoris possunt, verrentes æquora ventei :

Una nocte vias quoniam persæpe videmus 625

Siccari, mollisque luti concreescere crustas.

Præterea, docui multam quoque tollere nubeis

Humorem, magno conceptum ex æquore ponti ;

Et passim toto terrarum spargere in orbi,

Quom pluit in terris, et ventei nubila portant. 630

Postremo, quoniam raro cum corpore tellus

Est, et conjuncta est, oras maris undique cingens ;

*etiamsi sol detrahat exiguam partem aquæ e mari in uno quoque loco, attamen detrahat copiose aquis in tam vasto spatio, quo mare patet. Deinde etiam venti queunt auferre partem aquarum, dum stringunt campos maris ; siquidem in una nocte cernimus plerumque itinera exsiccari ventis, et crustas cani liquidi indurescere. Insuper ostendi supra nubila etiam auferre plurimam aquam, quam hauriant ex vastis campis maris ; et diffundere illam ubique in omni globo terrarum, quando pluit in terris, et venti circumferunt nimbos. Denique, cum terra constet corpore non omnino pleno, et juncta sit cum aquare circumcingens littora maris ex*

trasta P. in not. O. Cant. *subtracta* Mus. B. 3.—622 *Largius* P. Ald. *Largitus* V. ed. Bodl. Heins. 1. Ferr. Th. Ra. *auferit* Mus. B. 3. *auferat* Cant. V. marg. 2. *undas* V. marg. 2.—623 *magnam quoque* edd. vulg.—624 *verrentes* Ferr. V. ed. Th. Ra. *æquora ponti* P. O. Mus. B. 3. Ald. Bip. Hav. Delph.—625 *cum pro quoniam* Ferr. V. ed. Th. Ra. *quomodo* Mus. B. 1. 3.—626 *mollis* P. Ald.—628 *ex æquore venti* quidam.—629 *orbe* P. Cant. et edd. vulg. *orbis* Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra.—632 *conjuncta storis* V. ed. Th. Ra. Vind. *conjunctas oras* Lamb. *magis undique* P. Vind. V. ed. O. Mus.

## NOTE

*Pelage*] In plurali. Dicitur enim pelage indeclinabile, ut Tempe, cete, &c. Quod semel jam annotavimus supra v. 36. Male ergo Pareus *pelagi*, quasi Hellenismus esset 'multa pelagi,' pro multum pelagus.

621 *Delibet*] Degustet, diminuat, detrahat. Sic alibi passim.

623 *Tum porro, ventei, &c.*] His 4. vss. continetur III. causa, cur mare non sageatur; de qua nos satis vs. 607. not. Quam causam reddidit jam supra v. 267. et 389.

624 *Verrentes*] Sic v. 267. 625. et 389.

626 *Mollisque luti, &c.*] H. e. Et latum, quod erat molle, durescere.

627 *Præterea, docui, &c.*] His 4. vss. continetur IV. causa, de qua nos supra fusius disputavimus, vs. 607. not.

*Docui*] Nempe vs. 502. et seqq.

631 *Postremo, quoniam, &c.*] His 8. vss. posterioribus continetur V. causa, cur mare non augeatur; eaque germana est et vera ratio. Et quam retulit v. 269.

Debet, ut in mare de terris venit humor aquai,

In terras itidem manare ex æquore salso :

Percolatur enim virus, retroque remanat

635

Materies humoris, et ad caput amnibus omnis

Confluit ; inde super terras redit agmine dulci,

Qua via secta semel liquido pede detulit undas.

Nunc, ratio quæ sit, per fauces montis ut Ætnæ

Exspirent ignes interdum turbine tanto,

640

*omni parte, liquor aquæ debet ita decurrere in terras ex salso mari, sicut effluit e terris in æquor. Namque venenum aquæ maris quasi per colum transmittitur, et tota materia aquæ remeat, et convenit ad originem omnium fluminum; hinc revertitur supra terras dulci ductu per ea loca, per quæ semel iter factum deduxit aquas pede fluido. Jam vero dicam quæ causa sit, cur aliquando ignes exhalent adeo magno cum impetu per hiatus montis Ætnæ; namque non procella ignis*

B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *cingit* Lamb. Bip. *augens* V. ed. Th. Ra.—634 *terra sic idem* V. ed. Th. Ra. *terra sit idem* O. Ferr. *terram sic idem* Mus. B. 1. *terras sic idem* Cant.—635 *intus pro virus* Mus. B. 1.—637 *reddit* V. ed. Th. Ra. *reddet* Cant. *augmine* P. Mus. B. 1. Ald.—638 *septa* Mus. B. 1. Cant. *recto pede* Gassend.—639 *fauccis* edd. vulg. et Cant. *æthnæ* P. V. ed. O. Cant.

## NOTE

632 *Coniuncta est, oras, &c.*] Ita Pareus et Lambinus. Alii tamen; *coniunctas oras maris undique cingit*. Idem plane sensus.

635 *Percolatur enim, &c.*] Hi 4. vss. positi sunt supra v. 270. Consule locum et annotationes nostras.

639 *Nunc, ratio quæ sit, &c.*] His 74. vss. disputat de ignibus montis Ætnæ. Quæ quidem quæstio, quotquot præclara et solertia ingenia fuerunt, torsit et exercuit, torquebitque et exercebit, quotquot imposterum erant. His itaque 41. vss. prioribus præmonet : I. Siculorum agros non pluvia ignis aut flammaram vastatos fuisse multoties; sed ignibus et flammis ex Ætna monte eructatis vi magna et impetu vehementi. II. In memoriam revocat ea, quæ supra docuit lib. I. et II. passim, nempe inane impensum esse secundum altitudinem, latitudinem, longitudinem, et profunditatem : in quo, ex quo, et per quod infinitæ atomi diversarum omnium figurarum volitent, ex quibus

diversæ res omnes concrescunt. Hinc parat semina flammis et ignibus identidem ex Ætna monte erumpentibus ob congressum et conventum atomorum ignitarum in eum locum concurrentium : sicut v. g. identidem procellosus nimbus terras cooperit imbribus ob collectas pluviosas atomos undique ex fluviis et mari : vel sicut ex aère, terra, et aqua suppeditatur, unde fiat terræ motus, ita ex ignitis atomis in unum concurrentibus suppeditari, unde mons Ætna flammam late evomat : aut sicut in nobis suppeditatur, unde frigus corripit membra et calor urat intus viscera, dum febri laboramus. III. Etiamsi incendium illud magnum videatur, parvum tamen esse, si comparetur cum ceteris rebus, quæ sunt in toto universo. Sic etiam fluviis, licet non adeo magnus, tamen maximus videtur iis, qui alios majores non viderunt. Ita illud incendium Ætnæ montis videtur nobis magnum, quia aliud majus non videmus.



Expeditam : neque enim mediocri clade coorta  
 Flammæ tempestas, Siculum dominata per agros,  
 Finitumis ad se convortit gentibus ora ;  
 Fumida quom cœli scintillare omnia templa  
 Cernentes, pavida complebant pectora cura, 645  
 Quid moliretur rerum Natura novarum.

Hiisce tibi in rebus late est alteque videndum,

*exorta de medio aliquo exitio, grassata per campos Siculorum traduxit vultus populorum vicinorum in se, quando videntes cunctos fornices cœli micare flammis replebant corda sua timida sollicitudine, dubitantes quas res novas natura intendere. In istis rebus aspiciendum est tibi late et penitus, et prospiciendum est tibi*

—641 *mediocri clade coorta* Heins. in Ov. Met. iv. 536. *dia de clade coorta* Fab. emend. Hav. Sus. *media qua clade coorta* P. *media grecia de coorta* Vind. Voss. et L. B. Mus. B. 1. Cant. *media grecia decorata* V. ed. Th. Ra. Bodl. *media de glande coorta* O. V. marg. 2. *media grecia coorta* Mus. B. 3. *Enceladi de clade coorta* Bentl. *mediocre clade coorta* Voss. marg. *media de clade coorta* vulg. —642 *Siculus* Cant. V. marg. 2. —643 *sese* Mus. B. 1. —644 *stillare* Ferr. Cant. sed corr. in marg. —645 *panda* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bas. marg. *pando* Gryph. marg. Heins. 1. *complectant* V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. *corpora dura* V. ed. Th. Ra. Ald. —647 *in deest* edd. vulg. —648 *despiciendum* Voss. vet. et

## NOTÆ

641 *Neque enim mediocri* [media, &c.] Sensus est. Neque enim flamma illa, quæ per agros Siculorum grassata omnes gentes in admirationem rapuit, exorta est ex aliqua media clade, h. e. ex aliquo alio loco, quam ex monte Ætna; quo tempore omnes videbant æra totum circum micare ignibus, et dubitabant quidnam novi hoc esset.

642 *Siculum*] Siculorum. Mons enim Ætna est in Sicilia, ut jam dicemus.

644 *Fumida*] Ignes, flammæ, et favillas erumpere ex Ætna testantur fere omnes: sed in primis D. August. de Civit. iii. 31. his verbis: 'Legimus apud eos, Ætnæis ignibus ab ipso montis vertice, usque ad litus proximum decurrentibus, ita fervere mare, ut rupes exurerentur, et pices navium solverentur. Hoc utique non leviter noxium fuit, quamvis incredibiliter mirum. Eodem rursus ignium æstu tanta vi favillæ scripserant oppletam esse Siciliam, ut Cata-

nensis urbis tecta obruta et oppressa diruerit; qua calamitate permoti misericorditer ejusdem anni tributum ei relaxavere Romani.' Sic ex Vesuvio, monte in Campania; ex Hecla in Islandia; ex Quitto in Peruvia; et aliis ex locis memorantur ignes et favillæ interdum eructari. Verum non adiciuntur tenebræ, de quibus tamen sic Cicero de N. Deor. lib. ii. 'Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur; ut per bidentum nemo hominem homo agnosceret.' Sic Plinius junior testatur in epistolis erumpere fumum, pumices, et cineres ex Vesuvio, quibus suffocatus est ejus avunculus Plinius magnus. Appianus de Bell. Civil. lib. v. addit horrendos fremitus. Sed unus Lucretius hæc omnia et alia insuper adjecit, ut jam videre est infra.

*Cœli templa*] Cœlum, ut sæpius monui. Sic vs. 670.

Et longe cunctas in parteis despiciendum,  
 Ut reminiscaris, summam rerum esse profundam,  
 Et videas, cœlum summai totius unum 650  
 Quam sit parvola pars, et quam multesima constet :  
 Nec tota pars, homo terrai quota totius unus.  
 Quod bene propositum si plane contueare,  
 Ac videas plane, mirari multa relinquas.  
 Num quis enim nostrum miratur, si quis in artus 655  
 Adcepit calido febrim fervore coortam,  
 Aut alium quem vis morbi per membra dolorem ?  
 Obturgescit enim subito pes, adripit acer  
 Sæpe dolor denteis, oculos invadit in ipsos ;  
 Existit sacer ignis, et urit, corpore serpens, 660

*procul in omnes partes, ut memineris universam massam rerum esse immensam; et ut intuearis, quam exigua particula totius universi unum cœlum sit; et quam minima sit multoties; et quantula portio totius terra unus homo sit. Quam propositionem meam si recte omnino concipias, ac intueare perfecte, oportet ut dentinas admirari nulla. Etenim an aliquis nostrum admiratur, si quis homo recepit febrim in membra sui corporis exortam ex fervido calore; vel si recepit quemlibet alium dolorem morbi per artus suos? namque pes repente tumet: plerumque sævus dolor corripit dentes, aut occupat ipsos oculos: ignis sacer inest et irrepens adurit in cor-*

\*\*\*\*\*

L. B. Vind. Mus. B. 3. Cant. *dispiciendum* vulg.—649 *summa* O. Cant.—650 *Ut P. summa* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. *cum summa* Mus. B. 3.—651 *constent* Heins. 2.—659 *Nec quota* P. O. Cant. Gryph. marg. Bas. marg. Mar. *Et quota p. h. t. sit totius unus* Lamb. Creech. et alii. *terra* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. *terna* Mus. B. 1. *Nec sit pars homo* Gryph. Nard. Bas. Heins.—653 *bene* Bas. marg. P. Ald. *propositum si* Vind. O. *propositum est si* Cant. *pleni* Vind. Mus. B. 3.—654 *Et P. V. ed. Th. Ra. Ald. Ut Ferr. At Mus. B. 3.—655 miratus* P. Ferr.—658 *obbrutescit* P. in not.—659 *dentes* Vind. V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *oculosque* P.—660 *Exerit* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *Exerit* Th. Ra. V. ed. *corpora* P. V. ed. Ferr.

#### NOTE

649 *Ut reminiscaris, &c.*] Docuit enim I. 968. et II. 89. omne, seu universum esse infinitum, immensum, et profundum. Cujus hic mundus pars sit una; ceteri vero infiniti alii pares mundi, ceteræ partes.

*Summam*] Universum, ut passim docui. Sic vs. 650. 679.

*Profundam*] Infinitum, non finitum.

Sic lib. I. et II. citatis locis.

651 *Multesima*] H. e. quam parva,

similis quidem et par multis aliis similibus partibus. Multesima enim pars dicitur ea, cui multæ aliæ partes similes ac pares sunt ad constituendum aliquod totum. Nonius. Græcis dicitur *πολλοσθεν μέρος*.

660 *Sacer ignis*] 'Sacer ignis,' inquit Celsus v. 28. 'malis ulceribus annumerari debet.' Græcis dicitur *ἔρσιπelas*: vulgo, *Erysipèle*. Sic Virg. Georg. III.

Quamquamque adripuit, partem, repitque per artus ;  
 Nimirum, quia sunt multarum semina rerum ;  
 Et satis hæc tellus morbi, cœlumque, mali fert,  
 Unde queat vis immensi procreescere morbi.  
 Sic igitur toti cœlo, terræque, putandum est · 665  
 Ex infinito satis omnia subpeditare,  
 Unde repente queat tellus concussa moveri,  
 Perque mare, ac terras, rapidus percurrere turbo,  
 Ignis abundare Ætnæus, flammescere cœlum ;  
 Id quoque enim fit, et ardescunt cœlestia templa. 670  
 Et tempestates pluviæ graviore coortu  
 Sunt, ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum.  
 At nimis est ingens incendii turbidus ardor !

*pore eam omnem partem, quam invadit et serpit per membra ; scilicet, eo quod principia multarum rerum sunt. Et terra atque aër inferunt nobis sat maleficii, a quo violentia ingentis doloris possit provenire. Ita ergo credendum est res cunctas administrari abunde ex infinito universo ipsi toti aëri et telluri, ex quibus terra ipsa conquassata possit subito tremiscere : et ex quibus vehemens tempestas possit pervadere per aëquor et per terras ; ex quibus flamma Ætnæa possit exire, et cœlum incendi ; namque illud etiam accidit, et cœlestes fornices incenduntur, sicut turbines lumbis sunt majore copia aquæ, cum fortasse sic principia aquarum contulerunt se in nubes. Verum, inquit, nimium magnus est impetus violentus incendii. Quasi*

Th. Ra. Ald.—661 *repetitque* V. ed. Bodl. O. Th. Ra.—663 *tellus nobis* Mus. B. 1. 3. et edd. vulg. *male* P. Vind. V. ed. O. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. *orbem cœlumque malum fert* P. in not.—664 *immensi* Cant. *immensi* reliqui. *nobi* Vind.—665 *cœli* V. ed. Th. Ra.—666 *Et* V. ed. Th. Ra. *suppeditari* Gryph. Delph. Nard. Bas.—668 *ac* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. et vulg.—671 *Ut* edd. vulg.—672 *retulerunt* O. Mus. B. 1. Delph. *detulerunt* V. ed. Th. Ra. Cant.—673 *incendii* P. V. ed. Ferr. Ald. *incendi*

## NOTE

663 *Morbi [nobis]* Lambin. bene. *Pareus, morbi.*

666 *Ex infinito* Ex immense universo, ex profunda rerum summa, vs. 649.

*Subpeditare [suppeditari]* Lamb. bene. Pareus, *suppeditare*, quasi neutrum sit verbum. Verum passim legitur passive. Sic I. 995. II. 568. IV. 190. et jam infra vs. 816. 1084.

669 *Ignis abundare Ætnæus* Metaphora est ab aqua ducta. Sic Virg.

*Delph. et Var. Clas.*

Æn. III. 572. de ejusdem Ætnæ eruptione ignita: 'Interdumque atram prorampit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, et candente favilla: Attollitque globos flammaram, et sidera lambit.' Quam metaphoram jam supra annotavimus.

*Flammescere cœlum* Dum coruscet, ac fulgurat.

670 *Cœlestia templa* Cœlum: vs. 644.

673 *Incoendii [Incendi]* Incendii, metri causa.

*Lucret.*

3 D

Scilicet, et fluvius, qui visus, maxumus ei,  
 Qui non ante aliquem majorem vidit: et ingens 675  
 Arbor, homoque, videtur; et omnia, de genere omni,  
 Maxuma quæ vidit quisque, hæc ingentia fingit:  
 Quom tamen omnia cum cœlo, terraque, marique,  
 Nihil sint ad summam summai totius omnem.

Nunc tamen, illa modis quibus, inritata repente, 680  
 Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus eccliet,  
 Expediam. Primum, totius subcava montis  
 Est natura, fere silicum subfulta cavernis.  
 Omnibus est porro in speluncis ventus, et aër;

*vero; nonne et flumen, quod non est magnum, videtur maximum ei, qui non vidit antea aliquod aliud majus? et arbor celsa et homo magnus, et cetera ejusmodi, quæ quisque vidit unquam maxima, imaginatur ea magna prorsus: cum tamen hæc omnia nihil sint ad massam totius universi, si comparentur cum cælo, et terra, et æquore. Attamen jam dicam, quibus rationibus ille ignis percitus subito expi- ret extra ex ingentibus fornacibus montis Ætnæ. Primo natura totius illius mon- tis est cava subter, quasi sustentata speluncis saxorum. Est autem ventus et aër in*

\*\*\*\*\*

vulg.—674 *eti vulg. est in fine Vind. O. Caut. quivis ut maximus Voss. marg. qui non est, maximus eii est Lamb. et alii.*—676 *Arbor homo V. ed. Th. Ra. omnis Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3.*—679 *Nihil V. ed. Th. Ra. Nil vulg. sum- ma Vind. Mus. B. 3. summa totius in V. ed. Th. Ra. Bodl.*—681 *casus V. ed. Th. Ra. et ne Cant.*—683 *ferens illi cum V. ed. Th. Ra. Ferr. fores illic Mus. B.*

#### NOTE

676 *Videtur]* Supp. ei qui majorem arborem, majoremque et hominem non vidit.

677 *Maxuma]* Supp. quibus majora nunquam antea vidit.

679 *Summai totius]* Universi. Sic vs. 650.

680 *Nunc tamen illa, &c.]* His 14. vs. jam peculiare causas redditurus, cur Ætna flammam et ignem evomat, inprimis ponit hujus montis viscera concava esse, atque saxis constare. Addit insuper ventum et aëra complere cavernas illas ingentes. Ventum autem fieri vult ex concito aëre. Aër vero, ubi præ agitatione conca- luit intra montis viscera, saxa pariter calefacit, urit, et ex iis ignem, flammam, et scintillas exoutit, quas

foras extrudit. Porro per ventum et aëra intra cavernas Ætnæ montis concitatum intelligi potest halitus sulfureus ac bituminosus, qui continenter genitus convolutusque et agitatus intra illas cavernas, ubi jam præ nimia copia contineri non potest, obices rumpit, in flammam erumpit. Sic Tro- gus apud Servium in Æn. III. Nam Sicilla terra cavernosa et fistulosa. Quo fit, ut ventorum flatibus pateat, unde ignis concipitur. Intrinsicus sulfur habet et bitumen; in quæ ubi ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus ignem concipit. Sic Ætnæ durat incendium.

*Inritata]* Antiquæ, pro irritata. Sic lib. IV. 1039. et alibi passim.

Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aër. 685  
 Hicc' ubi percaluit, calefecitque omnia circum  
 Saxa furens, qua contingit, terramque; et ab ollis  
 Excussit calidum flammis velocibus ignem;  
 Tollit se, ac rectis ita faucibus eicit alte,  
 Vortitque ardorem longe, longeque favillam 690  
 Differt, et crassa volvit caligine fumum;  
 Extruditque simul mirando pondere saxa.  
 Ne dubites, quin hæc animai turbida sit vis.  
 Præterea, magna ex parte mare montis ad ejus

*totis cavernis illis; namque ibi ventus creatur, ubi aër est agitated movendo. Hic vero aër, cum calefactus est, et calefecit cunctos silices, et terram circum, qua parte aëriens peringit, et cum expressit ex illis silicibus et terris calefactis ignem fervidum cum flammis volantibus, tunc evehit seipsum, et sic sublime erigit se rectis crateribus, et dispergit calorem longe et longiter acintillam, et volutat fumum cum spissis tenebris, et eicit una lapides, qui constant admirabili pondere. Ut non ambigas, quin hæc sit potentia violenta venti. Deinde pelagus perfringit*

1. *ferre illi cum Mus. B. 3. sustata Cant.*—686 *percellit Sus. Scaliger. ad Virg. Cat.*—687 *ferens Sus. terens Scaliger. ut sup.*—689 *Deest P. Ald. eicit Mus. B. 1. 3. eicit Cant. eicit vulg.*—690 *Vortitque Voss. marg. Ondendorp. ad Jul. Obs. p. 152. Funditque vulg. Fecitque P. Vind. O. V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Fertitque P. in not. Voss. L. B. V. marg. 2. Fervitque V. marg. 3. Cant.*—691 *Differe P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. Defferet Ferr. Post hunc versum inseritur vs. 689. P.*—693 *Nec P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald.*—694 *magni Delph. parte P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph.*

## NOTE

685 *Ventus enim fit, &c.*] Tres sunt de vento opiniones. 1. Ventorum originem referunt ad terram Aristoteles Meteor. II. 4. et Theophrastus teste Olympiodoro in 1. et 2. Meteor. II. Alii referunt ventorum originem ad aquam: sed imprimis Metrodorus, qui apud Plutarch. Plac. III. 7. definit ventum, 'aquosi anhelitus æstum;' et Vitruvius præsertim I. 6. cui ventus dicitur, 'Aëris fluens unda cum incerta motus redundancia.' III. Alii volunt ventum ad aëra referri, nihilque aliud esse præter aëra agitatum. Ita Hippocrates lib. I. de flatibus definit ventum, 'Aëris fluxum et fusionem.' Ita Anaximander apud Plutarch. Plac. III. 7. Ita Anaxagoras

apud Laërt. Ita Seneca v. 1. et 6. Ita Lucretius hic.

686 *Hicc'*] Supp. Aër.

687 *Ollis*] Antique, pro illis.

690 *Vortitque ardorem longe, &c.*] Sic Virg. Æn. III. vs. 572. 'Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem turbine fumantem piceo, et candente favilla; Attolliitque globos flammaram et sidera lambit. Interdum scopulos, avulsaque viscera montis Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras Cum gemitu glomerat, fundoque exæstnat imo.' Sic Claudian. Rapt. I. Vide locum.

693 *Animai*] Venti, flatus, spiritus. Sic vsa. 585. 590. et alibi passim.

694 *Præterea, magna*] His 2. vs.

Radices frangit fluctus, æstumque resolvit. 695  
 Ex hoc usque mare speluncæ montis ad altas  
 Perveniunt subter fauces : hac ire, fatendum est,  
 Et penetrare, mari, penitus res cogit, aperto,  
 Atque eclflare foras ; ideoque extollere flammas,  
 Saxaque subjectare, et arenæ tollere nimbos. 700  
 In summo sunt vertice enim crateres, ut ipsei

*partem undarum suarum ad radices illius ingentis montis, et iterum absorbet fluctus suos. Ab illo æquore funditus ad summos crateres illius montis caverna subter ducuntur. Constatendum est ventum ingredi per hæc loca ; res manifesta docet illum hac intrare, pelago ita patente, et extra expirare ; et idcirco evohere ignes, et extrudere lapides, et attollere nubila arenæ. In vertice sunt crateres, velut illi quidam*

partii edd. vulg.—695 æstumque V. marg. 1. resolvit Vind. O. Mus. B. 1. resolvit V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. resorbet P. Cant. et edd. vulg.—696 mare P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. mari vulg.—697 hæc Gryph.—698 mare et penitus se cogier arcto Gryph. Nard. Heins. Bas. animam penitus Creech. mare Gif. Par. res cogit aperto Gryph. marg. Heins. 2. Hunc vs. spurium censet Lamb.—699 ideo Mus. B. 3. flammas Vind. Mus. B. 1. 3. et Cant. a pr. man.—700 objectare Mus. B. 1.—701 vertice item P. Bodl. Gif. Par. Gryph. Mar. Bas. Nard. Voss. marg. Ald. vertice Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. verticem Voss. vet. et L. B. vertice m. O. Mus. B. 1. vertice ni Mus. B. 3. vertice in Cant. ventigenti Creech. Lamb.

## NOTE

aliam peculiarem addit causam, cur Ætna vomat ignes. Nimirum auxiliares annectit maris fluctus, quibus Ætnæ viscera perciti conceptum intus ignem eructant per supremas fauces apertas. Innuit etiam per aquas maris foveri posse et augeri incendium, ea fere ratione, qua fornaces aqua aspersi non extinguuntur, sed magis ardent, et vehementiori cum impetu ignem emittunt per apertas superiores fauces. Non meminit autem nivium, quas in ejusdem montis cacumine esse memorant alii, sed præsertim Solinus cap. 11. Pindarus Od. 1. Pyth. et Claudian. his versibus 1. Rapt. ‘ Sed quamvis nimio fervens exuberet æsta, Scit nivibus servare fidem, pariterque favillis Durescit glacies tanti secunda vaporis. Arcano defensa gelu, fumoque fideli, Lambit contiguas innoxia flamma pruina.’

*Magni* [magna] Sæpp. montis. Alii *magna*, supp. parte.

*Parte* [partii] Pro parte. Metri causa ; vs. 721. sic alibi passim.

696 *Mare* [mari] Alii *mare*, in ablat. 697 *Hæc*] Nempe per fauces subterraneas.

698 *Mari, penitus, &c.*] Ita Pareus ; bene, ut ex ipsa interpretatione patet. Lamb. *Et penetrare mare, et penitus se cogier arcto.*

*Res*] Ratio manifesta, res ipsa, effectus ipse.

701 *Vertice enim* [ventigenti] crateres] Sic appellat fauces illas Ætnæ montis, per quas fumus, nebule, aura, ignis, saxa, &c. eructantur. Sic Apuleius lib. de Mundo pag. 73. eandem vocem Græcam retinet : ‘ Ex Ætnæ cervicibus quondam effusis crateribus per declivia, incendio divino, torrentis vice, flammarum flumina concurrerunt.’

Nominant; nos quod fauces perhibemus, et ora.  
 Sunt aliquot quoque res, quarum unam dicere causam  
 Non satis est, verum plureis; unde una tamen sit.  
 Corpus ut exanimum si quod procul ipse jacere 705  
 Conspicias hominis, fit ut omneis dicere causas  
 Conveniat leti, dicatur ut illius una.  
 Nam neque eum ferro, nec frigore, vincere possis  
 Interiisse, neque a morbo, neque forte veneno;  
 Verum aliquid, genere esse ex hoc, quod conscius dicet, 710  
 Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.  
 Nilus in æstatem crescit, campisque redundat,

*vocant, et quos nos vocamus fauces et ora, qui generant ventos. Sunt pariter res alie, quarum unicam reddere rationem non sufficit, sed complures sunt afferendæ, ex quibus tamen unica sit vera: veluti v. g. si tu ipse prospicias longe corpus hominis exanimatum humi præsterni, accidit ut oporteat afferre cunctas causas mortis illius hominis, ut unica tamen vera causa illius afferatur. Namque non fit ut queas convincere illum periiisse vel ferro, vel frigore, vel morbo, vel etiam fortasse veneno: sed novimus esse aliquam ex hisce causis, quam turba astantium nominet. Possumus similiter hoc dicere in pluribus rebus. Nilus augetur in æstate, et ille*

~~~~~

vertigenti quidam. creteres Mus. B. 3.—702 nos quod Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. nos V. ed. Th. Ra. nosque O. quos nos P. Ald. nos quas vulg.—704 una una Cant.—705 laceret Vind. jaceret V. ed. O. Th. Ra. latere Mus. B. 1.—706 homines Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Cant. sic pro fit Mus. B. 1.—707 Conveniant Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. ullius O.—708 Namque cum Vind. V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Namque et cum Mus. B. 1. Nam neque cum Cant. Nam nec cum V. marg. 3. neque frigore quidam.—710 Verum P. Mus. B. 1. Utrum reliqui vet. lib. genere aliquid Ferr. V. ed. Th. Ra. esse ex genere hoc aliquid Gryph. Nard. Bas. conscius dicet Benth. et Wakef. ex conj. concio dicet P. concio credit O. Cant. concio ites Vind. concio ites V. ed. Th. Ra. concio ites Bodl. concio credat Gryph. concio itel Voss. L. B. concio ite Voss. vet. concio item est V. marg. 2. Ferr. contiones Mus. B. 1. conjictolca Mus. B. 3. quod contigit eii Hav. ex Preiger. emend.—711 avemus Heins. 2.—712 Nubus V. ed. Th. Ra. Nilus Mus. B. 1. Nilus Cant. æstate Gif. Par. Gryph.

#### NOTÆ

703 *Sunt aliquot quoque res, &c.*] His 9. vs. postremis excusat se Poëta, pro multiplici allata causa, ratus in re ancipiti sic esse procedendum, donec una vera causa satisfecerit auditori. Rem exemplo confirmat, seu a simili, ut vocant.

707 *Dicatur ut illius una*] H. e. ut causa illius leti, quo homo ille interiit, quæ una est tantum, dici possit.

710 *Consciis dicet* [concio dicat] Turba, quæ circumstat, et quæ ad audiendum convenit, dicat et afferat.

712 *Nilus in æstatem*, [æstatem, &c.] His 25. vs. disputat de Nili incremento æstivo. Cujus rei passim non unicam causam reddit, sed quadruplicem; quarum duæ primæ remanentur aquas Nili, postremæ adaugent. His itaque 12. vs. prioribus i. continetur causa, cur Nilus crescat

Unicus in terris, Ægypti totius annis :

Is rigat Ægyptum medium per sæpe calorem ;

Aut, quia sunt æstate Aquilones ostia contra, 715

Anni tempore eo, qui Etesiaë esse feruntur ;

*solus fluvius in terris totius Ægypti exæstuat agris. Ille irrigat Ægyptum plerumque in medio calore æstatis, vel eo quod venti Aquilones sunt in æstate adversus ostia illius, ea tempestate anni, qua Etesii flatus erumpunt contra ; et spirantes*

Nard. P. Ald. æstati edd. vulg.—713 annis Cant.—716 qui Etesiaë esse Cant. Juntin. Ald. sec. Gryph. Nard. Bas. qui etes ire esse Vind. Mus. B. 3. qui etes ut esse V. ed. Th. Ra. qui etesia inesse O. quietes inesse Mus. B. 1. Ferr. quo etes ire esse Mus. B. 3. quo Etesiaë cflare P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. quo

#### NOTE

tempore æstivi solstitii, et totius Ægypti campis exæstuet. Nimirum, forte quia venti contrarii tunc spirantes duo, alter impellit undarum cursus, alter retardat. Tunc enim temporis Aquilo, qui flat a septemtrione, et Etesii flatus, qui veniunt ab austro, furere dicuntur. Aquilo retardat aquas Nili : Etesii flatus impellunt illas ; quoniam Nilus venit ab austro in septemtrionem. Oritur enim in montibus Æthiopiæ. Quæ causa placuit olim Thaleti Milesio, quem nec Philo Jud. lib. 1. de vit. Mos. nec Plinius v. 9. improbarunt. Euthymenes pariter apud Senec. iv. 2. in Etesias refert Nili incrementi causam : putat enim crescere Nilum ex aquis Atlantici maris, quas Etesiaë ejiciunt in Nili alveum. ‘Inde enim,’ inquit, ex Atlantico mari, ‘Nilus fluit major, quamdiu Etesiaë tempus observant ; tum enim ejicitur mare instantibus ventis. Cum resederint, pelagus conquiescit, minorque discedenti inde vis Nilo est. Ceterum dulcis mari sapor est, et similes Niloticæ belluæ.’ Verum hæc ratio non valet. Namque interdum crescit jam Nilus, cum nondum Etesiaë flaverint : et decrescit etiam illis adhuc flantibus. Deinde etiam spirantibus adversus Etesias Nilus in mare de-

fluit. Præterea cur idem non contingeret ceteris fluviiis decurrentibus contra Etesias? Impares sane sunt ejusmodi venti fluctibus Nili.

Æstatem [æstati] Æstate. Sic supra parti pro parte, vs. 699. et 271. Crescit autem Nilus in æstate, nempe sub sidere Cancræ. Sic Manil. iii. 680. ‘Nilusque tumescit in arva. Hic rerum status est, Cancræ cum sidere Phæbus Solstitium facit et summo versatur Olympo.’ Cujus rei rationem jam reddemus infra.

713 Unicus] Nullus enim præter Nilum in Ægypto est fluvius.

714 Medium per sæpe calorem] Anastrophe, pro, ‘sæpe per medium calorem ;’ h. e. eo tempore quo fervet magis sol.

715 Aquilones] Venti sunt ab septemtrione flantes, qui cogunt aquas Nili revertere in seipsas adverso flumine.

716 Etesiaë esse] Venti sunt ab austro seu a meridie flantes, ut jam annotavimus lib. v. 7. Unde ferunt aquas Nili labente cursu. Vide Plin. xi. 47. Isidor. xiii. 11. Arist. ii. de Rebus Superis, qui ait : οἱ δὲ Ἐτησιαὶ πνέουσι μετὰ τροπὰς καὶ κινεῖς ἐπιόλην, Etesia autem flant post Solstitium et Cancræ ortum. Dicuntur autem παρὰ τὸ ἔτος, quæ



Et, contra fluvium flantes, remorantur; et, undas  
 Cogentes sursus, replent, coguntque manere.  
 Nam, dubio procul, hæc advorso flabra feruntur  
 Flumine, quæ gelidis ab stellis axis aguntur:  
 Ille ex æstifera parte venit amnis, ab Austro  
 Inter nigra virum percocto secla colore,

720

*adversus retardant flumen, et adigentes aquas sursum opplent, et faciunt sistere. Etenim sine dubio hi flatus, qui mittuntur ex sideribus frigidis axis septentrionalis, eunt contrario fluvio. Ille vero fluvius descendit ex partibus æstivis, nempe ab austro inter gentes hominum atras, et coctus æstu solis, capiens originem suam*

*Etesia flabra* edd. vulg. qui *Etesii esse* Voss. marg.—718 *rursus* P. V. ed. Bodl. O. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. Heins. 1. *manare* Voss. L. B. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—719 *dubii* Cant. *flabrum* Vind.—720 *Flumine* Heins. 1. 2. *a stellis* edd. vulg.—721 *parte* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *partii* vulg.—722 *nigra nigrum*

## NOTÆ

vox significat annum: quia certo tantum anni tempore flant: nempe in æstate.

718 *Sursus*] Nempe seorsum versus caput Nili.

720 *Axis*] Supp. Septemtrionalis, ut satis indicant hæ voces, gelidis stellis.

721 *Æstifera*] Meridionell, australi; quasi ab ea calor augetur, respectu quidem nostri.

*Austro*] Auster ventus est meridionalis, qui pro meridionali parte, aut Axe, sumitur.

722 *Inter nigra virum, &c.*] Notat Æthiopiam, cujus ex regionibus Australibus oritur Nilus. Sic Manil. i. 44. 'Gentes, in quas et Nilus inundat, Qua mundus redit et nigras superevolat urbes.' Quod ad Nili originem spectat, multi veteres desperaverunt unquam agnosci posse. Unde Ammianus Marcell. lib. xxii. ait: 'Origines fontium Nili, sicut adhuc factum est, posteræ quoque ignorabant ætates.' Hinc sunt illæ Pœtitarum querelæ, Tibulli. lib. i. 'Nile pater, quamam possum te dicere causa, Aut quibus in terris oculnuisse caput?' Claudianus epigr. 'Secreto

de fonte cadens, qui semper inani Quærendus ratione latet: nec contigit ulli Hoc vidisse caput: fertur sine teste creatus.' Lucanus lib. x. 'Arcanum Natura caput non prodidit ulli; Nec licuit populis parvum te, Nile, videre.' Hinc Homerus vocat Nilum *ἄγνωστα πρυμνίδα*, 'fluvium divinitus demissum.' Et Meroë in colæ apud Diod. lib. i. vocant eum Astapoda, lingua sua, quod est, tenebrosum. Herodotus quæsiturus Nili fontem destitit ab itinere, quadrimestri jam peracto, cum accepit ab Ægyptiis adhuc fluere ex Meroë, et ex Automolis. Ptolemæus Philadelphus misit, qui caput explorarent, sed frustra, ut testatur Strabo lib. xvii. Misit et frustra Alexander Magnus, teste Lucano lib. x. Misit et Nero duos Centuriones, quos Plinius vi. 6. scribit reduces audiisse narrantes, 'Ad ulteriora quidem pervenimus, ad immensas paludes, quarum exitum nec incolæ noverant, nec superare quisquam potest.' Auctores sacri senserunt oriri Nilum ex Paradiso terrestri. Pomponius Mela putat illum nasci apud Antichthonas.

Exoriens penitus media ab regione dici.

Est quoque, utei possit magnus congestus arenæ

Fluctibus advorsis obpilare ostia contra,

725

Quom mare, permotum ventis, ruit intus arenam;

Quo fit utei pacto liber minus exitus amnis,

Et proclivis item fiat minus impetus undis.

Fit quoque, utei pluviae forsán magis ad caput ejus

*longe sub media regione dici. Fieri etiam potest, ut ingens cumulus arena queat contra obstruere ostia illius contrariis undis, ubi pelagus concitatum ventis pellicit arenam in illum. Unde accidit, ut delapsus non adeo sit expeditus fluvio, neque pariter cursus sit adeo præcipitatus aquis. Accidere etiam potest, ut forte imbres*

~~~~~

Gryph. marg. Bas. marg. *percocaque aëla calore* edd. vulg.—725 *epilare* Vind. *opillare* V. ed. Th. Ra.—726 *per totum* Vind.—727 *amni* Vind. Voss. L. B. Mus. B. 1.—728 *proclivis* Voss. L. B. Mus. B. 1. 3.—729 *caput ei* Vind. V. ed.

#### NOTE

Euthymenes ex Senec. iv. 2. et ex Pintarch. Plac. iv. 1. deducit illum ex Atlantico mari. Plinius a monte Mauritanis inferioris. Ptolemæus ex paludibus duabus ultra æquinoc-tialem lineam. Constat autem jam Nilum oriri apud Æthiopus Abyssinos dictos, ac in ea provincia quæ dicitur Goyama. Sic enim testatur rex Abyssinorum nomine Davides, scribens ad Papam Clementem vii. Sic testatur et Franciscus Alvarez in descriptione Æthiopiæ. Verum nondum Geographice notatus est illius provinciæ Goyama situs in chartis nostris.

723 *Media regione dici*] Meridionali regione. Sic vs. 714. et 722.

724 *Est quoque, utei possit, &c.*] His 5. vs. continetur ii. causa incrementi Nili. Nimirum quidam voluerunt Nilum incrementum ex arenarum cumulis, quos maris ferocia cogat ad ostia Nili; unde aquarum fluminis fiat obstructio. Hanc quoque rationem commemorat Pompon. Mela.

725 *Obpilare*] Obstruere, instar multarum pilarum seu columnarum confertim oppositarum.

726 *Ruit*] Active: h. e. propellit, volvit. Sic i. 298. 'Quamlibet in partem trudent res ante, ruuntque.' Sic Virg. *Æn.* i. 'Spumas salis ære ruebant.'

728 *Proclivis*] Dicitur proclivus, a, um; et proclivis, e: sicut sublimus, et sublimis; unanimitas, et unanimitas.

729 *Fit quoque, utei pluvia, &c.*] His 6. vs. continetur iii. causa cur Nilus crescat. Putat igitur Nilum etiam incrementum posse ex pluviiis, quæ ad caput ejus, cogentibus nubibus Etesias, ad altos Æthiopiæ montes, cadant, et augeant undas Nili. Hujus sententiæ tripartiti sunt auctores. i. Democritus voluit ex solutis nivibus, quæ ad Boream sunt, excitari vapores, qui per ventos Etesias deferantur in Æthiopiæ montes, ad quos allis concrecant in pluvias. Quod et Lucretius probat hic. ii. Philosophi Memphitani apud Diodorum consueverunt Nilum fluere ex zona temperata australi. Unde, cum ibi sit hyems, dum nobis est æstas, fit ut Nilus intumescat nobis in æstate ex pluviiis frequentibus ad caput ejus decedentibus in hyeme australi. iii.

Tempore eo fiant, quo Etesia flabra Aquilonum 730  
 Nubila conjiciunt in eas tunc omnia parteis.  
 Scilicet ad mediam regionem ejecta diei  
 Quom convenerunt, ibi ad altos denique monteis  
 Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.  
 Forsit an Æthiopum penitus de montibus altis 735  
 Crescat, ubi in campos albas descendere ningues

*maiores ondat ad originem illius fluvii in eo tempore, quo Etesii flatus compellunt nimbos omnes Aquilonum tunc temporis in eas regiones Australes. Nimirum postquam compulsi nimbis concurrerunt ad mediam regionem diei, tum in ea tandem regione nubes compulsæ contra summos montes condensantur, et vi comprimuntur. Fortè sit etiam, ut Nilus augetur omnino de summis montibus Æthiopum, cum Sol*

Bodl. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra.—730 eo deest V. ed. Th. Ra. quod Etesia Heins. 2. quo desia V. ed. Th. Ra.—731 conjiciant O. Cant.—732 et mediam O. Mus. B. 1.—734 Contrusæ V. ed. Th. Ra. inque Mus. B. 1. 3.—735 Forsit et edd. vulg.—736 Crescit P. Ald. albos P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. descendere Mus. B. 1. 3. et edd. vulg. decedere P. Vind. V. ed. Bodl. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. discodere

## NOTÆ

Agatharchides apud Diodorum voluit Nilum intumescere ex pluviis in montes Æthiopiæ continuo cadentibus per totam æstatem. Quod quidem æque posse fieri ait, quam circa Hydaspin quotidie per æstatem pluit, ad Caucasum ningit, et in India grandinat.

730 *Etesia flabra*] Vs. 715.

*Aquilonum nubila*] H. e. nubes et nimbos ex Boreali parte compulsos, ut jam explicui supra vs. 729. not. ex Democriti sententia.

732 *Ad mediam regionem diei*] Ad regionem meridionalem: vs. 723.

735 *Forsit an Æthiopum, &c.*] His 3 vs. postremis xv. continetur causa incrementi Nilii. Hæc autem sententia tribuitur Anaxagoræ, qui existimavit Nilum intumescere ex nivibus solutis æstate in montibus Æthiopiæ. Quam sententiam falsam esse arguit Herodotus, quod ut ea regio calidissima sit, ita et nivis maxime expers; quod inde venti calidi sint. Deinde remotissimus est sol ab iis regionibus, cum nives illæ solvi deberent. Con-

stat autem jam nunc ætate nostra germanam Nilii incrementi causam esse pluvias, quæ a medio circiter Junio in Septembrem usque vigent in Æthiopia. Nempe illic hyems est, quæ a fine circiter Maii durat ad initium Septembris. Ita testatur Alvarez, Fernandus, et alii recentiores. Quod etiam confirmatur ex fluvii Nigri incremento iisdem temporibus. Constat enim Nigram fluvium oh eandem Æthiopiæ pluvias eodem tempore inerescere, quo Nilus. Quod et Plinio innotuit. Namque v. 8. ait: 'Nigro fluvio eadem natura, quæ Nilo.' Calamum, et papyrum, et eandem gignit animantes, iisdemque temporibus augeat. Vide Cassand. p. 1084. in lib. x. Diog. Laërt.

*Forsit*] Fortasse, forsan. Antiqua vox. Sic Virg. Æn. II. Horat. Sat. I. 6.

*Æthiopum*] Æthiopes populi sunt Australes trans lineam æquinoctialem inter regnum Occidentale Congo, et Orientale Zanguebar.

Tabificis subigit radiis sol, omnia lustrans.

Nunc age, Averno tibi quæ sint loca quomque lacusque,  
Expediam; quali natura prædita constant.

Principio, quod Averno vocantur nomine, id ab re 740  
Inpositum est, quia sunt avibus contraria cunctis,  
E regione ea quod loca quom venere volantes,  
Remigiom oblitæ, pennarum vela remittunt,  
Præcipitesque cadunt, molli cervice profusæ,  
In terram, si forte ita fert natura locorum; 745

*peragrans regiones omnes cogit suis radiis liquescentibus candidas nives cadere in agros. Jam vero agendum, dicam tibi quæ sint loca Averno, et lacus, et quali natura prædita sint. Primum, quod ea loca appellantur Averno, id nomen datum est iis ab effectu; namque sunt infesta cunctis alitibus, quia ubi volitantes ex adverso devenerunt supra ea loca, non memores remigii relaxant vela alarum suarum, et præcipitantes se labuntur effusæ in terram a tenero capite, si forsitan natura*

Voss. vet. et L. B. *diffundere* Heins. 2. *defundere* Wakef. in not. *ningues* Vind. Voss. vet. et L. B. Cant. Servius. *ninguis* vulg. in *ignis* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. in *ignes* V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. *ningens* O. *nigeis* Mus. B. 1. *nives* Mus. B. 3.—738 *avernantibus* Ferr. V. ed. Th. Ra. *sunt* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *loca* deest Gryph.—740 *Principio quidem* Nonius, 1. 46. *nomine* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 3. Cant. *nomen* reliqui. a *re* Nonius.—742 *advenerit* edd. vulg.—743 *Remigiom* Wakef. *Remigio* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. V. marg. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. *Remigii* vulg.—744 *mollite* hiatu

## NOTE

736 *Descendere* [*decedere*] *Cadere*; *Parentis*. Lamb. vero *descendere*.

*Ningues*] *Ninguis*, is, antiqua vox, pro *nix*, *nivis*.

737 *Tabificis*] *Liquescentibus*, vim liquescentibus habentibus.

*Subigit*] *Cogit*. Sic Virg. *Æn.* vi. ‘*subigitque fateri.*’

738 *Nunc age, Averno, &c.*] His 102. vs. jam luculentam disputationem instituit Poëta de Avernis locis, deque pestilentis ac gravibus quibusdam in locis odoribus. His itaque 2. vs. prioribus pollicetur se nobis explicaturum, quæ et qualia sint Averno.

*Quæ loca quomque*] *Tmesis*, quæcumque loca.

740 *Principio, quod Averno, &c.*] His 7. vs. primum præmittit etymologiam, seu rationem nominis, eandem scilicet, quam Virgilius eum imitatus

reddidit his versibus *Æn.* vi. ‘*Spelunca alta fuit, vastaque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris; Quam super haud nullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis, talis sese halitus atris Faucibus effundens supra ad convexa ferebat. Inde locum Graii dixerunt nomine Averno.*’ Græcis quippe *Ἄορπος* dicitur, quod est sine avibus. Namque halitus inde ejectus adeo teter est, ut enecet aves supervolantes. Sic Hom. *Odys.* xii. *Τῆ μὲν τ’ ὀδὴ ποτὴρὰ παρέλκεται, ὀδὴ πέλειαι.* I. e. ‘*Hæc neque volucres prætervolant, neque columbæ.*’ Sic igitur de ratione nominis Averno. Hoc autem extendit ad omnia loca, supra quæ volantes aves cadunt moriturs, propter tetrum odorem inde erumpentem et enecantem illas.

Aut in aquam, si forte lacus substratus Averni.  
Is locus est Cumas apud; acri sulfure montes  
Obpletei calidis ubi fumant fontibus auctei.

Est et Athenæis in mœnibus, arcis in ipso

Vertice, Palladis ad templum Tritonidis almæ,

750

*regionum sic exhibet: vel in aquam, si forsan lacus jacet sub Averno. Qualis est lacus juxta Cumas et in monte Veservo, in quibus scaturigines repleta fontibus fervidis fumigant. Qualis est etiam locus in muris Athenæis, in ipso cacumine arcis, prope ædes sacras magnæ Palladis Tritonidos, in quem locum nunquam cor-*

sequente Mus. B. 1. 3. *mollis pore* Mus. B. 1. in marg.—746 *subiratus* V. marg. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *subjectus* Heins. 2. *Averno est* edd. vulg.—747 *Hunc vs. ex emend. Salmasii exhibemus. Wakef. Hic* P. Vind. Cant. *His* V. ed. Bodl. Voss. L. B. Vind. fr. Ferr. Th. Ra. *His* Mus. B. 3. *Cumas apud ejus sub pede montis* P. *cum asupede crisi per montis* Vind. V. ed. Bodl. Th. Ra. *Cumas apud ecriis viper montis* Voss. L. B. *Cumas apud ecriis viper montes* Voss. vet. *cumas apud ecrium per montis* O. *cum asupete crisi per montes* Vind. fr. *cumas apud chrysim per montis* Mus. B. 1. desunt hæc Mus. B. 3. *cumas apud et risui per motis* Cant. *Qualis apud Cumas locus est montemque Veservum* edd. vulg. *lacus Delph.*—748 *Pompeii calidis* Lamb. *auctus* P. Mus. B. 3. et edd. vulg.—749 *Athoneis* V. ed. Th. Ra. Bodl. *montibus* P. Bodl. Gryph. marg. Ald. *mentibus* V. ed. Th. Ra.—750 *Tritonidis* P. Vind. V. ed. O.

## NOTE

747 *Is locus est Cumas apud* [*Qualis apud Cumas, &c.*] His 2. vs. tradit Lucretius talem esse locum apud Cumas et apud montem Veservum. Sunt autem Cumæ nrbs Lucaniæ in Italia, ad mare, juxta Puteolos. Veservus, seu Vesuvius, mons est Campaniæ, non longe a Neapoli, flammam et fumum evomens, ut Ætna Siciliae. Sic Aristoteles lib. de mirab. auscult. describit lacum illum, qui circa Cumam Italiæ est. Quem lacum Platoni dicatur, et Inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Ita autem restituit hunc versum Lambinus; bene quidem. Namque constat hic Poëtam loqui de Averni locis in genere, non autem de illo uno lacu, qui apud Cumas Avernus vulgo dicitur; siquidem multa similia loca jam infra citat. Parens legit; *Is lacus est Cumas apud, et Veserv per montis*. Nardius, *Is lacus est Cumas apud Hetruscos et montes*. Gassendus; *Qualis apud Cumas Miseni sub pede montis*. Hinc

alii putant hos duos versus non esse Lucretianos. Quamquam constat illum locum, quam Avernum vulgo vocant, non longe abesse a Cumis et a Vesuvio monte.

748 *Auctei*] Scaturigines, et quasi incrementa aquarum.

749 *Est et Athenæis, &c.*] His 7. vs. talem etiam lacum esse ait Athenis, in vertice Arcis juxta templum Palladis.

750 *Tritonidis*] Pallas dicitur Tritonia, vel Tritonis, vel Tritogenia, quod Ogygio regnante visa sit primum habitu virginali circa fluvium Tritonis. Vel a voce Græca τριτη, quod est caput, utpote quæ Jovis ex capite sit orta. Vel quia tertio mensis die, vel tertia a ternario numero, nata sit ex Jove post Apollinem et Dianam. Vel denique quod sit scientiarum inventrix; hoc enim vocabulo prudentia significatur.

*Almæ*] Venerandæ, divæ, læcundæ, &c. 1. 2.

Quo numquam pennis adpellunt corpora raucae  
 Cornices; non, quom fumant altaria donis.  
 Usque adeo fugitant, non iras Palladis acreis,  
 Pervigilii caussa, Graium ut cecinere poëtæ;  
 Sed natura loci opus efcicit ipsa suapte.

755

In Syria quoque fertur item locus esse, videri,  
 Quadrupedes quoque quo, simul ac vestigia primum  
 Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa,

*nices crocitanes admovent sua corpora, nequidem etiam ubi ara fumant muneribus. Non quod adeo fugiant sarvam tracundiam Palladis, quod nimium vigilaverint, veluti vates Græci cantaverunt; sed ipsa natura loci facit idipsum opus suamet vi. Talis locus dicitur etiam similiter qui videtur esse in Syria, in quem statim atque quadrupedes animantes etiam contulerint pedes, ipsa violentia loci faciat illos pro-*

Vind. fr. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Tritonides vulg.—751 *pennis* V. ed. Th. Ra.—755 *loci hoc opus* edd. vulg. sed *hoc* deest V. ed. Ald. sec. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. S. Cant. Ferr. Th. Ra. *sua vi* Mus. B. 1. S. Lamb. et alii.—756 *item spelunca videri* Fab. *locus (lacus) sulphuris esse* Voss. marg. *esse vigentes* Creech. *esse volantes* Heins. 2. Mar.—757 *Quadrupedum quo secla simul vestigia prima* Fab.—758 *concedere* Ferr.—761 *hæc pro e* Mus. B. 1. O. *causis fiant* P.

## NOTE

752 *Non, quom fumant, &c.*] Quo tempore verisimile erat Cornices advolare ductas odore victimarum caesarum, et crematarum.

753 *Usque adeo fugitant, non, &c.*] H. e. non quod adeo fugiunt iras Palladis. Notat autem Poëta fabulam Ceronidis. Coronis enim quæ in Cornicem mutata est, cum Erichthoniam vidisset inclusum in cista, (cistam aperientibus Pandroso, Herse, et Aglero,) rem detulit ad Palladem. Quam ob garrulitatem irata est Pallas in Coronidem, et e comitatu suo eiecit eam. Ovid. Met.

754 *Pervigilii caussa*] H. e. quod nimium vigiles fuerint in animadvertendo Erichthonio, qui inclusus erat in cista.

756 *In Syria quoque, &c.*] His 4. vs. tradit talem esse locum etiam in Syria. Putat autem Lambinus eum significari locum Plutonium, qui est in

Hierapoli non procul a Laodicea; de quo sic Strabo lib. XIII. 'Plutonium autem sub exiguo montis imminenti supercilio os est ea amplitudine, ut hominem capere possit tantum: altitudine vero immensa. Animanti autem eo ingresso mors præsens parata est. Tasri enim introducti concidunt, et extrahuntur mortui. Nos autem passerculos immisimus, et statim ceciderunt anima profusa.' Est etiam Paniem antrum in radice montis Libani, quod gravem ac mortiferum spiritum exhalat.

*Fertur locus esse, videri*] Dicitur locus, qui videtur esse.

755 *Ipsa*] Mutatio generis, quæ familiaris est Lucretio. Sic jam infra vs. sequenti: cum supra vs. 757. poverit 'Quadrupedes;' unde dicere debuit 'ipsas.' Sic genus mutavit i. 353. &c. alibi passim. Ipsa autem supp. animalia, ut satis patet.

Manibus ut si sint Divis mactata, repente.

Omnia quæ naturali ratione geruntur; 760

Et, quibus e fiant caussis, adparet origo :

Janua ne posita hiis Orci regionibus esse

Credatur; post hinc animas Acheruntis in oras

Ducere forte Deos Maneis inferne reamur :

Naribus alipedes ut cervi sæpe putantur 765

Ducere de latebris serpentina secla ferarum.

Quod procul a vera quam sit ratione repulsum,

Percipe : namque ipsa de re tibi dicere coner.

*cumbère, veluti si sint subito immolata Diis Manibus. Quæ tamen res omnes sunt naturali modo ; et causa videtur per quas causas gerantur : ne porta Inferorum putetur locata magis in hisce locis, quam alibi, unde credamus fortasse Deos Manes attrahere infra in regiones Acheruntis animas mortuorum, veluti cervi alipedes creduntur attrahere plerumque naribus suis genera repentiæ bestiarum de cavernis terræ. Audi autem, o Memmi, quam hoc sit remotum a veritate rei. Primum dico illud, quod jam supra dixi etiam capissime ; nimirum esse in terra*

Cant. et edd. vulg.—762 *ne posita hiis vel his vel iis* Wakef. ex conj. *ne portis* et P. Ald. *ne potis* Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 3. *neu postes* Voss. marg. *ne poteis* Voss. vet. Vind. fr. *ne potius* O. Mus. B. 1. Cant. Gryph. Nard. Gif. Par. Bas. *ne his Orci potius* edd. vulg.—763 *Credatur p̄stata, hinc* edd. vulg. *posita hinc* Heins. 2. Mar.—764 *deos in avis* V. ed. Cant. V. ed. Tb. Ra. *deos inanis* Mus. B. 3. *inferna* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.—768 *ipsa de re nunc* edd. vulg. *P. nam nunc ipsa tibi d. e. V. ed. O. et Cant. nisi quod posterior habet de re pro tibi. Voces ipsa tibi desunt* Mus. B. 1. P. *nam quæ sit nec ipsam d. c. Mus. B. 3. nam de re nunc*

## NOTE

759 *Manibus Divis*] Diis Manibus, Diis Inferorum : II. 52.

760 *Omnia quæ naturali, &c.*] His 9. vs. monet jam ea omnia naturali ratione fieri. Hinc falso a poetis finguntur ea loca Averna esse januas Orci, seu Inferorum. Quas fabulas commenti sunt tantum poetæ, ut hominibus terrorem incuterent. Polliceturque se rem clare demonstraturam, et causas redditurum de hisce effectis mirabilibus.

762 *Orci*] Orcus a veteribus creditus est Inferorum Deus, quem et Plutonem et Ditem vocabant. Hinc vulgo usurpatur pro Inferis.

763 *Post hinc [postâ]* Syncope, pro

*posita.* Sic I. 1058. II. 871.

*Hinc*] Ex hac Orci janua.

*Acheruntis*] Inferorum, I. 121. III. 992. IV. 41.

764 *Deos Maneis*] Deos infernales : vs. 759.

765 *Naribus alipedes, &c.*] Cervi enim, quibus pedes alarum sunt loco, quia pedum celeritate mira præstant, naribus serpentes o latebris ducere dicuntur. Plin. II. 53. ubi idem dicit de elephantibus.

766 *Serpentia secla ferarum*] Periphrasis ; h. e. serpentes. Sic I. 20. 468. 590. &c. dixit 'secla ferarum, animantium, hominum, &c.'

Principio, hoc dico, quod dixi sæpe quoque ante,  
 In terra quousque modi rerum esse figuras : 770  
 Multa cibo quæ sunt vitalia ; multaque morbos  
 Incutere et mortem quæ possint adcelerare :  
 Et magis esse aliis alias animantibus aptas  
 Res ad vitæ rationem, ostendimus ante,  
 Propter dissimilem naturam, dissimileisque 775  
 Texturas inter sese, primasque figuras :  
 Multa meant inimica per aureis, multa per ipsas  
 Insinuant nareis, infesta, atque aspera tactu :  
 Nec sunt multa parum tactu vitanda, neque autem

*atomos rerum omnis generis: plurimas esse, quæ dent vitam homini: et plurimas inferre morbos, et esse quæ etiam queant maturare letum: et demonstravimus supra res alias esse magis idoneas, quam alias, animalibus ad rationem vivendi necessariam, ob discrepantem naturam illarum, et ob discrepantes contexturas inter se ipsas, et ob primas formas, quibus constant. Plures igitur res infestæ penetrant per aures, plures etiam noxiæ, et tetra odore ingrediuntur per ipsas nares: neque parum multa sunt fugienda tactu: neque pariter parum multa quæ sint vitanda*

*ipsa dicere quidam.—770 Interea V. ed. Th. Ra. O.—771 Multa cibos P. V. ed. Bodl. Gryph. Nard. Bas. Multa homini Vind. fr. Mus. B. 3. Lamb. et alii. æque sunt Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Hav.—772 ad mortem O. Mus. B. 1. passunt O. Delph.—774 vitæ Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. vita Vind. fr.—776 Exuvias quidam.—777 meant Vind. Mus. B. 3. immita V. ed. Th. Ra. auras O. Voss. vet. et L. B. V. ed. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra.—778 infesta Mus. B. 3. aspera odore Lamb. et edd. vulg.—779*

## NOTÆ

769 *Principio, hoc dico, &c.*] His 49. vsa. priusquam hæc naturali ratione fieri demonstrat Poëta, rem veluti altius repetens refricat Memmio suo memoriam eorum, quæ lib. I. et II. docuit, nempe contineri in terra atomorum rerum multiformes, quarum aliæ beneficæ sint animantibus, aliæ perniciosæ, ob naturæ dissimilitudinem, obque diversam figurarum texturam. Cujusmodi rem pergit variis exemplis ostendere. Itaque his 8. vsa. prioribus docet, quod et jam docuerat lib. I. II. et IV. varias esse figuras omnium atomorum in terra, quarum aliæ nocent, aliæ jvant hominibus et animantibus.

*Quod dixi sæpe*] Præsertim II. vs.

333. et seqq.

770 *Figuras*] H. e. atomorum formas. Sic lib. I. et IV. passim.

774 *Ostendimus ante*] Lib. IV. 634. et seqq. l. v. 897.

777 *Multa meant, &c.*] His 6. vsa. idcirco multas res hominibus infestas esse ait, et omnes sensus nostros male afficere, quia variis figuris præditæ constant. Aliæ enim lædunt oculos, aliæ nares, aliæ aures, aliæ linguam, aliæ tactum omnem. Quod jam exemplo confirmaturus est.

778 *Tactu [odore]* Lamb. bene. Pareus, *tactu*: verum bis de tactu loqueretur; namque vs. seq. de eo loquitur.



Adspectu fugiunda, saporeque tristia quæ sint.

780

Deinde, videre licet, quam multæ sint homini res

Acriter infesto sensu, spurcæque, gravesque.

Arboribus primum certis gravis umbra tributa;

Usque adeo capitis faciant ut sæpe dolores,

Si quis eas subter jacuit, prostratus, in herbis.

785

Est etiam magnis Heliconis montibus arbos,

Floris odore hominem tetro consueta necare.

Scilicet hæc ideo terris ex omnia surgunt,

Multa modis multis multarum semina rerum

Quod permixta gerit tellus, discretaque tradit.

790

Nocturnumque recens exstinctum lumen, ubi acris

*visu: neque paucæ, quæ sint asperæ gustatu. Demum potes cernere, quam multe res sint maxime contrario sensu hominibus, et fædæ atque infestæ. Primo umbra adeo infesta reddita est certis arboribus, ut plerumque generent dolores capitis, si forte aliquis jacens in graminibus recubuit sub illis. Est quoque arbor in altis montibus Heliconis, quæ solet interimere hominem fatido suo fatore. Nimirum hæc primordia cuncta plurima rerum plurimarum oriuntur variis rationibus ex terris, ideo quia terra fert illa confusa simul, et reddit eadem separata seorsum. Et lampas nocturna recenter restincta opprimit somno, statim atque lædit nares tetro*

*nec autem Mus. B. 3. et edd. vulg.—780 tristitia Vind. Vind. fr.—782 infestæ Mus. B. 1. sic scribi voluit Lamb.—783 primum terris Mus. B. 1. tributa est P. et alii.—784 faciat V. ed. Th. Ra. faciunt Ferr.—785 ea Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. eam O.—786 etiam in edd. vulg.—787 retro V. ed. Th. Ra.—788 ideo terris P. et alii. in deotris Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr. Cant. Th. Ra. inde otris O. Mus. B. 3. inde terris Ferr. ideo tetrus Bas. inde hiatu relicto Mus. B. 1. ex somnia Mus. B. 3.—789 multis deest V. ed. Th. Ra.—790 cadit Mus. B. 1.—791 acris Gif. Par. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. acreis Gryph. Nard. Bas. P. Ald. acri Mus. B. 1. et*

## NOTE

782 *Infesto sensu*] H. e. infestæ sint hominis sensui. Hinc Lamb. putat legendum, *infestæ sensu*, nimirum sensu, pro sensui. Sic Nonius citans hunc versum legit, *infestent sensum*.

783 *Arboribus primum, &c.*] His 3. vs. continetur i. exemplum eorum, quæ infesta sunt homini. Tacet nomen arboris, cuius umbra nocet. Plinius xvii. 12. docet quod 'Juglandium gravis et noxia sit umbra, etiam capiti humano, omnibusque juxta satia.' Virg. Ecl. x. docet etiam quod cunotantibus noceat juniperi umbra, vs. 75. 'Sargamus: solet esse gravis

cunotantibus umbra; Juniperi gravis umbra; nocent et frugibus umbræ.' Sic etiam umbra taxi dolores capitis excitat.

786 *Est etiam... Heliconis, &c.*] His 5 vs. proponitur ii. exemplum, nempe flos certæ arboris, quæ nascitur in Helicone. Taxi florem forte intelligit, cujus meminit aliquatenus Plin. xvi. 10. Helicon autem mons est Musis et Apollini sacer, juxta Pisciudem, non procul a Parnasso.

788 *Terris ex*] Anastrophe, pro ex terris.

791 *Nocturnumque recens, &c.*] His

Nidor subfundit nareis, tum cogit ibidem  
Concidere; ut pronos qui morbus mittere suevit.

Castoreoque gravi mulier sopita recumbit,  
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei, 795  
Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit.

Multaque præterea languentia membra per artus

suo nidore, voluti morbus ille, qui plerumque consuevit prosternere et projicere humi homines. Et femina etiam consopita acri Castores procumbit; et opus præclarum cadit e solutis manibus ejus, si olfecit Castoreum in tempore quo emittit menstrua sua. Deinde plurima etiam res relaxant debiles partes per cuncta membra,

edd. vulg.—792 *Nidor subfundit* Wakef. ex conj. *Nidore offendit* vulg. tum *sopit* Voss. vet. et L. B. Voss. marg. *consopit* vulg. Post hunc inserit Lamb. *Quin gravidis hinc nidor abortum immittere suevit.*—793 *Concidere* omnia vet. lib. ut Mus. B. 1. et reliqui. *Dejicere* ut Hav. Bip. Delph. primos P. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Bas. marg. *pinnos* Vind. Mus. B. 1. *punos* Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant. *fumos* O. *penos* Mus. B. 3. *fumus, fumo, fumum*, Voss. marg. *morbos* P. Ald. *morbo* reliqui vet. lib. *mittere* omnia vet. lib. *sæpe suevit* edd. vulg. *Nidore ut somnos qui morbus mittere suevit* Fab. *Cum cinere et fumus qui morbum m. s.* Voss. marg. *Concidere; et fumus quasi morbum m. s.* Wakef. in not. ut *spumas qui morbo m. s.* Lamb. in not.—795 *ei* P. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *cii* vulg.—796 *odora* P. *odoratata* Cant.—798

#### NOTE

3. vs. proponitur III. exemplum, nempe fumus lucernæ recenter extinctæ morbum comitalem parit ob gravem odorem; et ut Plinius scribit VII. 7. plerumque etiam abortus causa est.

793 *Concidere* [*Dejicere, &c.*] Ita legendum, partim ex Pareo, partim ex Lambino et aliis. Namque sententia hæc est: fumus lucernæ recenter extinctæ consopit hominem, sicut solet eum consopire morbus ille, qui pronos dejicit homines. Morbus autem qui dejicit pronos homines, morbus est comitialis, Gallice *mal caduc*. Pareus itaque legit: *Dejicere ut privos qui morbus sæpe suerit*. Lambinus, *Concidere ut pronos qui morbus mittere suevit*. Vulgares editiones corruptæ sunt omnino. Aliæ enim, *Concidere ut primos, &c.* Aliæ, *Concidere ut Lamos*. Aliæ, *Concidere ut pronos, &c.*

794 *Castoreoque gravi, &c.*] His 3.

vs. continetur IV. exemplum de Castoreo, quod genus est pharmaci ex testiculis Castoris avibus compositum, quod foetido et gravi suo odore ita lædit mulieres gravidas, ut partum abjiciant, inquit Plinius: Lucretius vero ait feminas tantum consopire, et facere ut e manibus remittant quicquid tenent, si odorata sint illud eo tempore quo menstrua solvant.

795 *Nitidum opus*] Nempe, telam, aut opus ad lanificium pertinens: quod nitidum vocat, propter varios colores quibus splendet: vel quod plane perfectum est.

796 *Si odorata est*] Supp. Castoreum. Porro vocalis i non eliditur in voce 'si' ante vocalem sequentem, sed brevitur.

797 *Multaque præterea, &c.*] His 2. vs. monet alia esse similia, quæ nocent hominibus.

Solvunt, atque animam labefactant sedibus intus.

Denique, si calidis etiam contere lavabris  
Plenior, et fueris solio ferventis aquai; 800

Quam facile in medio fit utei des sæpe ruinas?  
Carbonumque gravis vis, atque odor, insinuatur  
Quam facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante?

At, quom membra domus percepit fervida, nervis  
Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar. 805

*et disjiciunt animam e suis sedibus. Tandem, si tardes quoque in ferventibus balneis, et altior fueris in solio aquæ calidæ, accidit perfacile tibi in medio illo solio, ut plerumque patiaris deliquium animi. Et acris odor, et virtus carbonum penetrat perfacile in cerebrum, nisi antea sorpsimus aquam. Atqui etiam ubi calida febris occupavit artus hominis, tunc odor vini fit adinstar ietus penetrabilis. Nonne quoque*

atque P. labefaciunt Mus. B. 3. sedibus ipsis Delph. Gassend.—799 si in edd. vulg. cum te relaxaris P. V. ed. O. Mus. B. 3. Ald. Ferr. cunctæ relaxaris Vind. cunctere lavaris Vind. fr. cunctere lavacris Mus. B. 1. contere lavari Cant. Gryph. Nard. Bas. cunctæ lavaris Bodl. condere lavaris V. marg. 2. nisi relaxaris V. marg. 3.—800 offlueris Cant. et stultes Mus. B. 1. efflueris reliqui vet. lib. afflueris dolio Heins. 2. et solio in fueris Hav. Bip. et superis solio in Par. et fueris solio in Delph. aqua Vind. fr.—802 ordo Vind. ardor Cant.—803 celebrum Vind. fr. aqua Vind. Mus. B. 3. percepimus Mus. B. 1.—804 Aut nisi Gif. Par. Sus. domus P. in not. Ferr. Sus. Gryph. marg. domus Vind. Voss. vet. et L. B. domis vel donus O. Cant. dominus V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. Gryph. Bas. marg. Nard. Bas. domus Mus. B. 1. in marg. Voss. marg. Heins. 2. membra minus Gryph. Bas. marg. P. Ald. membra prius Gif. Par. pertexit P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Bas. marg. Nard. Bas. nervis Wakef. ex conj. mustum Gronov. Sus. servus P. Gryph. Bas. marg. Ald. servis Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Heins. 2. servis Voss. vet. et L. B. Vind. fr. febris vulg.—805 Dum facit Vind. Tum facit O. Mus. B. 3. Aut sit Gif. Par. vim pro vini Vind. O. Mus. B. 3. manabilis P.

## NOTE

799 Denique, si calidis, &c.] His 3. vs. proponitur v. exemplum, nempe balnei, quod nocet homini, si diutius in eo immoretur. Patitur enim animi defectionem si diutius mareat in ca-Rdæ aque solio.

Si [in] Lamb. bene, ut patet. Pareus, sic calidis; male, ut manifestum patet.

Lavabris] A lavando: h. e. balneis. 800 Solio] Solium vas erat, in quo veteres lavabant se sedentes.

801 Des ruinas] Animi deliquium patiaris.

802 Carbonumque gravis, &c.] His 2. vs. proponitur v. exemplum,

Delph. et Var. Clus.

nempe carbonis, cujus potius odor gravis suffocat homines, nisi prius aquam biberint.

804 At, quom membra, &c.] His 2. vs. continetur vii. exemplum. Ubi febris aliquem invasit, huic sane odor vini perniciosus est, et instar plagæ manabilis. Sic autem bene restituit hunc versus Lambinus. Minus enim recte Pareus, Aut nisi membra prius pertexit frigida servus. Nardius, Aut cum membra dominus pertexit feretida servis. Alii, Aut nisi membra prius pertexit fervida servus. Gassendus, At quem membra hominis, &c. Sana quoque lectio.

Lucret.

3 E

Nonne vides etiam terra quoque sulfur in ipsa  
 Gignier, et tetro concresecere odore bitumen?  
 Denique, ubi argenti venas aurique sequuntur,  
 Terrai penitus scrutantes abdita ferro;  
 Qualeis exspiret scaptensula subter odores? 810  
 Quidve mali fit, ut exhalent aurata metalla?  
 Quas hominum reddunt facies, qualeisque colores?  
 Nonne vides, audisve, perire in tempore parvo  
 Quam soleant; et quam vitai copia desit,  
 Quos opere in tali cohibet vis magna, necesse est? 815

*cernis etiam sulfur generari in ipsa tellure? et bitumen etiam, quod constat gravi odore, generari in terra? Demum, cum homines sectantur venas argenti et auri fodientes funditus cum ferro viscera terræ, quales odores subter Scaptensula exhalet? Et quantum malum datur, ut metalla auri expirent illud sursum? Quales reddunt vultus hominum fodientium? Et quales colores? Nonne cernis, et audis quot homines consuecunt inlerire in minimo tempore? et quam minimum sit iis donum vitæ, quos violentia fortis retinet in tali opere? Oportet ergo*

Gif. Par. Delph. Gryph. Bas. marg. *mutabilis* O. *mattabilis* Cant.—806 *ipso* Mus. B. 1.—808 *argento* Vind. Mus. B. 3. Vind. fr.—809 *Terra* Vind. Mus. B. 3.—810 *exspiret* P. Vind. Bodl. O. Vind. fr. Cant. *exspirat* vulg. *scatens* via O. Cant. *scatensilla* Mus. B. 1. *scatensula* Mus. B. 3. *scaptensula* Ferr. *stuptensula* V. ed. Th. Ra. *scaptensula* Hav. Bip. Delph.—811 *sit* Bas.—812 *homini* Mus. B. 1.—813 *audire* Vind. Mus. B. 3. Vind. fr.—814 *sole antequam* Mus. B. 1. ac P. ac V. ed. Th. Ra. *deest* O. *vita* Vind. fr. *defit* Gryph. Nard. Bas. V. ed. P. Ferr. Th. Ra. Ald. *defat* Gif. Par.—815 *operire* Bas. marg. *magna*

## NOTE

805 *Mactabilis* [*manabilis*] Penetrabilis. Sic I. 535. 'Manabile frigus.' Lambinus legit, *mactabilis*, quæ macrare queat.

806 *Nonne vides etiam, &c.*] His 2. vs. continetur VIII. exemplum. Sulfur enim et bitumen, quæ homini maxime sunt noxia, generantur ex ipsa terra. Scilicet propius scrutatur Poëta in ipsis terræ visceribus. Occurrunt primum sulfur et bitumen.

807 *Gignier*] Poëtice, pro gigni.

808 *Denique, ubi argenti, &c.*] His 10. vs. proponitur IX. exemplum. *Scaptensula* metallaria pariter ita male olet, ut brevi conficiat damnatos ad metalla fodienda. Igitur ex his terrarum venis, et aliis supra dictis rebus exhalantur semina quædam tetra et graveolentia.

809 *Terrai...abdita*] Terras abditas; terræ viscera. Sic alibi 'strata viai,' pro strata via: 'clausa domorum,' pro clausæ domus, &c.

810 *Scaptensula* [*Scaptensula*] Locus in Macedonia, ubi argentum fodi solebat, a verbo *σκαπτω*, fodio. Apud Stephanum legitur *σκαρτησολη*, fossilis materia. Quanquam ille non in Macedonia, sed in Thracia eam collocat. Quidam legunt *Scaptensula*.

*Subter*] Supp. terram.

812 *Quas hominum reddunt facies*] Nimirum, quam pallidas, quam lividas, et quam exsanguis; ita ut videantur mortui ambulare.

814 *Desit*] Alii, *defat*. Sapp. iis, quos, &c.

815 *Opere in tali*] Nempe in metallis effodiendis.

Hos igitur tellus omneis exæstuat æstus ;  
Exspiratque foras in aperta, promptaque, cœli.

Sic et Averna loca alitibus submittere debent  
Mortiferam vim, de terra quæ surgit in auras,  
Ut spatium cœli quadam de parte venenet ; 820

Quo simul ac primum pennis delata sit ales,  
Impediatur ibei, cæco conrepta veneno,  
Ut cadat e regione loci, qua dirigit æstus :

Quo quom conruit hæc eadem vis illius æstus,  
Reliquias vitæ membris ex omnibus aufert. 825

Quippe et enim, primo quasi quendam conciet æstum ;  
Posterius fit, utei, quom jam cecidere veneni

*ut terra exhalet istos omnes vapores, et emittat extra in patentem et facilem aëra. Similiter etiam ipsa Averna loca debent sursum mittere avibus virtutem letiferam, quæ ascendit de tellure in status aërios, ut insciat veneno spatium aëris in certa parte. Quam in partem aëris statim atque avis deportata fuerit suis alis, necesse est ut in ea parte retineatur capta veneno latenti, et decidat ex ea parte loci, per quam vapor gravis ascendit. In quam partem loci ubi cecidit, hæc eadem violentia illius vaporis abstrahit ei reliquias vitæ ex cunctis illius artubus. Namque primum excitat veluti quandam perturbationem mentis. Verum postea accidit ut, ubi*

vacare Gryph. Nard. Bas. Heins. 2.—816 Nos Mus. B. 3. V. ed. Th. Ra. exæstuat P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. ræstuet vulg. æstuat Cant.—817 Exspiretque Hav. Bip. Delph. apertaue O. V. marg. 2. apertum Voss. marg.—818 malis bussum mittere Mus. B. 1. Vind. malit bus summittere Vind. fr. malit sursum mittere Mus. B. 3. pestem pro debent Mus. B. 3. odorem in marg. Mus. B. 3. deest Mus. B. 1. Vind. fr. Ferr. V. ed. Th. Ra.—820 veneni P. V. ed. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. veneni est Mus. B. 3. legi jubet Et . . . venenat P. in not.—822 corrupta V. ed. Th. Ra.—823 Et Delph. Gassend. qua se erigit Fab. derigit Gif. Par.—824 hic Mus. B. 1. 3. Gryph. Nard. Bas. ulius Cant. H. vs. deest V. ed. Th. Ra.—825 vita Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. vitam Vind. fr.—826 primum Mus. B. 3. continet Mus. B. 1.—827 tum jam Mus. B. 1. venena P.

## NOTÆ

816 *Æstus*] Vapores tetros. Neri omnium tamen metallorum unus est odor: odor enim auri igne calefacti saavis est: argenti minus gratus: æris spurcus: ferri teter.

817 *In aperta, promptaque, cæli*] In apertas et promtas cæli auras. In apertum cælum. Sic supra vs. 809. 'Terrai abdita.'

818 *Sic et Averna loca, &c.*] His 12. vs. concludit a simili, ut aiunt, ter-

ram ex iis locis, quæ Averna vocant, emergere atomos tetras et graveolentes, quæ et volucres prætervolantes, et quadrupedes ingressos enecent.

823 *Conrepta*] Pro correpta.

827 *Cecidere*] Supp. aves. Mutatur enim numerus, sicut et genus vs. 758. Quod familiare est Lucretio, et Homero passim.

In funteis ipsos, ibi sit quoque vita vomunda,  
Propterea quod magna mali sit copia circum.

Fit quoque, ut interdum vis hæc atque æstus Averni 880  
Aëra, qui inter aveis quomque est terramque locatus,  
Discutiat, prope utei locus hinc linguatur inanis :  
Quoius ubi e regione loci venere volantes,  
Claudicat ex templo pennarum nixus inanis,  
Et conamen utrimque alarum proditur omne. 885  
Heic, ubi nictari nequeunt, insistereque alis,  
Scilicet in terram delabi pondere cogit  
Natura ; et, vacuum prope jam per inane jacentes,  
Dispargunt animas per caulas corporis omneis.

Frigidior porro in puteis æstate fit humor, 840

aves illæ corruerunt in ipsas scaturigines veneni, in iis etiam evomenda sit illis anima ; eo quod abundans vis veneni stet circa. Accidit etiam, ut aliquando vis illa atque ille vapor Averni disijciat aëra totum, qui positus est inter alites et terram, ita ut inde spatium relinquatur fere vacuum. Contra quam partem spatii cum aves volitantes accesserunt, subito conamen incassum alarum claudicat, et tota vis pennarum ex utraque parte deseritur. Cum igitur non valent conari, neque sustineri pennis suis, tunc natura facit ut ibi nimirum cadant præ sua gravitate ; et languentes fere jam per inane vasans disijciunt animas per cuncta foramina corporis. Ceterum aqua fit frigidior in puteis æstivo tempore, eo quod terra fit arida

\*\*\*\*\*

Gryph. Ald.—828 *frontis Cant. ipse sibi Mus. B. 1. ipse sibi Mus. B. 3. V. ed. Th. Ra.*—829 *fit P. Vind. V. ed. Vind. fr. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald.*—881 *que deest O. locatur Vind. Th. Ra. V. ed. Ferr.*—882 *linguatur Vind. Vind. fr.*—883 *est regione V. ed. Th. Ra.*—884 *pennarum P. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. in avis Cant.*—885 *perditur P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.*—886 *nixari vulg. caxari Gryph. rizari V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra.*—887 *terris P. V. ed. Gif. L. B. Par. Th. Ra. Ald.*—888 *Naturam P.*—840 *Cur frigidior Vind. Vind. fr. Ferr. V. ed. Th. Ra. sit Vind. Mus. B. 1. Ferr.*—841

#### NOTE

828 *Vita vomunda*] Vita amittenda : anima efflanda.

830 *Fit quoque, ut interdum, &c.*] His 10. vs. novam, sed ridiculam subnectit causam, cur alites cadant in Averna loca : quasi, inani facto aëre per halitum tætri vaporis, aves sustentari nequeant.

836 *Nictari* [*nixari*] Conari, niti ; a verbo nitor. Lambinus *nictari*.

838 *Vacuum per inane*] Per aëra vacuum. Sic passim loquitur I. et II.

839 *Per caulas corporis*] Per poros, per aperta foramina, per meatus corporis. Sic III. 703.

840 *Frigidior porro, &c.*] His 76. vs. quærit jam cur aqua in puteis ac fontibus quibusdam æstate frigidior sit, hyeme vero calidior. Cur fons ad Ammonis fanum de die frigidus sit, et de nocte calidus. Cur in aqua frigida fontis Jovis in Dodone, tæda tamen admota accendatur. Cur dulces in mari fontes scaturiant. Qua-

Rarescit quia terra calore, et semina si qua  
 Forte vaporis habet, propere dimittit in auras:  
 Quo magis est igitur tellus ecfeta calore,  
 Fit quoque frigidior, qui in terra est abditus, humor.  
 Frigore quom premitur porro omnis terra, coitque, 845  
 Et quasi concrescit; fit scilicet in coëundo,  
 Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa, calorem.  
 Esse apud Hammonis fanum fons luce diurna

*æstu; et, si fortasse continet aliquas atomos ignis, subito emittit eas in status aërios. Ergo quanto plus terra est prædita calore, tanto frigidior fit aqua, quæ laet sub terra. Verum ubi tota terra comprimitur, et contrahitur præ frigore, et veluti congelatur, tunc nimirum accedit ut conveniendo in seipsam emittat in puteos calorem, si ipsa continet aliquem. Fons quidam prope templum Ammonis dicitur esse*

\*\*\*\*\*

*Arescit* P. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 1. 3. Cant. Gif. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. Voss. marg. Ferr. Th. Ra. Ald. *Rarescit* O.—845 *ecfeta* vel *effeta* P. Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. *effeta* O. et edd. vulg. *effecta* Bodl. Vind. fr. Cant. *vapore* P. Heins. 1.—844 *Hoc fit* edd. vulg. *Hoc quoque* quidam. in deest Delph.—846 ut *coëundo* edd. vulg. *quoëundo* V. ed. Vind. Vind. fr. Th. Ra. Ferr.—848 *Esse* Voss. vet. et L. B. Delph. Lamb. Hav.

#### NOTÆ

rum rerum causas reddere conatur. Itaque his 8. vs. prioribus perscrutatur unde fiat, ut æstate aqua puteorum frigidior sit, hyeme vero calidior. Hanc autem reddit rationem; nimirum, quia putat æstate terram aridam fieri præ nimio solis æstus; ex ariditate autem inducta meatus terræ fiunt et pori late aperiuntur, quibus, quicquid caloris intus inest, exhalat foras. Hyeme contra, terra comprimitur et contrahitur frigore in summa sua superficie; que fit ut calor non exhalet in aëra, sed subter exprimat in puteorum aquas. Quod Aristoteles dicit fieri per Antiperistasin; et quod Cicero lib. ii. de N. Deor. sic explicat ex Stoicorum mente: 'Omnes igitur partes mundi, tangam autem maximas, calore faltæ sustinentur. Quod primum in terræ natura perspici potest. Nam et lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus: et recenti fossione

terram fumare calentem: atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahit, et id maxime hybernis fieri temporibus, quod magna vis, terræ cavernis, contineatur caloris; eaque hyeme sit densior, ob eamque causam calorem insitum in terris contineat arctius.'

841 *Rarescit*] Lamb. et Pareus, bene. Sic enim vs. 870. 'Et rarefecit calido miscente vapore.' Nardius vero *arescit*. *Rarescit* autem terra, quia *arescit*.

843 *Ecfeta* [*affecta*] Lamb. bene. Ideo enim aqua in puteis hyeme fit calida, quia terra effecta calore calefacit eam subter. Vulgatæ lectiones, *effecta*; male, et contra verba Lucretii.

848 *Esse apud Hammonis* [*Ammonis*] &c.] His autem 31. vs. seqq. sciiscitatur unde fiat ut fons ad Ammonis templum interdiu frigidus sit, noctibus vero ferveat. Quintus Curt. iii. Plin. ii. 108. et P. Mela i. 8. tostau-

Frigidus, et calidus nocturno tempore, fertur.  
 Hunc homines funtem nimis admirantur, et acri 850  
 Sole putant subter terras fervere partim,  
 Nox ubi terribili terram caligine textit:  
 Quod nimis a vera est longe ratione remotum.  
 Quippe, ubi sol, nudum contractans corpus aquai,  
 Non quierit calidum supera de reddere parte, 855  
 Quom superum lumen tanto fervore fruatur:

*frigidus diurno tempore, nocturna vero luce calidus. Mortales mirantur nimium hunc fontem, et credunt illum calefieri celeriter vehementi calore solis subter terras, statim atque nox operuit terras horribilibus tenebris. Quod quidem nimis est procul repulsam a veritate rei. Namque, cum sol tangens nudatum corpus aquae non potuerit tamen calefacere illud de parte suprema, etiamsi lux illius superna*

Cont. Est reliqui.—849 *Frigus* Cant. at *calidus* edd. vulg.—851 *raptim* Mus. B. 1. et edd. vulg.—852 *Hoc Ferr. terram* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Ferr. terra V. ed. Th. Ra. *terras* vulg.—854 *adum* Gryph. Nard. Bas. marg. nitidum Mus. B. 3. *contractans* edd. vulg.—855 *querit supere* Cant. *quient superade* V. ed. Th. Ra. *parti* Bas.—856 *Lumine cum superum* Mus. B. 1. *lumen tanto*

## NOTE

tur idem de hoc fonte. 'Ammonis,' inquit Mela, 'oraculum fidei inclytæ; quem solis appellat...fons media nocte fervet; et paulatim tepescens, fit luce frigidus; tum, ut sol surgit, ita frigidior subinde; per meridiem maxime riget. Sunt deinde tepores iterum; et prima nocte calidus; atque, ut illa procedit, ita calidior; rursus, cum est media, perfervet.'

*Ammonis* [*Ammonis*] Jovis, qui Ammon dictus in desertis Libyæ sub Arietis forma colebatur. Cujus appellationis hæc ratio redditur. Liber pater seu Bacchus cum per Libyæ deserta duceret exercitum, universa jam Asia devicta, siti admodum laboravit. Imploravit ergo auxilium a Jove patre, statimque apparuit ei signa Arietis, quem dum fugientem insequeretur, pervenit ad fontem amœnissimum. Itaque desiderio potitus credidit Arietem illum fuisse Jovem, cui templum ibi in arena consecravit, Jovemque vocavit Ammonem, h. e.

Arenarium.

850 *Hunc homines, &c.*] His 11. vs. refutat sententiam eorum, qui crediderunt aquam fontis Ammonis interdum frigefieri, noctibus vero fervere ab unius ardore solis aut recedente, aut accedente. Quod a majori, ut aiunt, fieri non posse arguit. Si enim sol nudum et apertum aquæ corpus superne nequit calefacere, quanto minus potest aquam subter terræ corpus spissum latentes coquere. Namque necesse esset ut totum terræ corpus permearet solis ardor, ut de nocte calefaceret aquas illius fontis. Cum tamen vix permeare queat septas et clausas domos.

851 *Fervere* [*ferriacere*] A verbo *fervo*, is, tertix conjug. Dicitur autem, et *ferveo*, es, et *fervo*, is, ut sæpe monui.

854 *Nudum*] Lamb. bene; h. e. apertum et patens. Nonnulli *adum*. Male.

855 *Supera de parte*] De supera, seu superiori parte: superne.



Qui queat hic, subter tam crasso corpore terram,  
 Percoquere humorem, et calido sociare vapore ?  
 Præsertim, quom vix possit per sæpta domorum  
 Insinuare suum radiis ardentibus æstum ?

860

Quæ ratio est igitur ? Nimirum, terra magis quod  
 Rara tenet circum fontem, quam cætera tellus ;  
 Multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.  
 Hoc, ubi roriferis terram nox obruit umbris,  
 Ex templo subtus frigescit terra, coitque :  
 Hac ratione fit, ut, tamquam compressa manu sit,

865

*prædita sit ingenti calore, quomodo igitur fiet ut possit ille calor calefacere aquam subter terram, quæ constat corpore adeo denso, et temperare illam calore ferventi ? Præcipue quoniam vix ille sol queat mittere suum calorem cum suis ferventibus splendoribus per clausas domos. Quanam ergo causa est ? Scilicet, quia terra magis rarefacta circumcingit hunc fontem, quam omnis alibi terra. Et quia juxta corpus aquæ sunt plures atomi ignis. Inde fit ut, cum nox obduxit terram tenebris madidis, subito terra subter frigeat, et contrahatur. Hoc modo accidit ut, quasi*

\*\*\*\*\*

O. fenore Vind. V. ed. Th. Ra. fenore Vind. fr.—857 Qui queat hunc subter P. Aid. Quique adit super Vind. Mus. B. 3. Quique adhuc super Mus. B. 1. V. ed. Ferr. Th. Ra. supera V. marg. 1. supra V. marg. 2. Qui queat hic super O. Vind. fr. Qui queat hic supra Cant. crassi corporis Gryph. Nard. Bas. terra Bodl. et sic legendum censet P. in not.—858 Perquo ceremnore Vind. Perquoquere unorem Vind. fr. Per que ter'a humorem Mus. B. 3. Perquo quere humorem Cant. Perquoquere minorem Ferr. Perquere minorem V. ed. Th. Ra. calidoso clare Vind. Vind. fr. calido sociare O. et sic legendum pronuntiat P. in not. calido sol dare V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. calido sedare Mus. B. 1. calidos efflare Mus. B. 3. vapore Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. Gryph. Nard. Bas. Delph. vaporem P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. sed vapore P. corr. in not. vapori vulg.—859 lux possit Ferr.—862 Parva tenet P. Bodl. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Para tenet Voss. L. B. Parthenice Voss. vet. Para tenet O. Mus. B. 1. s. Gryph. Nard. Bas. Bas. marg. Parthenice Voss. marg. certum P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. marg. circum hunc fontem edd. vulg. extera tellus Cant.—864 Hinc edd. vulg. tibi V. ed. Bodl. undis P. Bodl. O. Mus. B. 3. Cant. undas Mus. B. 1.—865 sonitus Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1.

## NOTÆ

858 *Sociare vapore]* Temperare calore ; calefacere.

859 *Sæpta domorum]* Septas et clausas domos. Sic vs. 227. et alibi passim.

861 *Quæ ratio est igitur, &c.]* His 13. vs. refert i. causam hujus frigoris diurni, et nocturni caloris aquarum fontis Ammonis in ignis seu caloris

semina, quæ in terra circum fontem illum sunt, et sub aqua. Rem autem sic explicat, ut terra nocturno frigore compressa velut exprimat et transmittat in aquam ejusmodi semina ; unde aqua incalescat. Calore vero diurno laxata terra veluti resorbeat eadem semina ; unde et aqua frigida remaneat.

Exprimat in fontem, quæ semina quomque habet ignis;  
 Quæ calidum faciunt laticis tactum, atque vaporem.  
 Inde, ubi sol radiis terram dimovit obortis,  
 Et rarefecit, calido miscente vapore; 870  
 Rursus in antiquas redeunt primordia sedes  
 Ignis, et in terram cedit calor omnis aquai:  
 Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.

Præterea, solis radiis jactatur aquai  
 Humor, et in lucem tremulo rarescit ab æstu: 875  
 Propterea fit, utei, quæ semina quomque habet ignis,  
 Dimittat; quasi sæpe gelum, quod continet in se,

*contracta esset manu, emittat in fontem omnes atomos ignis, quas continet; quas reddunt aquam illam calidam ad tactum et ad gustatum. Postea, cum sol percussit tellurem splendoribus suis exortis, et fecit eam raram fercenti suo calore, qui miscet se intra terram, semina ignis recertantur iterum in prisca sua loca, et totus calor aquæ recedit in terram. Propter hanc causam fons fit gelidus in tempore diurno. Deinde aqua agitatur splendoribus solis, et de die rarefit per calorem micantem. Ideo accidit, ut ejiciat omnia primordia caloris, quæ sunt in ea, veluti plerumque ejicit gelu, quod habet in seipsa, et deserit glaciem, et remittit vincula, quibus*

~~~~~

Cant. fons intus Mus. B. 3. solito Heins. 2.—867 fontem Cant.—868 aquæ tactum Beda apud Putschium, p. 2375. sic legeudum censet P. in not. saporem edd. vulg. usque vapore Heins. 2.—869 umbram dimovit Creech. abortis V. ed. Bodl. V. marg. 1. Mus. B. 1. abortus O. Ferr. abortus Mus. B. 3. Cant. Gif. Gryph. Nard.—872 terras O. cadit Cant. redit Bodl. V. ed. Bas. Ferr. Th. Ra.—873 sit fons ut luce V. ed. Th. Ra.—875 luci Mus. B. 1. luce Gif. Par. Delph.—876 utique Cant.—877 Demittat P. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Ferr. Th. Ra. Ald. cum sæpe Gryph. Nard. Bas. Heins. 2. gelu Mus. B. 3.—

#### NOTE

867 *Quæ semina quomque*] Tmesis; quæcumque. Sic vs. 831. 876.

868 *Quæ calidum faciunt, &c.*] H. e. quæ faciunt ut hujus fontis aqua sit ad tactum et gustatum calida.

870 *Miscente*] Supp. seipsum intra terræ corpus aut partes.

874 *Præterea, solis, &c.*] His 5. vs. refert II. causam in solis calorem, quasi fieri possit, ut aqua, quæ nocturno tempore calida facta est de nocte per semina ignis, fiat rursus frigida de die per radios solis ita aquam penetrantes ac rarefacientes, ut liberum exortum in aëra faciant illis seminibus ignis. Non secus ac

dum glacies solvitur iisdem radiis solis penetrantibus. Utrum autem causa quæratum rei quæ non sit, non auderem affirmare. Nemo enim historicorum aut geographorum, qui fontes describunt, hunc vidisse testatur.

875 *In lucem [luce]* In die, de die. Quidam in lucem legunt.

876 *Quæ semina quomque*] Tmesis, quæcumque. Sic vs. 867.

877 *Quasi*] Pareus et alii omnes; bene. Instituitur enim comparatio. Lambinus unus, *quis*.

*Gelum*] Vel gelu, utrumque dicitur, ut sæpe monui.

Mittit; et exsolvit glaciem, nodosque relaxat.

Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe  
Stuppa jacet flammam, concepto protinus igni; 880  
Tedaque consimili ratione, adensa per undas,  
Conlucet, quoquomque natans inpellitur auris:  
Nimirum, quia sunt in aqua permulta vaporis  
Semina; de terraque necesse est funditus ipsa  
Ignis corpora per totum consurgere funtem, 885  
Et simul exspirare foras, exireque in auras;  
Non tam viva tamen, calidus queat ut fieri fons.

Præterea, dispersa foras, erumpere cogit

tener. *Fons est quoque gelidus, super quem stuppa posita emittit plerumque flammam, igne subito accenso: et pari de causa fax lucet inflammata super aquas, quacumque ex parte innatans inducatur a ventis. Scilicet eo quod plura primordia caloris sunt in aqua, et eo quod oportet ut per omnem ipsam fontem ipsa corpuscula ignis ascendant de terra infra jacente, et ut una exhalentur extra et evadant per status aërios, non tamen adeo vividam sent, ut fons possit calefieri. Insuper violentia, qua feruntur, facit ea disjecta extra exire raptim per me-*

878 *Mutat* Gryph. Nard. Bas. *Nutat* Gryph. marg. Bas. marg. *novosque* Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. *nobosque* Vind. fr. *venasque* Cant. Heins. 2. V. marg. 1. *nivesque* V. marg. 2. *nervosque* Gif. L. B. Par. Voss. marg.—879 *supera* qua Mus. B. 1.—880 *Stuppa* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. *Stupa* vulg. *jacet* Vind. *lucit* Vind. fr. *flammi* edd. vulg. *conceptus* Mus. B. 1.—885 *consurgunt* ire V. ed. Th. Ra.—887 *tanta* vi Vind. *ita* vita Vind. fr. *tam* vita Mus. B. 1. Cant. *vis* tanta Mus. B. 3. *ita* multa Voss. marg.—889 *conciliari*

## NOTE

878 *Mittit*] Pareus, et alii; bene. Lambinus, *mutat*; male, ut satis patet.

*Nodosque*] Lamb. bene; sic Lucretius supra vs. 529. 530. describit gelu ab effectis. Glacie quippe tamenur aquæ quasi nodo ac vinculis. Pareus, *nervosque*; h. e. viresque. Verum aqua glacie concreta, dum solvitur, non relaxat de viribus, sed potius de vinculis.

879 *Frigidus est etiam, &c.*] His 27. vs. alium fontem mirabilem profert, ejus tamen et nomen et locum tacet. Sane videtur notare fontem Epiri de quo Plinius II. 103. 'In Dodone Jovis cum sit gelidus, et immensas faces extinguat, si extinctæ admovcantur,

accendit.' Notat et Gassendus in lib. x. Laërt. pag. 857. fontem ardentem esse non procul a Gratianopoli, qui admota face et flammam concipiat, et in dies non paucos ardeat. His itaque 9. vs. prioribus id fieri ait ob semina ignis, quæ foras e terris per fontem exhalant.

880 *Igni*] Pro igne. Sic alibi passim.

889 *Conlucet*] Collucet.

*Auris*] Flatibus, ventis.

888 *Præterea, dispersa, &c.*] His 19. vs. posterioribus etiam antemat id fieri ex eo, quod semina illa ignis per fontis aquas erumpentia foras tandem supra ipsas aquas conciliantur et condensentur ita, ut ignem accendant

Vis per aquam subito, sursumque ea conciliare :  
 Quod genus, indu mari est Aradio funs, dulcis aquai, 890  
 Qui scatit, et salsas circum se dimovet undas.  
 Et multis aliis præbet regionibus æquor  
 Utilitatem obportunam sitientibus nautis,  
 Quod dulceis, inter salsas, intervomit undas.  
 Sic igitur per eum possunt erumpere funtem, 895  
 Et scatere, illa foras in stuppam semina : quæ quom  
 Conveniunt, aut in tedai corpore adhærent,  
 Ardescunt facile ex templo ; quod multa quoque in se

diam aquam, et sublimè congregari. Cujusmodi quidam fons dulcis aquæ exsilit in medio æquore, qui scaturit, et separat aquas salsas circum se. Et vero mare præstat in pluribus aliis locis similem bonam commoditatem nautis, qui sitiunt ; quia emittit aquas dulces inter salsas undas suas. Itaque ergo primordia illa ignis queunt exire et scaturire extra in stuppam per medium ipsam fontem ; in quam stuppam ubi coeunt, vel ubi adjunguntur corpori lampadis, haud difficile subito accenduntur ; eo quod stuppæ continent etiam in seipsis

edd. vulg.—890 in O. endo Vind. fr. Posui est de meo ; sed illud Aradio Vossii ingenio et doctrinæ debetur. Wakef. mari spirat P. Vind. fr. Cant. Gryph. Nard. maris parat Vind. Mus. B. 1. 3. mari separat Voss. vet. et L. B. V. ed.—891 Quod P.—892 pariter regionibus P. sed præbet ex prisca lectione P. in not. præter Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. religionis V. ed. Th. Ra.—894 dulcit Voss. vet. et L. B. internovit Vind. Mus. B. 3. immiscuit Mus. B. 3. in marg.—896 quo edd. vulg.—897 in tedai corpore Voss. emend. in tæda cum corpora P. Gryph. Nard. Bas. in tæda corpori V. marg. 1. in corpora Vind. fr. inde corporibus Mus. B. 3. in tæda corpora Cant. inde ad corpora Mus. B. 1. Voss. vet. videda corpora Vind. quom tedai corpori vulg.—898 Edescunt Mus. B. 1. quod P. Voss. vet. et L. B. quia vulg. quæ V.

## NOTÆ

stuppis, lychnis, et aliis rebus ejusmodi admotis. Sic enim saliant fontes aquæ dulcis e medio mari ; namque semina dulcis aquæ sursum erumpentia simul coeunt, et rivum dulcis aquæ salientis faciunt, ita et illa ignis semina sursum elata coeunt, et ignem facile concipiunt. Sic etiam recens extinctam ollychanium, si candelæ accensæ, aut igni admoveatur, iterum facile ardet et accenditur, antequam tetigerit flammam.

889 Vis] Supp. seminum illorum ignis erumpentium per medias fontis aquas.

Conciliare [conciliari] Cogi, congregari.

890 Quod genus] Cujus generis. Sic v. 479. II. 194. &c.

Indu [Endo] H. e. in. Sic IV. 778.

Funs, dulcis aquai, &c.] Qualis est Arethusa, quæ non quidem in mari, sed in extrema Sicilia est. Plin. II. 101. 'Quidam fontes odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur jacta in Alpheum.'

891 Scatit] A verbo scato, is, tertix conjug. Dicitur et scateo, es, secundæ conjug. vs. 896.

896 Quæ [Quo] Ad quam stuppam.

898 Ardescunt] Supp. stuppæ, et tæda.

Semina habent ignis stuppæ, tedæque, tenentes.

Nonne vides etiam, nocturna ad lumina linum 900

Nuper ubi extinctum admoveas, accendier ante,

Quam tetigit flammam; tedamque pari ratione?

Multaque præterea, prius ipso tacta vapore

Eminus ardescunt, quam conminus inbuat ignis.

Hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandum est. 905

Quod super est, agere incipiam quo foedere fiat

Naturæ, lapis hicc' ut ferrum ducere possit,

Quem Magneta vocant patrio de nomine Graiei,

*plura primordia ignis pariter ac lampades, quæ continent stuppas. Num cernis quoque, cum applicas ad faces nocturnas eltychnium recenter restinctum, illud ardescere priusquam contigerit ignem? nonne lampada simili modo? Deinde plures res contactæ ipso igne procul accenduntur, antequam ignis prope perfundat illas. Credendum est ergo idipsum etiam evenire in ipso fonte. Quod reliquum est, aggrediar dicere, qua lege naturæ fiat ut lapis ille, quem Græci appellant magneta de*

ed. Mus. B. 3.—900 ut pro ad V. marg. 1. *lumina* Vind. fr. *limina* Mus. B. 1. *linum* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. Bas. *tychnum* P. O. *lumen* Vind. Mus. B. 3. *linum* Cant.—901 *admoveas* Cant. *amoveas* Ferr. V. ed. Th. Ra.—903 *tactu* V. ed. Th. Ra.—905 *fatendum est* Gassend.—907 *lapsi* V. ed. Vind. Th. Ra. Vind. fr.—908 *Quam*

## NOTE

899 *Tenentes*] Supp. semina ignis. Porro 'Tenentes habent,' h. e. tenent et habent.

901 *Accendier*] Poëtice pro accendi.

903 *Vapores*] Igne, calore.

904 *Inbuat*] Metaphora est ab aquis ad ignem. Sic v. 595.

906 *Quod super est, agere, &c.*] His 182. vs. h. e. ab h. vs. 906. ad vs. 1088. disputationem instituit de magnete. His autem 4. vs. prioribus ait Poëta se dicturum de virtute magnetis, quam unam agnoscit, licet duplex distinguatur: altera, qua ferrum trahit ad se: altera, qua et se et ferrum dirigit versus polos mundi, de qua utraque jam nos infra dicemus. Porro nomen illius explicat, vultque Magneta dici a Magnesia, quæ regio est Lydiæ apud Græcos, ubi primum inventus fertur is lapis. Nos illum

dicimus patrio nomine Amantem, *Aimant*: forte respicientes ad illud, quod Orpheus cecinit de magnete apud Claud. in carm. XLVIII. nempe ferrum deduci ad magneta, ut sponsam ad sponsi amplexus: 'Pronuba fit natura Deis, ferrumque maritat Aura tenax . . . Flagrat anhela silex, et amicam saucia sentit Materiem, placidosque chalybs cognoscit amores . . . Jam gelidas rupes, vivoque carentia sexu Membra feris: jam saxa tuis obnoxia telis, Et lapides suus ardor agit, ferrumque tenetur Illecebris,' &c. Aristoteles vocat illum simpliciter *λίθον* lapidem, per excellentiam: quidam Herculeum, vel quod Hercules repererit illum primus; vel ab urbe Heraclea, ubi repertus dicitur; vel a vi, qua pollet. 908 *Graiei* [*Gra*] Grai, Græci.

Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Hunc homines lapidem mirantur: quippe catenam 910  
 Sæpe ex annellis reddit pendentibus ex se:  
 Quinque et enim licet interdum, pluresque, videre,  
 Ordine demisso, levibus jactarier auris,

*patrio vocabulo, quoniam natus sit in patriis regionibus Magnetum, quæst attrahere ferrum. Mortales admirantur hunc lapidem; nimirum quia plerumque facit catenam ex annulis ferreis appendentibus ex seipso. Namque cernere est aliquando quinque, et plures etiam, ejusmodi annulos pendentis ex illo agitari levibus flatibus*

Mus. B. 3.—909 *fit* Vind. Mus. B. 3.—911 *anellis* P. O. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—912 *Qui neque enim* Vind. Mus. B. 1. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. *Quinque enim O. Qui neque et cum* Vind. fr. *Quin quoque enim* Cant. *plures* P. O. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra.—913 *demisso* P. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. *demissos* vulg. *lenibus* Vind. Mus. B. 3. Ferr. *latarier* Mus. B. 3. *hamis*

#### NOTE

910 *Hunc homines, &c.*] His 7. vs. seqq. notat primam præcipuam magnetis virtutem. Trahit enim quinque aut plures etiam annulos ferreos alios aliis adhærentes. Itaque videtur tantum disputare de 1. virtute magnetis, quæ est attractrix; de 11. quæ est directrix nihil agit. Scilicet nihil apud antiquos disputatum videtur de hac vi posteriori. Recentiores enim tantum fuere, qui de ea quæsierint aliquid, ex quo usus acus magneticæ repertus est, nempe paulo ante quinque sæcula, ann. mcc. Quo tempore hanc inventionem commendavit Guyotus Provincens poëta Gallus, Marinetam indigitans. Hinc ad extremum unum illius acus ubique etiam apud barbaras nationes applicatur liliam Galliarum insigne. Quidam igitur opinati sunt hanc magnetis vim directricem pendere a cæli polo. Alii ab uno polo Arctico. Cardanus a cauda Ursæ. Cartesius a nescio quo ultra cælum tractario puncto. Frencastorius a montibus quibusdam magneticis sub polo Arctico. Guiljelmus Gilbertus ab ipsamet terra, quæ, ut ingens magnes,

magneta ipsum quasi parvam terram, et ferrum quasi ejus prolem, in nativum situm, hoc est, in Boream et Austrum conformet. Quod spectat ad 1. magnetis virtutem, quæ tractrix est, jam cum Lucretio sigillatim disseremus ex Epicuri doctrina, si prius pauca præfati fuerimus de Veterum nonnullorum opinione. Thales, Aristoteles, et Hippias primum opinati sunt referendam esse vim illam in magnete tractricem ad animam, qua præditus sit. Verum non constat quas manus, quosve sensus huic lapidi Natura dederit. Cardanus innuit esse tantam nutritionis quendam appetitum, quo magnes ferrum corripit; quod et Claudianus cœcinit Epiogr. 'Ex ferro meruit vitam, ferriq; rigore vescitur; has dulces epulas, hæc pabula novit.' Et Diog. Apoll. lib. 11. Nat. Q. c. 33. dum censuit humiditatem esse in ferro, quam sicclitas magnetis depasceret. Nonnulli recurrunt ad sympathiam, et ad virtutem occultam. Superest ut Epicuri, Democriti, et Lucretii propinamus opinionem, de qua jam.

913 *Jactarier*] Poëtice pro *jactari*.

Unus ubi ex uno dependet, subter adhærens ;  
 Ex alioque alius lapidis vim, vinclaque, noscit : 915  
 Usque adeo permanenter vis pervalet ejus.

Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam  
 Ipsius rei rationem reddere possis ;  
 Et nimium longis ambagibus est adeundum :  
 Quo magis adtentas aureis, animumque, reposco. 920

Principio, omnibus a rebus, quasquomque videmus,  
 Perpetuo fluere, ac mitti spargique, necesse est  
 Corpora, quæ feriant oculos, visumque lacessant ;  
 Perpetuoque fluunt certis ab rebus odores :

*bus venti, cum unus anellus pendeat ex altero, cui subter annectitur, et alius agnoscit virtutem et nodos lapidis ex alio : adeo virtus illius perenniter valet in unum ex alio. Multa ostendenda sunt in rebus ejus generis, antequam queas afferre causam hujusce rei ; et procedendum est per multas nimis circulationes ; quapropter eo magis postulo aures attentas, et mentem docilem. Primum oportet ut confitearis corpuscula continuo jaci, et decidere a rebus omnibus, quas cernimus ; quæ corpuscula percutiant oculos et exasperent aspectum ; et ut odores continuo manent ab*

~~~~~

Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. P. Bodl.—914 ubi corno V. ed. Bodl. super Vind. Voss. vet. Mus. B. 3. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. super O. aderens Vind. fr. ad hærta V. ed. Bodl. Th. Ra.—915 atoque Vind. V. ed. Voss. L. B. Vind. fr. O. Ferr. Th. Ra. lapidatum Vind. cunctaque Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. vinclaque Vind. fr. vim vinclaque desunt Mus. B. 1.—916 permanat et P. Ald. sed corr. P. in not. permanat et Ferr. V. ed. Th. Ra. permanat Vind. permetur Vind. fr. praevalat P. percolat Benth. permanenter vis per desunt Mus. B. 1. permanat enim semper valet et vis Mus. B. 3.—917 priusque V. ed. Th. Ra.—918 rei P. O. Mus. B. 1. 3. Cant. rei vulg.—921 ab rebus Nard. quocunque P. Ald. qua cunque V. ed. Th. Ra.—922 mitti fateare P. Gif. Delph. Cont. Lamb. Gassend. Ald. nisi speraque Vind. micis parique V. ed. Th. Ra. micis parique Ferr. mitis pariterque O. miti sparique Vind. fr. mitti patique Mus. B. 1. mitis parique Mus. B. 3.—923 aquæ Vind. O. Vind. fr. visus Cant.—924 fluant P. Ald. rebus obortu Mar.—925 e fluviis P. Ald. de fluviis V. ed. Th. Ra. præpositio deest Vind. Mus. B. 3. Vind. fr. sole et Mus. B. 3.—

#### NOTE

917 *Hoc genus in rebus, &c.]* Priusquam rem explicet Lucretius prævia quædam præmittit. His itaque 4. vs. præfatur se rem altius repetiturum.

*Hoc genus]* Hujus generis, hujusmodi ; supp. in rebus. Sic vs. 890. et alibi.

*Firmandum est multa]* Hellenismus, pro firmanda sunt multa. Sic l. 189. et alibi passim.

921 *Principio omnibus, &c.]* His 15. vs. præmittit i. effluere continuo corpuscula quædam ex rebus omnibus. Quod quidem jam supra iv. 217. et seqq. docuerat. Scilicet id inculcatum esse vult ob insignem difficultatem jam solvendam.

923 *Corpora, quæ feriant, &c.]* Hi 13. vs. positi sunt iv. 217. et seqq. Consule nostras ibid. annotationes.

Frigus ut a fluviis, calor a sole, æstus ab undis 925  
 Æquoris, exesor mœrorum litora propter:  
 Nec variei cessant sonitus manare per auras.  
 Denique, in os salsi venit humor sæpe saporis,  
 Quom mare vorsamur propter; dilutaque contra  
 Quom tuimur misceri absinthia, tangit amaror. 930  
 Usque adeo omnibus ab rebus res quæque fluenter  
 Fertur, et in cunctas dimittitur undique parteis.  
 Nec mora, nec requies, inter datur ulla fluundi;  
 Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper  
 Cernere, odorari, licet, et sentire sonare. 935  
 Nunc omnes repetam quam raro corpore sint res  
 Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.  
 Quippe et enim, quamquam multas hoc pertinet ad res  
 Noscere, cum primis hanc ad rem protinus ipsam,  
 Qua de disserere adgredior, firmare necesse est; 940  
 Nihil esse in promptu, nisi corpus mixtum in inani.

*certis rebus; veluti frigus a fluminibus: calor a sole: æstus ab aquis maris, qui corradit maria, quæ sunt juxta maris littora: neque etiam diversi sonitus desinunt pervenire ad aures: demum vapor saporis salsi plerumque pervenit in os, ubi sumus juxta pelagus: et ubi cominus videmus absynthia dilui, et misceri, amaritudo illorum pervenit etiam ad nostras nares. Adeo verum est quod res quæque mittitur perpetuo a cunctis rebus, et fertur ex omni parte in omnes partes. Neque pausa, neque quies ulla conceditur intermanandi. Siquidem sentimus continuo, ac possumus perpetuo videre res omnes, et olfacere; et audire sonum. Jam iterabo dicere quam raro corpore res cunctæ consent, quod etiam patet in primo libro hujusce poematis. Namque etiam si spectet ad plurimas res cognoscere istud, sed præsertim extemplo ad hanc ipsam materiam, de qua suspicio disputare, tamen oportet confirmare nullam rem palam existere, nisi sit corpus intermixtum inani.*

926 *exesor* Mus. B. 1.—927 *auris* edd. vulg.—928 *max* pro *in os* O. Mus. B. 1. 3.—930 H. vs. et seq. in lib. vet. omn. præter P. inseruntur post vs. 935. *amara* Vind.—935 *sonorem* edd. vulg. *sanare* Bas. marg.—937 *dare* Vind. Voss. vet. et L. B. *clare* Vind. fr. Mus. B. 3. *dici* pro *claret* Mus. B. 1. V. marg. 1.—938 *partium* pro *pertinet* V. ed. Th. Ra.—941 in Wakef. ex conj. *mixtum corpus inani* P. O. Mus. B. 1. et edd. vulg. *corpus mixtum inani* V. ed. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Gif. Par. Delph. *corpus injectum inani*

## NOTE

936 *Nunc omnes repetam, &c.*] His bro lujus carminis.  
 23. vs. præmittit II. nullum esse corpus 939 *Cum primis*] Inprimis. Sic I.  
 pus adeo solidum, quod non constet 131. 716. &c.  
 inani: hoc est, quod non inania spatiola contineat. Quod quidem fusius 941 *In promptu*] In aperto, in re-  
 jam demonstravit I. 420. et seqq. rum natura, palam. Sic I. 878. III.  
 937 *In primo carmine*] In primo li- 186. &c.



Principio, fit, ut in speluncis saxa superna  
 Sudent humore, et guttis manantibus stillent :  
 Manat item nobis e toto corpore sudor ;  
 Creascit barba, pileique per omnia membra, per artus : 945  
 Diditur in venas cibus omneis ; auget, alitque,  
 Corporis extremas quoque parteis, unguiculosque.  
 Frigus item transire per æs, calidumque vaporem,  
 Sentimus ; sentimus item transire per aurum,  
 Atque per argentum, quom pocula plena tenemus. 950  
 Denique, per dissæpta domorum saxea vocés  
 Pervolitant, permanat odos, frigusque, vaposque  
 Ignis : qui ferri quoque vim penetrare suëvit  
 Denique, qua circum colli lorica coërcet.

*Primum accidit, ut in cavernis lapides superne pendentes exsudent aqua, et distillent guttulis fluentibus. Sudor etiam fluit nobis ex omni corpore. Barba increascit, et pili creascunt per membra et per partes corporis. Alimentum omne distribuitur in venas, amplificat et nutrit ultimas partes corporis, et ipsos ungues. Similiter experiamur frigus, et feruidum calorem permeare per aurum, et per argentum, ubi habemus manu crateras plenas aqua calida aut frigida. Demum voces transeunt per meatus lapideos domorum : odor transit, et frigus, et calor ignis ; immo etiam omnis virtus morbi, quæ nobis venit foris, solita est transire etiam duritiem ferri, qua parte lorica circumcingit undique corpus. Et tempestates quæ oriuntur in*

Vind.—943 *Sudent* Cant. in more V. ed. Th. Ra.—946 *Diditus* Lamb. et alii.—947 *unguiculosque* P. Ald. utramvis lectionem probat P. in not. *nuge oculosque* Ferr. V. ed. Th. Ra.—949 *sentimur* Mus. B. 1.—950 *plana* Vind. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. et var. lect. edit. Junt.—952 *Pervolitant* Nonius, VIII. 27. *odos* Voss. vet. et L. B.—953 *quis ferri* Cant. et edd. vulg. *suëvit* P. Ald.—954 *Undique* edd. vulg. *certum* Vind. *colli* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Gryph. Nard. Bas. *coli* Vind. Gif. Par. *cæli* Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. *corii* Cant. Fab. Lamb. *coheret* Gryph. marg. P. Ald. *cohercet* Ferr.—955 *Feruida* Creech. *vis quæcumque* edd. vulg. *vi quæcumque* Sus. *vis*

## NOTE

942 *Saxa superna, &c.*] Quod probavit r. 349. et seqq.

943 *Sudent humore*] Sic v. 1128. et infra vs. 1145.

946 *Diditur in venas, &c.*] Quod ostendit r. 351. et seqq.

948 *Frigus item, &c.*] Sic r. 495. et seqq.

951 *Denique, per dissæpta, &c.*] Sic r. 490.

953 *Suëvit*] Supp. morbida vis vs. 595.

954 *Circum colli [Corpus]* Lamb. bene. Sensus est : Morbida vis penetrat etiam ferrum ea parte, qua lorica corpus undique circum coërcet. Hoc est, morbus etiam hominem loricatorum tentat et corripit ; neque enim lorica, quæ totum hominis corpus tegit et circumdat, arcere vim et causam morbi externam potest, quominus in corpus penetret. Alii *circum colli* ; coli autem circus, seu circulus, id est, pectus, venter, et la-

Morbida visque simul, quom extrinsecus insinatur : 955  
 Et tempestatem, terra caeloque coortam,  
 In caelum terramque remote jure facessunt :  
 Quandoquidem nihil est, nisi raro corpore nexum.

Huc adcedit, utei non omnia, quæ jaciuntur  
 Corpora quomque ab rebus, eodem prædita sensu 960  
 Atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.

Principio, terram sol excoquit, et facit are ;  
 At glaciem dissolvit, et altis montibus altas  
 Exstructas ningues radiis tabescere cogit :

*terra, et in aëre, merito omnes exorta e caelo et e terra subito veniunt, siquidem nihil est, quod non sit contextum corpore raro. Additur ad hæc, quod omnia corpuscula, quæ mittuntur ab rebus, non sint donata pari qualitate, neque idonea sint pari ratione cunctis rebus. Primum sol urit, et arefacit terram : sed liquefacit glaciem, et facit liquecere radiis suis nives accumulatas sursum in montes celos.*

\*\*\*\*\*

*simulacrum* Voss. marg. *excusseris* pro *extrinsecus* Heins. 2.—956 *Nam* Fab. *tempestatem* Vind. V. ed. Voss. vet. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. Fab. Heins. 2. Ferr. Th. Ra. *tempestatem* P. Mus. B. 3. et edd. vulg. *tempestate* in Voss. L. B. *coortam* O. Mus. B. 1. Cant. Fab. Heins. 2. *coorta* P. Mus. B. 3. Ald. et edd. vulg. *coorta* reliqui.—957 *remote* Vind. O. Vind. fr. *remote* reliqui. in re Vind. V. ed. Th. Ra. *mente* Mus. B. 3. *E caelo emota* *terraque repente facessunt* edd. vulg. *terraque remota e jure* Voss. marg. *Vel ferri natura timet circumque fatiscit* Fab. *terraque timet arcumque fatiscit* Heins. 2.—958 *non raro* Vind. Voss. L. B. Vind. fr. et edd. vulg.—959 *non deest* Vind. Vind. fr.—961 *Det quoque* Mus. B. 1. *fuit* Mus. B. 3.—962 *quo pro sol* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *excoquit* Vind. fr.—963 *alle* edd. vulg.—964 *Extinctas* Vind. V. ed. Bodl. Th. Ra. *Exstructasque* P. O. Mus. B. 1. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. Heins. 2. *nives* P. Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. Heins. 2. et Cant. sed in rasura. *nubes* Mus. B. 1. *ningues* P. in

#### NOTE

tera, quæ velut in orbem ambit et circumvenit intestinum illud, quod cœlum vocant.

957 *In caelum* [E caelo emota, &c.] Lamb. bene. Ea enim mens est Poëtæ, ut et terram et cœlum ostendat esse corpora mixta inani. Sunt autem si ex his exeant tempestatem, quæ in illis fiunt. 'Emotæ' igitur, i. e. extra motæ, ejectæ, expulsæ.

*Facessunt*] I. e. discedunt. Pareus vero et alii : *In caelum terraque remota jure facessunt*. Non male. Si enim a cœlo et terra ortæ tempestatem re-

deunt in cœlum et in terram, cœlum et terram corpora esse mixta inani necesse est.

959 *Huc adcedit, utei, &c.*] His 20. vs. præmittit III. corpuscula, quæ ab rebus mittuntur, non congruere rebus canentis eadem ratione. Quod etiam demonstravit passim superioribus libris, sed præsertim lib. IV.

960 *Quomque* [Cunque] Tmesis vocabuli quæcumque.

962 *Facit are*] Anastrophe, pro arefacit. Sic alibi passim.

- Denique, cera liquefit in ejus posta vapore. 965  
 Ignis item liquidum facit æs, aurumque resolvit:  
 At coria et carnem trahit, et conducit in unum.  
 Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni;  
 At coria et carnem mollit, durata calore.  
 Barbigeras oleaster eo juvat usque capellas, 970  
 Ecfluat ambrosia quasi vero, et nectare, tinctus:  
 Qua nihil est homini quod amarius frundeat estu.  
 Denique, amaracinum fugitat sus, et timet omne  
 Unguentum; nam setigeris subus acre venenum est,  
 Quod nos interdum tamquam recreare videtur. 975  
 At contra nobis cœnum teterrima quom sit  
 Spurcicies, eadem subus hæc munda videtur,

*Demum cera posita ad calorem illius liquefit. Ignis similiter liquefacit æs, et dissolvit aurum: verum ducit et contrahit in unum coria et carnem. Liquor etiam aqua indurat ferrum candens ab igne: verum emollit coria et carnem, quæ condurata sunt ab igne. Oleaster adeo delectat capras, quas gerunt barbam, veluti si imbutus ambrosia et nectare suat: verum nihil est, quod sit magis amarulentum homini, quam folia hujus arboris. Tandem sus fugit amaracinum, et metuit omne unguentum; namque id est virus asperum subus, qui gerunt setas: quod tamen aliquando videtur veluti juvare nos ipsos. Contra vero, cum lutum sit nobis sordidissima sordes, hæc eadem sordes videtur grata subus, ita ut toti se versent in*

~~~~~

not.—965 *liquefit* Vind. Voss. L. B. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. *liquescit* reliqui. in *ignis posta* Gryph. marg. Bas. marg. P. in *nis posita* V. ed. Th. Ra.—966 *facile æs* P. O. Mus. B. 1. Ferr. Ald. V. marg. 1. *favities* V. ed. Th. Ra. *facere æs* Cant.—967 *Ac* O. Mus. B. 1.—969 *Et* V. ed. *Ac* O. Mus. B. 1.—970 *celaster* Voss. L. B. *connat* pro *eo juvat* V. ed. Th. Ra. *eo vivat* Ferr.—971 *Epluat* Vind. fr. *Diffuat* edd. vulg. *ambrosiam* P. O. Ald. *ambrosias* V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. et *nectaretintus* Vind. et *nectar et nitus* V. ed. et *nectar et intus* Mus. B. 1. O. Ferr. Th. Ra.—972 *At* P. Ald. ed edd. vulg. *Quo* Cant. *inarius* Vind. *marine* Vind. fr. V. ed. Th. Ra. in *majus* O. in *arvis* Voss. vet. et L. B. Ferr. *magis* Mus. B. 3. hoc vocab. et seq. desunt Mus. B. 2. *fronde ac* V. ed. Th. Ra. Vind. fr. *fronde hæc* Voss. marg. *estu* Mus. B. 3. *ezstet* reliqui.—973 *maricinum* Vind. Cant. *maricum* V. ed. Th. Ra. *amaricum* Ferr. *maracinum* Vind. fr. *maritimum* Mns. B. 1. 3.—974 *subus* V. ed. Th. Ra. *subis* Mus. B. 1. *subus* Mus. B. 3.—976 *cami* Mus. B. 1. O.—977 *subus hæc munda* Gryph. Nard. Bas. *subus hæc res munda* edd. vulg. *hæc jucunda* P. Mus. B. 3. Delph. Cont. Heins. 2. Ald. *hæc munda* V. ed. Th. Ra. *civunda* Voss. L. B. *hæc tam munda* O. Mus.

#### NOTÆ

- 965 *Posta*] Syncope, pro *posita*. 973 *Amaracinum*] Unguentum ex  
 968 *Igni*] Pro igne: sic alibi pas- Amaraco factum.  
 sim. 974 *Subus*] *Suibus*. Sic vs. 977.  
 970 *Barbigeras Oleaster, &c.*] *Capræ* 977 *Munda* [*jucunda*] *Qua* de re  
 enim frondibus amaris et salicibus vide Plin. VIII. 15.  
 delectantur.

*Delph. et Var. Clas.*

*Lucret.*

3 F

Insatiablem totam ut volvantur ibidem.

Hoc' etiam super est, ipsa quam dicere de re  
 Adgredior, quod dicendum prius esse videtur. 980  
 Multa foramina quom variis sint reddita rebus.  
 Dissimili inter se natura prædita debent  
 Esse, et habere suam naturam quæque, viasque.  
 Quippe et enim variei sensus animantibus insunt,  
 Quorum quisque suam proprie rem percipit in se. 985  
 Nam penetrare alio sonitus, alioque saporem  
 Cernimus e succis, alio nidoris odores.  
 Præterea, manare aliud per saxa videtur,  
 Atque aliud lignis: aliud transire per aurum;  
 Argentoque foras aliud, vitroque, meare; 990  
 (Nam fluere hac species, illac calor ire, videtur;)

*eadem sine satietate. Illud quoque restat, quod videtur esse præmittendum, antequam incipiam loqui de ipsa materia, quam tracto; nimirum, quoniam multi meatus dati sunt diversis rebus, ii debent esse donati dispari natura inter se, et singuli debent habere suam naturam, et suas vias. Namque diversi sensus redduntur animalibus, quorum animalium singuli sensus recipiunt in se rem sibi idoneam. Etenim videmus sonos permeare per alias vias; et saporem, qui mittitur e succis, per alias vias. Deinde res alia videtur fluere per lapides, et alia videtur penetrare per ligna, alia per aurum; et alia videtur transire extra per argentum, alia per vitrum; namque imago videtur transire per hoc posterius, et calor per illud prius; et res alia videtur transire velocius per*

~~~~~

B. 1.—978 *tuti* Gryph. marg. Bas. marg. P. *volnerantur* V. ed. Th. Ra.—979 *quia* pro *quam* P. Gryph. marg. Ald.—984 *variis* P.—985 *prope præcipit* V. ed. Th. Ra.—986 *alia s. aliaque* Lamb. et edd. vulg. *alio sonituque* Mus. B. 1. *alios sonitus* Mus. B. 3.—987 *alia* Lamb. et edd. vulg. *nidores* Vind. V. ed. Th. Ra. Post hunc vs. vs. 994. 995. collocantur in P. Vind. Gryph. Nard. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. atque in sex posterioribus exempl. suo loco repetuntur.—988 *Propterea* P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. *manere* Vind. Nos sequimur Voss. vet. et L. B. sic ponentes vs. 995. qui vs. 988. est vulgari editionum, et in scriptis omn. exempl. vs. 993. 994. comitari solet. *Wakef.*—989 *lignis* Voss. vet. et L. B. *lignis* P. O. Cant. *ignis* V. ed. Mus. B. 3. *per ligna* vulg.—990 *intro* Vind. *intus* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 3.—991 *illas* Vind. V. ed. Mus. B. 3. *color* Cant. *ille videtur* Gassend.—992

#### NOTE

978 *Ibidem*] In eodem cæno, in eadem apurcitie.

979 *Hoc' etiam super est* [*superest*] &c.] His 17. vs. præmittit 14. in rebus cunctis varia esse spatiosa seu foramina dissimilium figurarum. Unde nec eadem quibuslibet queunt apta esse, Quod variis confirmat exemplis, et

quod antea demonstravit 11. 381. 389. 682. et 14. 597. 635. et 674. &c.

987 *E succis*] Supp. effluentem. Vel, *e succis*, i. e. succorum; sicut jam postea, 'nidoris odores', pro e nidore.

991 *Hac*] Nempe, per vitrum.

*Illic*] Nempe, per argentum.

Atque aliis aliud citius transmittere eadem.  
 Scilicet id fieri cogit natura viarum,  
 Multimodis varians, ut paullo obstendimus ante,  
 Propter dissimilem naturam, textaque, rerum. 995

Quapropter, bene ubi hæc, confirmata atque locata,  
 Omnia constiterint, nobis præposta, parata;  
 Quod super est, facile hinc ratio reddetur, et omnis  
 Causa patefiet, quæ ferri perliceat vim.

Principio, fluere e lapide hoc permulta necesse est 1000  
 Semina, sive æstum, qui discutit aëra plagis,

*eandem viam, quam alia res. Nimirum natura foraminum, quæ diversis modis mutatur, facit id fieri, veluti demonstravimus paulo antea, ob disparem naturam, et contexturas dissimiles rerum. Quamobrem cum hæc omnia fuerint nobis bene probata, et posita, et præparata, et præmissa, postea haud difficile ratio offeretur ejus rei, quæ restat, et omnis causa manifesta erit, quæ scilicet attrahat naturam ferri. Primum id necessarium est, nempe plurima corpuscula emanare e lapide magnetico, vel potius turbam corpusculorum, quæ dissipat ictibus aëra omnem, qui*

*Detque Mns. B. 1. eandem P. Gryph. Ald.—994 variant Mus. B. 1. 3. Cant. varias Mns. B. 3. in secundo loco.—996 bene P. V. ed. Th. Ra. Ald. at locata V. ed. Th. Ra.—998 huic P. V. ed. Th. Ra. reddet Vind. redditur et V. ed. Th. Ra. omnes Vind. fr.—999 fieri V. ed. Th. Ra. perliceat vim Vind. Mus. B. 1. pelliciat vim vulg. perliciat arcum P. in not. V. marg. 1. perlitratum V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. perliceatum Voss. vet. et L. B. pelliceat vim O. Cant. pelliceat tum Mus. B. 3.—1000 et lapide Ferr.—1001 destinat V. ed. Th. Ra.*

## NOTE

992 *Eadem*] Supp. via.

994 *Obstendimus ante*] Lib. II. et lib. IV.

995 *Textaque, rerum*] Texturasque rerum. Sic alibi, 'clausa domorum,' 'strata viarum,' &c.

996 *Quapropter bene ubi, &c.*] His 4. vs. concludit et monet, his præmissis rebus, bene intelligi posse, quo modo et qua ratione fiat, ut magnes trahat ferrum. Quod quidem jam explicaturas est.

997 *Præposta*] Præposita, h. e. præmissa.

1000 *Principio, fluere, &c.*] His quatuor ita præmissis jam aggreditur dicere causam, seu modum, quo magnes ferrum attrahit, ferrumque vicissim ad magnetem fertur. Itaque

his 15. vs. docet i. multa corpuscula effluere tam ex magnete, quam ex ferro, plura tamen et potentiora ex magnete. Quo fit, ut aër semper longe magis discutiatur circa magnetem, quam circa ferrum inania spatia creentur. Et quia, cum ferrum collocatur intra discussi aëris spheram, ut aiunt, multum inanis inter ipsam et magnetem intercipitur, tunc fit, ut corpuscula ferri liberius ferantur in eam partem, ac proinde versus magnetem; nequeant vero majore copia contendere, quin pelliciant simul coherentia corpuscula ferri, atque ideo totam ipsam ferri massam.

*Lapide hoc*] Nempe magnete.

1001 *Æstum*] Turbam confusam, copiam ingentem.

Inter qui lapidem ferrumque est quomque locatus.  
 Hoc ubi inanitur spatium, multusque vacesit  
 In medio locus; ex templo primordia ferri  
 In vanum prolapsa cadunt conjuncta, fit utque 1005  
 Annulus ipse sequatur, eatque ita corpore toto.  
 Nec res ulla magis, primoribus ex elementis  
 Indupedita suis, arte connexa cohæret,  
 Quam validi ferri naturæ frigidus horror:  
 Quo minus est mirum, quod dicitur; ex elementis 1010  
 Corpora si nequeunt, de ferro plura coorta,  
 In vacuum ferri, quin annulus ipse sequatur:  
 Quod facit; et sequitur, donec pervenit ad ipsum

*positus est inter lapidem magnetæ et ferrum. Cum autem is locus vacesit, et plurimum spatium inanitur in medio, subito semina coherentia ferri decidunt et labuntur in vacuum spatium, et accidunt ut ipse annulus ferreus subsequatur, et sic feratur toto corpore. Neque res ulla est, quæ magis stricte contexta connectatur implicata ex suis primis primordiis, quam gelidus rigor naturæ ferri solidi cohæret. Quapropter eo minus est mirandum, quod paulo supra docuimus, si corpuscula plurima nata ex ferro non possunt mitti in spatium vacans, quin ipse annulus subsequatur; quod revera ipse facit, et subsequitur usquedum jam contingat ipsum*

Bodl. *sive* et seqq. omn. vocab. versus desunt Mus. B. 3.—1003 *inaniter* V. ed. O. Th. Ra. *multusque* P. Ferr. *vacescit* V. ed. Bodl. Th. Ra. *vacuescit* Hav. ex Carrione. *rarecit* V. marg. 1. 2. *laccetit* Mus. B. 3. et in ora codicis, 'Alii *rarefit*.'—1004 *ferre* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1.—1005 *In vanum* Cant. Delph. *In vacuum* vulg. *cadant* Gif. Par. Heins. Mar. *commenta* V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. *prolapsa* Voss. vet. sed *conjuncta* in marg. ut qui P. Vind. V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. ut *quin* legendum censet P. in not.—1007 *ex deest* Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Vind. fr. *tunc pro ex Cant. alimentis* V. ed. Th. Ra.—1009 *humor* Mus. B. 1.—1010 *paullo diximus ante edd. vulg.*—1011 *sive queunt* Vind. Mus. B. 1. *e ferro* P. Vind. fr. Cant. Ald. Voss. marg. *re-ferre* Vind. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. *te ferro* O. *deferri* Mus. B. 1. *te ferre*

## NOTE

- 1002 *Inter qui, &c.*] H. e. quicumque locatus est inter lapidem et ferrum. Sic vs. 831.  
 1003 *Vacesit*] Vacuus fit. Sic vs. 965. et infra vs. 1005.  
 1005 *Fit utque*] Et fit ut.  
 1006 *Annulus*] Sapp. ferrens: hoc est, ipsum ferrum.  
 1007 *Primoribus ex elementis*] Ex primis corpusculis, e primordiis. Sic
- II. 313.  
 1008 *Indupedita* [*Endopedita*] Vel *Indupedita*; h. e. impedita. I. 241. II. 101.  
 1009 *Quam validi, &c.*] Periphraisi; h. e. quam ferrum validum.  
 1013 *Quod facit*] Nempe ferrum sequitur sua corpuscula exeuntia in vacuum, donec adhæreat totum magneti.

Jam lapidem, cæcisque in eo compagibus hæsit.  
 Hoc fit idem cunctas in parteis; unde vacefit 1015  
 Quomque locus, sive ex transvorso, sive superne,  
 Corpora continuo in vacuum vicina feruntur:  
 Quippe agitantur enim plagis aliunde, nec ipsa  
 Sponte sua sursum possunt consurgere in auras.  
 Huc adcedit item, qua re queat id magis esse: 1020  
 Quod simul a fronte est anelli rarior aër

*lapidem magneticum, et adhesit ei per vincula, quæ non cadant sub sensus. Illud etiam accidit, nimirum corpuscula proxima ferri subito eunt in vacuum spatium in omnes partes, ex quibus omnis ipse locus inanitur, seu ex obliquo, seu ex alto. Namque jactantur ictibus ex alia parte, neque ipsa queunt attollere se in flatu aërios sursum ex seipsis. Ad hoc etiam additur, cur id possit potius esse, nimirum quod, ubi primum aër magis rarefactus est a capite anelli ferrei, et spatium fao-*

Mus. B. 3.—1014 *cæcis in eo* Heins. 2. *cæcisque in eis* P. Ald. *cæcis quæ eo* Vind. O. Mus. B. 3. *cæcis qui nec* V. ed. Th. Ra. Bodl. Ferr. *compagibus* Cant. *compagibus* vulg. *hæret* Gassend.—1015 *idem* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *item reliqui. partibus et i super a scripto in cunctas* Mus. B. 1. *vacescit* Vind. O. *barescit* V. ed. Th. Ra. Bodl. *rarecit* V. marg. 1. 2. *rarefit* Mus. B. 3. vid. vs. 1003.—1016 *sine* Mus. B. 3. *ex deest* O. et Vind. Vind. fr. Mus. B. 3. e Cant. Heins. 2.—1017 *vicina* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. *nativa* O. V. marg. 1. *votiva* Mus. B. 1.—1018 *agitatur* Cant. *plagis* Vind. V. ed. Th. Ra. Vind. fr.—1020 *Hoc* Bas. *queat ad* Ferr. *qui ad* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 3. Vs. 1031. hunc versum in vulg. edd. sequi solet; nos ad stationem, quam habet in codd. Voss. vet. et L. B. amandavimus. *Wakef.*—1021 *simil a* Vind. *simili* V. ed. Th. Ra. *simila* Ferr. *simul ac* Gif.

## NOTÆ

1014 *Cæcis compagibus*] Vinculis, quæ sub sensus nostros non cadunt. Sic passim vocat cæcas atomos, quæ fugiant oculos.

1015 *Hoc fit idem [item] &c.*] His 5. vs. quia ferrum tendit indiscriminatum, sursum, deorsum, transversum, et in quamcumque partem, prout et magnetem apponitur, interea docet id fieri non posse, nisi ob inductum vacuum, in quod corpuscula ferri, alioquin deorsum solum prolabantia, ferantur indiscriminatum.

1016 *Quomque [Cunque]* Tmesis, undecunque.

1018 *Aliunde*] Nempe ab inducto vacuo. Neque enim sponte sua sursum fertur ferrum, cum sit grave ac

ponderosum.

1019 *In auras*] In aëra, sursum.

1020 *Huc adcedit item, &c.*] His 12. vs. docet etiam adjuvari motum illum ferri ab aëre, ob continuam ipsius agitationem. Et primum quidem ab aëre exteriori, qui, cum semper urget, et quidem vehementius ex ea parte, qua copiosior est, non possit non impellere ferrum in quam partem est parcior seu inanior, utpote versus ipsum magnetem.

1021 *Simul*] Simul atque; statim atque.

*A fronte*] A parte anteriore.

*Anelli*] Anuli ferrei; h. e. ferri. Sic vs. 1006. *annulum* pro *ferrum* usurpavit.

Factus, inanitusque locus magis, ac vacuatus ;  
 Continuo fit, utei, qui post est quomque locatus  
 Aër, a tergo quasi provehat, atque propellat.  
 Semper enim circum positus res verberat aër ; 1025  
 Sed tali fit utei propellat tempore ferrum,  
 Parte quod ex una spatium vacat, et capit in se.  
 Hic tibi, quem memoro, per crebra foramina ferri  
 Parvas ad parteis subtiliter insinuatus,  
 Trudit, et inpellit : quasi naves velaque ventis, 1030  
 Hæc quoque res adjumento, motuque, juvatur.  
 Denique, res omnes debent in corpore habere  
 Aëra, quandoquidem raro sunt corpore, et aër

*tum est magis vacans, atque vacuum, etatim accidit, ut aër omnis, qui positus est a tergo illius anelli, veluti propulset et promoveat a tergo ipsum. Etenim aër circumlocatus semper agitat res ipsas. Verum accidit præsertim ut eo tempore propulset ferrum, eo quod locus vacet ex una parte, et recipit illud in seipso. Postquam vero iste aër, de quo loquor, intronissus est leviter ad intimas partes ferri per frequentes ejusdem ferri meatus, protrudit et pulsat illud, veluti ventus tradit et impellit navim et carbasa, et res ipsa etiam adjuvatur auxilio et motu. Tandem res cuncta debent continere in suo corpore aëra, quoniam constant corpore*

Nard. Bas. avelli Vind. V. ed. Mus. B. 1. Th. Ra.—1022 magnis Vind. Vind. fr.—1023 ut Vind. Ferr. Th. Ra. V. ed. potest Vind. Ferr. Th. Ra. V. ed. Mus. B. 1. H. vs. in Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. post vs. 1030. locatus est.—1024 Erat ergo Cant. V. ed. Th. Ra. Errat ergo Ferr. Is a tergo Vind. fr. H. vs. deest Vind. provehit atque propellit Heins. 2. V. marg. 1.—1025 veherat Cant.—1026 utei deest Vind. V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Post hunc versum vacat duorum spatium Mus. B. 3.—1028 Hic ubi Vind. fr. ferri est quidam.—1029 Pronas P. V. ed. Gryph. Nard. Bas. Mar. Ferr. Th. Ra. Ald. Privas Gif. Par. Delph. Bentl. Primas Lamb. Gassend.—1030 naves Wakef. ex conj. navem P. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Ald. navim vulg. avem Vind. annem V. ed. Th. Ra. ventis Vind. V. ed. O. Vind. fr. Cant. ventus vulg.—1031 Hunc versum suspectum habent Lamb. et Bentl.—1033 rarescunt P. Gryph. marg. V. marg. 1. Ald. rare sunt V. ed. Th. Ra. corpora V. ed. Vind. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. P. V.

## NOTE

1025 *Semper enim, &c.*] Quod docuit iv. 981.

1027 *Capit in se*] H. e. Spatium vacuum, seu locus vacuatus a magnete recipit in se ferrum.

1029 *Parvas [Privas]* Intimas, interiores. III. 390. iv. 261. &c.

1030 *Quasi naves [navim] &c.*] Supp. impellit. Sic iv. 895.

1032 *Denique, res omnes, &c.*] His 8. vs. docet etiam motum ferri adjuvari ab aëre interiore, qui pari ratione, cum semper agitet res cunctas, impellit et movet ferrum ipsum, et præcipitat illud in eam partem, in quam jam fertur, et quæ jam facta est inanior.



Omnibus est rebus circumdatus adpositusque.  
 Hicc' igitur, penitus qui in ferro est abditus, aër 1035  
 Sollicito motu semper jactatur, eoque  
 Verberat annellum, dubio procul; et ciet intus  
 Scilicet: atque eodem fertur, quo præcipitavit  
 Jam semel, et vacuum partem in conamina sumpsit.  
 Fit quoque, ut a lapide hoc ferri natura recedat 1040  
 Interdum: fugere, atque sequi, consueta vicissim.  
 Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi;  
 Ac ramenta simul ferri furere intus ahenis  
 In scaphiis, lapis hic Magnes quom subditus esset:

*rarefacto, et aër circumseptus est adhaerens onnetis rebus. Ergo ille aër, qui intrinsecus latet in ferro, agitur irrequieta mobilitate perpetuo, et percussit sine dubio annulum ferream eodem motu; et nimirum movet illud intrinsecus; et ipse annulus procedit in eandem partem, in quam ipse jam semel destrudit seipsum, et in eam partem inanem, inquam ipse cepit suos conatus. Accidit etiam, ut natura ferri remeet ab hoc lapide magnetico, quippe cum solita sit aliquando coequi, et aliquando evitare illum alternatim. Et vero vidi annulos ferreos a Samothracia deportatos et una ramenta ferri exillire et agitare sese intus in potibus aneis,*

~~~~~

marg. 1. ut pro et Gryph. marg. P. V. marg. 1. Ald.—1034 H. vs. et seq. de-  
 sunt Voss. L. B.—1035 in deest O. et pro est Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra.—  
 1038 Deest Vind. atque deest P. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. S. Cant. eodem  
 O. Mus. B. 1. illo edem Vind. fr.—1039 vacuum V. ed. Bodl. Th. Ra. quom-  
 quam in partem odd. vulg. partem in vacuum Voss. vet. et L. B. Gif. Par.  
 Delph. Cout. Gassend. P. V. marg. 1.—1040 huc O. deest V. ed.—1041 ac  
 V. ed. Ferr. Th. Ra.—1042 ferrendi V. ed. Th. Ra.—1043 Ac ramenta Mus.  
 B. 1. Ramenta O. Ferr. Ferramenta Mus. B. 3. Et ramenta reliqui. alienis  
 Mus. B. 3. Cant.—1044 scaphis Vind. Mus. B. 3. Magnes cum Vind. Cant.

#### NOTE

1036 *Sollicito*] Sic i. 344.  
 1037 *Annellum*] Ferram, vs. 1006.  
 1031.  
 1038 *Eodem*] In eundem locum.  
*Præcipitavit*] Supp. se annulus.  
 1039 *Vacuum partem in*] H. e. in  
 partem aëris jam factam inanem, ob  
 corpuscula educta et abstracta a  
 virtute magnetis: vs. 1000. not. et  
 vs. 1003. et seqq.  
*Conamina sumpsit*] H. e. ire cepit.  
 1040 *Fit quoque, a lapide, &c.*] His  
 14. vs. docet interim cur ferrum,  
 quod lapidem magnetem sequi con-  
 suevit, eam tamen fugiat aëre inter-  
 posito. Expertum autem se ait Po-

ëta ac vidisse ferreos annulos et ra-  
 menta ferri in lebetes aëreo posita ex-  
 sillire ac surgere, quasi fugianta mag-  
 nete, qui lebeti subditus est. Id vero  
 fieri respondet, eo quod ferrea illa  
 segmenta, ferrei que annuli opplentur  
 aëris afflatu; unde fit ut adveniens  
 magnetis aestus, seu affluxus, repe-  
 riat omnia plena, nec habeat, quo  
 tranet.

1042 *Samothracia ferrea*] Ferreos  
 annulos a Samothracia dictos, ubi  
 primum fieri cepti sunt; qui erant  
 pervii et cassi, ubi amuleta conde-  
 bantur.

1044 *In scaphiis*] In vasis amplis.

Usque adeo fugere a saxo gestire videtur 1045  
 Ære interposito; discordia tanta creatur:  
 Propterea, quia nimirum prius æstus ubi æris  
 Præcepit, ferrique vias possedit apertas;  
 Posterior lapidis venit æstus, et omnia plena  
 Invenit in ferro: neque habet qua tranet, ut ante: 1050  
 Cogitur obfensare igitur, pulsareque fluctu  
 Ferrea texta suo: quo pacto respuit ab se,  
 Atque per æs agitat, sine eo quod sæpe resorbet.  
 Illud in hiis rebus mirari mitte, quod æstus

*ubi hic lapis magnes positus erat subter: adeo videtur latari recedere a ferro cum æs interponitur; et adeo tanta inimicitia nascitur inter ferrum et magnetem; eo quod scilicet cum turba corpusculorum æris prius occupavit et arripuit meatus patentes ferri, turba corpusculorum lapidis magnetis accedit postrema, et reperit omnia loca repleta in ferro; neque habet locum, in quem insinuet se, veluti antea. Ergo necesse est ut crebro jactet et propulset ferreos textus suo motu. Qua ratione repellit ferrum a se ipso, et vexat illud per medium æs; quod tamen ferrum plerumque absorbet sine eo ære interposito. Desine autem admirari illud in his*

*Magnetum O. Mus. B. 1.—1046 et discordia Delph. Gassend.—1048 Percepit P. Bodl. Gryph. Nard. Bas. Ferr. Ald. Præcepit V. ed. Th. Ra. percipit V. marg. 1.—1050 tranet Cant. et ante O. Mus. B. 1.—1051 pulsare quo V. ed. Th. Ra. fluctus Nard.—1052 Terrea texta P. Mus. B. 3. Ald. Ferrea texta P. in not. Terreat exta V. ed. O. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Terrea texta Cant. Ferrea texta Bas. marg. et expuit V. ed. Th. Ra.—1053 eo quæ edd. vulg.—*

## NOTE

- 1045 *Videtur*] Supp. ferrum.  
 1046 *Discordia creatur*] Supp. inter ferrum et magnetem.  
 1048 *Præcepit*] Præoccupavit.  
 1049 *Æstus*] Effluxus, copia corpusculorum, afflatus. Sic vs. 1001.  
*Plena*] Occupata ab æris æstu.  
 1050 *Tranet*] Transeat.  
 1051 *Obfensare*] Crebro offendere, motu seu æstu suo verberare.  
 1052 *Ferrea texta*] Ferreos textus; ferrum, quod arcte contextum est.  
 1053 *Sine eo quod sæpe resorbet*] H. e. quod ferrum magnes alloquin quasi absorbet sine eo, h. e. ubi æs non interponitur.  
 1054 *Illud in hiis rebus, &c.*] His 9.
- vs. quia quis non injuria percunctari poterat, cur magnes unum attrahat ferrum, non autem alias res, causatur Lucretius 1. rerum mistarum quarundam contumaciam, quæ pondere suo fretæ, quale est aurum, reluctantur et detrectant æstum magnetis. 11. incusat raritatem corporum, ob quam pervia sunt advenienti æstui, nihilque invenit hic, quod impellat; ut fit in ligno. Ferrum vero medium sistit inter utraque corpora, rara et densa, concinneque adhæret magneti. Quod quidem non mirum esse ait, cum id etiam fieri jam ostensurus sit in aliis rebus.

Non valet e lapide hoc alias impellere item res. 1055  
 Pondere enim frætæ partim stant; quod genus, aurum:  
 Ac partim, raro quia sunt cum corpore, ut æstus  
 Pervolet intactus, nequeunt impellier usquam:  
 Lignea materies in quo genere esse videtur.  
 Intor utrasque igitur ferri natura locata, 1060  
 Æris ubi adcepit quædam corpuscula, tum fit,  
 Impellant ut eam Magnesia flumina saxi.  
 Nec tamen hæc ita sunt aliarum rerum aliena,  
 Ut mihi multa parum genere ex hoc subpeditentur,

*rebus, nempe quod turba corpusculorum egredientium ab hoc lapide magnete non potest pariter protrudere res alias. Namque res aliæ partim consistunt nixæ sua gravitate; quale est aurum: et partim non possunt unquam moveri, quia constant corpore adeo rarefacto, ut turba corpusculorum illibata transeat; in quo genere lignea materies videtur contineri. Ergo cum natura ferri posita inter utrasque naturas æris et magnetis recepit quædam semina æris, tunc accidit, ut æstus Magnesiæ lapidis protrudant illam. Neque tamen hæc res sunt adeo remotæ ab aliis rebus, ut pauca admodum ejusdem generis occurrant mihi, quas possim referre*

1055 a lapide Delph.—1057 ratio pro raro Mus. B. 3.—1058 Provolet V. ed. necnon pro nequeunt O.—1059 Ligna V. ed. Th. Ra.—1061 cum sic P. Mus. B. 1. Ald. Gryph. marg. cum fit Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl.—1062 Impellantur eo Magnesiæ saxa quidam. cum Vind. O. Mus. B. 1. 3. Cant. eo Vind. fr. cum Ferr. V. ed. Th. Ra. magnetis P. Ald. Gryph. marg. magnesi Vind. et edd. vulg. semina P. flumine Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. magno sub flumine V. marg. 1. saxi P. Ald. sed saxi rescribendum jubet P. in not. semina saxi edd. vulg. Magnetis flumina saxi vel Magnesiæ flumine saxa Heins. ad

## NOTÆ

1056 Quod genus] Cnjus generis, ut sæpe monui.

1057 Æstus] Supp. Magnetis.

1058 Intactus] H. e. non tangat, intactus eat per eas res, quæ sunt raro corpore.

1062 Magnesiæ [Magnesiæ flumina saxi] Æstus magnetici lapidis. Sic vs. 1057. dixit 'æstum.'

1063 Nec tamen hæc, &c.] His 25. vs. movet Poëta non novum esse hoc genus naturalis coalitus in magnete, siquidem idem fit in multis aliis rebus: I. namque saxa coalescunt et conglutinantur calce: II. asseres glutine facte ex auribus et genitalibus

tauri, quod Gallice vocatur, *cole forte*, ita inter se copulantur, ut vitio liguli potius ipsi dehiscant, quam gluten illud relaxet illos: III. vinum miscetur aquæ, non oleum aut pix: IV. lana imbibitur purpuræ colore: V. argento ferraminantur aurum et æs, non plumbo. Scilicet quia rerum ejusmodi junctura optima est, et inter se mutuo conveniunt plena et concava, ut alia aliis respondeant, hamata hamatis, rotunda rotundis, et cetera bene convenient.

Hæc] Supp. quæ modo de magnetis et ferri conjunctione docuit.

Quæ memorare queam inter se singulariter apta. 1065

Saxa vides primum sola coalescere calce:

Glutine materies taurino jungitur una,

Ut vitio venæ tabularum sæpius hiscant,

Quam laxare queant conpages taurea vincla.

Vitigenei latices in aquai funtibus audent 1070

Misceri, quom pix nequeat gravis, et leve olivum.

Purpureusque colos conchylii jungitur uno

Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat usquam;

*esse similes peculiariter inter se. Principio cernis lapides conglutinari inter se per solam calcem. Secundo materia lignea copulatur simul per gluten taurinum, ita ut sæpius rimæ tabularum discutiantur defectu ligni, quam nexu taurini possint remittere commissuras. Tertio humores vini possunt commisceri in fontibus aqua, cum tamen pix ponderosa non possit, neque oleum leve. Quarto color Tyrius ex cochlea factus imbuatur simul cum corpore lanæ, qui quidem nequeat usquam sepa-*

Claud. Idyll. v. 26.—1065 *singulariter* P. Ald. Bip.—1066 *vide* Vind. V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. solo c. *calcis* Heins. 2. *coalescere* P. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Ferr. Ald. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas. *coalescere* V. ed. Th. Ra.—1067 *aurivo* Vind. Cant. Ferr. *aurivo* Mus. B. 3. *aurius* V. ed. Th. Ra. *auriflo* O. *mergitur* Mus. B. 3. *mergatur* V. ed. Th. Ra. *taurino ita* edd. vulg. *materies si arenâ jungitur* Heins. 2.—1068 *vena* O. Mus. B. 1. *rubulatum* V. ed. *tribulant* Cant. *hiscat* Mus. B. 1. 3.—1069 *Quas* P. in not. *lapeare* Ferr. V. ed. Th. Ra. *conpage* V. ed. Th. Ra. syllabæ *ges taurea* desunt Mus. B. 1. *stamina munda* V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. *auræa vincla* Mus. B. 3. voces desunt in Vind. et pro *vincla* Mus. B. 1. legit *gesta*.—1070 *in deest* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. *agua* Vind. Mus. B. 1. Cant. *in aquai funtibus audent* desunt Mus. B. 3.—1071 *leve* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. Cant.—1072 *color* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. *colcis* V. ed. Th. Ra. *colus* Bodl. Heins. 2. *jungitur* P. in not. edd. Juntin. et Ald. sec. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph. Bas. *mergitur* vulg. *mergitur* V. ed. uno P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *una* vulg.—1073 *lanæ* Mus. B. 1. *dirum* Ferr. V. ed. Th.

## NOTE

1065 *Singulariter*] Peculiariter, unica, eximie. Legendum autem foret *singulariter*, metri causa; sed ita legit 'universum,' non 'unversum' iv. 263. Sic infra vs. 1086. quidam legunt *copulata*, pro *coplata*.

1066 *Coalescere* [*coalescere*] Pareus et alii; bene. H. e. concrescere, conglutinari. Lambinus, *coalescere*. Idem.

1067 *Glutias...taurino*] Gluten quippe, quod Gallice dicimus *cole forte*, fit ex auribus et genitalibus tauri. Plin. xxviii. 17.

*Materies*] Lignum.

1069 *Conpages*] Commissuras, conjunctiones.

*Taurea vincla*] Gluten taurinum.

1070 *Vitigenei latices*] Vina: v. 16. *Audent*] Possunt, non dubitant. Sic vs. 1190.

1071 *Leve olivum*] Neque enim subsidit oleum, sed supereminet humoribus omnibus.

1073 *Purpureus colos conchylii* [*conchylii*] Purpura, quæ fit ex sanguine conchyliorum. 'Conchylii' autem pro Conchylii, metri causa.

Non, si Neptuni fluctu renovare operam des ;  
 Non, Mare si totum velit eluere omnibus undis. 1075

Denique, et auro res aurum concopulat una,  
 Ærique aes plumbo fit utei jungatur ab albo.

Cætera jam quam multa licet reperire ? Quid ergo ?  
 Nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,  
 Nec me tam multam heic operam consumere par est ; 1080  
 Sed breviter paucis præstat comprehendere multa.  
 Quorum ita texturæ ceciderunt mutua contra,  
 Ut cava convenient plenis hæc illius, illa

rari ; non sane, etiamsi naves operam revocare illam ad nativum colorem undis Neptuni : non, inquam, licet Oceanus totus conetur lavare illum cunctis suis aquis. Quinto tandem res quedam conjungit argentum simul cum auro ; et efficitur a candido plumbo ut aes copuletur auri. Nunc vero quam multas alias res possem invenire ! Quid igitur ? Neque enim nunc usquam opus est tibi longis circuitibus ; neque æquum est me perdere hoc loco adeo longum laborem ; sed superest complecti paucis verbis multas res breviter. Quarum rerum contexturæ adeo mutua vicissim congruunt, ut hæc concavitates rei respondeant plenitudinibus illius

Ra. divum Mus. B. 1. quod Mus. B. 3. unquam Delph.—1074 *fluctus* V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Cant. Nard. Ferr. Th. Ra. Bas. det O. Heins. 2. H. vs. deest, lineæ spatio vacante, Mus. B. 3.—1075 *juvet eluere* V. marg. 1. *vivere* Vind. Mus. B. 1. *velit vivere* V. ed. Ferr. Th. Ra. *late vivet vel juvet* O. *cite vivere* Mus. B. 3. *velit vivere* Cant. *velit ebibere* quidam.—1076 *Denique, res auro aurum copulat una* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1. *concopulat* O. Voas. vet. et L. B. Cant. *auro sit uti aurum* P. Gryph. marg. Bas. marg. *tum copulat* Mus. B. 3. *argentum copulat* Gif. Par. Gryph. Nard. *Denique, res auro non aurum copulat una?* Fab. *Denique, res auro argentum concopulat una* edd. vulg. —1077 *Æs aque* P. Ald. *Æs aque nec* Nard. *Æraque* Vind. Vind. fr. *Aer aquæ* V. ed. O. Mus. B. 1. 3. *Æraque aes* Voas. vet. et L. B. *Æraque* Cant. Voss. marg. *Æraque res* P. in not. *Æra quæ* Ferr. *Aureaque res* Gif. Par. *tangatur* Nard. *nigatur* V. ed. Th. Ra. *ungatur* Ferr. *nigatur* Mus. B. 3. *rigatur* V. marg. 1.—1080 *operam hic* Mus. B. 3.—1081 *præstat* Voss. vet. P. Ald. Hav. *restat* reliqui. *comprehendere* P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—1082 *Qued* V. ed. Th. Ra. *in mita* Mus. B. 3. *cuncta pro contra* Heins. 2.—1083 *cava* Mus. B. 3. *convenient* Heins. 2.—1084 *Cujusque* Mus. B. 3. *ho-*

## NOTÆ

1074 *Neptuni fluctu*] Oceani aquis. Neptunus enim, qui creditur maris Deus, usurpatur a poetis pro oceano ipso.

*Renovare*] Revocare ad nativum colorem.

1076 *Res*] Nempe Chrysocolla, quæ dicitur gluten auri; de qua Plinius XXXIII. 5.

1077 *Ærique aes*] Ita Lambinus;

bene. Pareus vero, *æraque res*.

*Plumbo ab albo*] Hoc est, ab stanno. Sic Cæsar in comment. v. de bello Gall. vocat stannum, plumbum album.

*Quid ergo*] Quasi dicat: num me idcirco hoc loco oportet omnia proferre?

1082 *Mutua*] Mutuo, ut sæpe monui.

Hujusque ; inter se junctura hæc optuma constat.  
 Est etiam, quasi ut annellis hamisque plicata, 1085  
 Inter se quædam possint cop'lata teneri :  
 Quod magis in lapide hoc fieri, ferroque, videtur.  
 Nunc, ratio quæ sit morbis, aut, unde repente  
 Mortiferam possit cladem conflare coorta  
 Morbida vis hominum generi, pecudumque catervis, 1090  
 Expediam. Primum, multarum semina rerum

rei, et illæ concavitates plenitudinibus hujus rei; commissura enim harum rerum optima inter se stat. Fit quoque ut quædam res veluti implicitæ annulis et hamis queant inter se conjungi et coerceri. Quod quidem hoc cernitur præsertim accidere in saxo et in ferro. Jam vero dicam, quæ sit causa morborum, vel ex quo fiat ut mortifera potentia exorta queat afferre lethiferam perniciem humana genti, et gregibus pecorum. Principio ostendi antea primordia plurimarum rerum esse,

\*\*\*\*\*

rum optima edd. vulg. per optima Heins. 2.—1085 placita Vind. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 3. Cant.—1086 cop'lata Vind. V. ed. Voss. vet. a sec. m. Gryph. marg. copulata O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. completa Bas. marg. compacta Gryph. Nard. Bas.—1087 Quo Voss. L. B. lapidem Cant. fieri hoc O. ferri Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1.—1089 cratem V. marg. 1. Voss. L. B. Vind. O. Mus. B. 3. Cant. creare V. ed. Th. Ra. cradem Vind. fr. cratere Ferr. co-

#### NOTÆ

1086 Cop'lata] Pro copulata, vs. 1065.

1087 In lapide hoc] In magnete.

1088 Nunc, ratio quæ sit, &c.] Hæc tenns Poëta disputavit de rebus, quæ vulgo secundum naturam vocant. Nunc dicturus est de rebus, quas præter naturam appellant medici. Tria vero sunt hæc: I. Morbus. II. Causa Morbi. III. Symptoma. Quod ad morbi rationem et symptomatis spectat, parum id nunc curat Lucretius. Aspernatur enim hic plebeios morbos, unius pestis causas præsertim perscrutatur. His itaque 3. vs. prioribus proponit se dicturum de causis morborum, qui lethiferam cladem inferunt et hominibus et pecudibus. Neque enim unis hominibus peculiaris est pestis, sed et pecudibus promiscua. Scilicet, ut melioris notæ auctoribus placet, vel pestem præcedit brutorum læs, vel comitatur, vel subsequitur. Præcedit quidem, dum mali e terra prodeunt halitus,

quos pecudes pascentes primæ mortifera clade afficiuntur. Qualis strages observata est in regno Neapolitano an. 1619. ubi, post diutinas pluvias alluvione obruentes campestria, tondebant armenta gramen erumpens e solo limoso adhuc, necdum bene coacto; quo fiebat, ut pecudes suffocatae interirent. Sic Tit. Liv. lib. XLII. narrat de peste, 'quæ priore anno in boves ingruerat.' Comitatur autem pestem homines invadentem sæpe ipsa brutorum læs, ut ab omnibus recte est observatum. Sic et ipse Thucydides testatur de peste Atheniensium; 'Cum enim,' inquit, 'multa essent insepulta hominum cadavera, si ea degustassent feræ ac volucres, moriebantur.' Subsequitur denique sæpius hominum pestem læs brutarum animantium. Recte igitur dixit Poëta pestem esse communem hominibus et pecudibus.

1091 Primum, multarum, &c.] His 20. vs. subjicit I. repetendam esse

Esse supra docui, quæ sint vitalia nobis ;  
 Et contra, quæ sint morbo, mortique, necesse est  
 Multa volare ; ea quom casu sunt forte coorta,  
 Et perturbarunt cœlum, fit morbidus aër. 1095  
 Atque ea vis omnis morborum, pestiliasque,  
 Aut intrinsecus, ut nubes nebulæque, superne  
 Per cœlum veniunt ; aut ipsa sæpe coorta  
 De terra surgunt, ubi putorem humida nacta est,  
 Intempestivis pluviisque, et solibus, icta. 1100  
 Nonne vides etiam cœli novitate, et aquarum,  
 Tentari, procul a patria queiquomque, domoque,  
 Adveniunt? ideo quia longe discrepant res.

*quæ sint salutifera nobis : et contra oportet multa volitare, quæ afferant morbum et lethum. Quæ quia nata sunt fortuito casu, et turbaverunt cœlum, necesse est ut aër fiat morbifer. Et sic tota illa ratio morborum et pestilentia veniant vel foris desuper per aëra sicut nubes et nebula : vel ea plerumque nata exoriuntur de terra, cum ea arida contraxit putredinem, percussa scilicet imbribus intempestivis et ardoribus Solis. Nonne quoque cernis eos omnes, qui longe accedunt a patria sua et a suis adibus labefactari mutatione cœli et aquarum? Idcirco nempe,*

\*\*\*\*\*

*arta V. ed. Vind. Th. Ra. Mus. B. 3.—1092 ut alia V. ed. Vind. fr. Mus. B. 3.—1096 Atque avis Vind. Mus. B. 3. Atus avis V. ed. Th. Ra. omnium quidam. pestilentias Vind. pestilientias Cant.—1097 intrinsecus Vind. Voss. L. B. Heins. 2. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. et in var. lect. ed. Florent. extrinsecus vulg. intus secus V. ed. Th. Ra. in pro ut Cant.—1098 ipsa aut pœræpe Mus. B. 1. coorta Mus. B. 3.—1099 putrorem edd. vulg. munda pro humida Vind. V. ed. Th. Ra.—1100 fluviis V. ed. Mus. B. 1. 3. Th. Ra.—1103 a longe Ferr. V. ed. Th. Ra. at longe Mus. B. 1. discrepant res Vind. Voss. vet. et L. B. O. Viad.*

#### NOTE

morborum rationem ex ipsa aëris malefica natura. Docet autem qui fieri generatim valeat, ut aër morbifer fiat. Vult igitur per aëra volitare multas atomos, quæ sint morbiferæ et letiferæ: sicut multæ volitantes, quæ sunt vitales. Incidunt vero in aëra morbidiæ illæ atomi extrinsecus, vel e cœlo desuper missæ, vel e terra sursum elatæ, ubi terra, ut ait, putrorem nacta est, 'Intempestivis pluviisque et solibus icta.'

1092 *Supra docui*] Nempe vs. 634. et v. 897.

1093 *Quæ sint morbo, &c.*] H. e. quæ sint morbida et mortifera.

1099 *Putrorem*] Alii *putrorem*. Utrumque dicitur, putor et putror.

1101 *Nonne vides etiam, &c.*] His 11. vs. confirmat diversam esse aëris et cœli rationem pro diversa regione. Aliud enim constat esse cœlum, hoc est, aëra, Britannis ambiens ab aëre Ægypti. Nec minus differt is aër, qui in Ponto est, ab eo, quem respirant Gaditani, atque Æthiopes. Quod quidem experiuntur peregrinantes et advenæ. Hinc diversos hominum colores in vultu arguit. Sic etiam præclare Arist. lib. de aëre, aquis, et locis.

1103 *Discrepant res* [*discrepat aër*]

Nam quid Britannis cœlum differre putamus,  
 Et quod in Ægypto est, qua mundi claudicat axis? 1105  
 Quidve quod in Ponto est, differre, et Gadibus, atque  
 Usque ad nigra virum percocto secla calore?  
 Quæ quom quatuor, inter se divorsa, videmus  
 Quatuor a ventis, et cœli partibus, esse;

*quia air procul differt. Etenim quantum credimus cœlum discrepare Britan-  
 nis ab illo, quod est in Ægypto, qua parte axis mundi inclinât? Aut quan-  
 tum pontamus discrepare illud cœlum, quod est in Ponto, a Gadibus et us-  
 que ad gentes atras hominum, et coctas calore solis? Quas regiones quatuor  
 cum cernimus esse inter se differentes a quatuor ventis et a partibus cœli, tunc etiam*

fr. Cant. edd. Flor. et Ald. sec. Gryph. Nard. *discrepat air* edd. vulg. *discrepit  
 acres* Ferr. V. ed. Th. Ra. *discrepat acres* Mus. B. 1. *discrepat hæc res* Mus. B. 3.  
*sed acres in marg. discrepat res* Gif. Par. *discrepantque res* Bas. marg.—  
 1104 *Britannis* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant.  
 Gryph. Delph. Bas. *Britannis* Vind. V. marg. 1. Bodl. *Britanno celo* Lamb.  
*Brittannum cœlum* Lamb. et alii. *Brittanidis* Hav. *Namque Britannis quid cœlum*  
 Heins. 2.—1105 *Id quod* Lamb. *Et quid* Bas. *quia* V. ed. Th. Ra.—1106 *et*  
 Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Nard. Heins. 1. 2. Ald. sec.  
 Juntin. a vulg.—1107 *percoctaque* edd. vulg. *colore* Gryph. marg. Heins. 3.  
 Bas. marg. P.—1108 *Quaque* P. Ald. *Qua cum* P. in not. *Quacunque* Vind.

## NOTE

Lambin. bene. Parens vero, *discre-  
 pitat res*. Idem sensus.

1104 *Britannis*] Angliis.

*Cœlum*] Aëra.

1105 *Et quod*] H. e. ab eo, quod.

*Ægypto*] Ægyptus, regio est Afri-  
 cæ notissima; quæ toto mari Medi-  
 terraneo distat a Britannia. Porro  
 per Ægyptum notat meridiam mun-  
 di partem, sicut per Britanniam no-  
 tat septemtrionalem.

1105 *Qua mundi claudicat axis*] H.  
 e. qua parte axis, sen polus Arcticus,  
 qui nobis (Italis) sublimis semper ap-  
 paret, est depressus. Seu, qua parte  
 mundus inclinatus est ad oram nobis  
 ignotam; est autem pars hæc meri-  
 dionalis.

1106 *Quidve quod in Ponto est, &c.*]   
 Per Pontum autem, quæ regio est  
 Græciæ, notat partem mundi orien-  
 talem: et per Gades, quæ insulæ  
 sunt versus occidentem, ubi Europa

dirimitur ab Africa, notat partem  
 mundi occidentalem. Sumit enim  
 quatuor ea loca, quæ maxime tum  
 nota et insignia inter se distare tem-  
 poribus illis credebantur. Duo sci-  
 licet a septemtrione ad austrum, Bri-  
 tanniam et Ægyptum; quæ distantia  
 est latitudinis: duo ab ortu ad occa-  
 sum, Pontum et Gades; quæ distan-  
 tia est longitudinis.

*Et Gadibus*] Gades, insulæ sunt in  
 oceano occidentali, a quibus dictum  
 est fretum Gaditanum.

1107 *Usque ad nigra virum*] Hoc  
 est, usque ad Mauritaniam, vel Æthio-  
 piam, in quibus nigri sunt homines.

*Virum*] Virorum.

*Secla*] Homines, ut sæpe movi.

1108 *Quæ... quatuor, &c.*] Nempè,  
 Britanniam, Ægyptum, Gades, et  
 Pontum. Britannia a septemtrione:  
 Ægyptum a meridie: Gades ab oc-  
 casu: Pontum ab ortu.



Tum color et facies hominum distare videntur · 1110

Largiter, et morbei generatim secla tenere.

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili  
Gignitur Ægypto in media, neque præterea usquam.

Atthide tentantur gressus, oculique in Achæis  
Finibus: inde aliis alius locus est inimicus 1115

Partibus, ac membris; varius concinnat id aër.

Proinde, ubi se cœlum, quod nobis forte venenum,  
Conmovet, atque aër inimicus serpere cœpit;

*color et vultus hominum videntur multum inter se discrepare, et genera morborum esse generatim diversa. Morbus est nomine Elephas, qui generatur in media Ægypto juxta fluentia Nili, neque alibi præterea. Pedes laborant in Attica. Et oculi in oris extremis Achæis laborant. Sic in aliis regionibus alius locus est infestus certis partibus et artibus corporis. Diversus aër efficit istud. Itaque, cum cœlum, quod fortasse est inimicum nobis, movet sese, et aër infestus inceptit*

V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra.—1110 videtur P. V. ed. Gryph. Nard. Bas.—1111 Deest Nard.—1112 Unguitur V. ed. Th. Ra. Ægypti P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Ægypta Vind. Cant. Vind. fr. medio P. Ald. Gryph. Nard.—1114 At Vind. Ac dudæ Ferr. V. ed. Th. Ra. At dudum Mus. B. 1. At dudæ Mus. B. 3. Hac lue Heins. 2. tentatur O. Cant. machæis V. ed. Mus. B. 3. Cant. Th. Ra. micantes Heins. 2.—1115 est locus Vind V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. est morbus iniquus Heins. 2.—1116 variis P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. vanus V. marg. 1. ad aër Nard.—1117 se deest V. ed. Th. Ra. cœli Mus. B. 1. venenum Voss. vet. alienum reliqui, præter Mus. B. 3. qui dat ab omni.—1118 Conmovet Mus. B. 3.—1119 Venubula V. ed. Th. Ra.

#### NOTÆ

1111 *Morbei secla*] Morbi genera peculiariora, quæ videntur habere nationes istas infestas.

1112 *Est elephas*] His 5. vss. profert in exemplum certas regiones, quæ certis morbis obnoxie sint ex ipsa aëris natura. Sic in Ægypto generatur ille morbus, qui Elephas dicitur, vulgo Elephantiasis, a tumore et asperitate crurum, Elephantos æmulantium. Contagiosa est hæc lues, et incurabilis, si diuturna fuerit; eat enim velut Cancer totius cutis. Sic Galenus II. 11. testatur hunc morbum infestare tantum incolas Ægypti, qui de Nilo bibunt. Vocatur Gallicè *lepre*.

1114 *Atthide tentantur gressus*] H. e. in Attica tentantur pedes; quia Athenienses podagra laborant.

*Oculique in Achæis*] Hoc est, Achivi laborant ex oculis.

1115 *Inde aliis aliis, &c.*] Sic Florentiæ aër infestus est cerebro: cruribus vero beneficus. Sic Parisiis aër capitis vulneribus periculosus, &c.

1117 *Proinde, ubi se cœlum*] His 6. vss. concludit ex aëris inclementia oriri pestilitatem omnem; aër quippe infensus nobis, ubi movetur, irrepit forte in artus et in corpus, nobis incautis; veluti nubes aut fumus aliquis. Sicque, qua graditur in nobis, omnia turbat et mutat. Unde graviter ægrotamus. Vel ubi aër infestus ille adventit in nostrum cœlum, corrumpit totum ipsum aëra; unde regionalis oritur morbus, et per plura loca grassatur.

Ut nebula æ nubes, paullatim repit, et omne,  
 Qua graditur, conturbat, et inmutare coactat. 1120  
 Fit quoque, ut in nostrum quom venit denique cœlum,  
 Conrumpat, reddatque sui simile, atque alienum.  
 Hæc igitur subito clades nova, pestilitasque,  
 Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,  
 Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus; 1125  
 Aut etiam subspecta manet vis aëre in ipso :  
 Et, quom spirantes mixtas hinc ducimus auras,  
 Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.  
 Consimili ratione venit bubus quoque sæpe  
 Pestilitas; etiam pigris balantibus ægros. 1130  
 Nec refert, utrum nos in loca deveniamus

*insinuare se, tunc veluti nubecula, et nubilum sensim irrepit, et turbat omne, qua via procedit, et cogit mutare. Accidit etiam ut tandem contamineat nostrum cœlum, ubi irrepit in illud, et ut efficiat par sibi, et omnino inimicum nobis. Ergo hæc nova repente perniciosa, et pestilentia vel decidit in aquas, vel incidit in ipsas segetes, vel in alia alimenta hominum, et pabula animalium; vel etiam ea vis pestilentia restat pendens in ipso aëre. Et, ubi respirantes haurimus mixtos flatu aërios, oportet ut nos illa similiter etiam intret in corpus nostrum. Simili modo pestilentia etiam plerumque contingit bobus, et languor venit quoque ovibus. Neque*

Mas. B. 3. *Ventilet* Mus. B. 1. *Venebula* Cant.—1120 *conturbat* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 3. Th. Ra. *coaptat* Mus. B. 1.—1121 *quoque* deest Mus. B. 3.—1122 *reddet* Vind. Vind. fr. Ferr. *reddit* V. ed. Th. Ra.—1123 *Nec* V. ed. Th. Ra. *subita* P. Ald. *subitur* V. ed. Th. Ra.—1124 *persedit* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra.—1125 *homini* V. ed. Ferr. Th. Ra.—1127 *spirantibus* edd. recentior. *dicimus* Mus. B. 3.—1128 *corpore* Cant.—1130 *et jam* Voss. vet. et L. B. *etiam pecudum* Gryph. Nard. Mar. *etiam pecubus* Hav. *talaribus* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *calantibus* Vind. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. *lanigeris balantibus* Voss. marg. *halatibus* P.

## NOTÆ

1120 *Coactat*] Frequentativum a verbo cogo, coëgi, coactum.

1123 *Hæc igitur clades, &c.*] His 13. vs. scite Lucretius, ne semina illa pestilentie, longo defatigata in itinere, pendula manerent in aëre, stata decernit sedes in quibus perisidant: alia quidem cadere ait in aquas; alia in fruges; alia in cibatus alios animalium. Hinc pestilentia æque vexat nonnunquam pecudes ipsas ac homines. Itaque unum agnoscit aëra causam pestilentie.

1126 *Vis*] Supp. pestilentie.

1129 *Bubus*] Antiquitas pro bobus, et bobus per syncopen pro bobibus.

1130 *Pigris [pecubus]* Ab antiquo nomine *pecu*, ut *versu*, inquit Festus. Lambinus legit *pecuis*, a pecua, orum, plur. unde 'res pecuaria' dicta est. Pecubus autem balantibus, i. e. ovibus.

1131 *Nec refert, &c.*] Horum 5. vs. is est sensus, ut Poëta velit parem imminere nobis calamitatem, dum petimus cœlum nobis infensum, ac si cœlum seu aëra corruptum nostra in

Nobis advorsa, et caeli mutemus amictum ;  
 An caelum nobis ultro natura corruptum  
 Deferat, aut aliquid, quod non consuevimus uti ;  
 Quod nos adventu possit tentare recenti. 1135  
 Haec ratio quondam morborum et mortiferæ vis

*interest an nos veniamus in regiones infestas nobis, et commutemus tectum caeli : an vero natura reddat sponte nobis aëra infectum, vel aliquid aliud, quo non solemus uti, quod queat labefactare nos novo accessu. Haec causa morborum, et hic letifer*

in not. V. marg. 1. *balatibus* Bas.—1139 *ab dicera* P. Ald. *ad dicera* Ferr. V. ed. Th. Ra. Cant. *divera* Mus. B. 1. Gryph. Nard. *mittemus* Mus. B. 3. *caelum mutemus amicum* O. *amicum* Vind.—1133 *intro* Vind. V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. *naturam intro* Helms. 2. Bas. *natura ultro* Gryph. Bas. marg. P. Ald. Voss. marg. *natura vitio* Voss. vet. O. Cant. V. marg. 1. *corruptum* Mus. B. 3. *corruptum* Vind. fr. *corruptum* Voss. vet. et L. B. *corruptum* reliqui.—1134 *quod* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Delph. *quo reliqui*.—1135 *temptari* Vind. V. ed. Th. Ra.—1136 *mortifera vis* Wakef. ex conj. *mortifer astus* P. O. Ald. Bip. *mortifere* Vind. *mortifera* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. fr. *mortifera* Voss. vet. et L. B. Cant. V. marg. 1. *mortifer aër* Mus. B. 1. Voss. marg. *mortifero-*

## NOTÆ

corpora natura introducat, aut novum aliquid deferat nobis inconsuetum, quod noceat nobis adventu suo.

1132 *Advorsa*] Inimica, infesta.

*Caeli mutemus amictum*] H. e. caelum sen aëra mutemus, quo amicumur, dum nos ambit undique.

1133 *Natura corruptum* [*corruptum*] Pes creticus in quinta sede. Quod familiare est Lucretio, ut passim observatum est a nobis.

1134 *Quod...uti*] 'Quod' in accusativo; verbum enim Utor regit utrumque, accusativum et ablativum. Plaut. Terent.

1136 *Haec ratio quondam, &c.*] Hactenus de aëris corruptione, causae pestilentiae, quae sic serpit, ut ex parvis plerumque initis incrementum accipiens longe lateque diffundatur. Nunc vero ab hoc versu 1136. ad finem usque libri subjicit indicatam illam pestis descriptionem, quae Athenas olim vastavit. Quae pestis Athenensibus in finibus contigit primis annis belli Peloponnesiaci; et cujus

*Delph. et Var. Clas.*

spectator et actor fuit Thucydides, graphiceque proinde illam descripsit in sua historia: verum non minori cum felicitate complexus est idem argumentum Poëta noster, quem imitati sunt Virgilius lib. III. Georg. teste Macrobio lib. VI. Satur. et Ovidius, et alii. His accedit Hippocrates, qui oculatus testis manus non privatim tantum admovit auxiliares, et publico emolumento pestem illam profligavit, ob cuius rei rationem divinos honores ab Atheniensibus est assecutus; sed etiam suis illam depinxit coloribus lib. III. de morbo popul. His itaque 7. vs. prioribus docet pestem illam Atheniensem ex iis causis, quas dixit, advenisse. Peregriina autem fere semper est pestis; unde ait Atheniensibus contigisse ex Ægypto; Thucydides tamen longioribus advolasse scribit, nimirum ex Æthiopia, quae est supra Ægyptum.

*Mortifera vis* [*mortifer astus*] Quid per 'æstum' intelligat, non patet. Quanquam intelligere videtur vim il-

*Lucret.*

3 G

Finibus in Cecropiis funestos reddidit agros,  
 Vastavitque vias; exhaust civibus urbem.  
 Nam penitus, veniens Ægypti finibus, ortus,  
 Aëra permensus multum, camposque natanteis, 1140  
 Incubuit tandem populum Pandionis omnem:  
 Inde catervatim morbo, mortique, dabantur.  
 Principio, caput incensum fervore gerebant;

*affluxus fecit olim arva noxia in regionibus Cecropiis; et direxavit itinera, et vacavit civitatem civibus. Etenim ille æstus morborum adveniens funditus e regionibus Ægypti, ubi natus erat, et permeans longum aëra, et planities aquosas, incidit demum in gentes Pandionis: hinc omnes homines turbatim reddebantur morbo et leto. Primum ferebant caput inflammatum ardore, et geminos*

\*\*\*\*\*

rum Mus. B. 3.—1137 in deest edd. vulg. in *Cecropia* Macrob. Voss. vet. et L. B. P. Vind. fr. Mus. B. 1. Gryph. Nard. Bas.—1138 *exhaust* Cant.—1139 *e finibus* P. in not. et edd. vulg. *orcus* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. *orchus* Mus. B. 1.—1141 *omnem* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *omni* P. Ald. Gryph. marg. *oranem* V. ed. Th. Ra. *omnes* P. in not. Ferr. *omne* Vind. fr. *oinon* V. marg. 1. *omen* O. in *omnes* Mus. B. 1.—1144 ru-

#### NOTE

lam morbidam, quæ quasi æstus adveniens cuncta vastavit. Itaque vel per 'æstum' intellige calorem pestis; cum pestis aut febris sit, aut non sine febre sit: vel intellige affluxum corrupti aëris advenientem; cum causam pestilentiæ retulerit supra in ipsam aëris corruptionem: vel calorem vehementissimum aëria incurrentis; cum Æthiopia et Ægyptus sicut regiones calidissimæ, e quibus illa pestis advenit Atheniensibus. Quidam legunt *mortifer aër*.

1137 *Finibus in Cecropiis*] H. e. Atheniensibus. Fuit enim Cecrops Atheniensium legislator, a quo dicti sunt Cecropii.

1139 *Nam penitus, veniens, &c.*] Sic Thucydides lib. II. 'Initium autem fecit primum illa pestis ex Æthiopia ea, quæ est supra Ægyptum. Deinde etiam in Ægyptum et Libyam descendit, atque in magnam regis Persarum ditionis partem. Tum autem in Atheniensium urbem repente invasit.'

Græcis supersedeo brevitas causa.

1140 *Camposque natanteis*] Maria et lacus. Sic v. 489.

1141 *Populum* [*populo Pandionis*] Atheniensibus civibus. Fuit enim Pandion rex Athenarum.

1143 *Principio, caput, &c.*] Hactenus de causa pestis Atheniensium. Triplex autem contagii modus observatur a peritis Medicis: I. Per distantiam; cum aër corruptus adveniens sorbetur ab hominibus, qui procul a peste laborantibus distant. II. Per contactum; cum pestilentia laborantes proxime quis tangit. Hinc, ut ait Ovid. 'inque ipsos sæva medentes Erumpit clades, obaunque auctoribus artes... Quo propior quisque est, servitque fidelius ægro, In partem leti citius venit.' III. Vero per fomitem. Cum aër infectus male asservatur diutius in lanis, vestibus, &c. Itaque his 18. vs. varia ac præcipua indicat symptomata et signa, quæ observantur in iis, qui peste

Et duplicibus oculos subfusa luce rubentibus.  
 Sudabant etiam fauces, intrinsecus atræ, 1145  
 Sanguine; et ulceribus vocis via sæpta colbat:  
 Atque, animi intorpes, manabat lingua cruore,  
 Debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.  
 Inde, ubi per fauces pectus conplerat, et ipsum  
 Morbida vis in cor mœstum confluxerat ægris; 1150  
 Omnia tum vero vitæ claustra lababant.  
 Spiritus ore foras tetrumolvebat odorem,  
 Rancida quo perolent projecta cadavera ritu:

*oculos rubescentes perfuso lumine ruboris. Fauces quoque intus manabant tetro crnore, et aditus vocis obductus erat vulneribus; et lingua, quæ est interpretis mentis, stillabat saniem, et erat languens ulceribus, gravis mobilitate, et aspera tactu. Postea, cum agror impleverat pectus per guttur, et delapsus erat in tristem stomachum agrotantibus, tunc etiam omnes clausuræ vitæ corruerant. Halitus mittebat extra ex ore gravem fetorem, quomodo putrida cadavera prostrata humi*

\*\*\*\*\*

bentes Ferr. V. ed. Th. Ra.—1145 fontes Mus. B. 3. atro P. et edd. vulg. acre V. ed. Th. Ra.—1146 notis Mus. B. 1.—1148 asperat actu Mus. B. 3.—1149 jam fauces Cant. V. marg. 1. fauces et O. fauces Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. fr. fauceis vulg. per deest Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. Huic subjungi versus 1152. et 1153. vult Creech.—1151 cum O. Mus. B. 1. vita Vind. vitæ V. ed. Th. Ra. ita Vind. fr.—1152 rerum Bas. marg.—1153 Rancidaque V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. Rancida quæ O. Rancida quæ et Mus. B. 1.

#### NOTE

illa laborabant Athenis. i. Gravis fervor capitis. ii. Inflammatio oculorum. iii. Crnor emanans ex faucibus. iv. Ulcus, gravitas, et asperitas linguæ. v. Fætor spiritus. vi. Deliquium animi et corporis. vii. Anxius mentis angor. viii. Gemitus et querela. ix. Singultus frequens.

*Caput incensum fervore, &c.]* Sic Thucydides: 'Primum quidem capitis fervores acres, et validi; et oculorum rubores, et inflammatio eos corripiebat.'

1145 *Sudabant etiam fauces, &c.]* Sic Thucydides: 'Interna, et fauces, et lingua continuo cruenta erant, seu eruore manabant.'

1148 *Debilitata malis]* Puta, intemperie, spirituum deperditione, maligni succi affluxu, exhalationum ne-

quitia.

*Motu gravis]* Ob facultatis animalis imbecillitatem, exorbitantemque copiam imbibiti humoris.

*Aspera tactu]* Ob æstum nimium et præcordiis exhalantem.

1149 *Inde, ubi, &c.]* Sic Thucydides: 'Non longo post temporis intervallo dolor in pectora descendebat cum tussi vehementi: et ubi in corde, seu stomacho hæserat, cum ipsum torquebat, tum purgationes bilis omnes, quæ a medicis nominatæ sunt, consequentur.'

1150 *In cor]* In stomachum; contentum pro continente, ut aiunt: more Græcorum.

1151 *Vitæ claustra]* Sic v. 225. Quidam legunt, *vitalia claustra.*

1152 *Spiritus]* Gallice, *l' haleine.*

Atque animi prorsum vires totius, et omne  
 Languēbat corpus, leti jam limine in ipso : 1155  
 Intolerabilibusque malis erat anxius angor  
 Adsidue comes, et gemitu conmixta querela :  
 Singultusque frequens noctem per sæpe, diemque,  
 Conripere adsidue nervos et membra coactans,  
 Dissolvebat eos; defessos ante fatigans. 1160  
 Nec nimio quoiquam posses ardore tueri  
 Corporis in summo summam ferverescere partem ;  
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum,

male olere solent. *Et vires omnino totius mentis, et totum ipsum corpus debilitabantur, jamjam in ipso aditu leti. Et tristis anxietas animi comes erat perpetuo doloribus corporis intolerandis, et questus mixtus fletu; et singultus qui crebro plerumque per diem ac noctem solebat occupare continuo nervos; et cogens conficiebat artus, attenuans eos, qui ante defatigati erant vi morbi ipsius. Neque potuisses videre supremam superficiem in extremitate corporis ulli ardore nimio fervore: at magis quemlibet exhibere tactum tepidum manibus. Et tamen una*

\*\*\*\*\*

pervolent Cant.—1154 et totius O. Mus. B. 1. et deest Vind. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant.—1155 *letū lumine* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1156 *malis alius* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1159 *coarctans* Mus. B. 1.—1162 *partim* Magius, Misc.—1163 *totius* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. Cant. Voss. L. B.

#### NOTE

1154 *Animi*] Cordis.

1158 *Singultusque frequens, &c.*] Sic Thucydides: 'Singultusque plerisque multis incidebat inanis, convulsio-nem excitans vehementem, aliquibus quidem statim cessantem, nonnullis multo serius.'

1159 *Coactans*] *Cogens*, vs. 1120.

1161 *Nec nimio quoiquam, &c.*] His 15. vs. alia symptomata atque indicia notat Lucretius, quæ peste illa laborantibus accidebant. Inprimis autem ait extimas et extremas partes illorum nihil ad tactum fuisse calidas, sed tepidas tantum; non pallidas aut virides; sed subrubras, et pustulis parvis efflorescentes: internas autem adeo flagrasse, ut nullum, quantumvis leve ac tenue, vestimentum posset membris vertere in utilitatem: nihilque prodesset iis aut ad frigora et

ventum adstare perpetuo; aut in fluvios mergere corpora; aut in puteales et frigidæ aquas alte descendere: nihilque valeret iugens aquarum copia ad sitim sedandam.

1162 *Corporis in summo*] In summitate, seu extremitate corporis: in summo corpore.

1163 *Sed potius tepidum, &c.*] Sic Thucydides: 'Corporis quidem extremitas non erat admodum tacta calida, neque pallida, aut viridis; sed subrubra, et pustulis parvis ac ulceribus efflorescens: internæ autem partes ita flagrabant, ut neque tenuissimarum vestium et linteorum injectiones, neque aliud quidquam, præter nuditatem sustinere possent. Alii in fluvios gelidos se conjiciebant: et in puteos multi se præcipites egerunt inexplibili siti cruciati.'

Et simul, ulceribus quasi inustis, omne rubere  
 Corpus, ut est, per membra sacer quom diditnr ignis. 1165  
 Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa ;  
 Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus, intus :  
 Nihil adeo posses quoiquam leve tenneque membris  
 Vortere in utilitatem : ad ventum et frigora semper,  
 In fluvios partim gelidos, ardentia morbo 1170  
 Membra dabant, nudum jacentes corpus in undas.  
 Multei præcipites nymphis putealibus alte  
 Inciderunt, ipso venientes ore patente :  
 Insedabiliter sitis arida, corpora mersans,

*totum corpus rubescere veluti pustulis impressis igne, veluti fit, quando ignis sacer spargitur per artus. Interior autem pars inflammata ardebat cuilibet homini ægrotanti : ignis ardebat intus in pectore, veluti in caminis ; adeo ut nulla vestis quantumvis exigua et levis quiret esse commodo artibus illorum : stabant perpetuo ad flatus et ad frigora : pars mergebant artus suos fervente morbo in amnes frigidis, mittentes suum corpus nudatum in aquas : plurimi accurrentes ipso ore inhiante et anhelante præcipitantes descenderunt dorsum in aquas puteales. Sitis ingens immergens insatiabiliter corpora illorum in aquas adæquabat magnam*

~~~~~  
 totis Mus. B. 1. V. marg. 1. Ferr.—1164 *muscis* Vind. Cant. V. marg. 2. *sistis* Mus. B. 3. *rubore* Ferr. V. ed. Th. Ra.—1165 *in est* Vind. Mus. B. 1. 3. *vi est* Ferr. V. ed. Th. Ra. *ut est* O. Cant.—1166 *Intera* Bentl. *homini* V. ed. Hav. Delph. *flagrabat adesa* Gif. Par. Gryph. Delph. Bas. marg. P. Ald.—1167 *Rejicit* Lamb. *Flagravit* Creech. ut et superiore versu.—1168 *Nihil* V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *Nil vulg. possis* V. ed. Th. Ra. *posset* edd. vulg. *positis cuiquam* Heins. 2. *lene* Vind. V. ed. Mus. B. 3.—1169 *Verteret utilitatem* Vind. Voss. L. B. Vind. fr. O. Mus. B. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas. *in deest* V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *Vertere* et Voss. vet. *Vertere* ad Voss. marg. *frigore* Ferr. V. ed. Th. Ra. Pro *semper* Bentleius proponebat *partim*.—1170 *calidos* Mus. B. 1. *centi dos* V. ed. Th. Ra.—1171 *dabant* Vind. V. ed. Mus. B. 3. Cant. Th. Ra. *jacentes* Cant.—1172 *nymphis* V. ed. Ferr. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. *lymphis* vulg. H. vs. postponitur vs. 1176. in P. Mus. B. 1. 3. Cant.—1173 *vehementes* V. marg. 1. Ferr.—1174 *satis* V. ed. Th. Ra. Vind. *inerrans* Voss. vet. et L. B. *tezans* Fab.—1175 *per-*

## NOTE

1165 *Sacer ignis*] Gallice, *feu sacre, feu de Saint Anthoine*.

1174 *Insedabiliter sitis, &c.*] H. e. sitis ingens et insedabilis efficiebat, ut magna aquæ copia, aqua pauca videretur. Sic Thueydides: 'Tantumdem eis proderat liberalior et parcior potus ad sitim sedandam.' Unde sequenti versu legendum *parvis*,

non *pravis*, ut quibusdam placet. Alias sic interpreteris: Pravitas humorum, qui erant causa sitis, compensabat et tandem eludebat ingentem aquarum copiam. Hinc factum ut pari in periculo versarentur, et qui nimio, et qui parvo uterentur potu.

Æquabat multum parvis humoribus imbrem. 1175

Nec requies erat ulla mali: defessa jacebant  
Corpora; mussabat tacito Medicina timore:  
Quippe patentia quom totiens, ardentia morbis,  
Lumina vorsarent oculorum, expertia somno;  
Multaque præterea mortis tum signa dabantur. 1180

Perturbata animi mens, in mœrore, metuque;  
Triste supercilium, furiosus voltus, et acer;  
Solicitæ porro, plenæque sonoribus, aures:  
Creber spiritus, aut ingens, raroque coortus;

*copiam aquarum paucis aquis. Nec ulla quies morbi dabatur: corpora defatigata prosternebantur: Medicina muta erat præ taciturno metu: eo quod ægri voluerent per noctes integras lumina oculorum sine sopore, semper aperta, et rubentia. Plurimæ etiam aliæ notæ leti tunc præbebantur: nempe animus turbatus in tristitia, et timore: mœstum supercilium: frons horrida et aspera: aures etiam anxie et repleta murmuribus: frequens anhelitus, et vehemens, et infrequenter factus: et*

*nix humoribus* V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. P. in not. *parvis* P. in not. *prævis* Nard. —1176 *ulla ari* Vind. Mus. B. 3. *ulla mari* Cant. *mali defessa* desunt Mus. B. 1. *nulla in aride fessa* V. ed. Th. Ra. —1177 *mussabant* V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. *miscabant* O. —1178 *patientia* Vind. V. ed. Mus. B. 3. *totas ardentia noctis* edd. vulg. *toties ardentia morbis* Gypsh. Nard. Bas. —1179 *experientia* V. ed. Th. Ra. —1180 *tunc* P. Ald. *cum* V. ed. Th. Ra. O. *quum* Mus. B. 1. —1184 *spiritum* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 3. Th. Ra. *ac ingens* Gif. Par.

#### NOTE

1176 *Nec requies erat, &c.*] His 4. vs. docet nullam reperiri potuisse remedium ad hanc pestem expellendam; adeo novum et inusitatum fuit id morbi genus. Sic infra vs. 1224. 'Nec ratio remedi communis certa dabatur.' Sic præclare Manilius de hac eadem peste l. 882. 'Qualis Erechtheos pestis populata colonos Extulit antiquas per funera pacis Athenas, Alter in alterius labens cum fata ruebat: Nec loens artis erat medicæ; nec vota valebant: Cesserat officium morbis, et funera deerant mortibus et lacrymæ: fessus defecerat ignis, Et coacervatis ardebant corpora membris.' Quamquam si Poëta hic, sicut alibi, imitatur Thucydidem, non est hæc illius sententia; Thucydides enim solum ait quod quietis ac somni adempta esset facultas,

nec remedii locus erat ad hoc, ut somnus ægris procurari posset. Quod quidem mihi magis probatur, quicquid alii reluctantur interpretes.

1179 *Expertia somno*] Sic Thucydides: 'perpetuæ vigiliæ negabant,' &c.

1180 *Multaque præterea, &c.*] His 14. vs. memorat plura alia mortis signa, quæ contingebant iis, qui peste hac tenebantur: quæ retexere hic in annotationibus nostris longum esset: et quæ desumit poëta ex Hippocrate in prognost. Neque enim sunt apud Thucydidem.

1183 *Plenæque sonoribus, aures*] *Tinnitus aurium.*

1184 *Creber spiritus*] Qui, teste Hippocrate, significat inflammationem.



Sudorisque madens per collum splendidus humos : 1185  
 Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore,  
 Salsaque, per fauces rauca vix edita tusse.  
 In manibus vero nervei trahere, et tremere artus ;  
 A pedibusque minutatim subcedere frigus  
 Non dubitabat : item, ad supremum denique tempus, 1190  
 Compressæ nares, nasi primoris acumen  
 Tenue, cavatei oculi, cava tempora : frigida pellis,  
 Duraque, inhorrebat tactum ; frons tenta meabat :

*liquor albus sudoris stillans per collum: saliva exigua, parvula, et tincta colore croci, et salsa, et agre missa per fauces raucisonas tussi. Nervi autem non dubitabant contrahi in manibus, et membra tremiscere; et frigus audebat sensim ascendere a pedibus: similiter sub extremum vitæ finem tandem nares contractæ fiebant: apex extremi nasi fiebat acutus; oculi concavati: tempora astricta: cutis gelida, et aspera: hiatus oris horrebat: frons distenta fluebat. Nec paulo post prostrati*

Delph. *haud ingens Gryph.* Bas.—1185 *humor* P. O. Ferr. Ald. unum Vind. V. ed. Vind. fr. Th. Ra. *imium* Mus. B. 1. 3. *udum* Cant.—1186 *contracta* P. V. ed. Cant. a pr. m. Bas. marg. Th. Ra. Ald. *contacta* edd. vulg.—1187 *fauccis* edd. vulg. *rauca* Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr. Nard. Ald. sec. Cant. Ferr. Th. Ra. Voss. marg. *raucas* vulg. *vox* Vind. *tusse* Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Nard. Voss. marg. Th. Ra. *tussi* vulg. *tussis* P. O. Mus. B. 1. Macrob. Ferr. Ald.—1188 *trahier tremere* edd. vulg. *trahier nervei et tremere* Gif. Par. Delph. Lamb. *trahere nervei et tremere* Nard.—1189 *De pedibusque* O. Cant.—1190 *sumum* O. deest Vind. *surenum* V. ed. Th. Ra.—1191 *Non pressæ* Vind. Mus. B. 3. *Non præesse* V. ed. Th. Ra. *Non præssa* Ferr. nisi V. ed. Ferr. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 3. Cant.—1193 *inhorrebat* P. *inhorret jacet* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. *inhorret jacet* Bodl. *in ore jacet* O. Mus. B. 3. *inoret jacet* Vind. fr. *in ore jacens* P. in not. *Duratusque horret* Mus. B. 1. *tactum* Wakef. ex conj. *facies pro tactum* P. Ald. *rictu* P. in not. *rictum* Vind. Mus. B. 1. Vind. fr. Delph. Lamb. *in ore patens rictum* Hav. *rectum* Voss. vet. et L. B. O. Cant. V. marg. 1. *Sus. casu* Mus. B. 3. *tecta pro tenta* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *meabat* P. Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *manebat* P. in not. Mus. B. 1. Heins. 2. Creech. *mebat* Voss. vet. *minebat* Sus. *Duraque* in

## NOTÆ

*Ingens, raroque coortus*] Si parvua, extinctionem nativi caloris notat.

1185 *Sudorisque madens, &c.*] Sudores frigidi per caput et collum sunt letales, inquit Hippocrates ibid.

1186 *Tenuia sputa, &c.*] Sputum flavum, aut rufum, aut quod multam tussim præbeat, et minutum, neque admodum concretum, deterius est, inquit Hippocrates ibid.

*Contacta [contacta]* Imbuta. Ita

Lambinus, bene. Parens vero, *contacta*.

*Croci colors*] Croceo colore, colore flavo.

1188 *Trahere [trahier]* Poëtice pro, trahi.

1190 *Non dubitabat*] Audebat. Sic vs. 1070. et iv. 188.

*Ad supremum tempus*] Usque ad diem et horam mortis.

1193 *Inhorrebat tactum [rictum]* Ve-

Nec nimio rigida post artus morte jacebant ;  
 Octavoque fere candenti lumine solis, 1195  
 Aut etiam nona reddebant lampade vitam.

Quorum si quis, ut est, vitarat funera leti,  
 Visceribus tetris, et nigra proluvie alvi ;  
 Posterius tamen hunc tabes, letumque, manebat :  
 Aut etiam multus capitis cum sæpe dolore 1200  
 Conruptus sanguis expletis naribus ibat ;  
 Huc hominis totæ vires, corpusque fluebat.  
 Profluvium porro qui tetri sanguinis acre

*recumbebant leto rigente ; et ferme octava albescente luce solis, vel etiam nono lumine relinquebant vitam. Si quis autem eorum effugerat funera mortis, vulneribus putridis, et alio proluvio ventris, ut verum est aliquos effugisse : tamen postea sanies et mors occupabat eum ; vel plurimus quoque teter cruor manabat ex repletis naribus plerumque cum dolore capitis ; omne robur, et corpus hominis affluebat ad hanc partem. Qui autem evitaverat molestam proluviem nigri cruoris,*

~~~~~

*ore jacens rictu frons tenta manebat* Nonius, ii. 866.—1194 *prostrati* O. Mus. B. 1. Gryph. Nard. *post strati* Lamb. et edd. vulg.—1195 *Octava* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. *candente* Nard. *candentis* Heins. 2.—1197 *vitaret* Voss. vet.—1198 *Ulceribus* Lamb. et alii. *nigris* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 3. *proluvie alvi* desunt Mus. B. 1.—1199 *tales* O. Mus. B. 1. 3. *tales* Cant. sed *tales* in marg.—1200 *multis* Ferr. *multo* Bentl.—1201 *expletis* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Baa. *pletis ex Gif. Par. plenis ex* edd. vulg.—1202 *Hac* Fab. Bentl. *fluebant* Heins. 2.—1203 *cui tetri* P. O. Cant. Gryph. Nard. Ald. *culta et Vind. cultetris* V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. *cultæ tris* Ferr. *cui tetris* Voss. vet. et L. B. *culta etris*

#### NOTE

teres dixerunt rictum, i, neutr. Sic v. 1063. Lucretius dixit: 'cum primum magna Molossum Mollia ricta fremunt.' Nardius autem sic corrigere tentavit hunc versum: *Duraque in ore jacens rictum frons tenta meabat.* Vel, *Duraque in ora jacens rictu frons tenta manebat.*

*Meabat*] Lambinus vero *minebat*, h. e. imminebat.

1194 *Nec nimio, &c.*] His 3. vs. docet, quod octavo fere aut nono, postquam ægrotare cœperant, die morerentur.

1195 *Lumine solis*] Die: sic vs. 1217.

1196 *Lampade*] Luce solis, die.

1197 *Quorum si quis, &c.*] His 16. vs. docet, quod, si quis forte mortem effugerat, ut verum est quosdam effugisse, is tamen aut genitalibus corporis partibus, aut oculis, aut pedibus, aut manibus privatus vitam degere cogeretur; quia tota vis morbi in eas partes ita affluebat, tantaque sanies, ut eas ferro amputare necessum esset, metu mortis. Immo quosdam etiam ita rerum obliviam ceperint, ut nec ipsi sese agnoscerent.

*Funera leti*] Letum, mortem. Periphrasis.

1202 *Huc*] H. e. in nares.

Exierat, tamen in nervos huic morbus et artus  
 Ibat, et in parteis genitales corporis ipsas: 1205  
 Et graviter partim metuentes limina leti  
 Vivebant, ferro privatei parte virili;  
 Et manibus sine non nullei, pedibusque, manebant,  
 In vita tamen, et perdebant lumina partim:  
 Usque adeo mortis metus hiis incusserat acer. 1210  
 Atque etiam quosdam cepere oblivia rerum  
 Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsei.  
 Multaque humi quom inhumata jacerent corpora supra  
 Corporibus, tamen alituum genus, atque ferarum,  
 Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem; 1215

*huic tamen malum veniebat in nervos et in membra, et in ipsas partes genitales corporis. Et pars vehementer timentes aditum mortis vitam agebant orbatu parte genitatu per ferrum ademta: et quidam restabant absque manibus et pedibus; attamen restabant in vita; et pars amittebat oculos. Adeo vehementis timor leti occupaverat ipsos. Et obliviones quoque rerum omnium occupaverant aliquos, ita ut ipsi nequirent agnoscere sese. Quamvis autem plura cadavera prosternerentur humi supra aliis cadaveribus, attamen gens volucrum et ferarum vel longe ab iis recede-*

Vind. fr. *culta* cum hiatu sequente Mus. B. 2.—1204 *hinc* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra.—1206 *spartim* P. *inluentes* V. ed. Th. Ra. *lumina* V. marg. 1. Ferr.—1207 *Humabant* Mus. B. 3. *Urabat* V. ed. Th. Ra. *parti* Vind.—1208 *sua* pro *sine* Mus. B. 1. *non nulli* V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *nonnulli* vulg.—1210 *tis* P. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 1. Th. Ra. Ald. *is* Cant. *intus erat* Vind. Mus. B. 3. *incusserat* V. ed. Th. Ra. *incus erat* Vind. fr. *invaserat* Gif. Par. Delph. *incesserat* Lamb. et alii. *ater* V. marg. 1.—1213 *corpora septa* Heins. Adv. p. 510. *tum* pro *quom* Mus. B. 3.—1214 *alituum* Vind. V. ed. Th. Ra. *genus atque* V. ed. Th. Ra. *generatque* Vind.—1215 *Haud* Ferr. V. ed. Th. Ra. *aut* pro *ut* Mus. B. 1. Cant. *exiret* P. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph.

## NOTÆ

1204 *Exierat*] *Anfugerat*, vitaverat. Sic vs. 1215. et v. 1329.

1206 *Limina leti*] *Letum*, mortem. Periphrasis.

1210 *Hiis incusserat* [*invaserat*] *Verbum* invadere jungitur vel cum dativo, vel cum accusativo. Sic Cicero ad Tiron. ‘*mirus invaserat furor non solum improbis.*’ Sic Plautus. Sic Varro. *Lambinus* autem *incesserat*.

1213 *Multaque humi, &c.*] *His* 10. vs. notat quanta fuerit patredo illius pestilentia; siquidem aves et fera,

sed canes præsertim, qui ex cadaveribus degustassent, subito morerentur. Immo tantus erat ille cadaverum insepultorum teter odor, ut neque Athenis, neque circa Athenas avis ulla de die, aut fera ulla de nocte compareret. Sic Thucydides: ‘*Aves et quadrupedes quæcumque hominum carnes attingunt, cum multa essent insepulta cadavera, vel ad ea non accedebant, vel, si gustassent, moriebantur.*’

1215 *Exiret*] *Evitaret*: vs. 1204.

Aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.

Nec tamen omnino temere illis solibus ulla

Conparebat avis, neque noxia secla ferarum

Exibant sylvis; languebant pleraque morbo,

Et moriebantur: cum primis fida canum vis

1220

Strata viis animam ponebat in omnibus ægre:

Extorquebat enim vitam vis morbida membris.

Incomitata rapi certabant funera vasta.

*bat, ut evitaret gravem factorem: vel, statim atque degustaverat, torpescere subito proximo leto. Neque enim fere ulla volucris imprudenter cernebatur in illis lucibus solis, neque de nocte genera ferarum egrediebantur e saltibus: plurima torpescere morbo, et moriebantur; præsertim fidelis gens canum prostrata in semitis cunctis reddebat animam languidam; etenim violentia morbi extrahebat iis vitam ex artubus. Innumera funera hominum certatim rapiabantur non comitata. Ne-*

Bas. marg. *excisset* P. in not. *excitat* V. ed. Th. Ra.—1217 *tenere* Cant. *sedibus* Gryph. Nard. Bas. Heins. 2. P. in not. ex Macrob. Sat. vi. 2. Mar. V. marg. 1. Ferr.—1218 *Comparabat* V. ed. Cant. Th. Ra. *nec* vulgo. *noxia* Sus. Voss. marg. *tristia* P. O. Macrob. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. Mar. Ferr. Aid. *neque noxia* desunt Vind. *noxia* deest Mus. B. 3. *noctis*, omisso *neque*, V. ed. Th. Ra. *nectia* Voss. L. B. *noctia* Voss. vet. Lamb. *forcia* Cant. *furtia* P. in not. *noctibus* Vind. fr. Hav. Bip. Delph. Gif. L. B.—1219 *Exiebant* Vind. Mus. B. 3. *Excuperant* Heins. 2.—1220 *tum* V. ed. Th. Ra. *cacumis* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *cacumis* Ferr. *canum vis* deest Vind.—1221 *animam* deest Mus. B. 1. *animam* O. Mus. B. 3. Cant. *anni* Ferr. V. ed. Th. Ra. *ager* Vind. Mus. B. 3. *agere* V. ed. Th. Ra. *agere* Ferr. *agram* Mus. B. 1. Bip. Delph.—

#### NOTE

1217 *Illis solibus*] Illis diebus, vs. 1195. Sic Persius, 'multos consumere soles,' pro dies. Nardius legit *sedibus*, pro *solibus*; h. e. locis.

1218 *Noxia* [*Nocti*] Pro, nocte. Sic alibi passim igni, pro igne.

*Secla ferarum*] Feræ; sic 1. 21. 468. &c. Sic supra vs. 722. &c.

1220 *Cum primis*] Inprimis: vs. 224. 259. 939. et 1. 151.

*Fida canum vis*] Canes: v. 862. Sic Thucydides: 'Canes autem propter contubernii et victus societatem sensum mali ingruentis magis præbebant.'

1223 *Incomitata rapi, &c.*] His 5. vs. duo tradit Lucretius. Alterum, de neglectu funerum tempore illius pestis; cum tamen, quantum operis et

opum erogare in funeribus solerent veteres nemo non noverit. Alterum de inani medicorum cura, ac remediorum ratione. Quod enim aliis fuerat remedio, id aliis erat exitio. Sic Thucydides: 'Neque ullum extitit medicamentum, ut ita dicam, quod erat ægrum, si quis illud offerret, adjuvaturum; nam quod alicui contulerat, alium id lædebat.'

*Incomitata rapi, &c.*] H. e. rapiabantur funera, non autem solenni more et pompa ducebantur; neque enim propinqui neque amici suorum corpora ad rogum prosequabantur, sed aut passim insepulta patiebantur jacere, aut in alienum rogum temere conjiciebant. Sic Manilius 1. 885. 'Nec locus artis erat medicæ, nec

Nec ratio remedii communis certa dabatur :  
 Nam, quod alii dederat vitaleis aëris auras 1225  
 Volvere in ore licere, et cœli templa tueri,  
 Hocc' alii erat exitio, letumque parabat.

Illud in hiis rebus miserandum magno opere unum  
 Ærumnabile erat; quod, ubi se quisque videbat  
 Implicitum morbo, morti damnatus ut esset, 1230  
 Deficiens animo, mœsto quom corde jacebat,  
 Funera respectans, animam inmittebat ibeidem.

Quippe et enim nullo cessabant tempore apisci

*que ulla regula certa remedii communis habebatur; etenim, quod tribuerat fas esse aliis versare in ore flatus aëris vitalis, et intueri fornices cœli, id erat aliis perniciæ, et præparabat iis mortem. Hoc autem unum erat miserabile, et maxime perniciosum in his rebus, nempe quod, cum quisque cernebat se occupatum morbida vi, quasi esset condemnatus ad mortem, debilitatus animo languebat cum tristi corde, et respiciens mortem quasi propinquam reddebat animam extemplo. Quod contagio morbi rapacis nullo temporis intervallo desinebat rapere alios homines post*



—1224 remedii Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. remedii vulg.—1225 alii P. Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. ali Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. aliis vel aliis vulg.—1226 more pro in ore V. ed. Th. Ra.—1228 et magnopere vulg. et opere Vind. opere V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. et summpere Mus. B. 1.—1230 morbi Nard.—1232 animam inmittebat Voss. L. B. Cant. V. marg. 1. animam et mittebat Mus. B. 1. et edd. vulg. animam mittebat P. V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. anima inmittebat Vind. animam amittebat Voss. vet. Vind. fr. idem Vind. V. ed. Th. Ra. et idem Ferr. Mus. B. 1. V. marg. 1. Hunc versum vs. 1236. sequitur in P. Vind. Vind. fr. Mus. B. 1. 3.—1233 enim, omisso et, V. ed. Th. Ra.—1234 alii pavidi P. in not.—1235 H.

#### NOTE

vota valebant: Cesserat officium morbis, et funera deerant Mortibus et lacrymæ, &c.

*Communis*] Dicitur tamen Hippocrates hoc commune remedium excogitasse, succendi nempe per compita odoratas pyras curasse.

1226 *Cœli templa*] Cælum. Periphrasis. Sic III. 79.

1228 *Illud in hiis rebus*] His 5. vs. docet illud inprimis exitiale pariter et miserandum fuisse, quod, qui morbo tenerentur, statim in desperationem irent de sanitate recuperanda; quod fiebat ut nullam corpori curam im-

penderent. Quæ quidem incuria nonnunquam plures morti dat, quam vis morbi. Sic Thucydides: 'Omniū autem malorum hoc erat gravissimum, et maxime horrendum, quod simulatque aliquis se a morbo correptum esse sentiebat, de sua salute desperabat, animumque despondebat; omni enim spe salutis orbatī multo magis sese projiciebant, ac negligebant.'

1231 *Deficiens animo*] Desperans, ac animum contrahens, ut ait Thucydides.

1233 *Quippe et enim*] H. e. quod, quia.

Ex aliis alios avidi contagia morbi ;  
 Lanigeras tamquam pecudes, et buccera secla : 1235  
 Idque vel in primis cumulabat funere funus.  
 Nam, queiquomque suos fugitabant visere ad ægros,  
 Vitai nimium cupidos mortisque timenteis  
 Pœnibat paulo post turpi morte malaque,  
 Desertos, opis experteis, Incuria mactans. 1240  
 Quei fuerant autem præsto, contagibus ibant,  
 Atque labore, pudor quem tum cogebat obire,

*alios ; veluti pecora, quas ferunt lanas, et genera pecudum, quæ ferunt corium. Et hoc præsertim addebat mortem morti ; etenim, quicumque fugiebant invisere suos amicos ægros, quasi nimis avidi vitæ, et metuentes mortem, non multo post negligentia vicissim plectebat eos misero et fædo leto derelictos et inopes omnis auxilii interficiens eos. Qui vero venerunt auxilio, interibant contagiis, et labore, quem pudor et clamor blandus et cum gemitu immixto questus cogebat tunc*

vs. in edd. vulg. poni solet post vs. 1240. sed in P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Cant. sequitur vs. 1243.—1236 *Atque P. V. ed. Mus. B. 3. Gryph. marg. Idque uti Mus. B. 3. cum labat V. ed. Th. Ra. cumulabant Nard.*—1237 *visere ad O. Vind. fr. Cant. Lamb. Hav. ut fit ad P. Ald. ut fere ad Vind. Ferr. ut facto ad V. ed. Th. Ra. ut se redeat Voss. vet. et L. B. fere ut Mus. B. 1. ut, relicto spatiolo, Mus. B. 3. ut fit ab ægris Gryph. Nard. Bas. Voss. marg. agros P. in not.*—1238 *Vita V. ed. cupidi edd. vulg. cupidis Nard.*—1239 *Pœnibat Turneb. Pœnas et P. Gryph. marg. Ald. Pœnibus vel Penibus et Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 3. Cant. Pœnibus at Voss. vet. Penibus ac Vind. fr. Peni et Mus. B. 1. Pœnis P. in not. Pœna ibus at Voss. marg.*—1240 *in cura Vind. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. mactans Cant. mactat Gryph. Nard. Bas.*—1241 *H. vs. et seqq. duo desunt Vind.*—1242 *pudoreque omni P. Ald. Gryph. marg. pudor quem omni Ferr. V. ed. Th. Ra. pudor quem*

## NOTE

1235 *Buccera secla*] Boves: v. 864.

1236 *Idque vel in primis, &c.*] His 8. vs. docet pariter, quod etiam si quidam ad suos curandos non accessissent, aut curare neglexissent, tamen contagibus morbi correpti morerentur, sicut oves aut boves contagione intereunt: et quia suos neglexerant, ipsi vicissim negligenterentur. Sic Thucydides: 'Sive noluisse metu deterriti se mutuo invisere, deserti peribant, et tanquam pecudes moriebantur.'

1237 *Visere ad ægros*] Sic lib. II. vs. 359. 'Revisit ad stabulum;' et lib. V. vs. 635. 'ad hanc quia signa revisunt.' Sic Plantus passim loquitur.

1239 *Pœnibat*] Pro *pœnibat*; sic alibi 'mœnera' pro munera. Punibat autem pro puniebat.

1241 *Quei fuerant autem, &c.*] His 9. vs. docet, quod, qui ad curandos peste correptos accedebant, in duplici malo conficerentur; vel enim contagione communicata ab ægrotis parem subibant sortem: vel labore, quem subibant, lassati tandem in morbum incidebant. Accedebant autem aliis præstituri opem duplici stimulo adacti, pietate et pudore.

*Ibant*] Interibant, moriebantur. Sic III. 527. 'cernimus ire,' h. e. videmus interire.

1242 *Pudor quem, &c.*] Sic Thncy-

Blandaue lassorum vox, mixta voce querelæ :  
 Optumus hoc leti genus ergo quisque subibat.  
 Inque aliis alium, populum sepelire suorum 1245  
 Certantes, lacrumis lassei luctuque redibant.  
 Inde, bonam partem, in lectum mœrore dabantur :  
 Nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus,  
 Nec mors, nec luctus, tentaret tempore tali.  
 Præterea, jam pastor, et armentarius omnis, 1250  
 Et robustus item curvi moderator aratri,

*eos subire. Igitur vir quisque maxime probus obibat hoc genus mortis; et conantes mandare sepultura turbam suorum mortuorum, aliam in aliis, fessi fletibus et gemitu revertentibus: et hinc bona ex parte mittebantur in cubile præ tristitia; neque ul-  
 lus poterat inveniri, quem nec morbus, nec letum, nec fletus, vexaret eo tempore.  
 Deinde etiam opilio et omnis custos gregis, et similiter fortis rector aratri curvati*

\*\*\*\*\*

unum Mus. B. 1. pudor quemcumque Mus. B. 3.—1248 lassorum querella Cant.—1244 laeti V. ed. Ferr. Th. Ra. legi Cant.—1245 alius Fab.—1247 bona in partem Vind. bonam in partem V. ed. O. Mus. B. 1. 3. bona partem Vind. bona ex parte Gryph. Nard. bona ex parte Heins. 2. Bas. in letum P. Ald. Gryph. Nard. V. marg. 1. et Cant. in marg. injectum Ferr. V. ed. Th. Ra. in solummodo Mus. B. 1. majore Vind. majore V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. redibant Mus. B. 1.—1248 morbo V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra.—1249 tentari Mus. B. 1. tentare Mus. B. 3.—1250 ideo pro jam V. ed. Th. Ra.—1251 vir immoderator Vind. V. ed. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra.—1252 Languabat P.

#### NOTE

dides: 'Querelæ pereuntium tandem etiam propinqui et domestici succumbebant, ac cedebant mali magnitudine victi.'

1245 *Inque aliis alium, &c.*] H. e. postquam certaverant et contendebant sepelire turbam suorum in turba aliorum redibant lassati luctu et lacrymis. Quo fiebat ut in morbum inciderent.

1247 *Bonam partem*] Antiptosis; subauditur enim præp. secundum. Sic III. 64. 'Non minimam partem mortis formidine aluntur.' Sic infra vs. 1257. H. e. bona ex parte: maxima pars. Sic etiam Cicero loquitur Offic. lib. VII. 'Maximam partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli.'

1250 *Præterea, jam pastor, &c.*] Postquam Poëta tragicam urbis Athenarum conditionem ob oculos posuit, his 20. vs. inducit modo in scenam armentarios, pastores, et colonos, qui sævissima peste sancii, cunctarum rerum egeni, consilii præsertim inopes, manns dabant, angustaque casa conclusi, catervatim moriebantur, fame lueque confecti. Quid atrocius, quid horrendum magis excogitari potest? Pars etiam confugiebat in urbem morbo languida: pars in viis morbo languida jacebat nudata vestibus, ulceribus plena, &c.

*Armentarius*] Qui præest armentis, ut bubulcus.

1251 *Et robustus item, &c.*] Hic vs. positus fuit v. 931.

Languebat; penitusque casa contrusa jacebant  
 Corpora, paupertate et morbo dedita morti  
 Exanimis pueris super exanimata parentum  
 Corpora non numquam posses retroque videre 1255  
 Matribus et patribus gnatos super edere vitam.

Nec minumam partem ex agris mceros is in urbem  
 Confluxit; languens quem contulit agricolarum  
 Copia: conveniens ex omni morbida parte,  
 Omnia condebant loca, tectaue; quod magis æstus 1260

*torpebant; et corpora coniecta intus in tuguria sternebantur, reddita leto præ morbo et egestate. Posses cernere aliquando mortua corpora parentum supra natos mortuos; et contra, pueros reddere vitam supra genitores et genitrices. Nec mediocre malum convenit partim rure in civitatem, quod languida multitudo colonum attulit, concurrens languens ex omni parte. Replebant cuncta loca et cunctas do-*

Vind. V. ed. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *Languebant* vulg. *casis* edd. vulg.—1253 *tradita* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg.—1254 *Exanimi pueri* Voss. vet. et L. B.—1257 *Nec minumam partim* Lamb. et alii. *Nec minima pars* Heins. 2. *ægris* V. ed. Th. Ra. *maroris id u.* conj. Wakef. *maroris* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *ægroris* Vind. Vind. fr. Voss. marg. Delph.—1258 *Conduxit* V. marg. 1. *languens* V. ed. Th. Ra.—1259 *parti* Hav. Bip.—1260 *condebant* Voss. vet. Vind. fr. *complebant* Vind. et edd. vulg. *tectis* P. Ald. *tecta* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *quoque* Vind. V. ed. Mus. B. 3. *quoque* et O. co Vind. fr. *æstum* Bodl. *mage eos tum* Lamb. et alii.

## NOTE

1252 *Casa [casis] contrusa*] In *casis* coniecta, coarctata.

1254 *Exanimis pueris super*] Anastrophe; pro, super exanimis pueris. Sic vs. 1256. 'matribus et patribus super,' pro super matribus et patribus.

1257 *Minumam [minimum] .. ægroris*] *Minimus* ægror, mediocre malum. Ita Lamb. At Pareus et quidam alii, *minimam partem*; verum potius *minima pars* esset legendum. Ubi enim nominativus verbi *confluxit*? Sic Thucydides: 'non parum stragis tam ingenti cladi accessisse iis, qui undique hostes fugientes in urbem confluxebant. Cum enim tantus esset eorum numerus, ut domus non sufficerent, in casulis ac tuguriis habitare coacti sunt, qui, cum ob anni tempus

(æstus enim erat) nimio calore pæmodum deflagrarent, ipso æstu confecti, alii super aliis expirabant.'

*Partem [par'tim]* Ita plerumque auctores bonæ Latinitatis usurpant hanc vocem simpliciter, et semel; significat enim 'aliqua ex parte.' Sic Cicero in Verr. 'statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris.' Sic Lucretius passim, v. g. v. 597. 'Et partim plano scatere atque erumpere campo.'

1258 *Quem*] Supp. ægorem.

1260 *Condebant [complebant]*] Lamb. bene, ut patet. Pareus vero *condebant*, h. e. tegebant.

*Quod [quo] magis æstus*] Ita legendum est, ut patet ex Thucydide, quem hic imitatus est Lucretius. Sic autem jam citatus Thucydides: 'ipso



Conferto situ accervatim Mors adcumulabat.

Multa, siti prostrata, viam per, proque voluta,

Corpora, silanos ad aquarum structa, jacebant,

Interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum:

Multaque per populi passim loca prompta, viasque, 1265

Languida semianimo cum corpore membra videres,

Horrida pædore, et pannis cooperta, perire

Corporis inluvie: pellis super ossibus una,

Visceribus tetris prope jam, sordique, sepulta.

Omnia, denique, sancta Deum delubra replerat 1270

*mos; unde fiebat ut eo magis mors congereret eos adeo summatis pereuntes scilicet nimio calore. Plura corpora jacentia et prostrata per semitas, et præcumbentia ad aquarum tubos recumbebant spiritus intercluso ab nimia cupiditate aqua. Et cerneret etiam plures artus ubique positos in aperto per publica loca plebis, et per semitas, languidos, corpore tunc semimortuo, horrentes fastore, et velatos pannis laceris interire proluvio corporis; unica cutis erat iis super ossa, quæ jam fere sepulta erat etiam sordibus et squalidis ulceribus. Tandem mors impleverat au-*

//////////

—1261 *Conferto situ* V. ed. Th. Ra. *Inferos ita* P. Ald. *Confectos ita* Hav. Delph. Sus. *Confertos ita* reliqui.—1262 *præterque voluta* V. marg. 1.—1263 *syllanos* Mus. B. 1. *sic amneis* P. *sicanos* Mus. B. 3. *sic amnis* Heins. 2. *structa* Wakef. ex conj. *strata* reliqui. *tacebant* Vind. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant.—1264 *in via* pro *nimia* Vind. *aquæ* edd. vulg.—1266 *se in animo* Vind. Vind. fr. *semanimo* Cant. *cum animo* V. ed. Th. Ra. *vires* pro *videres* Vind. *tum corpore* edd. vulg.—1267 *pedere* Vind. *putere* Mus. B. 1. *coapta* V. ed. Th. Ra.—1268 *ima* V. marg. 1.—1269 *Ulceribus* Vind. et edd. vulg. *cæcus* pro *tetris* V. ed. Th. Ra. *sorde* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *sordetque sepultis* Heins. 2. *sordeque sepultis* Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. *cordique sepulta* Delph. Bas. marg. 1.—1270 *divis* V. marg. 1. *replebat* Mus. B. 3.—1271

#### NOTÆ

æstu confecti alii super aliis expirabant.' Lambinus legit: *quo magis eos tum.*

1261 *Confectos*] Ita legendum pariter ex Thucydide citato. Lambinus vero *confertos*.

1262 *Viam per*] Anastrophe, pro per viam.

*Proque voluta*] Tmesis, provolutaque. Sic II. 469.

1263 *Silanos*] Tubos, fistulas, aquæ ductus, fontes scaturientes.

1264 *Interclusa anima, &c.*] Intercluso et extincto spiritu præ nimia aquarum cupiditate.

1265 *Per populi passim loca prompta*]

H. e. in promptu et aperto posita et jacentia. (supp. corpora,) per loca publica populi.

1269 *Visceribus* [*Ulceribus*] Lamb. bene: Pareus, *Visceribus*.

*Sepulta*] Lambin. bene, supp. pellis, quæ terris ulceribus plena, et quasi sepulta erat. Pareus *sepultis*, supp. visceribus.

1270 *Omnia, denique, &c.*] His 6. vs. ait ita tunc dura Atheniensibus imperasse necessitatem, ut Æditui admitterent in templo multitudinem adventantium hospitem, qui tabernacula exstruxerint sibi et familiæ, et pecudibus forsan, quas secum addux-

Corporibus Mors exanimis, onerataque passim  
 Cuncta cadaveribus cœlestum templa manebant ;  
 Hospitibus loca quæ conplerant ædituentes.  
 Nec jam religio Divom, neque numina, magni  
 Pendebantur enim : præsens dolor exsuperabat. 1275  
 Nec mos ille sepulturæ remanebat in urbe,  
 Quo pius hic populus semper consuerat humari :

*gusta templa Deorum corporibus mortuis, et omnes aedes sacra Deorum erant ubique strata cadaveribus; quæ loca æditui replebant hospitibus. Neque enim tunc cultus nec potentia Deorum magni habebantur: malum quippe præsens vincebat. Neque ritus ille sepulturæ restabat in civitate, quo antea populus ille solitus erat*

*oneratque V. ed.—1272 plana Vind. fr. manebat Vind. V. ed. Th. Ra. manebis Vind. fr.—1273 ædit evntes Mus. B. 3. edit . . . Vind.—1274 deum V. ed. Ferr. Th. Ra.—1275 Pendebatur Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Cant. Nard. Th. Ra. Pendebant etenim Heins. 2.—1277 Quo Voss. vet. Vind. fr. Delph. Ut P. O. Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. Hav. Huc Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 3. Cant. Hic Mus. B. 1. pius P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B.*

## NOTÆ

erant. Magno sane periculo et contemptu religionis, quem summa induxerat desperatio salutis. Sic Thucydides: ' Et templa, in quibus tabernacula construxerant, mortuis erant plena, qui ibidem moriebantur; præter modum enim sævitente malo, homines non habentes quid agerent, in eam mentem versi sunt, ut sacra sanctaque omnia pariter negligerent.'  
*Deum*] Deorum.

1272 *Cœlestum*] Deorum.

1273 *Ædituentes*] Janitores et portitores ædium et templorum. *Æditus* enim vel *ædituens*, dicitur quasi ædis tuitor.

1275 *Enim*] Hæc particula in fine periodi posita est. Quamquam Pareus putat debere poni in initio periodi sequentis, pro etenim: unde præfigit duo puncta ante illam, sic ' enim præsens,' &c.

1276 *Nec mos ille sepulturæ, &c.*] His 9. vs. ultimis docet Poëta non sat fuisse Atheniensibus, quod sacras aedes cadaveribus temerassent, sed quod ' leges etiam sepulcrorum per-

turbaverint, quibus antea utebantur, sepelirentque ut quisque poterat,' ut ait Thucydides. Leges autem et mores, quibus utebantur olim Athenienses, in sepeliendis corporibus, nunc tibi breviter referemus ex Nardii animadversione p. 850. Officiosissimi enim in mortuos prædicantur Athenienses unanimi omnium ductorum consensu. Si quis bello interemptos sepelire neglexerat, morte multabatur. In tantum excreverat olim apud eos pompa funerum, ut legibus eam cohibere fuerit coactus Solon. Verum tempestate pestis nulla est ratio funerum servata. Sic Thucydides: ' Et multi ad impudentia sepulcra animum converterunt, penuria necessariorum, quod jam frequentes sibi domestici ante occubuisent. In alienas enim pyras alii antevertentes, et qui exstruxerant, et imponentes suum mortuum accendebant ignem; alii, dum cremaretur, alterum suum ipsi cadaver injicientes, quod ferebant, abiere.'

1277 *Pius [pius] Alii pius.*

Perturbatus enim totus repedabat, et unus  
Quisque suum pro re consortem moestus humabat.

Multaque vi subita paupertas horrida suasit : 1280  
Namque suos consanguineos aliena rogorum  
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,  
Subdebantque faces; multo cum sanguine sæpe  
Rixantes potius, quam corpora desererentur.

*inhumari; namque totus confusus turbabatur, et unusquisque tristis inhumabat suum socium pro viribus suis. Et violentia subitanea, et horrenda egestas persuasit bene multa; etenim ponebant magna cum vociferatione suas affines et cognatos super alienos rogos structos, et subjiciebant lampadas, plerumque certantes plurimum cum sanguine effuso, antequam corpora relinquerentur.*

\*\*\*\*\*

Cant. prius Voss. vet. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Delph.—1278 Deest O. repedabat P. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. trepidabat edd. vulg. repedabat Bodl.—1279 pro rem Vind. Vind. fr. pro re V. ed. Th. Ra. suam prolem Mus. B. 1. consortem pro re Cant. cognatum P. Ald. Gryph. marg. complorans Mus. B. 3. et explorans in marg. deest vocab. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Vind. fr. Mus. B. 1.—1280 vi Wakel. vis P. Har. Delph. Ald. Bip. res O. Cant. V. marg. 1. vocula deest Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. et deest Voss. vet. et L. B. subita et Mus. B. 3.—1282 instructa Creech.—1283 Subdebant fauces Vind. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. Subdebant fauces O. Mus. B. 1. Subdebantque fauces Vind. fr. Subdebantque faces Cant. faces edd. vulg.—1284 Rorantes Mus. B. 1. deserrentur P. Ald. deserrentur V. ed. Th. Ra. Bodl. deserrentur V. marg. 1. Ferr.

#### NOTE

1279 *Pro re*] Pro viribus, pro opibus, prout quisque poterat.

1281 *Aliena rogorum exstructa*] Alienos rogos exstructos. Sic alibi passim 'strata viarum,' 'clausa domorum,' &c. pro stratae viæ, clausæ domus, &c. Hellenismus est.

1284 *Rixantes potius, &c.*] Sic præclare Ovidius Lucretium imitatus et Thucydidem: 'Ante sacros vidi projecta cadavera postes: Ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras. Pars animam laqueo claudant, mortisque

timorem Morte fugant; utroque vocant venientia fata. Corpora missa neci nullis de more feruntur Funeribus; neque enim capiebant funera portæ. Aut inhumata premunt terras, aut dantur in astos Indotata rogos: et jam reverentia nulla est. Deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent. Qui lacrymant, desunt; indeflectæque vagantur Natorumque virumque animæ, juvenumque senumque: Nec locus in tamulos, nec sufficit arbor in ignes.'

# ANIMADVERSIŌ

JOANNIS NARDII

## DE FUNERIBUS ATHENIENSIIUM.

---

AD SUNT Athenienses, <sup>a</sup>unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortae atque in omnes terras distributae putantur, <sup>b</sup> Et recreaverunt vitam, legesque rogaverunt, Lucretio Auctore : quibus tamen nil antiquius, aut religiosius fuisse videtur, quam justa mortuis persolvere, iis praesertim qui fortiter pro patria pugnando cecidissent. Quapropter gravissime olim in transgressores animadverterunt, <sup>c</sup> decemque imperatores suos, et quidem a pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos necarunt, quod militum corpora, licet saevitia maris interpellante, sepulturae mandare non potuissent, sed in fluctus necessitate adacti projecissent. <sup>d</sup> Cautior Chabrias Atheniensis, maritimarum copiarum dux, profligatis ad Naxos, inque fugam versis Lacedaemoniis, totus fuit in legendis suorum, qui ceciderant, cadaveribus, metuens populi superstitionem : cum tamen, nisi cunctatus, facile universam hostium classem delevisset. Et Nicias, egregius Atheniensium imperator, jussit universum exercitum subsistere, ut duos tantum peremptos milites sepulturae mandaret. Majus est, quod refert <sup>e</sup> Isocrates de Adrasto Argi Rege ; hic enim, ab expeditione adversus Thebanos infortunatus, cum eos, qui in Thebano bello mortui erant, recipere non posset, Athenienses, Theseumque rogavit, ut communi infortunio optularetur, nec displiceret eos, qui, in bello desiderati, Funere et pompa caruere, nec veterem consuetudinem, patriasque violandas indicans. Verum neque spe sua frustrati fuere. Suscepto namque bello pro his, qui mortem oppetierant adversus Thebanos, impugnaverunt illos, coegeruntque, ut defunctos vita justo Funeri sepulturaeque redderent. Minus me movet Cimoniae pietas, qui, ut Miltiadem parentem humaret, ipse vincula paterna induit. Hanc vero pietatem non in eos tantum erogabant, qui propriis sanguine publicae securitati litaverant, verum et in contribules, nulliusque pretii homines, quorum propinquos cogere poterat Demarchus, vel cum populo tandem

### NOTAE

<sup>a</sup> Cic. orat. pro Flac.

<sup>b</sup> Lucr. lib. vi.

<sup>c</sup> Xenoph. l. p. Rerum Graec. Val.

Max. lib. ix. c. 8.

<sup>d</sup> Diod. Sic. Bibl. l. xv.

<sup>e</sup> In Panegyri. et alibi.

ille pacisci de sumtu funeris, ita ut eadem die efferretur, secus vero graviter multabatur. <sup>a</sup>Celebrant Pisistratum historiæ, referente Eustathio, quod comites semper habuerit duos tresve gerulos pecuniarum, quas aliena in funera impenderet. Sustollitur necnon <sup>b</sup>Cimonis pietas in complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur cum non reliquissent, suo sumtu extulit, <sup>c</sup>ossaque Thesei insuper, magno studio conquisita, reportavit tandem Athenas. <sup>d</sup>Neque præterea ignorare fas est insigne pietatis officium, quod jubebat Attica Lex, si quando insepultum hominis ignoti cadaver forte occurrisset; terram <sup>e</sup>namque injicere saltem debebat viator in os defuncti, illudque ter manu plena, pro sepultura, cujus præstadae tunc non erat facultas. Deinde ita receptus hic mos et veluti necessarius, ut requiretur etiam a properante: quod nisi fecisset, videbatur esse execrabilis. Non <sup>f</sup>glebam vero jaciebant in mortuos, sed *χρῶν*, h. e. terram solutam: quod quidem officium dicebant *ἑπιθάλασσαν γῆν* seu *ἑπίον παλίνων*, veriti, forsan, gravem defuncto futuram, si solida atque compacta. Hæc de pietate Atheniensium in defunctos. De funebribus vero illorum ritibus illustriora quædam tantum seligam, veritus lectoris tædium atque suspicionem in re obscurissima. Quapropter duces sequar melioris notæ auctores, ne vacillet fides, improbeturve nostrum florilegium. Erit vero decumbentis exitus institutæ orationis exordium. Ut enim supremam sibi illuxisse diem intellexerat ægrotans, detracto sibi <sup>g</sup>annulo, cariori præbebat; quod fecisse Alexandrum memorat historici. Hinc postremis illis prolatis verbis, <sup>h</sup>‘Vive, ac Vale,’ animam exhalabat in complexu et osculo dilecti. <sup>i</sup>Os namque credebant januam esse animæ, quam fugientem apposito nitebantur excipere hiatu. Sic Antigone apud Eurip. in Phœniis. ‘O amantissime, quin et os tuum applicabo ori:’ cujus forsan exemplo et Anna apud Virgilium, <sup>k</sup>‘et extremus si quis super halitus errat, Ore legam:’ et <sup>l</sup>Livia apud Albinovanum, ‘Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas Lumina, et excipias hanc animam ore pio.’ Quapropter senilem animam in <sup>m</sup>primis labris haberi, vel in primo ore, parœmia erat Romæ consueta, nobisque vernacula illa, non infrequens, ‘Animam dentibus detinere,’ ne avolet, scilicet, a monogrammis atque deponantia. Hanc vero credulitatem Græciæ in nos derivavit. Nam et Aristoteles <sup>n</sup>literarum monumentis tradidit, vitæ protasim inspiratione, catastrophæ expiratione circumscribi. Verum Livie nostræ vota suggerunt nobis et aliud in morientem officium, quod Græci *καθαρίζει τοὺς ὀφθαλμοὺς*, Latini condere vel tegere oculos dixere. Is enim, <sup>o</sup>‘qui affinitate aut amore reliquos anteibat, palpebras deducebat incunctanter. <sup>p</sup>In supremum enim spectari oculos ab homine nefas existimabant. Quanti vero facerent, quod diximus, pietatis specimen, videre

## NOTÆ

- <sup>a</sup> In com. II. ad calcem.  
<sup>b</sup> Æmil. Prob.  
<sup>c</sup> Plutarch. in Vita.  
<sup>d</sup> Demosthenes advers. Macartat.  
<sup>e</sup> Ælian. l. v. Var. Hist. Phocilides.  
<sup>f</sup> Moschus. Sophocles. Acron.  
<sup>g</sup> Hor. Od. 28. l. i. Quint. Decl. 5.  
<sup>h</sup> Sophocl. Scholast. in Antig.  
<sup>i</sup> Eustat. Sophocl. l. c.  
<sup>j</sup> Ælian. l. c.  
<sup>k</sup> Sophocles l. c.  
<sup>l</sup> Diod. Sic. Val. Max. l. vii. in fin.  
<sup>m</sup> Servius v. Æn.  
<sup>n</sup> Aristænetus l. ii. Epist. 7. et 9. Plato carmin. in Agathon.  
<sup>o</sup> Virg. 1v. Æneid.  
<sup>p</sup> In Epicædio.  
<sup>q</sup> Seneca in Ep. 30. Senec. Tragœd. in Herc. Fur.  
<sup>r</sup> Lib. de Insp. et Resp.  
<sup>s</sup> Eurip. in Phœn.  
<sup>t</sup> Plin. l. xi. c. 37.

est passim apud claros auctores. Dum hæc aguntur seduli astantes elata voce proprioque nomine vita jam orbatum compellabant, atque confestim magno ejulata et lacrymis defuncti ruebant in amplexus. Nam, ut habet Alcinoüs, qui, parentibus mortuis, nullo dolore tangitur, caret animi motu. Aderant ex conducto mulieres corporis curatrices, quæ calentis adhuc mortui os componebant. Quanquam Crito decedenti Socrati officium præstiterit, exclusis a damnato mulieribus, ne lacrymis turbarent infractum animum. Hinc membra reliqua dirigebant, mox illum calida lavabant: solet namque plerumque (ut ille dicebat) vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere, propterea mortui calida lavabantur. Ugebant tandem, si liber atque ingenuus: servis namque interdicta erat unctura ex Solonis lege. Modum ille statuit et lacrymis, verum publicis magis quam privatis. Quin ipse Solon amisso filio fiebat. Et cum dixisset quidam, nihil eum proficere stendo, propter hoc ipsum flere se dixit. Et vero: Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati Flere vetet? ubi præsertim supra genua morerentis lotum unctamque collocabant, quem illa medio gremio excipiens, fovensque sinu tremanti frigida membra, splendidissime tandem suis manibus vestiebat. Fuera hæc a Romanis jure ac merito dicebatur, ad quam plenissimo jure funus universum, jactura, dolorque pertinebant: licet non ignorem Lege XII. Tab. cautam esse olim, ne cælo tacti supra genua tollerentur, aut justa consuetudo illis fierent, sacros rati, docente Græcia, dignoque divinis honoribus, qua de re superius. Linea erat vestis, qua operiebatur defunctus, atque subtilis, desuper vero alba: cujus in texturam delatis præcis, integros impendit annos plures casta Penelope, simulans reduci suo Ulyssi parare funereum aniculum. In castris vero Græcorum ad Trojam nemo successit Hippodamiae, et Diomedæe, quam perditæ Patroclus, dum vixit, amabat: hæc namque, ut habet Dictys Cretensis, funus ornatur decore omni præciosæ vestis. Nec dubito quin Atheniensibus, procedente tempore, laxatisque moribus, sumptuosæ fuerint in usu. Observo namque oblatam Socrati extremo vitæ in agone nitidam vestem et pallium ab Apollodoro; lotum vero Philoclem, Atheniensium prætorem, splendidaque indutum chlamyde, impavidum victoris Lysantri capitale subisse judicium. Certum illud est sedmisse mortuos corona ex oleastro et vitis; ex selino præterea, seu apio, quod Dares tradidit in lib. de certaminibus, referente Suida; nonnunquam floribus tempestivis, pallida inter folia, ut puto, insertis. Corona vero imponi mortuo consuevit a maxime necessariis, deque Pericle refert Plutarchus, quod, quamvis tenderet ille gravitatem tucri, et retinere animi celsitudi-

## NOTE

\* Eurip. in Hecuba, in Phœniss. Hom. Odys. K. Iliad A. Plato in Socr.

<sup>b</sup> Servius iv. Æn. Propert. iv. Eleg. 6.

<sup>c</sup> De Doct. Plat. c. 12.

<sup>d</sup> Eurip. in Hipp. in Medea. Pet. Vict. l. iv. Var. lect. c. 20.

\* Eurip. in Hecuba, in Phœniss. Hom. Il. ix. Odys. xxiv. Socrat. apud Plat. in Phæd. Plut. in vita Sol. Cic. i. de Leg.

<sup>f</sup> Stobæus ser. 276.

<sup>g</sup> Ovid. de Remed. Amor.

<sup>h</sup> Lucian. de Luctu. Herod. musa 5.

<sup>i</sup> Plin. l. xi. c. 45. Servius in Ecl. 6.

<sup>k</sup> Artemid. l. ii. c. 8.

<sup>l</sup> Hom. Il. X. Plat. xxi. de Leg. Artemid. l. ii. c. 8. et lib. iv. c. 8.

<sup>m</sup> Hom. Odys. B.

<sup>n</sup> Lib. iii.

<sup>o</sup> Ælian. Var. Hist. cap. 16. Diog. Laërt. in Vita.

<sup>p</sup> Plat. in Lysan.

<sup>q</sup> Eurip. in Phœniss. in Herc. Furent. Chion. in Epist. ad Plat. Artemid. l. iv. c. 49.

<sup>r</sup> Lucian. de Luctu.

mem, fractus tamen laxavit dolori habenas tunc, cum coronam ingereret filio Paralo extincto. Naulum <sup>a</sup>postremo defuncti in os imposuisse, quod *Δαυδάς* patria voce dicebant, et *καταδάσσειν*, licet consuevisse Atticos affirmet <sup>b</sup>Aristophanis expositor binos obolos in ora mortuorum ingerere. Curatus sic defunctus pro arbitrio iatus collocabatur, indultu legis a Solone lata, qua tamen cavebatur, ut ante lucem efferretur postridie collocationis. Obsoleverat illa jam tempore Demetrii Phalerei, nec recentata forsan evicit, quominus Romano more per septem <sup>c</sup>integros dies domi custodiretur, <sup>d</sup>acerraque vario thymiamate redolens illius ad pedes institueretur. Quandoquidem <sup>e</sup>leniebatur lugentium dolor diuturna extincti præsentia, sensinique assuescebat animus perditæ amantium supremo discessui. Hinc factum ut Græci ad Trojam nonnisi exacta decima-septima die rogo dederint Achillem cadaver. Villissima credo servitia præstitisse pollinctores, quos Græci <sup>f</sup>*καταρυσθρας* et *καταδάσσειν* nuncupabant, hos vero adeo abominabantur, ut domicilio urbis illos arcerent. <sup>g</sup>Demades certe Athenis eum qui necessaria funeribus venditabat damnavit, cum probasset magnum lucrum optasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Funestæ interim domus cernebantur indicia, <sup>h</sup>cupressus, vas <sup>i</sup>figlinum ventrosus extra portam, aqua lustrali plenum, quod <sup>k</sup>*ἀφάριστος* Græcorum vulgo, Aristophani vero <sup>l</sup>*δωρῶν*: aqua vero ex alia domo erat allata, <sup>m</sup>Coma insuper defuncti appensa primo in limine portæ, ne quis imprudens pollueretur domum ingrediens. Verisimile prorsus est Græcæ matronas, depositis tunc delicatioribus vestibus, <sup>n</sup>atratis luxisse, nonnunquam et albis <sup>o</sup>amicis, super vero quadris, Græco more, mundo tamen muliebri universo despecto, cunctoque penitus neglecto ornatu. Vestis vero genus <sup>p</sup>*ἡδύριον* dicebatur, ex decreto Solonis. Sedebant illæ aqualidæ, <sup>q</sup>merentesque coronabant thorum, cui assidebat <sup>r</sup>capularis custos, is, eave nempe, quæ defuncto proxima: cari insuper circumstabant <sup>s</sup>occi, et ancillæ non otiosæ, quæ lugentibus <sup>t</sup>commodabant lacrymas, stantesque deformabant <sup>u</sup>corpus pulchrum <sup>v</sup>manibus pectus frequenter percutientes, de quo ritu mox uberius. Extonquebat <sup>w</sup>sævus interea dolor a signiori sexu præcocem capillorum divulsionem. <sup>x</sup>Hi namque, ex condicto, nonnisi ad pyram tumulumve deponebantur. Vetus quin etiam mos erat in luctu <sup>y</sup>supercilia nudari, singulaque præstare quæ tædium vitæ animique angorem testarentur. Vix credam cibum, illumque vilem, gustasse, neque inverisimile est, atros tunc <sup>z</sup>calices mensis appositos, quod Romæ erat consuetum, et ex Pollentina terra conficiebantur. Horum unus visitur adhuc integer in nostro Museo.

## NOTE

- <sup>a</sup> Suidas.  
<sup>b</sup> In Ransis.  
<sup>c</sup> Servius in v. *Æneid*.  
<sup>d</sup> Festus.  
<sup>e</sup> *Odyss.* xxiv.  
<sup>f</sup> P. Vict. lib. ii. Var. Lect. c. 7. Lil.  
 Gyrald.  
<sup>g</sup> Senec. lib. vi. de Benef.  
<sup>h</sup> Asclepiades.  
<sup>i</sup> Pollux lib. viii. Suidas.  
<sup>k</sup> Eurip. in *Alcest.* in Suppl.  
<sup>l</sup> Eurip. in *Iphig.* in *Aulid.* Moschus  
 in *Epitaph.* Bion. *Artemid.* l. iii. c. 3.  
 Theoc. in *Epitaph.* Adon.  
<sup>m</sup> Pl. xii. de *Leg.* *Artemid.* l. ii. c. 3.  
 Astrampychus.  
<sup>n</sup> Petr. *Arbiter* in *Ephes.*  
<sup>o</sup> Hom. II. xxviii.  
<sup>p</sup> P. *Arbiter* l. c.  
<sup>q</sup> *Calab.* l. iii.  
<sup>r</sup> Hom. l. xi. 19.  
<sup>s</sup> Sophoc. in *Ajac.*  
<sup>t</sup> *Artem.* l. i. c. 27.  
<sup>u</sup> *Martial.* l. xiv. *Epigr.* 167. *Ear.* in  
*Troad.*

Ut vero septimus instabat dies, collocabatur a necessariis. <sup>a</sup> Beatulus alto *Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,* et, quod non sine mysterio, *In portam rigidos calces extendit.* Ita enim <sup>b</sup>componuntur mortui ad significandum nunquam deinde ad domum reversuros: sat bene ille, sed elegantius noster. Nam ritu naturæ <sup>c</sup>capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Et vero collocationes <sup>d</sup>dicircō fiebant, ut cereretur mortuus, ecqua ei vis allata. Indulgebat tamen lex Attica, ut mortuus collocaretur in <sup>e</sup>ædibus ad libitum. Funera frequentissime nihilominus ponebantur in vestibulo, pedibus ad januam versis: qui mos et nostris hodie familiaris. Utinam abstinuissent a ridicula vanitate abigendi <sup>f</sup>smuscas, officiosæ Thetidis seducti forsā exemplo. Meminit præterea <sup>g</sup>Socrates apud Platonem antiquæ legis Atticæ circa Inferias servatæ, ut non prius efferretur cadaver, quam hostias jugulassent, in defuncti, ut reor, expiationem. Et quoniam de legibus incidit sermo, haud differam Hippie Tyranni sanctionem producere, qua jubebat, referente <sup>h</sup>Aristotele, ut sacerdoti Minervæ, quæ est in arce, in singulos mortuos duos hordei sextarios, totidem frumenti, itemque obolum penderent. His explebatur domesticus luctus, primaque funeris pars, cui succedebat incunctanter et altera. Antelucanis horis, ex <sup>i</sup>Solonis lege, seu Demetrii Phaderei, quod placuit Tullio, præsertim si morte immatura quis fuisset peremptus <sup>m</sup>(<sup>n</sup>ἩΜΕΡΑΣ ἈΠΗΛΑΓΗΝ, *'diei raptam,'* scilicet, appellabant, tanquam non exspirasset, sed amoris desiderio raptus esset, vel quasi intolerandum esset solem hujusmodi malum intueri, dicunt illos diem rapuisse,) efferebatur defunctus, longo ordine præcedentibus <sup>o</sup>facibus, quarum fulgore discutiebantur tenebræ: quanquam <sup>p</sup>hæstia in funere vi peremptorum præferebatur. Comitabantur raucisonæ <sup>q</sup>rtubæ, præsertim si vir <sup>r</sup>militaris, deque Republica optime meritus, et <sup>s</sup>publico sumtu, quod erat in more, sepeliretur, hisque convocabatur populus. Succedebant <sup>t</sup>τυμβαῖλαι, hoc est, siticines inflantes funebres tibias, quas <sup>u</sup>γγυλλας Græci mutuata voce a Phœnicibus <sup>v</sup>dixere, lamentabilem sonum Lydio <sup>w</sup>modo exprimentes, incitamentum profecto mercede conductarum mulierum ad mortuum defendum, quæ <sup>x</sup>σοφισταί θρήνων Græcis, puta <sup>y</sup>simulatrix plactus, et Principes, non doloris; Romanis, <sup>z</sup>Præfices. Harum <sup>aa</sup>Coryphæa <sup>bb</sup>ἱελεμιστρια a cantionis genere, quod <sup>cc</sup>ἱελεμον vel ἱάλεμον Græci dixerent,

## NOTE

<sup>a</sup> Pers. Satir. III. Hom. II. H.

<sup>b</sup> Schol. Hom. in Iliad.

<sup>c</sup> Plin. l. VII. c. 8.

<sup>d</sup> Jul. Pollux l. VIII.

<sup>e</sup> Demosth. in Macartatum.

<sup>f</sup> Hesychius.

<sup>g</sup> Iliad. VIII.

<sup>h</sup> In Minoë.

<sup>i</sup> Econom.

<sup>k</sup> Demosth. in Orat.

<sup>l</sup> II. de Leg.

<sup>m</sup> Eustath. Odys. E.

<sup>n</sup> Plut. an seni R. P. Meleager.

<sup>o</sup> J. Pollux l. VIII. c. 7.

<sup>p</sup> Hyginus c. 174. Scholiast. Theocr.

<sup>q</sup> Tertul. de Coron. Militum.

<sup>r</sup> Thucyd. l. II. Diog. Laërt. l. IX. in Democr.

<sup>s</sup> Gal. lib. IX. de Sympt. cau.

<sup>t</sup> Hesychius.

<sup>u</sup> Athenæ. 4. Deipnosoph. Eustath. in Hom. II. X.

<sup>v</sup> Aristoxen. in 1. Musicæ, ex Plutar.

<sup>w</sup> Lucian. de Luctu. Plato in Minoë.

<sup>x</sup> Servius IX. Æneid.

<sup>y</sup> Festus. Lucilius Satir. XXXI. Plaut. in Fivolaria, in Truculento. Nævius in freto.

<sup>z</sup> Hesychius. Suidas.

<sup>aa</sup> Apollon. L. Suidas in T.



Latini <sup>a</sup>*Lessum*, *Lausum*, atque <sup>b</sup>*Mortualia*, <sup>c</sup>*Nenia* interim ambigente, <sup>d</sup>Ciceronis indicio, vel iis nolentibus, qui Græcos in Græculos deformant. Jungebantur mercenariis <sup>e</sup>consanguineis defuncti virgines, atque matronæ, <sup>f</sup>passis crinibus, <sup>g</sup>pulvere ac cinere conspersis, <sup>h</sup>nudato vultu, et <sup>i</sup>pectore <sup>k</sup>tundentes ubera, <sup>l</sup>aniantes faciem, <sup>m</sup>ululantes singulis magis, quam ejulantes. Sed præstat funebris ritus, adhuc in Græcia supersit, auritum oculatumque inducere <sup>n</sup>testem. Durat etiam in hunc diem mortuos desendi apud Christianos consuetudo, ab antiqua illa lugubri Ethnicorum ejulatione originem ducens. Erat autem hic olim Ethnicorum mos, ut defunctos multos dies deserent: quem morem a majoribus suis acceptum Græcia retinet. Ubique etenim quadam consuetudine promiscua, cum quispiam a familia, sive maritus, sive affinis, quem illi debeant de more lugere, moritur, detecto capite et facie, in publicum prodeuntes mulieres urbem circumlustrant capillis passis, sinuque denudato, ingentes ejulatus et ululatus emittentes. Comas quoque, et genas lacerantes, et extensis manibus, cum dextra, tum sinistra, supra mammas percutiunt. Dextra autem manu partem sinistram, sinistra vero dextram unguibus dilaniant. Comam quoque eodem modo, ita ut dextra manus sinistram latus, sinistra dextrum trahendo dilaceret. Et nunc genas per vices scarificando, nunc pectus percutiendo, nunc crines trahendo, luctum peragunt, Qui quidem lugendi mos mulieribus tantam, cujuscumque generis sint, concessus est: nam viri funus non lugent. Quam rem ego non auditione, aut aliorum historia percepi, sed sæpius nuper in multis Græciæ locis sum intuitus. Primum quidem Corcyræ; siquidem Martio mense 1547. cum per horam mane ante lucem jam per multos dies strepitum atque multorum ejulatus audissem, quos initio canum inclusorum latratus esse credebam, tandemque, quo id cognoscerem, surrexissem, mulierumque ejulantium conventum vidissem, magna certe sum admiratione captus. Ut autem hæc ejulatio melius peragatur, conventum plancturis indicere solent, locumque idoneum quærunt, ubi defuncti mortem bis quotidie lugant. Quæ vero ex his mulieribus vocis bonitate reliquas superat, et quæ altius cantat, sola cantum incipit, vocoque ab aliis diuina defuncti laudes cognatis et affinibus recenset. Quod si mulier ex parentibus desit, quæ ista præset, aliam mercede conducunt. Nam multas in urbibus Græciæ mulieres reperiuntur, quæ nulla alia ex re quæstum facere solent, quam ut mortuos defleant. Ita enim ad recensendas defunctorum laudes factæ sunt, ut vel nolentes ad ejulatum provocent; mulierum autem illa, quæ melius eas recensere norit, majori præmio conducitur. Reliquæ autem mulieres astantes attente, quicquid canitur audientes, simul aspirata miscentes, eadem cum illa voce funebrem canunt cantionem. Ea autem, quæ plures unguum scarificatus in faciem infixit, et genas acris dilaniari, præmium majus referre solet. Magnam vero laudem virgines ex hac faciei dilaceratione consequuntur. Quamvis autem, ubi aliquis apud eos vita func-

## NOTÆ

- <sup>a</sup> Plaut. in Truculento.  
<sup>b</sup> Agel. l. xviii. c. 7. Cato. Plant. in Asia.  
<sup>c</sup> Turneb. in Animadv. Vide Jul. Pol-  
luc.  
<sup>d</sup> II. de Legib.  
<sup>e</sup> Lysius in defensione. Terent. in And.  
<sup>f</sup> Lucianus. Lycophron. Petronius in  
Ephesina.

- ¶ II. xviii. xxiv. Eurip. in Electra.  
<sup>h</sup> Plut. in Prob. Eustath.  
<sup>i</sup> Lucianus.  
<sup>k</sup> Arthem. l. i. c. 43. Servius.  
<sup>l</sup> Plut. in Solone.  
<sup>m</sup> Lucian. de Luctu.  
<sup>n</sup> P. Bellonius l. ii. de Medicato fu-  
nere c. 14.

tus est, vicinæ mulieres turmatim accedant, et ita, ut supra dicti, detectæ funus humandum cantantes comitentur; non tamen ita sese verberant, unguibusque genas lacerant, sed illas formam ac pulchritudinem in funere ostentare juvat. Nænarum vestigia supersunt adhuc in magna Græcia, minime obliterata mortuorum deflendi ad rhythmum consuetudine. Harum unam Calabris rusticis adhuc familiarem reconest eruditissimus atque elegantissimus A. Santorellus in sua Postpraxi, seu de Curando Defuncto. Et Lilius Gyraldus, superioris sæculi docus, testatur muliebrem illum ejulandi morem, et comas genasque lacerandi, sua ætate perseverasse in Sabinis, et toto fere Latio, et supra Latium. Succulentam observa Næmiam nostram apud Lucretium. <sup>b</sup> At jam non domus accipiet te læta, neque uxor Optima: nec dulces occurrent oscula nati Præripere, et tacita pectas dulcedine tangent. Non poteris factis florentibus esse, tuisque Præsidium, misero misero (siant) omnia ademit Una dies infesta tibi tot præmia vitæ. Ad rem vetuit quidem Solon diram illam genarum lanienam, necnon *εσπορυσίαν*, Baltha Cretense monitore, ut est apud Plutarchum, haud vero sustulit, quod neque obtinere Veneti, referente eodem Bellonio, <sup>a</sup> a Græcis, quibus dominantur. Namque, ut hoc obiter dicam, credula antiquitas sibi persuaserat, umbras sanguine et lacte satiari; unde, inquit Servius, fœminæ, quæ mortuos prosequuntur, ubera tundunt, ut lac exprimant, cuncti autem se lacerant, ut sanguinem effundant. Cum vero maxima omniaque ordinis conflueret fœminarum frequentia ad funestam domum; cautum lego est, ne quæ mulier ad funus accederet, nisi consanguinea, atque sexagenaria. Sublata namque erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minuereetur. Habet enim luctus concursus hominum: quocirca <sup>g</sup> Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum: quæ sanctio <sup>h</sup> Aristotelis ætate in usu erat: 'In funere quoque cognatos potissimum prodire oportere arbitrantur.' Nondum liquet, an præter cognatos, et necessarios, qui primi in ordine atrati, capiteque velato, mulierum cœtum anteabant, amici quoque, et totus adesset familia ejus, qui unquam fuerat, populus, præter ludios, mimos, archimimos, saltatores, servos præterea manumissos ex testamento, libertos, latrones lectorum, munerum, coronarum, tropæorum, cerearum imaginum, lictores insuper, Senatus ministros, quod <sup>k</sup> Romani erat moris. Illud tamen certum, Atheniensem magistratum honestasse nonnunquam præstantium civium funera, necnon intempestive officiosum persolvisse quandoque justitium. Et Solon apud I. Tætsem, ut audivit, quod 'Civitas vero deducebat universa funus juvenis,' captus amici Thaletis artibus, elatum filium confestim credidit. Non dubite tamen humeros subjecisse feretro amicos, atque necessarios, quod tamen erat duorum generum apud fortunatos homines, lectus, et lectica: et notat <sup>l</sup> Plutarchus, quod Timoleontis lectum delecti a populo juvenes portaverunt. Lectica vero, aut <sup>m</sup> Hexaphoros, aut Octophoros nuncupabatur, a numero bajulorum. Procedebat funebria pompa per compita civitatis, donec in foro consisteret, ubi præsentis defuncti

## NOTE

<sup>a</sup> De Curand. Defunct.

<sup>b</sup> Lib. III.

<sup>c</sup> Cic. II. de Leg. Plut. in Solone.

<sup>d</sup> In vit. Sol.

<sup>e</sup> Loc. cit.

<sup>f</sup> Solon refer. Demosth. in Or.

<sup>g</sup> Cic. II. de leg.

<sup>h</sup> Arist. IX. eth. c. II.

<sup>i</sup> Eustath.

<sup>k</sup> Dionys. Halicarn. Tacitus.

<sup>l</sup> Plut. in Vita.

<sup>m</sup> Hom. XVIII. Il. Odys. XXIV.

laudes celebrabantur: qui mos, ut testatum fecit <sup>a</sup>Anaximenes Orator, a Solone fuit olim institutus, temporisque decursu, forsam, obliteratus, revixit tandem integer, eo praesertim tempore, quo <sup>b</sup>Barbaros, Graeciam invadentes, profligarunt ad Thermopylas. Ad umbilicum jam deducta laudatione commovebatur finis, pergebatque ad locum sepulturae, quae tamen, neque unius modi, neque unius loci semper fuit, sed varia pro hominum instituto atque religione. <sup>c</sup>Principio suos referebant mortuos proprias ad aedes, ibique illos tumulabant: hos Lares dicebant, et domus Tutelaria Numina. Temporis vero processu, vetantibus legibus, nefas fuit intra Urbem hominem sepelire, qua de re exactius posthac. Duo vero extitisse sepulturae genera apud Athenienses, nemo est qui ambigat. At mihi quidem antiquissimum sepulturae genus id fuisse videtur, inquit Tullius, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terrae corpus, et ita locatum, ac situm, quasi operimento matris obducitur. <sup>d</sup>Nam et Athenis jam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permansit, corpus terra humandi, quam cum proximi fecerant, obductaque terra erat, frugibus obrebat, ut sinus, et gremium, quasi matris, mortuis tribueretur; solum autem frugibus expletum, ut vivis redderetur. Humationis tamen jura non immerito turbat combustio, suaeque exordia ad <sup>e</sup>Herculis referet statem: qui Archeum Lycymni filium orbo parenti cinerum restituit, ut declinaret perjurium. Observo tamen ad Socratis usque tempora utrumque sepulturae modum fuisse in usu, quod ex morientis verbis in <sup>f</sup>Phaedone apposite assequeris. Licet vero religione se teneri responderint Athenienses S. <sup>g</sup>Sulpicio, ne Marcelli cadaver intra urbem sepelirent; movent me tamen melleris nota <sup>h</sup>Auctores motem fuisse Graeci, vel in civitatis mediotulio, ipsoque foro, claros viros sepelire: <sup>i</sup>Theseum nobis obtrahit Plutarchus, cujus ossa a Cimone in sua triremi deportata, ovantes Athenienses eximia celebritate et sacrificiis, sicut redocem ipsum ad urbem exceperunt, ac media conditus est urbe prope gymnasium, quod nunc est: quanquam non diffiteor, frequentissimam fuisse sepulturam in Ceramico. <sup>k</sup>Duo vero Athenis numerabantur Ceramici, unus in civitate, alter extra civitatem, ubi sepeliebant eos, qui in bello cecidissent, inibique funebres orationes habebantur, in altero etenim scorta praestabant: mirum ne superior, et bustuaris aluerit mœchas ‘Spurcas et monumenta lupas.’ Illud tamen animadvertas velim ex <sup>l</sup>Pausania, non omnes in Ceramico tumulatos, sed plurimam illustrium virorum partem juxta publicas vias sepulcra habuisse: primumque ei, quae ex Pyraeo ducit ad Urbem, adjuncta fuisse, Menandri, Diopithis filii, et Euripidis: in Curia praeterea ipsis extra urbem, et in viis passim Deorum templa, heroum, et hominum fuisse sepulcra, inter quae primum obtinet jure locum Thrasymbuli Lyci filii, Periclis insuper, Chabris, Phormionis, Cononis deinde, et Timothel. Atqui tumulus <sup>m</sup>Aristidis extat in Portu Phaleri, quem ei, cum ne sumtum quidem funeris reliquisset, publice ferunt factum. Erat etiam suum omni-

## NOTÆ

- <sup>a</sup> Apud Plut. in Vita Solonis.  
<sup>b</sup> Plato in Minoë. Servius v. Æn.  
<sup>c</sup> Plat. l. c.  
<sup>d</sup> Cic. ii. de Leg.  
<sup>e</sup> Andron. Hist. Eustath. II. A.  
<sup>f</sup> Plato in Phæd.  
<sup>g</sup> C. Serv. Sulp. in Epist. ad Cic.  
<sup>h</sup> Paul. in Attic. Diog. Laërt. in vita Xenoph. l. vii. Thucyd. l. v. Arnob. l.

- vi. adv. G.  
<sup>i</sup> In Vita.  
<sup>k</sup> Suidas in K. Demosthenes. Philoet. l. i. de Vita Sophist. Clem. Alex. Stromath. V. Schol. Aristoph. in Equit.  
<sup>l</sup> Martial. lib. i. Epigram.  
<sup>m</sup> In Atticis.  
<sup>n</sup> Plut. in Vita.

bus, qui aut navalibus, aut terrestribus praeliis pro patria mortem oppetierant, monumentum, illis exceptis, qui ad Marathonem ceciderunt, perire ubi locorum Persarum circiter sex millia trecenta ex <sup>a</sup>Herodoto, Atheniensium vero centum nonaginta duo. His vero, eodem, quo occubuerant, loco sepulcra ad virtutis memoriam erecta; alios omnes in via, quae ad Academiam ducit, tradunt fuisse sepultos. In magnis vero cladibus, ne quid de pietate, suetave gratitudine minueret Atheniensis R. P. sic prospiciebat gregariis militibus: promiscuo saltem collectorum ossium funere, facto triduo ante exequiarum diem <sup>b</sup>tabernaculo, mortuorum ossa proponebantur, et snorum quisque reliquias, si quid libuisset, imponebat. Cum efferebatur, singularum tribum singulas arcas, suae cujusque tribus ossa continentis, vehiculo deportabant. Unus praeterea totus inanis, constratus simul deferebatur, eorum, quorum ossa non extarent, vel inter caesorum corpora reperti non fuissent. Educebant vero funus voluntarii quique promiscuo, vel cives, vel hospites, cum interea foeminae aliquae, defunctis necessitudine conjunctae, lacrymantes deferent. Ossa sepulcro publico composita inferbantur, quod Athenis juxta Callisti monumentum fuerat in suburbanis. Haec de publico sepulcro. Haud tamen inverisimile est domesticis in fundis, extremisque proprii agri in finibus, posita fuisse privatorum hypogaea. Propria insuper sepulcra fuisse <sup>c</sup>familiis quibusque controversere minime fas est. Quapropter Marcellinus cognationem Thucydidis cum Cimone probat hoc argumento, <sup>d</sup>probroque dabatur privari majorum sepulcro. Nam <sup>e</sup>Athenis scelestorum corporum projectio, mortuorumque effossio, ne jugulorum quidem filiorum filii aspicere fas erat. Extat decretum Atheniensium apud <sup>f</sup>Plutarchum in perduellionis reos, Archeptolemum et Antiphontem: praeter vero injustas illis infamiae notas, accessit et quod sequitur: 'Nec liceat Archeptolemum et Antiphontem Athenis humare, neque in finibus, qui juris sint Atheniensis.' Par futura erat <sup>g</sup>Hyperidis Oratoris sors, ni Alphenus ejus consobrinus permissum sibi corpus a Philopite Medico cremasset, et ossa Athenas deportasset ad necessarios, contra Atheniensium et Macedonum decreta: non modo enim pulsus in exilium fuisse, verum etiam, ne in suo sepeliretur interdictum. Praestitere necnon simile officium Themistoclis <sup>h</sup>amici, verum clam fuere illius ossa sepulta, quum legibus non concederetur, quod proditiōnis esset damnatus: jussumque inimicis <sup>i</sup>Phocionis est, ut illius corpus extra fines projiceretur, ac ne quis Atheniensis rogum funeri incenderet. <sup>k</sup>Hinc factum ut, conspirante in illius odium multitudine, nemo liber ausus sit Phocionem sepelire, itaque a servis sepultus est. Enorme prorsus fuisse, quod contigit quandoque apud trecentos delectos ex primoribus iudices <sup>l</sup>Myrone postulante Phylensi damnati, et in exilium qui supererant, acti sunt, defunctorum cadavera effossa, trans fines projecere. Tyrannis siquidem Athenienses cives adeo fuere odio, ut quando illorum obtinerent bona, nedum aedes demolirentur diruerentque, sed et sepulcra effoderent, referente <sup>m</sup>Isocrate. <sup>n</sup>Inimico homini illuc

## NOTE

<sup>a</sup> Lib. vi.

<sup>b</sup> Thucydides.

<sup>c</sup> Demost. in Macartatum.

<sup>d</sup> Diacanthus.

<sup>e</sup> Plut. de Ser. Num. Vindicta.

<sup>f</sup> In Vit. Or. x.

<sup>g</sup> Plut. lib. cit.

<sup>h</sup> Emil. Prob. in Vita.

<sup>i</sup> Plut. in vita.

<sup>k</sup> Emil. Prob.

<sup>l</sup> Plut. in Solon.

<sup>m</sup> Isoc. de Jugo.

<sup>n</sup> Soph. in Ajace. Isseus.

accedere, ne quidem licebat, <sup>a</sup>neque cuivis, nisi dum iret ad exequias. Singulare tibi occurret, quod de Thesei sepulcro narrat <sup>b</sup>Plutarchus; est enim id perfugium inviolabile servis, et omnibus demissionibus, timentibusque potentiores, quod tutellaris Theseus atque auxiliarius fuisset, et benigne accepisset abjectorum preces. Horum tamen violavit jura Philippus <sup>c</sup>Macedo, tanquam expeditionem, non in viventes Athenienses, verum in vita functos, illorumque sepulcra suscepisset. Promptior tumulandi <sup>d</sup>mos erat aggesta humo, sumtuosior in arca, præcipue si marmorea, quorum una apud nos extat: omnium sumtuosissimus in camerata ædificata, cujus in medio locabatur et arca. <sup>e</sup>Nostræ vero titulus est:

ΑΧΙΛΛΕΥΣ ΕΠΑΦΡΑ ΤΗ  
 ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ ΓΕΜΙΝΙΑ  
 ΜΥΡΤΑΛΗ ΜΝΗΜΗΣ  
 ΤΕΛΕΤΤΑΙΑΣ ΧΑΡΙΝ  
 ΤΗΝ ΔΟΡΟΝ ΕΦ' Ω ΜΗΔΕ  
 ΝΑ ΜΗΤΕ ΠΟΛΗΣΑΙ  
 ΜΗΤΕ ΘΕΙΝΑΙ ΕΞΟΥΣΙΑΝ  
 ΕΧΕΙΝ ΠΛΗΝ ΕΙ ΜΗ ΤΙ  
 ΑΥΤΟΣ Ο ΑΧΙΛΛΕΥΣ  
 ΠΑΘΟΙΗ ΑΝΘΡΩΠΙ  
 ΝΟΝ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ  
 ΕΚΒΑΛΗ ΤΗΝ ΜΥΡ  
 ΤΑΛΗΝ ΔΩΣΕΙ  
 ΤΩ ΦΙΣΚΩ  
 .CC. Β Φ

ACHILLES. EPAPHRA.  
 PROPRIÆ. CONJUGI GEMINÆ.  
 MYRTALÆ. MEMORIÆ.  
 SUPREMÆ. GRATIA.  
 MONUMENTUM. IN. QUO. NEMO.  
 NEQUE. VENDENDI.  
 NEQUE. MORTUUM. COLLOCANDI. POTESTATEM.  
 HABEAT. NISI. QUID.  
 IPSE. ACHILLES.  
 PATIATUR. HUMANUM.  
 SI. QUIS. VERO.  
 EJECERIT. MYR.  
 TALEM. DABIT.  
 FISCO.  
 .CC. CLO CLO LC.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Plutar. in Sol.  
<sup>b</sup> Plut. in Vita.  
<sup>c</sup> Livius.

<sup>d</sup> Cic. 11. de Leg.  
<sup>e</sup> Petr. Arbitr. in Eph.

• Mos vero Atheniensibus erat mortuos condere obversos ad occidentem, cum spectantes orientem Megarenses suos conderent, quicquid per memoria lapsam dicat Diogenes Laërtius: ni tamen Megarenses<sup>b</sup> Heream admicris reclamantem, Megarenses quoque cadavera in occasum versa collocasse. Neque te ignorare par est, singulos<sup>c</sup> oculos habuisse Athenienses, secus quam Megarenses: hi namque terni aut quaterni unico in loculo condebantur. Non sum nescius, huic consuetudini derogatum quandoque fuisse. <sup>d</sup>Ferunt enim, quod Syrianus Procli præceptor, vivens ab ipso petierat, ut secum sepeliretur, ideoque duplices monumenti loculos faciendos curaverat. Cum vero post illius obitum vir sanctissimus aliquando ambigeret, numquid præter decori rationem hoc futurum esset, solutum corpore in somnis sibi hac solum de causa minitantem sensit. <sup>e</sup>Condebantur nonnunquam simul et arma, cujus rei illustre testimonium præbet nobis Plutarchus in vita Thesei, inquis; Reperti sunt magni corporis loculi, adjunctaque cuspidè hastæ aenea cum ense. Cimon vero sepultus fuit ante Urbem trans viam, quæ vocatur Diacæle, et e regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympicas victorias reportarunt. At combustio operosior expetebat apparatus. Abstinebo volens a dispendioso funere, quod univ ersus pæne orbis Hephæstioni, Alexandri amico, paravit, ita ut nullam posteris æmulandi facultatem reliquerit. Sat mihi in præsentem est Lectorum admonere, quod ingens componebatur<sup>f</sup> odoratorum, pinguiumque lignorum strues, quæ ~~super~~ Atticis, rogi Romanis dicebatur. <sup>g</sup>Quadrata erat pyra, et æquilatera; centum vero pedibus longam quoquo versus dimensi sunt <sup>h</sup>Achilleam Myrmidones ad Trojam. Par est credere, sublimem erectam magnatibus, humilem plebeiis, nulloque ornatu decoram. Nam in tantum excreverat sumtus in funere, ut modum imponere necesse fuerit, legeque cavere Athenis, ne levigatis lignis in pyra quis uteretur. Quo e fonte, ut cuncta fere, vel <sup>i</sup>Tullii ipsius testimonio, in sua derivarunt Decemviri, necnon et illud, Rogum ascia ne polito, ne quid dicam de annulis, longis coronis, tibicinum numero, reliquisque funebribus sublatis ab eodem legislatore: quorum tamen vestigia vix observantur in fragmentis duodecim tabularum, temporum forsân injuria, vel hominum dolenda incuria. Ut igitur ventum erat ad Ustrinæ locum, consistebat funebri pompa, factique propius cari operiebant defunctum <sup>k</sup>comis quas sibi in doloris signum <sup>l</sup>evellebant, aut <sup>m</sup>tondebant: præterea <sup>n</sup>oleaginis ramusculis, quanquam <sup>o</sup>nefas erat Athenis oleas convertere ad profanos usus. Non controversor, habitas et nonnunquam fuisse ibi locorum funebres orationes, præsertim in militum sepultura, quod me monet <sup>p</sup>Thucydides. At neque dubito veris tunc lacrymis, postremisque amplexibus vita functum prosequi et alloqui consuevisse, ut si <sup>q</sup>quis sensus post mortem superstes, vividi saltem amoris deliniretur

## NOTE

<sup>a</sup> Plut. in Solone. Eustath. II. T. <sup>b</sup> *Ælian.* l. VII. c. 19. et l. v. c. 14.

<sup>c</sup> In Solone.

<sup>d</sup> Hereas apud Plut. in Solon.

<sup>e</sup> Narrator in illius Vita ex vers. L. Hostenii.

<sup>f</sup> Herod. l. XVI.

<sup>g</sup> *Ælian.* de Var.

<sup>h</sup> Herodianus.

<sup>i</sup> Hom. lib. XVIIII.

<sup>j</sup> Cic. II. de Leg.

<sup>k</sup> II. Sophoc. in Ajace, et Oreste. M. Tyrius Orat. VIII. D. Halicarn. lib. XI.

<sup>l</sup> Petr. in Eph. Hom. II. XVIIII. Calab. l. XIII. Apol. Argonaut. A.

<sup>m</sup> Hom. loc. cit. Calab. l. cit. Hom. Odyss. Δ. Plutarch. in Rom. Eurip. in Suppl.

<sup>n</sup> Artem. Oniroc.

<sup>o</sup> Demosth. ex Ant. Claro.

<sup>p</sup> In Historia.

<sup>q</sup> Isocrates in *Ægenetico*. Aristid. in

officiis. Suprema tandem collocabatur in pyra defunctas a cognatis ferali cum lectulo et ornamentis; nondum tamen liquet, num clausosjacenti reserarent oculos, quod <sup>b</sup>Romani consuevero, an resignantem oculos Mercuriam expectarent. Hinc adipe operiebatur animalium, quae mactata, mox rogo imponebantur cremanda, simul et nonnunquam cum <sup>c</sup>jugulatis hostibus, servis, equis, canibus, avibus, non absque pretiosis vestibus, melle, vino, auro, succino, unguentis, inimicorum <sup>d</sup>armis, et propriis, necnon amicorum postremis copiosisque muneribus: ita ut <sup>e</sup>Soloni necesse fuerit inanem compeacere luxum, et lege interdiceret, ne plus quam unicus bos immolaretur, isque forma simulatus, neve plures quam tres vestes rogo injicerentur. Ridelam vero superstitionem ditem cremandi suppellectilem hinc defluxisse existimo. Nam <sup>f</sup>cum Periasder apud Thesprotos, qui sunt ad flumen Acherontem, nuntios misisset, Melissa (uxor) apparens negavit se indicaturam, aut dicturam, ubinam depositum esset collocatum, quoniam ipsa algeret, quia nuda erat. Nihil enim sibi prodesset vestes, cum quibus sepulta fuisset, utpote non crematas. Itaque Corinthias mulieres omnes ad Junonis templum convenientes exiit, atque eas vestes ad <sup>g</sup>seveam comportatas, Melissam precando, cremavit. Suadent XII. Tab. sanctiones, ut credam, eundem legislatorem cavisse, ne aurum cremaretur; nulli futurum emolumento mortuis, maximo vero detrimento viventibus, interdicta ob illius penuriam commutatione. Sed <sup>h</sup>quid hæc loquor? Quot enim sunt, qui equos, ac concubinas, rorum alii, qui pincernas etiam in funere mactarunt, qui vestem, reliquumque mundum pariter in rogam injectum oramarent, aut una cum cadavere sepelirent? Perinde quasi illic sit usurus, et apud Inferos fruiturus? Supererat postremo pyrae incensio, quam necessarius, admota face, <sup>i</sup>aversoque vultu mollebat, ne officium volens prestare videretur. Serpebat actutum ignis, præque copioso congruoque fomento, flammam excitabat ingentem. <sup>k</sup>Rogabant interim ventos, votisque illorum adventum sollicitabant, quo citius absumeretur cum lignis cadaver, <sup>l</sup>licet Herculis pyra subito circumdantibus fulminibus exusta sit, Diodoro auctore. Tempus jam aderat, cum luctificam clangente tuba, decursores monebat, ut rogam ter circumirent, et divisa nonnunquam acie concursarent ad simulacrum pugnae. Non ignoro tamen varium fuisse apud Antiquos decursionis tempus: in funere namque Patrocli apud <sup>m</sup>Homerum præcessit illa, <sup>n</sup>comitabatur vero Achillei cadaveris combustionem, subsequabatur, et nonnunquam, vel ipsam tumulationem: quod videre est apud Apollonium in <sup>o</sup>Argonauticis. Hac, inquam, putabant defunctum lustrari; etiam credam ego ad hoc institutam decursionem, ut <sup>p</sup>æntias lugentium compeaceret, aut interpolaret, (quod habes a P. P. Statio,) et reliquos funeris spectatores in officio contineret, ne præ tædio concederent. Longa namque sub dio erat mora, licet copiosa pinguique fomenta igni apposuissent. Quapropter Achilles, vel amici

## NOTE

Platon. Quint. Declam. 339. Ovid. I. de Ponto.

<sup>a</sup> Pind. Od. III. Pyth.

<sup>b</sup> Plin. I. XI. c. 37.

<sup>c</sup> Pind. Od. II. Olym. Eurip. in Troad.

Hom. II. x XIII. Odys. O. Calab. I. III.

<sup>d</sup> Luc. de Luctu.

<sup>e</sup> Plutar. in Vita. Cic. II. de Leg.

<sup>f</sup> Erod. I. v.

<sup>g</sup> Cic. I. cit.

<sup>h</sup> Luc. de Luctu.

<sup>i</sup> Virg. VI. Æn. Terent. in Comæd. Diod. Sic. I. v. c. 2. Plut. in Phocione.

<sup>k</sup> Hom. II. Ψ.

<sup>l</sup> Lib. v. c. 2.

<sup>m</sup> II. x XIII.

<sup>n</sup> Odys.

<sup>o</sup> Lib. I.

<sup>p</sup> Theb. lib. VI.

carissimi in funere, quod reliquum erat cremationis, commisit funeratoribus, qui excubantes, pyræ ligna accumularent. Et vero in <sup>a</sup>triduum usque dilatam nonnunquam observo cinerum atque ossium collectionem: quamquam non sum neccias eadem decedente <sup>b</sup>die, frequentissime peractam. Rogum igitur post deflagrationem <sup>c</sup>annoso vino, nigroque respergebant, quo tutior ad eum esset accessus, quandoquidem discincti, nudisque pedibus et lotis manibus, qui <sup>d</sup>sanguine vel necessitudine juncti <sup>e</sup>noctu supremum osilegii præstabant officium. Nacti vero semiustulata ossa, adhuc velata cana favilla, irrigabant <sup>f</sup>vino, lacte, et lacrymis, inque linteis <sup>g</sup>ventilabant, sinuque fovebant, donec exsiccata conderent in <sup>h</sup>vas, una cum cineribus, odoribus, et vasculis lacrymarum. Neque suppressam nactus occasionem, horum duo vitrea reperta nuper fuisse humili in loculo inter parietinas atque ruinas antiquissimas Fesularum urbis, una cum fictili lucerna: quæ singula nostri modo facta juris per icones communicamus curiosis. Non unius vero erat formæ neque materis cinerarium illud vas, quandoquidem heroibus <sup>i</sup>aureum decernebatur, atque <sup>k</sup>argenteum; æreum marmoreumque divitibus; fictile aut lignorum tenuioris fortunæ hominibus: quod clausum tegebant tandem purpureis mollibus pæplis, aut linteo subtili, terræque mandabant. Raritas Ashesti lini fecit hæc tædia. Consuevere namque feliciores incremabili tela funis involvere, ignique committere, exclusa penitus nobili ingenio adulterina <sup>l</sup>favilla. Prætereo volens auream <sup>m</sup>Demetrii urnam regali purpura et diademate exornatam, quæ decurrente Corinthum classe ex puppi prætoris navis conspicua coronis onerabatur, cum ad littus ligna appellerent. Habuit enim, ut inquit Plutarchus, funus Demetrii tragicam theatralemque speciem, et celeberrimus illius ætatis tibicen Xenophantus assidens, sacratissimum carmen accinuit, cui concinente remigio, clangor cum modulatione quadam velut in planctu respondit carminum ad tibias ambitibus. Neque indictum abibat pientissimum <sup>n</sup>Evagoræ funus a Nicocle filio præstitum, celebre, nedum multitudine inferiorum, atque valore, verum et choris, musica, gymnasticisque conflictibus, cum equorum, ac trirerium ludis. Contigit præterea fortunatis nonnullis claudere funus <sup>o</sup>spectaculis atque certaminibus, quod tamen non omnium erat: gratiusque <sup>p</sup>Atheniensis populus in viros, qui bello Persico ceciderant præter sepulcrorum ornamenta funebres instituit ludos, atque certamina ad sepulturam. Verum post peracta sacra ter nomine compellabant <sup>q</sup>defunctum <sup>r</sup>æternumque vale, <sup>s</sup>terramque levem precati discedebant, dimissi tamen prius a flamine vel funera, terque aqua lustrati, ob contractam pollutionem ex aspectu funeris. Præter enar-

## NOTE

- <sup>a</sup> Virg. Æneid. l. x.  
<sup>b</sup> Eur. in Oreste.  
<sup>c</sup> Hom. Il. xxiii. xxiv. Odys. xxiv.  
 Calab. l. iii.  
<sup>d</sup> Diocles. Sueton. in August.  
<sup>e</sup> Eurip. in Hel. Pind. iii. Pyth. Hom. Il. Æ. Diod. Sic. l. v. c. 2.  
<sup>f</sup> Eur. in Oreste.  
<sup>g</sup> Tibull. Eleg. l. iv.  
<sup>h</sup> Hom. Il. xxiii. xxiv. Odys. xxiv.  
 Calab.  
<sup>i</sup> Hom. Il. xxiii. Odys. xxiv.  
<sup>k</sup> Amm. Marcel. lib. xix.  
<sup>l</sup> Calab. l. iii. Hom. Il. Æ. Il. T.  
<sup>m</sup> Plut. in Vita.  
<sup>n</sup> Isocr. orat. iv.  
<sup>o</sup> Patrocl. Il. xxiii. Hector. xxiv. Achil. Odys. xxiv.  
<sup>p</sup> Diod. Sic. l. xi.  
<sup>q</sup> Theocr. Idyl. xiii. Hom. Odys. A. Artemid. l. i.  
<sup>r</sup> Suidas in K. Eur. in Alcest. Agath. Amm. l. ii. Antholog.  
<sup>s</sup> Eurip. in Iphigen. Lucian. de Dea Syria.



ratam lustrationem, Romanis in usu erat, monente Festo, supergredi funus: quod purgationis genus suffitionem vocabant: qui mos an fuerit nostris Atheniensibus in usu, nondum mihi constat. <sup>a</sup>Sequebantur epulæ, quas inibant parentes coronati: apud quas de mortui laude, cum quid veri erat, prædicatum: nam mentiri nefas habebatur: ad justa conjecta erant. <sup>b</sup>Diverterant ab hoc sano instituto Athenienses; adeo ut extet Pæremia, ne in funebri quidem cœna laudaveris. <sup>c</sup>Atres autem vestes, funestumque amictum deponebant, nonnisi transacta septima die: quapropter vitio datum est Demostheni ab Æschine, quod nondum expleta, ex consuetudine, hebdomada, splendide vestitus et coronatus prodierit; improperans illi, atque objiciens odium liberorum: quanquam Demosthenes coegerit privatam dolorem publicæ cedere lætitiæ. Sic <sup>d</sup>mulcebatur mœrentium animus, et convivantium monitis impellebantur parentes ut exsuccum, præ diutina *æstiva* corpus instaurarent. Nemo namque, ut ille ait, invitus audit, cum cogitur, aut cibum sumere, aut vivere. Epulam vero Athenis ex Polluce, per funeris præfectos, apud defuncti maxime necessarium dari consuevit: hæsito tamen, an publicum instituerint, Achilles exemplo, in Patrocli funere, quod fecere Romani, et viscerationem dicebant, ob carnes evisceratas, quæ in populum distribuebantur. Absolvebantur interim operosi sepulcri ornamenta, nisi quis tamen prius sibi vivens posuisset. In tantum vero modum exceaserat <sup>e</sup>suutus ut propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sancitum sit Athenis, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant licebat imponi. Sunt vero <sup>f</sup>Hermæ status lapideæ in figuram quadrangulam desinentes, pedum tenus non expolitis. Præterea nec de mortui laude, nisi in publicis sepulchris, nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. <sup>g</sup>Nam lex erat lata, uti rhetores præcipui laudes eorum edocendas, et gesta commemoranda susciperent, qui publica sepultura donati essent. Sepulchris autem novis Demetrius definiit modum. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum, et huic procurationi certum magistratum præfererat. <sup>h</sup>Mensæ vero nomen defuncti, effigiesque insculpebantur. Illud vero noto, quod ab antiquis temporibus tumulo hujusmodi figerentur columnæ, ut enim est apud <sup>i</sup>Homerum observatione Plutarchi <sup>j</sup>‘Hic illum socii tumulabant atque propinqui, Et (qui defunctos vita comitantur honores) Aggers donabant, tumulo figentque columnam.’ Innuptorum monumento ex <sup>k</sup>Polluce puella adstabat aequigera, vas habens aquarium, hydriam, scilicet, gutturnium, urnam, aut pelvim: insistentem autem tumulo imaginem sive aequigera esset, vel alia quæpiam *ἑπιώρυμνη* Isæus vocavit. <sup>l</sup>Structuræ tamen humilitas non derogabat invidioso tropæi titulo, quem grati cives excitabant strenuis pro patria bellatoribus: quanquam non sum nescius <sup>m</sup>humi appositam fuisse columellam Geometræ Archimedis sepulcro. <sup>n</sup>Eminet Marathonis in campis tumulus una

## NOTE

<sup>a</sup> Cic. II. de Leg. in calce.

<sup>b</sup> Plutarch. in Demost.

<sup>c</sup> Lucian. de Luctu.

<sup>d</sup> Cic. II. de Leg.

<sup>e</sup> Paul. in Arcadia.

<sup>f</sup> Diod. Sic. I. v.

<sup>g</sup> Plut. in Isocr. in Lycurgo.

<sup>h</sup> Iliad. II.

<sup>i</sup> Lib. VIII. c. 7.

<sup>j</sup> Plut. in Vita. Schol. Aristoph.

<sup>k</sup> Cic. II. de Leg.

<sup>l</sup> Paus. in Atticis.

cum pilis, in quibus cæсорum nomina, et tribus scriptæ sunt. His vero eodem quæ occubuerant loco sepulcra erecta, ad virtutis memoriam, licet suum esse omnibus consueverit, qui aut navalibus aut terrestribus præliis pro patria mortem oppetiere. Ea tibi ex <sup>a</sup>Diodoro Siculo Epitaphion eorum, qui ceciderant ad Thermopylas. 'Hospes nuntia Lacedæmonii istic nos jacere, decretis ducibusque suis obsecutos.' Illud interim data occasione non præteribo, quod ad <sup>b</sup>Platæas desiderati sunt ex Atheniensibus duo et quinquaginta, omnes ex tribu Aiantide, quæ, ut Clidæmus ait, pugnavit fortissime. Quamobrem Nymphis Sphragitidibus Aiantidæ victoriæ causa, sacra ex Apollinis oraculo, præscripta sumtu publico faciebant. Sepelliebantur vero in via, quæ ad Academiam ducit, ac pilæ tumulis imponebantur cum Elogiis, nomen cuiusque et curiam testantibus. Æquitatis autem plenissimum illud plebiscitum fuit, quo publicæ sepulture honor est cum servis communicatus, eorumque nomina columnis incisa sunt, ob fideliter et strenue dominis in prælio operam suam navatam. Honoraria vero illa fuisse non dubito, vacæque sepulcra, ni tamen ante elationem, digitus oæve post deflagrationem fuisset ex industria surreptum, ad quod iuxta fierent in patria; propter Decem Viri sæculati, forsam, ut in omnibus fere, Atheniensium funebres mores, ossilegium sustulerunt, extra quam si quis foris militansque mortuus esset. Cenotaphia vero Græcis usitata fuisse controvertet is, cui nova est <sup>c</sup>Corinthiorum pietas in Argivos ad Trojam occisos, et cenotaphium magnum factum Athenis <sup>d</sup>militibus, quorum corpora inventa non sunt: ne quid dicam de celebri illo Cyri, quod refert <sup>e</sup>Xenophon in Expeditione. Volens prætereo sepulcrum Euripidis in via, quæ ex Piræo ducit Athenas, quum tamen <sup>f</sup>Euripides in Macedonia ad Archelaum profectus esset, ibique sepultus. Illud vero intercedebat discriminis, quod honoraria militum navali pugna parentorum, tabulæ, seu nautici ligni emblemate, aut remi, quod contingit Elpenori apud <sup>g</sup>Homerum signabantur, reliqua vero minime; et si non ignorem sepulcris quibusque, præter titulos, apposita nec non frequenter fuisse emblemata: ut Archimedi <sup>h</sup>sphæram et cylindrum, <sup>i</sup>Diogeni canem, <sup>k</sup>Isocrati arietem, <sup>l</sup>noctuas vero frequentissime, ne quid dicam de <sup>m</sup>statuis sepulcralibus, quibus ornabantur ditiorum monumenta. Servo sophoque Æsopo nec non <sup>n</sup>ingentem statuam posuere Attici, Servamque collocarunt æterna in basi, Patere honoris scirent ut cuncti viam, Nec generi tribui, sed virtuti gloriam.' Volupe, Lector, forsam tibi esset comparem noctuam observare marmoream Græci operis, nostri dudum factam juris liberalitate Illustrissimi Equitis Benedicti Dragomannii. Illud non præteribo, quod Athenienses in efferendo facere <sup>o</sup>bastam, quam adhibebant, si quando eorum cognati alieno facinore interfecti essent, ut audisti superius, in tumulo defigebant, eoque modo ultionem interfectori- bus denunciabant: unde horum funeri, qui intererat, testabantur se non fecisse. <sup>p</sup>Moris vero tandem fuit post elationem cadaveris familiares lavari purgationis gratis.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Lib. xi.<sup>b</sup> Plut. in Arist.<sup>c</sup> Paus. in Corinth.<sup>d</sup> Paus. in Atticis.<sup>e</sup> Lib. vi.<sup>f</sup> Paus. l. c.<sup>g</sup> Odyss. xii.<sup>h</sup> Cic. in Tusc.<sup>i</sup> Laërt. in Vita.<sup>k</sup> Plut. Rhet. x.<sup>l</sup> Athen. l. xiii.<sup>m</sup> Lycophron. Pind. Od. x. Nem. Plato xii. de R. P.<sup>n</sup> Phæd. lib. ii.<sup>o</sup> Suidas.<sup>p</sup> Scholiast. Aristoph. in Nubib.

Instaurabatur tandem evanidus luctus libaminibus sepulcro illatis, atque ferali cœna: existimabant siquidem ibi vagari manes defunctorum, et <sup>a</sup>superstite sensu, alimentis egere, officisque deliniri. Quapropter stata die et circa solis <sup>b</sup>occasum, atrati, liquoribus perfundebant loculos: <sup>c</sup>erant vero mel, <sup>d</sup>lac, <sup>e</sup>vinum, <sup>f</sup>aqua, <sup>g</sup>sanguis, <sup>h</sup>unguenta, non absque lacrymis, longisque coronis saxum ambientibus, ex apio <sup>i</sup>et <sup>k</sup>myrto, una cum <sup>l</sup>tœniis. Operosius quid exigebat Argivorum Encnismæ. Nam qui amiserant <sup>m</sup>propinquum, aut familiarem, his moris erat mox sub luctum, ut Apollini operarentur diebus triginta, post Mercurio. Arbitrabantur enim, quo modo corpora mortuorum terra recipit, ita Mercurium animas. Apollinis ministro hordeum dabant, et carnes hostiæ accipiebant: extinguebant, ut pollutum, ignem, eumque ab aliis accendebant, quo carnes assarent, quas Encnismæ nuncupabant. Duo vero sunt, quæ te moneam: primum de aqua inferenda, cui ministerio, ut notarunt <sup>n</sup>eruditi, si vir, aut femina <sup>e</sup>vita excessisset, portatam fuisse a mulieribus, quæ <sup>o</sup>Ἐγγυπλοτρῖαι dicebantur: si vero juvenis quispiam, aut virgo; tunc commissum fuisse officium puero defuncti consanguineo. Alterum quod ex me, quia ex <sup>p</sup>Libanio, monitum te velim, de sanguine humano mortuis oblatò ab Achille, recessisse hunc a moribus Græcorum, indignis modis mortuos tractantem, et Patrocli sepulcro alienos quosdam honores excogitasse. Supervacanea dixit Plutarchus, <sup>q</sup>Achillem cum rogo Patrocli cremasse, cum alia animalia, tum etiam homines, non quidem hoc laudante Homero, ut qui accinat, 'Facta agitans animo mala.' Iphigenia namque apud <sup>r</sup>Euripidem fontes sanguinis parabat ex montanis rivulis, et ovium cæsarium imbre, non ex hostibus ad rogam jugulatis, quod ille patravit. At quis est nescius, <sup>s</sup>captum hostem non jam pro adversario habendum, cum ipsa victoria mutet nomen illius, et appellari faciat pro hoste supplicem? Redeo ad pensum. Omnigenis præterea <sup>t</sup>floribus undique perfundebatur solum: quos inter primas obtinere <sup>u</sup>rosæ, subsecuti <sup>v</sup>amaranthi, <sup>x</sup>lilia, <sup>y</sup>loti candidus flos, rubens papyveri, pallentes denique <sup>z</sup>violæ, quibus necnon conspergebatur exigua patella, ferali <sup>a</sup>cœnæ destinata. <sup>b</sup>Fercula huic mandari sueta numero enumerat Latinus Poëta, docetque focis imponi, quod pridem et Græci <sup>c</sup>monuerant. Dum vero irridet sui sæculi mores <sup>d</sup>Lucianus, rem nobis ob oculos ponit. Quid igitur, inquit, saxa illa coronant, unguentaque imungunt? alii præ tumulis constituto rogo ac fovea effossa sumtuosas illas excavant cœnas, et vinum multum, quantum con-

## NOTE

- <sup>a</sup> Ovid. l. de Ponto. Cic. pro Sextio.  
 Isocr. in Ægin. Aristid. in Plat.  
<sup>b</sup> Scholiast. Apoll.  
<sup>c</sup> Plutarch. de consol. ad Apoll.  
<sup>d</sup> Eur. in Orest. in Iphigen.  
<sup>e</sup> Luc. de Luctu.  
<sup>f</sup> Soph. in Electr.  
<sup>g</sup> Eur. in Iphig.  
<sup>h</sup> Anacreon.  
<sup>i</sup> Plut. Timol. Diod. Sic. in Philip.  
 Suidas.  
<sup>k</sup> Eur. in Electr.  
<sup>l</sup> Plut. in Vita Philop.  
<sup>m</sup> Plutarch. in quæst. Græc.  
<sup>n</sup> Meursius.  
<sup>o</sup> In Progymn.  
<sup>p</sup> Plutarch. de Hom.  
<sup>q</sup> In Electra.  
<sup>r</sup> Libanius l. c.  
<sup>s</sup> Pind. Od. iv. de Sup. Amph.  
<sup>t</sup> Anacreon Ode in Ros.  
<sup>u</sup> Philostrat. in Heroicis.  
<sup>v</sup> Dioscor. Antig.  
<sup>w</sup> Theophr. l. vi. de Plantis.  
<sup>x</sup> Prudentius.  
<sup>y</sup> Lucianus de Luctu.  
<sup>z</sup> Ovid. Fast.  
<sup>a</sup> Sophocl. in Electra. Lucian. de Luctu.  
<sup>b</sup> Dial. Char.

jectura assequi possum, in ipsas foveas infundunt: neque conjectura hominem fecerit, ut mox audies. <sup>a</sup>Parentabant vero Athenienses mense Anthesterione, quo tempore fere et <sup>b</sup>Romani. Nam xi. Kal. Martii his fuit in more animas placare paternas. <sup>c</sup>Priscus Athenis profecto fuit ille ritus; patriasque lege tenebantur quotannis deplorare sepultos, <sup>d</sup>eosque præterea, ut audisti, in concione illa die laudare, qui fuissent in præliis sublatis. Illudque ratam, quod sacrum maximum, referente Plutarcho, exhibebant Theseo, octavo die mensis Pyanepsionis, quo ex Creta rediit cum impuberibus, attamen et aliorum mensium octavo quoque die colunt eum. Par vero grati memorisque animi testimonium. Collatam necnon fuit in <sup>e</sup>Græcos, qui a Medis interfecti, siti jacebant apud <sup>f</sup>Platæenses. Volupe modo est rem præ oculis ponere, Plutarcho direttore. Platæenses receperunt Græcis, qui ceciderant illic, et humati fuerant, quotannis parentare, quod in hanc diem ad hunc faciunt modum: <sup>g</sup>Mæmacterionis mensis, qui apud Bœotias est Alcomœnis, sextodecimo die pompam agunt: quam antecedit prima luce tabicen, classicam canens. Sequuntur plaustra myrti, et coronamentorum plena, taurus niger, libamina in amphoris, vini, et lactis, crossoque olei et unguenti adolescentes ingenui ferunt. Nulli enim licet homini conditionis servilis illud attingere ministerium: quod illi viri pro libertate occubuisse. Novissimus Platæensium Archon, cui alias neque ferrum atrectare, neque aliam quam candidam induere vestem fas est, tunc sago puniceo amictus sumit ex tabulario hydriam, gladiumque tenens medio oppido ad monumentum pergit. Mox aquam ex fonte capit, abluit pilas et inungit, immolatoque super pyram Tauro, Jovem, ac Mercurium Inferum precatus, viros illos fortes, qui letum pro Græcia oppetierunt, ad cenam et Inferias illas per sanguinem invitat. Tum pateram vino miscet, quam ubi profudit, ita fatur: Propino illis viris, qui pro libertate Græciæ occiderunt. Hæc solennia servant,' inquit, 'in hodiernam diem Platæenses.' Neque minoris habenda sunt, quæ Timoleonti decrevit Syracusana Respublica; lecto namque in rogam illato, Demetrius, præconum illius memoris ænium vocalissimus, scriptum decretum recitavit hujusmodi: Populus Syracusanus scivit, Timoleontem hunc, Timodemi filium, Corinthium, quod tyrannis obrutis, barbaris superatis, et amplissimis urbibus, quæ eversæ fuerant, incolarum multitudine frequentatis, leges suas Siculis reddiderit, ducentarum minarum impensa funerandum, honorandum insuper in perpetuum ludis musicis, equestribus, et gymniciis. <sup>h</sup>Tempus inferiarum particulare erat meridianis horis, vix tutis ab Empusæ spectro, variis technis molesto parentantibus. <sup>i</sup>Plena superstitionis sunt, atque hypocrisis, quæ narrantur de Proco Lycio ab illius assentatore. Tanta enim, inter cetera, inquit, beato huic viro et cognitio et cura inerat justorum, quæ decedentibus ex hac vita persolvuntur, quanta vix scio an nemini. Neque enim tempus ullum Inferis ex more persolvendis præmittebat. Quin etiam quotannis statis diebus Atticorum heroum et philosophorum sepulcra obibat; uti et reliquorum, quibuscum amicitiam et familiaritatem colerat: iisque non aliena opera ac ministerio, sed ipse per se justa faciebat. Deinde justis unicuique persolutis discedebat ad Aca-

## NOTE

<sup>a</sup> Hesychius.<sup>b</sup> Ovid. xi. Fast.<sup>c</sup> Lysias in Or.<sup>d</sup> Cic. lib. de Orat.<sup>e</sup> Thucyd. l. iiii. in Orat. Platæen.<sup>f</sup> Plutarch. in Aristide.<sup>g</sup> Expos. Arist. in Ranis.<sup>h</sup> Eustat. refer. Cæli. Rhod. l. vi. c. 28. Suidas.

demiam ; ubi majorum suorum, omnesque cognatas sibi animas seorsim uno in loco sacrificiis placabat. Alia autem in parte cunctas simul philosophorum animas mactabat Inferiis. Præterque cuncta hæc tertium aliquem homo religiosissimus designabat locum, in quo omnibus demortuorum animabus justa persolveret. Quæ profecto officia, aut assentationes, in tantum excrevere, ut non contenti Athenienses benemeritis <sup>a</sup> de R. P. peplo Minervæ intexere, in Deorum præterea numerum referrent, <sup>b</sup> divinosque illis haberent honores. Parum abfuit quin Alexander pro Deo <sup>c</sup> Athenis coleretur : evicissetque rem turpissimam adlatio, ni obtitisset vir prudens, tali scommate in multitudinem jacto : Ecquis Deus, inquit, hic erit, cujus templum ingredientiæ polluuntur, egredientes purgatione indigent? Viden', mi Lector, quantum deflexerint Athenienses a prisco funerandi ritu, et quæ morum irrepererit corruptela finibus in Cecropiis, sæviante pestilentia? Verum, quoniam diverterat olim necnon universa Græcia a peregrinis institutis, legesque funerum vitaverant, id quod Græcis usurpatissimum est, qui nihil certi, nihil fixi, et quieti habent, et nunquam consistunt, vel <sup>d</sup> Iamblichi depositione ; est enim ingenium his suapte natura semper ad nova propensum, præceptaque passim fertur absque fulcro, et retinaculo, nec quicquam acceptorum ab aliis custodiunt, sed statim dimittunt, omnia transformantes, atque immutantes, ob instabile, ac versatile novarum rerum inventiendarum, tam ingenium, quam studium ; non ab re proinde, quin e re nostra erit in præsens Ægyptiorum archetypum <sup>e</sup> rimari. Fuit namque Cecrops Atheniensium auctor, ut nosti, Ægyptius, et <sup>f</sup> fama est Melampodem <sup>g</sup> Amyathonis ex Ægypto in Græciam mysteria transtulisse : Eumolpidas vero ex sacerdotibus Ægyptiis desumptos olim fuisse, testantur non infimæ notæ <sup>h</sup> historici.

## NOTE

<sup>a</sup> Aristoph. in Equitib.

<sup>b</sup> Pausan. in Atticis.

<sup>c</sup> Lycurg. orat. apud Plutarch.

<sup>d</sup> Segm. VII. c. 5.

<sup>e</sup> Diod. Sic. l. I. Bibl.

<sup>f</sup> Herod. in Euterpe. Clemens in Protr.

<sup>g</sup> Diodor. Sic. l. III. c. 6.

<sup>h</sup> Diod. Sic. l. I. Bibl.



**NOTÆ VARIORUM**

**IN**

**T. LUCRETII CARUM.**

---

**EX EDITIONE S. HAVERCAMPI,**

**LUGD. BAT. 1725. 4to.**

---



# NOTÆ VARIORUM

IN

## T. LUCRETII CARUM.

---

### DE RERUM NATURA LIB. I.

[*Æneadum*] Pro *Æneadarum* dicitur eloquendi more perusitato: ut Dardanidum pro Dardanidarum. Priscianus citat hoc carmen. *Æneadas* exponit Romanos. Virgil. 8. 648. '*Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant,*' Ovid. '*Horreat Æneadas et primus, et ultimus orbis.*' Pius. *Æneadarum*, i. e. Romanorum, qui ab *Ænea* progenerati sunt. profert hunc primum versum Prisc. lib. VII. *Lamb.*

*Genetrix*] Quærent nonnulli non incuriose quænam sit causa cur professus sectam Epicuræam Lucretius Deos invocet: cum Deos esse nullos, et inane cælum affirmet Epicuræi: vel saltem curare quicquam negent. non est igitur Venus tanquam Dea invocanda, quæ invocationem mortalesque preces non caret. Quam argutiolam ita rejicimus, si tenemus Venerem non tanquam cæleste numen Lucretium invocare: sed tanquam prolium et invitamentum naturæ: quod se animantibus inserens, proleat ad fœtificationem: quam Empedoclis amicitiam complures esse contenderunt. Genetrix itidem cognomento colebatur Venus a Ro-

manis: quod (ut diximus) ab *Ænea* Veneris filio genus ducebant. Sed et Julia gens, condente et dicante J. Cæsare, templum erexit Veneri Genetrici, quod et Plinius Tranquillusque notificant. Usus est in hoc lib. Poëta miro ordine. Nam de natura acturus expugnat illorum sententiam, qui tradunt res e nihilo gigni et in nihilum cadere: et hoc confirmat multis argumentis, quæ sunt inferius a nobis excutienda. Notandum est tamen longam esse in iis versibus evagationem et zengma ab inferiori, recurrendamque esse ad id carmen. '*Te sociam studeo scribendis versibus esse.*' Hoc ordine. Venus, genetrix *Æneadum*, quæ mare, quæ terras concelebras, te studeo præviam esse, et ducem carminibus meis, quæ conor de rerum natura pangere: et hoc est in causa, cur optem te mei operis assecclam; quoniam tu rerum naturam regis et propagas, et per te genus omne animantum concipitur. Insuper te invoco peculiariter, quod carmina secessum scribentis et otia quærent: unde colligi potest, non tam invocationem hanc

esse, quam insinuationem: cum ait se de Venere, hoc est natura rerum esse scripturam. Tu Venus procellosos ventos expellis: nubes amoliris: Tu cœlum flatu Zephyrio reficis: tu mari pacem, tu fluviis quietem, tu mentibus incutis lenimen amatorium. Nec hoc incuriose prætereundum; ordine præpostero prius invocare poëtam, si modo invocat, quam proponere. Et hoc facit non alia ratione, quam quod Empedochlis opus non tantum sequitur, quantum ordinem poëtarum Græcorum, qui prius invocavit quam proponant: quorum fons Homerus, Odysseam auspicaturus, sic exorsus est: 'Dio mihi Musa virum, captæ post tempora Trojæ, Qui mores hominum multorum vidit et urbes.' Et ut in re manifestaria non diutius immerer, Rhodii Apollonii principium operis subtexam: 'Ἀρχόμενος σὺ τοῖσι παλαργόνων κλέα φωνῶν Μήσομαι, h. e. 'incipiens a te, Phœbe, antiquorum gloriam virorum memorabo.' Subdit interpres: ἔσθι γὰρ ἀπὸ θεῶν προοιμιᾶσθαι. id significat: 'mos est a Diis procemiarī.' Sed tamen ita invocant Græci, ut in ipsa invocatione propositionem comprehendant: quod et apud omnes evidens: planius tamen et apertius in Oppiano, qui sic exorsus est historiam piscium: 'Ἐθνὲς τοὶ πόντου, πολυπλοκάς τε φύλαγγας Παντοίων νεβίδων, πλατὸν γένος Ἀμφιπέριτης, Ἐξερῶν, γαίης ὑπὸ τὸν κρέτος Ἀστυνίβε. Latine sic: 'Agmina ponti dispersa, phalangesque natantum, Squammigerum Amphitrites genus exequor, O Antoinne, cuius augustæ fortitudini terra subest.' Pius. Ita v. q. in aliis Genitrix. Giph. Euxæ matrem esse Venerem his versibus testatur Homerus *Il.* c. 247. *Διέτας δ' υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαιο Ἐβχεται ἐκγεγάμεν, μήτηρ δέ οἱ ἔστ' Ἀφροδίτη.* i. e. 'Æneas gloria et prædicat se ab Anchisa esse natum: Mater autem ejus est Venus.' Et Sophoc. in Laocoonte: *Νῦν δ' ἐ*

*πλάσσω Διέτας δ' υἱὸς θεῶν.* i. e. 'Nunc autem in portis est Æneas Deæ filius,' et Virg. *Æn.* 1. 329. 'Sic Venus: at Veneris contra sic filius orsus.' idem 7. 555. 'Talia connubia et tales celebrent Hymenæos Egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.' et T. Livius lib. 1. *Annal.* 'Æneam, filium Anchisæ et Veneris,' &c. Quemadmodum autem a Romanis Mars, eo quod Romuli pater haberetur, Romani generis auctor dicebatur: ita Venus Romanorum genitrix appellabatur, propterea quod Æneæ mater existimabatur. Idcirco Romulus cum annum describeret, eumque ex decem mensibus constitueret, primum a Marte patre, Martium, secundum a Venere, tanquam matre, aut certe progenitrice, Aprilem nominavit; atque ob eandem causam Romani in sacris Martem Patrem, Venerem Genetricem appellabant, ut scribit Macrobi. 1. 12. Saturn. Eodemque loco Aprilem dictum esse tradit, quasi Aphrilem, ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης. Quin Arnobius testis est lib. 4. *Adversus Gentes,* 'Venerem non solum Æneadam matrem, sed etiam Romanæ dominationis esse auctorem, litteris Romanis esse proditum.' Genitrix autem excudendum curavi, non genitrix, tum quia ita scriptum reperi in duobus libris manuscriptis, tum quod sciam ita locutos esse veteres, tametsi genitor dicerent, non genitor, quemadmodum meretricem dicimus, non meritricem, a merito. Lamb. Huc respiciebat Ovidius in 11. *Trist.* 1. 261. 'Sumpserit Æneadam Genitrix ubi prima, requires, Æneadam genitrix unde sit alma Venus.' Æneadæ autem Romani sunt; neque hic ad familiam Cæsarium respicit. In marmoribus et nummis, VENERI GENETRICI, et GENETOR apud Enanum pag. 38. 'O pater, o Genitor, o sanguen Diis oriundum.' Faber.

Carmen de rerum natura scripturæ

Lucretius, Venerem invocatur, lepidam sane venustamque Deam; Æneæ, a quo originem ducebant Romani, matrem; amicam insuper Marti (sic fabulæ), et aliquando nimis immodeste facilem: at cujus illecebris tota rerum natura regitur, et cujus virtute, quicquid animale est, generatur; et quæ sola venustatem et leporem largiri possit. Hanc igitur tantam aptissimam sibi de rerum natura scripturo patronam eligit, ab ea petit leporem suis versibus, pacemque Romanis (turbata enim Repub. nec ipse, nec Memminis, cui hoc Carmen scribit, studiis Philosophicis vacare potuit), quam illa a suo Marte facile impetraret. Et hac invocatione Physici poëta, et Epicurei etiam philosophi (quicquid alii sentiant), partes probe et decore agit; irridet enim dum invocatur, et ut raro magis bellam, sic nunquam magis probrosam Veneris et Martis imaginem inveniemus. Nimis autem argute pii videntur isti, qui poëtam providentiæ iniquissimum, vi quadam, seu potius lusu numinis coactum esse volunt opem et auxilium a famosissima Dea implorare. Nec minus otiosus, qui Venerem Hortos curasse observant, ideoque aptissimam fuisse Epicureis, Hortorum incolis, Patronam; aut mysteria nescio quæ sub Venere, Marte, Cælo, &c. latere sentiunt: ista nugæ sublimes et fastoso Lucretii ingenio improbe conveniunt; mysteria Veterum non minus quam Religionem contemserunt Epicurei: Cic. de Nat. Deor. 1. 59. Sed istam sapientiam Nardio, ejusque similibus relinquamus. Abest etiam Grammatici cum sua *Veneris Genetrix*, nisi existimare velint Lucretium tam Divinum esse, ut Venerem olim a Julio Cæsare isto titulo consecrandam fore conjectaret. Poëta erat Lucretius, ideoque non neglexit leges suæ artis; Epicureus, ideoque patriæ superstitioni subdole

obsequitur; qui plura querit, inveniat, et inventis gaudeat. *Cæcæ. Virg. Æn. 1. 619.* 'Quis te, nata Dea,' &c. *Ratil. Itin. vs. 67.* 'Anctorem generis Venerem Martemque fatemur, Æneadam matrem, Romulidumque patrem.' ubi male in contextu Almeloventianæ editionis legitur *Matremque*, vitio typhotetarum. Ante Fabrum Carrio locum Ovidii huc retulerat, atque ut nunc legitur emendarat, *Emend. 1. 8. et 11. 17.* ostenderatque huc pertinere locum Arnobii 1. 4. 'Nonne vestris cantum est literis, arsisse in Anchisæ nuptias ipsam illam Venerem Æneadum et Romanæ dominationis auctorem?' qui Carrio ibidem primo loco ostendit, secus ac nonnulli opinabantur, non olim aliud principium Lucretii fuisse. In exordio enim operis libere pro voluntate sua principium, ut in fine epilogum, captabant Veteres; unde non tantum Sallustius exorditis nihil ad historiam pertinentibus usus est, sed in Horatio quoque idem, ex nota quæ apud Porphyrium legitur, observare est. ubi etiam Carus noster illustratur. Ille itaque ad Horat. *Epist. 1. 20.* ubi poëta ita libram suam alloquitur: 'Vertumnus Janumque, liber, spectare videris:' hæc notat: 'Mirum est hanc locutionem inter epistolas poni, cum neque ad absentem, neque ad præsentem hominem scripta sit, nisi quia receptum est, et principia et fines in omnibus libris nullius legis formula contineri. Unde sic Lucretius incipit primum Epicuræ sectæ librum. Sic Virg. quartum Georg.' *Havercamp.*

1 *Dicomque voluptas*] Nam poëta etiam Deos faciunt rebus Veneris delectari: quod est indignum eorum majestate: 'sed illi humana ad Deos transferunt, divina mallem ad nos,' inquit M. Tul. *Lamb.*

2 *Alma Venus*] Quæ. sicut omnia, quæ stimulo suo cuncta generat et propagat. ab alendo dicitur alma:

quod epitheton est terræ. Alma dicitur sancta. Calphurnius in Bucol. ludicro 1. 48. 'Et redit ad terram tandem squalore situque Alma Themis posito.' Peculiare hoc Veneris epitheton apud Lucretium. Alma, sancta sive pulchra vel alens ab alendo: author Pompeius. 'Almitias, habitus almarum rerum.' *Pius*. Festus: 'Alma, sancta, sive pulchra, sive alens, ab alendo scilicet.' Hoc principium secundi versus, et principium item primi, mutuatus est in illo disticho Ausonius: 'Orta salo, suscepta solo, patre edita cælo, Æneadum genetrix, hic habito alma Venus.' *Lamb.* Ridiculum fortasse videatur, Deos ab homine Epicureo invocatos fuisse: sed hic poëtæ partes agit Lucretius, non philosophi. Ceterum locum hunc ex Eonio adumbratum arbitror. is pag. 49. 'Te nunc sancta precor Venus, et genetrix patris nostri, Ut me de collo visas cognata parumper.' *Fab.* 'Sancta, pulchra,' *Festa*. Aliis, 'læta, fecunda, grata:' Ego 'benigna' mallet: vox enim ista exprimit alias omnes virtutes Veneris, quas non minus quam fecunditatem intuetur Lucretius. *Creech.* Ita Ausonio. i. e. fecunda, ab alendo rationem nominis reddidit poëta, quoniam per illam g. o. a. concipitur. Plauto 'alma nutrix.' Lucret. 1. 47. 'tellus alma.' Columella 3. 21. Virg. 'parturit almus ager.' adde Hor. Carm. 4. 5. et Lucret. 5. 230. *Havercamp.*

*Cæli subter lab. sig. &c.]* Ordo est: quæ concebras terras subter signa cæli labentia, id est, quæ moventur una cum cælo. Unde 'æthera significum' appellat 5. 460. 'Partibus erumpens primis se sustulit æther Signifer.' *Lamb.* Unam esse vocem contendit Barthius (et Serv. vid. Turn. Adv. 19. 15.) acute: quasi stellas, æque ac mare et terras variis animalibus Venus concebrasset. Vid. 4. 418. *Creech.* H. e. qua patet orbis. *Preig.*

3 *Quæ mare . . . quæ terras, &c.]* Egregie hoc illustratur veteri Epigrammate, quod exstat in Anthol. 4. 12. in Cupidinem, nudum, inermemque, sed altera manu Delphicum, altera florum tenentem, utpote qui in mare pariter, ac terras imperium obtineat. *Γνωσθε ἔπος ἐπὶ τούτῳ γὰρ, καὶ μολιχῆς ὄντων, Οὐ γὰρ ἔχει τῶν καὶ πῦρτα βέλα. Οὐδὲ μόνον παλάμῃσιν κἀτὴν ἀελφίδην καὶ ἄρθος, Τῇ μὲν γὰρ γαίῃ, τῇ δὲ θαλάσσης ἔχει.* Vid. Spanh. de Præet. et usu Numism. pag. 199. ed. in quarto. ubi id genus imagines plures in veteribus nummis exhiberi docet. *Preig.*

4 *Concelebras]* Angus tuo dulci imita: ut ita multiplicata celebris sint et populosa. Vel concelebras, frequentas: penetras enim in viscera maris et in terras: afflatuque tuo seminali mare terramque non minus angus quam lætificas. 'Celebrare' significat frequentare, nec solum id. Invenimus enim celebre pro veloci. Actius in Ægistho: 'Celebri gressu gressum accelebrasse docet.' 'Celebre' famigerabile, insigne, notumque ostendit. 'Celebrescat' prisci dixerunt pro celebris fiat. Exponit tamen Marcellus hic 'concelebras,' pro commoves, hoc est incitas et invitias. *Pius.* Hunc et superiore versum profert Nonius Marcellus: interpretaturque 'coucelebras,' commoves. ego 'concelebras' malim interpretari, celebris et cultas reddis, vel colis et frequentas. sic 2. 344. 'Et variae volneres, lætantia quæ loca squarum Concelebrant.' Mecum facit ea ratio, quæ sequitur: 'per te quoniam genus omne animantium,' &c. id est, quoniam tua opera, et tuo beneficio omne animantium genus oritur. *Lamb.* Repleas varia animantum fetura. Celebris efficia, i. e. frequentas. Ita fere alicubi apud Comicum 'plateam tibia concelebrare:' et apud Ovidium 111. Faكتورam, 'celebrare se mero, quod observandum homini Latinitatis studioso. Sententia poëtæ est, Quæ

frequentas et foetura repleas omnia quae sub caelo sunt. Neque enim mihi interpretatio Dionysii placet. Celebris autem et desertus opposita. Scriptor ad Herennium lib. 9. 'locus quaeritur, celebris an desertus?' *Fab.* 'Commoves' Nonio. 'Collis' et 'frequentas' Lambino. Sic Ovid. Met. 2. 45. clarius vero, 'repleas et exornas varia Animantium foetura.' Celebris autem apud Antiquiores idem quod frequentas, 'via bona celebrisque' Cat. de re rustica lib. 1. 'Locus quaeritur celebris an desertus?' Scriptor ad Herennium lib. 2. Vid. 2. 345. et 5. 1380. *Creech.*

*Per te quoniam genus, &c.]* Sic Ovid. 4. Fast. 'Quid genus omne creat volucrum, nisi blanda voluptas?' et Catull. epithal. in Manl. et Juliam vs. 61. 'Nulla quit sine te domus Liberos dare, nec parens Stirpe dicioer,' &c. *Lamb.* Hyperbatum usque ad vs. 22. 'Quae quoniam.' *Fab.*

*Genus omne animantium]* Juxta alterius Senecae in Hippolyto versiculos hosce vs. 467. 'Excedat agenda rebus humanis Venus: Quae supplet ac restituit humanum genus: Orbis jacebit squalido turpis situ; Vacuum sine ullis classibus stabit mare; Alesque caelo deerit, et sylvis fera.' *Pins.*

*5 Visique exort. lum. sol.]* Exoritur, prodit in lucem, haec lucis usura frui incipit. saepe haec duo nomina sic a Lucretio conjunguntur, ut infra eod. lib. 987. 'Nec foret omnino caelum, neque lumina solis.' 2. 107. 'haec aëra rarum Sufficiant nobis, et splendida lumina solis.' Ibid. 740. 'Nam cum caecigeni, solis qui lumina nunquam Aspexere,' &c. Et 5. 463. 'Matutina rubent radiati lumina solis.' Usurpavit et Virgilius *Aen.* 6. 255. 'Ecce autem primi sub lumina solis et ortus.' Idem 8. 68. 'Surgit, et aetheril aspectans orientia solis Lumina,' &c. Hom. Od. λ. 92. *φδος*

*ἡλιου*, i. e. 'lumen solis.' et item saepe. *Lamb.* *lumina:* Mss. frustra. *Creech.* Mss. Gott. Lug. Bat. 1. 2. *lumina:* sed alia lectio in 2. superscribitur.

*6 Te, dea, te] Διακονῆ,* ut apud Virgil. Georg. 4. 358. 'Duc, age, duc ad nos.' Ibidem, 444. 'Seis Proteu, seis ipae.' *Lamb.*

*Te fugiant venti, &c.]* Quia tu tuo adventu caelum, terras, et maria sereneas. *Lamb.*

*Venti... nubila caeli]* 'Venti,' inanis, vana, falsa. 'Nubila caeli,' ignorantiae, tristitiaeque. Claud. de Nupt. Honor. vs. 184. Lucretium imitates: 'Adventu Veneris pulsata recedunt nubila.' *Preig.*

*7 Adventumque tuum]* Sic restitui ex auctoritate quinque librorum manuscriptorum: quibuscum consentiunt nonnulli typis excusi. repetendum autem est *ἀπὸ καὶ τοῦ* verbum 'fugiant,' quod antecedit. Jam vero per adventum Veneris, mensis Aprilis initium significat. *Lamb.* *Adventumque Nar. et B. ad ventumque Turnebus.* Curiose nimis: hic enim, *Te adventumque tuum*, ut *Te tuumque initum*, vs. 12. et 13. vide Ovid. Fast. l. 4. *Creech.* Bis idem videtur dicere: *Te, adventumque tuum.* Quid si admittamus? *Ad ventumque*, cujus et nos admonent Is. Vossii Notulae, atque ita distinguamus: *Te, Dea, te fugiant venti, te nubila caeli, Ad ventumque tuum tibi suavis dardala tellus Submittit flores, &c.* Nam *Ad ventum tuum* tibi tantundem erit, ac si dixisset: *Adveniēti tibi*, quum et *ventus* pro *adventu* apud Plautum occurrat, vide Curc. 2. 4. 37. Clat. 1. 1. 16. Sed nescio qua majestate *Adventum* Veneris una voce hoc loco potius dixisse videtur τῆς τῆς Θεῆς ἀποφύσεως, nam et proprie ita appellabant veteres Deorum Dearumque apparitiones: inde et apud Claudian. de Raptu Proserp. l. 9. 'Adventum testata Deum' et istiusmodi paronomasiae, qualis hic

vocibus *Venti* et *Adventum* inest, mirum quantum Caro nostro arriserunt. Sic vers. 99. 'Casta incesto.' 312. 'Annis annulus.' 3. 780. 'Innumero numero' 5. 1333. 'Domi domitos,' &c. *Preig.*

*Dadala tellus*] *Festus*: '*Dadalam* a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium *Minervam*, apud Virgilium *Circen*, facile est intelligere, cum Græce *δαδάλλειν* significet variare.' Hactenus *Festus*. Idem Lucretius hoc eodem lib. vs. 229. 'Aut reductum *dadala tellus* Unde alit?' Idem 4. 551. 'Mobilis articulatur verborum *dadala lingua*.' Idem 5. 235. 'naturaque *dadala rerum*.' Ibid. 1450. 'Carmina, picturas, et *dadala signa* polle.' Virgil. *Georg.* 4. 179. 'Et munire favos, et *dadala fingere tecta*.' *Homer. D. c.* 482. *Ἀδῆρ ἴν ἀνθῆ Ποίει δαδάλα καλλὰ βούροι πρᾶσι-θεσσαυ.* i. e. 'in eo autem multa varie figurata efficiebat mente sagaci et perita.' ibid. *Πάντοσε δαδάλλων*, i. e. 'omni ratione, seu in omnem partem figurans, et varians.' Quod si quis malit hoc nomen a *Dadalo*, præstantissimo fabro ductum esse, non pugnabo. *Lamb. Δαδάλος* varius. ita *tellus* variis distincta coloribus et omnigeno frugum proventu *dadala* dicitur. *Fab.* *Calpurnius* in *Eclog.* 2. 19. 'illius etiam certantibus ausa est *Dadala* nectareas apis intervisere flores.' *Macrob.* 6. 4. in hujus loci imitationem notat dixisse *Illum* in *Theatrante*, '*Dadala Circe*.' *Hav.*

*Tellus*] Nota distributionem '*Terra, mare, cælum*.' *Juvenal. Sat.* 2. 25. 'Quis terræ cælum non misceat, et mare cælo.' et *Terentii* illud *Adelph.* 5. 3. 4. 'O cælum, o terra, o maria *Neptuni*.' *Preig.*

8 *Submittit*] *Subministrat*, et supponit: vel sursum mittit, effert, profert. idem in eodem lib. 193. 'Lætificos nequeat *tellus* *submittere* flores.' *Lamb.* *Gifanii* verba sunt

[*submittere*, efferre, producere, procreare; quod certe annotatione fuit dignum.] Ita quidem est, ut scribit; sed addi et his aliquid poterat; *submittere* esse de sub mittere (ut dicebant de sub altari, postante, inante, exante. *Carr.*) ita *Virgil.* 12. 267. 'et corpora saltu *Subjiciunt* in equos.' i. e. tollunt in equos. Idem ita *Æn.* 1. 428. 'Manibus subvolvere saxa,' de sub, atque adeo in altum. Ita apud *Plautum* emendavi, de sub ara crepere, ubi legitur sub ara. Ita tenella arbor 'sub ingenti matris se subjicit umbra.' i. e. sese attollit. Ita alius scriptor dixit, 'subjecto in mentum gladio.' ubi 'subjecto' nil aliud est quam 'erecto.' apud *Virgil.* 'subrigit aures,' est ἀνορθοί. Et apud *Varronem* 'pedes subrecti,' in altum sublati. Ita *Lucil.* apud *Festum* 'subjicit hastas,' in altum tollit. ita denique 'subjectare vallis triticum,' aut quid tale apud *Varr.* in lib. de R. R. sed τούτων ἄλλοι. *Fab.* Effert, producit, procreat, 'submittere' enim est de sub mittere, sic apud *Lucr.* 6. 70. 'Saxaque subjectare,' i. e. in altum extrudere: vid. etiam 1. 194. 2. 673. 6. 818. Sic 1. 1032. 'Submissa gens animantum.' Quo in loco pro ingenio moreque suo turpiter errat *Interpres* *Fayus Creech*. In omnibus hisce, aliisque, *submittit*, &c. est manifesta translatio ab isto vexillorum, fascium, aliorumve insignium submittendorum ritu, qui venerationem erat, aut obedientiam profitentium; quum interim alludat elegantissimus Poëta ad solemnes illas florum sparsiones, quarum specimen in *Cybeles* sacris exhiberi solitum ipse describit 2. 626. his verbis: 'Ære atque argento sternunt iter omne vlarum *Largifica* stipe ditantes, nunguntque rosarum *Floribus*,' &c. *Preig.*

*Ridens*] Sua æquabilitate et tranquillitate hilaritatem quandam pro se ferunt. Tralatio est a rebus animatis, et ratione præditis, quæ risu

hilaritate significant: vel idcirco videntur inaniter ridere dicuntur esse, quæ sunt ornatae, magnificæ, bellæ, placidæ, tranquillæ; quod, quemadmodum qui rident risu et hilaritate diffunduntur, ita et res aspectu pulchræ, et nitentes, et politæ, hilaritate diffundunt spectatorem. Horat. Od. 11. lib. 4. 'Ridet argento domus.' Hom. Il. τ. 362. Ἀγλή δ' ὀφράων Ικε, γαλάσσας δὲ πῶσα περὶ χόλον. l. e. 'Fulgur autem in cœlum venit: terra autem tota circum risit.' Virgilius Pollione, Ecl. 4. 20. 'Mistaque ridenti colocalia fundet acantho.' Lucret. 2. 32. 'Præsertim cum tempestas arridet, et anni Tempora conspergunt viridanteis floribus herbas.' et 4. 1118. 'Unguenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident.' et 5. 1394. 'Præsertim si tempestas ridebat, et anni Tempora pingebant viridanteis,' &c. Lamb.

*Rident*] Amat hoc verbum Lucretius: sic infra 2. 559. 'Subdola cum ridet placidi pellacis ponti.'

*Æquora ponti*] Tranquillitas atque æquabilitas maris: mare nullis ventis concitatum, et idcirco æquabile et tranquillum. Lamb.

[*Placatumque*] *Pacatumque* Junctæ. Gryph. Nard. Gif. Minus recte. Cresck. Et ita cœlum serenum minimeque turbulentum, tranquillum. tractatio est. *Placatum* autem habent libri manuscripti, et nonnulli typis excusi: alii, *Pacatumque*. confirmat hanc scripturam quam secutus sum, illud Ciceronis oratione ad Quirites post red. 'Tamen si mihi tranquilla et placata omnia fuissent, incredibili quadam, et pœne divina, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem.' Præterea *placatum* oppositè irato: *pacatum*, bellum inferenti, aut facienti. Quemadmodum igitur mare turbulentum, iratum dicitur a poetis, Horat. Epod. 2. 6. 'Nec horret iratum mare:' ita hic a Lucretio tranquillum, *placatum*. Lamb.

*Diffuso lumine*] Immisso et innatuato geniali et genitivo, hoc est, omnia generante mulcenteque, spiritum venerio. Sunt qui legunt *lumine*, h. e. radis et luce tui syderis corusco vibratu omnia serenantis. Veneris enim sydus est Lucifer, æmulum Solis et Lunæ. Quidam tamen Junoni adscriperunt. Pius. *Lumine*] Dispulsis et discussis a sole tenebris. Idem Lucret. 3. 21. 'Semperque immubilis æther Integit, et large diffuso lumine ridet.' Lamb.

10 *Nam simul ac species, &c.*] I. e. nam statim ut ver advenit. Lamb.

*Species p. e. v. d.]* Nitor et formositas temporis, quæ peculiariter verno tempore pulchrior est et gratior; cum soles melius nitent. *Species* multa significat, ut pulchritudinem: unde id dici solet, 'Species Priami digna est imperio.' Speciosus inde pro pulchro capitur. Verba Porphyrii sunt hæc in codicibus promulgatis, quos bibliopola corruperunt: τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἐκδοῦς μορφῆς, καὶ δ' εἰρηται, πρῶτον εἶδος ἕξου τυραννίδος. Significant hæc postrema verba: 'Species formam significat, ut dici solet, primum, species digna est imperio.' lego non πρῶτον, sed πρῶτον, ex codice prisco castigatissimo: qui fuit Lionorii ejusdam Flaminis Bononiensis, quem non sine admiratione legimus ego et Ladislaus Minius, Hispanus, auditorum meorum acutissimus: quem nescio quem musculum incite deluxasse non æque ferendum, qui græcas latinasque literas Imperitis denticulis arrodit ex furam culo carcinoma faciens, et ex pernilionibus podagras. Adjuvat quod pulcherrimum Homerus Priamum inducit. Nec te moveat si a tragico pede desilit hic versiculus. Hoc enim a Porphyrio addi potuit: ut exemplo suo serviret, quod videmus Boethium in Elenchis fecisse, carmina Martialis advocantem, qui longo post tempore ab Aristotele floruit. Dic. illa refractarius et pertinax,

ita recognoscitur a Græcis: cui non statim annuo, nihil tamen ad me. Ita Boëthius vertit, nec unquam aliter alibi lectam eat apud sobrios Latinos: nec statim concedo hoc prolatum esse ab Euripide, sed a Porphyrio exemplificante. Brixie emendatissimum codicem legi apud Joannem Taberium græce et latine doctissimum, in quo *Priami* non *primus* scriptam notavi. 'Diei' pro temporis posuit etiam Virgilius *En.* 11. 425. 'Multa dies variusque labor mutabilia sævi Rettulit in melius.' Succinit Tibullus *Eleg.* 1. 4. 17. 'Longa dies molli saxa peredit aqua.' *Pius.*

*Species*] *Infra* 1. 321. 'Invida præcussit speciem natura videndi.'

*Verna*] Ver enim Veneri sacrum. Ovid. alii. *Fab.*

11 *Et reserata viget*] Idem dicit: et simulatque Favonium, veris prodromus, apertus ac patefactus vigere cepit, qui antea quasi obseratus et clausus videbatur, &c. Obserare, est sera claudere. Catull. ad *Ipsith.* 24. 5. 'Nequis luminis obseret tabellam,' cujus contrarium est reserare. Ennius p. 9. 'Nos aual reserare.' M. Tull. *Offic.* 2. 'Quamobrem nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.' *Lamb.*

*Genitabilis*] Genitivi, generantis fecundo flatu cuncta. paternus casus est 'genitabilis.' Vernum tempus Zephyro flante incipit quando herbarum creatio: sic illum Græcis appellantis quod vitam ferat. ζῷον vita, φῶσος ferens. Latini Favonium dicunt a fovendo, quod herbis, et rebus cæteris favet, et spiritu suo lenissimo creat et recreat. Catullus: 'Quos propter fluminis undas Aura parit flores tepidi fecunda Favoni.' De vento Favonio hæc Plinius libro naturalis historię decimo sexto: 'Hic est genitilis spiritus mundi a fovendo dictus. Flat ab occasu æquinoctiali

ver iachoans. Cathlitionem rustici vocant: gestiente natura semina accipere, eaque animam inherente omnibus satis.' In prisca Plinii codicibus non *cathlitionem*, verbum agreste et absurdum legitur, sed *satulitionem*, quod mirum quam belle quadret. Catalire femina dicuntur cum marem nimis appetunt, a prærebida canum libidine etymo detorto. Æque terra catalit, cum gestit parere genitabili Zephyro prolectante. Eritque rusticus asus non in verbo, sed in significatione verbi metaphorica: terram catalire urbana non dicerent. sicut rustici nostri cortices arborum vere succose se resolventes a ligno, 'subare' dicunt, cum prægnantes foetifico alimento sunt, metaphora a suum libidine tractæ. *Pius.* Ita vet. scripti manu et formis. (Mas. etiam Par. Lamb. et Bodl.) Marull. *genitabilis*. Gif. Sic habent omnes libri typis exculi præter Venetos antiquos, et Viceinos. Manuscripti autem cum quibus impressi li, quos dixi, consentiunt, *genitale*: qua voce sæpius idem Lucretius utitur, ut hoc eodem libro vs. 52. 'Quæ nos materiam, et genitalia corpora rebus,' &c. Et 2. 548. 'Corpora jactari unius genitalia rei.' ibid. in extremo vs. 1103. 'Multaque post mundi tempus genitale, diemque.' Et 4. 1277. 'Nec divina satum genitalem numina cuiquam Absterrent.' Et 5. 176. 'genitalia origo.' Et item Virg. *Georg.* 2. 324. 'genitalia semina poscunt.' Et 3. 136. 'obtusior nasus Sit genitali arvo.' Arnobius 3. *Advers. Gent.* 'Quid ergo dicemus?' 'Deos procreare? Deos nasci? et idcirco his additas genitalium membrorum partem, ut sufficere prolem possent, et ut nova quaque suboriente foetura, quicquid prior ætas abutulisset, rod viva substitutio subrogaret?' *genitale* autem est, quod ad gignendum valet, quodve gignendi vim habet. *Credi-*



bile est porro idem valere genitabile, et genitale: quemadmodum penetrabile, et penetrabile, utrumque pro eadem re est in usu: ut exitiale, et exitiabile: innumerable, et innumerable: naturalis, et naturabilis. M. Tull. in Lælio: 'Ita pulcherrima illa et maxime naturabili carent amicitia.' ita enim legitur in vet. codic. Plaut. Mostell. 5. 2. 40. 'Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis.' Idem Epid. 4. 2. 36. 'Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat, diem.' Existimant tamen quidam docti viri hoc loco legendum *genitabile*, non ob id solum, quod ita habeant aliquot libri manuscripti, verum etiam quod vox *genitabilis* non videatur Latinis usitata. Quod autem ad versum attinet, aliud choreum esse pro dactylo, seu spondeo: quam licentiam sibi interdum permittunt poetæ. Ego hac de re iudicium meum non interponam. viderint doctiores. Sed vox *genitabilis* tamen reperitur apud Varronem libro de L. L. 4. ubi tanquam testem producit Lucretii versum, si modo locus mendo vacat, his verbis: 'A qua bipartita divisione Lucretius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc: 'Ætheris et terræ genitabile quærere tempus.' Et apud Tull. in Arato: 'Sollers natura, et rerum genitabilis ordo.' Lamb. Al. *genitalis*, sed non est tanti. hoc semel meminisse operæ pretium fuerit, huius formæ nomina utriusque significationis esse, activæ, dico, et passivæ. ita placabilis qui placat et placatur, penetrabilis qui penetrat et penetratur. Quod minime mirum videri debet, cum a verbo neutro manare proceuderit manabile Lucretius, et a volare volatile Virgilius; sed huic quidem aures assenerere. ita cura vigilabilis apud Varronem, quæ insomnia affert; et sponsa defetilis, quæ delet, apud eundem, ut et alibile, quod alit, et dissociabilis apud Horat. et flebile cæpe, quod

lacrymas ciet. Lucil. Apud Plantam denique in Epidico, dies impetrabilis. Fab. Aliis *genitalis*, G. Gif. Ms. Sed non tanti est: hoc semel meminisse operæ pretium fuerit, huius formæ nomina utriusque significationis esse, activæ, dico, et passivæ, ita placabilis qui placat et placatur; penetrabilis qui penetrat et penetratur. *Cresch.* Citatur a Turnebo Advers. ix. 36. versus, ut Lucretii, 'Ætheris et terræ genitabile quærere tempus,' qui quidem nusquam nunc in Lucretio comparet. Habet quid similitudinis hic noster, et magis adhuc appropinquat 2. 1104. 'Multaque post mundi tempus genitale.' verum ipsi numeri nusquam. Turnebo ex Varrone hausit, cuius verba sunt 4. de L. L. 'A qua bipartita divisione Lucretius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc: 'Ætheris et terræ,' &c. Unde subiti animum cogitatio, præ Varrone afferri posse morem illum Veterum, qui libros suos nonnunquam cum caris secundis prælegeret atque edere solebant, de quo videri possunt Notæ in Tertulliani Apolog. p. 202. 213. 409. Pro varietate itaque materiæ in plures initio libros distinguere opus suum Poëta potuit, postea contrahere numerum, atque ipsius exordium Poëtica invocatione exornare. Neminem autem offendat *genitalis* (quod reposuimus) postremam habere hic longam, alias passim brevem, quum exemplum, nostro simile, exstat apud Broukhus. ad Tibull. 1. 7. 72. atque ipse citet Gifanius in Collectan. inf. p. 267. unde patet syllabam *is* etiam sine cæsura aliquando a veteribus productam fuisse. *Hæw.*

12 *Aëris primum*] Nota hic *primum*. vs. 14. *inde*. vs. 18. *denique*. Proleg.

13 *Initus*] 'Inire', significat saltare et subagitare. 'initus' coitus. Ovidius Fast. 4. 94. 'Perque suos initus concipit omne genus.' 'Inii' ponitur interdum pro concubui: interdum pro inveni: ut 'iniit rationem?' in-

terdum pro introïi: ut Plautus in *Fragm.* 'Iniit te nunquam febris?' Cæterum in pricis exemplaribus legitur *nutum* non *inîtum*: ac si pro persuasione et voluntate nutus acciperetur: ut dicantur animalia sentire nutum Veneris, h. e. percipere Venerem id annuere, ut in amorem et copulam ruant. Reperitur etiam renutus pro negatione, et rennere renutareque pro negare. *Pius*. I. e. ingressum, introitum, inîtium: a verbo ineo, quod valet ingredi: ut inire magistratam, inire viam, et ineunte ætate, inennte vere: sed non dissimulabo in Gabrielis Fæрни, et Scipionis Tettii, et Bertiniano et Memliano codice scriptum esse *inîtium*, qua scriptura tamen rejecta, *inîtum* retinui, ut habet Vaticanus, et omnes typis excusi. Sic Ovid. de Venere, *Fest.* 4. 98. 'Juraque dat cælo, et terræ, et natalibus undis: Perque suos initus continet omne genus.' Idem *Lucr.* 11. 269. 'Ut videas inîitum motus a corde creati.' Idem hoc eod. lib. 388. 'Unde inîitum primum capiat res quæque creandi:' et lib. 3. 272. 'Et mobilis illa Vis, inîitum motus ab se quæ dividit ollis.' *Lamb.* Alii *inîtium*, quod doctis placebit magis. est autem in modulo vocis *ovî-ξῆτος*, res trita apud Græcos, Latinos, et quos non? *Fab.* *Nutum* B. alii *inîtium*: eligat Lector quod magis placet: penes eundem etiam sit, utrum *percussa*, an *percussa* legi debeat. *Creech.* Ms. L. B. 2. *inîtium*. Ed. 1. *Gif. Par. Cout.* Ms. Bod. *nutum*, unde in Bas. Mss. Susii male exsculpi cernas *nucium* pro zephyro, ut scribit Ed. Angl. novissimus. *Percussa* habent mox Mss. 1. 2. L. B. *Gott.* ed. *Gryph. Nard. Gif. P.* in *Marg. Hav.*

*Percussa*] Ita v. l. vulg. *inîtum percussa*. vide Ind. *Gif.*

*Percussa corda*] Hellenismus, ut inf. eod. lib. vs. 262. 'menteis percussa novellas:' et *Virg. Æn.* 6. 495.

'laceram crudeliter ora, Ora, manesque ambas:' et sexcentis aliis aliorum scriptorum locis. Sic autem habent omnes libri impressi, et plerique libri veteres. neque video, quamobrem hanc scripturam rejicere debeamus: percellere enim plus est, quam percutere, ut pluribus verbis docui comment. Horatianis. nempe valet pervertere, prosternere, dejicere, *καταβάλλειν*, (sic enim interpretatum reperit in lexico Latino-Græco manuscripto,) ut apud *Virg.* 5. 374. 'Perculit, et fulva moribundum extendit arena.' Percutere vero, est ferire, et icere, et permovere: per translationem ad animam etiam pertinet, et animam permovere, atque adeo labefactare significat. Licet tamen hic legere, *percussa*, me probante, aut certe non repugnante. Sic *Ter. And.* 1. 1. 98. 'Percussit illico animum.' *Lamb.* Ego, quum *percussa* a *Mss. Lugd. Bat. Gottorp. Bodl.* præter multas editiones confirmari videam, recipere non dubitavi; est enim in illo verbo frequens *Lucretius*, et *Ennium*, ut sæpe sequitur. Is autem pag. 148. 'Perculsi pectora Peni.' *Hav.*

14 *Fera pecudes*] Bruta animalia quæ facie humana carent dicantur pecudes, et pecora. *Virg. Geor.* 4. 327. 'Et pecudum custodia solers.' *Lucret.* 2. 243. 'Præterea genus humanum raucæque natantes Squammigeræ pecudes.' *Marcellus*: 'Pecus non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. Fucos, primo *Æneidos* libro *Maro* ignavam pecus appellat.' 'Pecunia' simpliciter *Apuleius* de *Asino aureo* libro 11. vocat animalia bruta: cujus hæc verba sunt in fidelibus exemplaribus: 'Nec tantum pecunia, et ferina, verum inanima etiam divine ejus luminis numinisque nutu vegetari.' *Inanima* *Lucius* appellat ea, quæ animam non habent. *M. Tullius* libro *Officiorum* 3. et in *Hortensio*:

‘Nam cum omnis solertia admiranda est: tum ea quæ efficit: ut inanissima quæ sunt, vivere et spirare videantur. Hac loquendi figura Gellius animalia inora vocat, quæ os non sortita sunt. Pompeius. Inori minoris. Tu scribe *minores ore*, h. e. ore privati, ut *capide minor* dicitur: vel *inores*, ut per verbum notius et magis grammaticum dictionem priscam explicet. Agmina pecorum pecuaria dicimus. Est et quartæ inflexionis pecas. Plautus in Rudente. 4. 2. 5. ‘Men’ vides referre uvidum rete cum squamosa pecu.’ *Peca* Solinus dicit: unde *pecunus* venit, non a pecude, sed a pecore: *Pius*. Cur *feræ*, ommissis mansuetis? an quia feras omnes simpliciter bestias dixit, oppositione ad homines facta? quemadmodum alibi multas pecudes, non pisces solum, ut 2. 1581. sed et cætera animalia dixit 5. 1068. 1087. an, quia amore omnes efferantur mansuetæ: pariter ac feræ? *Preig*.

*Persuicant pabula*] Pedibus proterant, fastidientes etiã alimonias præ una voluptate. Pulsa nugula frequenti terram percute signum est alacritatis. Maro *Æn.* 9. 629. ‘Jam corna petat, et pedibus qui spargat arenam.’ significat id quoque Veneream appetere. Claudius in *Annalibus*: ‘Equæ hincibundæ inter se terram spargentes calcibus.’ Quidam codices habent *persuicant*. *Pius*. Salu percursant, et prætereunt, et ita negligunt, scilicet rebus Venereis intentæ. *Lamb*.

*Pabula læta*] Piagnia. quod hominis proprium ait Servius ad inaniam transfertur. *lætamen* inde fimus appellatur quia lætas segetes facit. Maro, *Georg.* 1. 1. ‘Quid faciãt lætas segetes:’ pro commodis et pulchris dixit. *Pius*.

15 *Tranant amœnia*] Transfretant, transmigrant, tranantant. Sic Virg. *Georg.* 3. 269. de equabus: ‘Illas ducit amor trans Gargara, transque so-

*Delph. et Var. Clus.*

nantem Ascanium; superant montes, et flumina tranant.’ A nando natabula Lucius appellat in Florida loca accommoda natationibus. *Pius*.

*Capta lepore*] Bas. *Pius*, et V. L. Heinsianus quodque *lepore*. Alias res agit Heinsius ad Clandian. Epithal. Honorii vs. 292. quam citat. ‘Ignotosque tranant amœnes,’ quod nec metrum patitur, nec sensus. *Preig*.

16 *Inlecebriusque tuis, &c.*] Versum *Inlecebriusque* induxi. quia et a v. l. abest, et necess. non est. *Gif.* H. vs. abest a quatuor cod. manuscriptis (etiam Gott. Bodl. et Ed. Pii, et Bas. imo præcedens etiam ab utroque L. B. præter omnes fere impressos) neque eum Nasgerius neque Pontanus habuerunt: desideratur denique in codicib. Viectin. et Parisiensib. Marullus unus, vir doctus, ex auctoritate veteris ejusdem codicis, (quemadmodum mihi religiose asseveravit Donatus Janottus,) nobis eum restituit. Amicus quidam meus, ingenio et doctrina præstantissimus, putat esse ab ipso Marullo factum, ac pro Lucretiano suppositum, cum putaret ille aliquid deesse, neque desit quicquam. Sic enim hunc locum hoc versu deleto explicat: ita capta lepore quoque pecus ‘Te sequitur cupide, quo quamque inducere pergis.’ ego aliud, quod dicam, nihil habeo, nisi quod mihi videtur versus Lucretio dignissimus. jam hæc duæ voces in extremo versu, *natura animantum*, sæpe ab eodem item usurpatæ sunt: ut infra hoc libro, 194. ‘Nec porro secreta cibo natura animantum Propagare genus possit,’ &c. ibid. in extremo, 1037. ‘Nam veluti privata cito natura animantum Diffuit,’ &c. *Lamb*. Hunc versum, quem non agnoscit B. neque plurimi alii Mss. et impressi Codices, a vetere Codice inseruit Marullus: et quidni pro genuino recipereamus? est enim Lucretio dignissimus; et si deletur iste, turbata subito essent omnia, et obscura. *Creecch.* Potest

*Lucret.*

3 K

hic versus abesse, nisi forte cuiquam durum nimis videatur, quod tam simpliciter: 'lepore capta quæque pecus' dicatur sequi Venerem, nec expresse pateat, quo lepore? *Preig.*

17 *Quamque*] Q. v. *cumque.* (ut Flor. et Bodl.) *Gif.* Duo libri manuscripti, et novem impressi, habent *quocumque*: utraque scriptura probabilis est. *Lamb.* *Quocunque.* B. et alii. *Creech.* Videtur huc oculos quodammodo habuisse Lactantius, scribens 2. 5. 'Cæterum si Dii essent, huc atque illuc passim sine ulla necessitate ferrentur, sic animantes in terra; quorum quia liberæ sunt voluntates, huc atque illuc vagantur ut libuit; et quo quamque mens duxerit, eo fertur.' *Hav.*

*Pergis*] Ms. L. B. 2. *tergis*, ut et l. sed ibi recta superscribitur lectio.

18 *Fluviosque rapacis*] Sic Virgil. *Georg.* 3. 142. 'fluviosque innare rapacis.' *Lamb.*

*Monteis fluviosque*] Valles omisit, quia fluviorum fortasse conspectui jam involvuntur: unde et in lingua Hebræorum Nahal 'vallem' pariter et torrentem notat. *Preig.*

19 *Frundiferasque*] Sic v. l. q. *Gif.* *Frundiferasque domos avium*] Nidos *frundiferas* autem excudendum curavi, libros manuscriptos et veterum auctoritatem secutus. *Lamb.* Citat Servius ad Virg. *Georg.* 2. 372. ubi docet sic legendum Maronis versum: 'Præcipue frondis tenera i. l.' quia antiqui frondis dixerunt in nom. sing. pro quo nunc frons; cni tamen lectioni adversatur Nonius: *Frons* pro *fronde.* Virg. *Georg.* 2. 'frons tenera imprudensque laboris.' Malui autem per u quam per o efferre, Ennianam auctoritatem secutus, apud quem pag. 328. 'populea fruns,' et pag. 77. 'Rurescant frundes.' et pag. 69. 'Arbutum fremitu sylvai frundusal.' *Hav.*

*Frundiferasque*] Sic inf. 257. 'Frundiferasque novis avibus canere un-

dique sylvas.' 'domos avium' autem dixit; quemadmodum Virg. *Georg.* 2. 209. 'Antiquasque domos avium.' et Stat. *Achill.* 2. 16. 'Jamque timens qua fronde domum suspendat inanem.' *Preig.*

20 *Incutiens blandum per pectora amorem*] Ut incutere metum, bellum, ictum, sic et amorem dicunt poëtæ: est enim amoris plaga gravis. quod autem huic participio addidit *invidiosus* 'blandum,' significavit, in amore dolorem inesse cum voluptate conjunctum. notum est, Amorem, seu Cupidinem, *γλυκύτατος* a Platone dici, quod attribuit et Veneri *Catallas Carm.* 69. 18. ad Manlium: 'non est Dea nescia nostri Quæ dulcem caris miscet amaritiem.' Sed idem tamen etiam ipsi Cupidini, *carm.* de Pelei et Thet. nupt. 65. 95. 'Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces.' Usus est Lucretius eodem genere loquendi eod. libr. inf. 923. 'Et simul incussit suavem mi in pectora amorem.' *Lamb.* Observandum in re blanda, suavi, jucunda, usurpari *incutere.* tamen et ita Horat. in *Ep.* 1. 14. 26. 'fornix tibi et uncta popina Incutiunt urbis desiderium.' Ita et in l. Lucret. 923. 'Et simul incussit suavem mi in pectus amorem.' *Fab.*

*Incutiens, &c.*] Inf. h. l. vs. 921. 'Percussit thyrsu laudis spes magna meum cor, Et simul incussit suavem mi in pectus amorem.' *Preig.*

21 *Efficit, ut cupide*] Sunt enim in singulis animantibus innatæ miræ conjunctionis et procreationalis libidines. Quidam docti legendum putant *cupida*, ut cohæreat cum voce *pecudes.* *Lamb.*

*Generatim*] Per genera quæque animalia factus propagant. Leo leones, equus equos, et sic in cæteris similibus. Hæc adverbia sic execuntia referuntur in nomina quibus componuntur, et hanc præpositionem *per*: ut *generatim* per singula genera, mu-

nicipatim per municipia, viciatim per vicos, ostiatim per ostia, tributim per tribus, populatim per populos: rusticatim tamen rustice significat, urbanatim urbane. Pomponius: 'At ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.' Tuatim tuo more. Artuatim, ut illa priora, per artus: generatim per genera. Aliter tamen utitur Varro lib. 5. de L. L. Quandoque sunt simpliciter adverbialia: ut moderatim idem est quod moderate: canatim more canis: suatim more snis: boatim more bovis: ut si dicas canatim rabiem exercet, suatim spurcatur et volutatur, et boatim incedit, aut aspicit, aut comedit. Coxim significat in coxis. Laberius: 'Quantum est hominum qui coxim cacant.' Agminatim, turmatim, dense, instar turmæ, aut agminis: velitatim ulro citroque more velitum. Zonatim per zonas. Cunctim per cunctos: quo adverbio Sidonius et Apuleius utuntur. Efflietim Plauto ardentem. Exquisitim exquisite: et multa id genus, quæ libens omitto. Dictione generatim utitur M. Tullius libro 11. de Oratore: pro qua recentiores minus nitide generaliter dicunt. Idem Cicero in Verrem actione quarta: 'Ergo ab universa provincia generatimque a singulis ejus partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur.' Idem infra in septima. 'Quid sigillatim, potius quam generatim atque universe loquar?' Pius. Κατὰ τὸ ὅσον ἐκέρτου γένος, secundum genera. Lamb. Vocabulum Lucretio amatum. 'Generatim-sæcla. q. d. sæculum,' h. e. genus quæque suum. 'Generatim-sæcla.' ut apud Ter. 'semper-lenitas.' Preig.

*Sæcla propagent]* Sua genera amplificent et multiplicent, in hoc eodem verbo producit primam syllabam infra eodem libr. 'Propagare genus possit, vitamque tueri.' Et sane Lucretius præpositionem *pro*, in plerisque compositis nunc producere, nunc corripere solet. Lamb.

*Sæcla]* Vox Lucretiana, qua et alii, ut Manilius in 2. usi sunt; utitur quoque Lucanus in fine lib. vi. 816. 'Quos Jubeat vitare plagas, quæ sæcula mundi.' sic legit vetus liber, non sidera. Græci ποιῆτæ φῶλα vocant. Horat. genus. 'piscium genus,' Od. 2. lib. 1. Id autem significat quod vulgus vocat species animalium: vulgus, inquam, nam certe non ita veteres Latini; quod ostendit Muretus. De ea voce sic scribit Adrianus Turnebus lib. 26. cap. 13. 'Sæcla ferarum cum apud Lucretium legerem, subiit quærere unde sumpta esset ista sæculi significatio in veteri scriptore tam nova tamque insolita, nec aliis auctoribus Latinis usurpata. Igitur Lucretium existimavi non tam notionem hominibus Latinis receptam sequutum esse in hac usurpatione, quam vocabuli originem et natales, ad quos redegit significationem vimque vocabuli. Nam sæculum ab ἡλικία deduci videtur: cum aspiratio millies in sibilum desciscat, ut notum est: λ autem et κ transponantur invicem sedibus mutatis. cum autem ἡλικία Græcis sæpenuero ætatem significet, tamen etiam genus declarat, ut in Lucretio sæclum, ut cum Græci dicunt, ζῶρκα esse ἡλικίαν ἐλάφου ἢ δορκῆς, i. e. hinnulum esse genus et sobolem cervi. aut si cui hoc nimis repetitum videtur, ut cum quis dixit, Væ ætati tuæ, pro væ tibi: sic licet existimare sæcula buccera eadem ratione dici et pro bubus poni: quod et verius puto. Ejusdem illud et novæ significationis est.' Fallitur legendum enim ζῶρξ, ἢ θήλεια ἐλάφου ἢ δορκῆς. unde et δορκων pro leone. nam ζῶρξ et δορξ eadem. Id autem notaverat Hesychius quasi rem non vulgarem; ut et reipsa talis est. Fab.

22 *Quæ quoniam rerum]* Quia ab illo loco, 'per te quoniam genus omne animantum,' &c. longum est hyperbatum, multaque interjecta sunt,

iterat copulationem illam, 'Quoniam,' hoc modo: 'Quoniam igitur sola rerum naturam gubernas, &c. Te sociam cupio,' &c. *Lamb.*

23 *Dias*] Vitales, aërias, cœlestes. *Δίος* Græcis generosus: unde *Homero* *Δίος Ἀχαιεύς*. *Dia* *Camilla* *Virgilio*. et *Persio* *Sat.* 1. 44. 'Quæ-runt *Romulidæ* saturi quid *dia* pœmata narrent:' pro nobilibus, et generosis, et absolutissimis. *Diales* laræ vocantur vitales, h. e. vitæ præstatites, vel quos sub *dio* colimus. *Sub dio* dicebantur, et *sub dico*, sub cœlo, sub aëre, in aperto. *Subdiales* dicuntur ambulationes, quæ sub *dio* fiunt, quas Græci vocant *hypethras*, et *paradromidas*; quibus utimur sub aperto, iidem vocant *hypostega*. *Pompeii* verba subjunxi: 'Dium antiqui ex Græco appellabant a Deo ortum, et diurnum sub cœlo lumen. *Zeus* *Dios*: unde adhuc sub *Dio* fieri dicimus, quod non fit sub tecto: et interdiu, quod contrarium est nocti,' *Pius*. *Aërias*, seu ætherias, seu diurnas. 'Dium' (inquit *Festus*) 'quod sub cœlo est: ex quo sub *Dio* fieri dicimus, quod sub cœlo fit, et non sub tecto.' interdum diumidem valet quod divinum. *Virg. Æn.* 11. 657. 'dia *Camilla*.' *Hor. Sat.* 2. lib. 1. 'macte *Virtute* esto, inquit sententia *dia* *Catonis*.' Idem *Lucr.* 2. 172. 'Ipsaque deducit *dia* vitæ *dia* voluptas.' *Lamb.*

In *luminis oras*] Interpretare regiones aërias. *Ora* proprie loquendo regio littoralis appellatur. Sed factum est demum latius verbi significatum: ut perperam loquantur illi, qui *oras* fines appellant, quibus religatur *navis*, quos Græci 'prymnesia' dicunt: *Ovidius* et cæteri peculiariter 'retinacula.' *Propertius* libro *elegiacon* secundo: 'Nam melius duo defendunt *retinacula* *navem*.' De *prymnesio* sic *Pompeius*: 'Prymnesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii *tonsulam* dicunt.' *Ora* pro regionibus capiuntur, et parti-

bus, a *Varrone* libro 4. de *L. L.* 'Orae dicuntur quæcunque extremitates.' Quod si apud *Livium* comperis 'decedentes a littore incidisse *oras*,' acito mendosum esse codicem, et *lora* scribendum. quem sœdum *Sipontini* lapsum demonstrat alibi codex *Livianus*, in quo passim *lora*, non *oras* scribitur: quæ coria in fastigio funium vel pro funibus tanquam firmiora et humori magia invicta annectebantur. Qui si inter cætera exempla sui lapsus facios affert, ut *Quintilianus* libro primo ita scribens: 'Solventibusque *oram* bene precemur;' Respondeamus, maculosum esse exemplar, et auctoritate *Sipontini*, quæ inter grammatistas et literatores non parva est, convulsam circumferri. Est enim in *Quintiliano* recognoscendum *ora* casu sexto, non *oram*: ut 'ora solvere' sit ab *ora*, h. e. a littore recedere. *Proclivis* error fuit et facile admissus, putantibus semidoctis 'solvere *ora*' grammaticæ non dici: persuasis a *Sipontino* 'oram' significare *retinacula*. 'Ora' proprie dicitur, auctore *Plinio*, quæ Græcis *ægialos*. Vel figurate dicimus 'oram solvere;' ut solvere vitam, hoc est, a vita discedere. *Priscianus*, cum omnes *oras* significare poneret, non dixit *oram* significare *retinacula*. Male feriatum essem si *Ringium* *Bergomatem* musarum grunnienti rostro delicias subruentem confutare acrius experirer: quando est gloria præterire asellos. *Pius*. In lucem: in regiones luminis, usitatum genus *Lucretio*, inf. eodem lib. vs. 178. 'Dum tempestates adsunt, et vivida tellus *Tuto* res teneras effert in *luminis oras*.' et 2. 577. 'Quem pueri tollunt visentes *luminis oras*.' ibidem, 617. 'indignos esse putandos, *Vivam* progeniam qui in *oras* *luminis* edant.' 5. 226. 'cum primum in *luminis oras* *Nixibus* ex alvo *matris* natura profudit.' et sæpe alibi. idque imitatus est *Virg. Geor.* 2. 47. 'Spontè sua quæ se tollunt in

luminis oras:’ et *Æn.* 7. 660, ‘sub luminis edidit oras.’ Sed videtur uterque ab Ennio sumsisse. sic enim ille pag. 51. ‘At si se, sum quæ dederat in luminis oras.’ *suum* autem apud Ennium, valet eum, seu ipsum. Idem pag. 38. ‘O Romule Romule dic, o Qualem te patriæ custodem Dii genuerunt? Tu produxisti nos intra luminis oras.’ Arnobius Lucretii verborum amator, lib. 2. advers. Gent. ‘Antequam Tages Thuseus oras contingeret luminis,’ &c. *Lamb.*

24 *Neque fit lætum, &c.*] Sic Callimachus: *Tis δὲ χάρις, τί δὲ τερπνὸν ἕνεο χρωτῆς Ἀφροδίτης; Τερναίη, ὅτε μοι μικρῆτι ταῦτα μέλει.* i. e. ‘Quid lepidum, quid jucundum sine Cypride pulchra? Vita vale, hæc curæ mi esse ubi desierint.’ Tale fere est illud Menandri, quod refert Plutarchus libro, *πῶς δαί τῶν ποιημ. ἀκούειν*: *Ἄκωνθ’ ὄσα ζῆ, καὶ τὸν ἥλιον βλέπει τὸν κοῦρον ἡμῶν, δοῦλα ταῦτ’ ἔσθ’ ἡπόρης.* i. e. ‘Omnia, quæ vivunt, et solem nobis commensum intuentur, hæc voluptatis serviunt.’ ex quo Græci *ἀκόθηρον*, et *ἀναφρόδιτον* appellant, quod Latini invenustum, i. e. illepidum, atque inornatum. M. Tull. epistolarum lib. 7. ad Volumn. ‘Sed quoniam tanta sæx est in urbe, ut nihil sit tam *ἀκόθηρον*, quod non alicui venustum videatur, pugna, si me amas,’ &c. quæ loco legitur in libris vulgatis *ἀκτρος*, mendose. *Lamb.*

*Neque amabile*] Nam a Venere Venustus. Monet Interpres locum Ciceronis 7. Ep. in ea quæ prior est ad Volumnium, corruptum esse, ac pro *ἀκτρος* legendum esse *ἀκόθηρον*. at ego scio qui probare possint legendum esse potius *ἔγροικον*. nam *ἀκόθηρος* laud facile, opinor, reperitur; dein Cicero plus uno loco agrestem, seu rusticum (i. e. *ἔγροικον*) opposuit τῷ venustus, lepidus. Si quid mutandum sit, posset et legi *ἀκόκλιον*, i. e. *ἀκαλλεύτων*, ex Hesychio. origo vocis notissima est. sed ea loci

*læjus non sunt; et raptim scribimus. Fab.*

25 *Te sociam studeo, &c.*] Quæritur a doctissimis viris, quid sit, quamobrem, cum Lucretius Epicuri rationem et sententiam hoc poemate exprimere instituât, Epicurus autem dicat, Deos neque bene meritis capi, neque gratia flecti, neque irasci, neque res mortalium cnrare, hoc loco tamen Venerem Lucretius imploret, eam sibi in suo poemate scribendo sociam adjungere cupiat: precetur denique, ut illa interea dum ipse rerum naturam explicat, terras et maria tranquillet, bella componat, et pacem constituat. Exstat hac de re eruditissima P. Victorii Florentini ad Joan. Casam Florentinum epistola: in qua hinc quæstioni ita putat responderi posse, si dicamus, Epicurum, tametsi voluerit, Deos nihil neque habere negotii, neque alius exhibere, *εὐχὰς* tamen, i. e. preces non sustulisse, et vota mortalium de suis rebus a Diis immortalibus audiri putavisse, aut certe Deos immortales propter eorum præstantem et excellentem naturam, ab hominibus venerandos et colendos esse censuisse. Utitur autem scriptoris locupletis Plutarchi testimonio; cujus hæc verba sunt in libro adversus Coloton Epicureum: *πῶς οὖν ἀπολείπουσι φύσιν, καὶ ψυχὴν, καὶ ζῶον; ὡς ὄρκον, ὡς εὐχὴν, ὡς θυσίαν, ὡς προσκύνησιν, ῥήματι καὶ λόγῳ, καὶ τῷ φάναι, καὶ προσποιεῖσθαι, καὶ δομᾶξιν, ἃ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς δόγμασιν ἀναμροῦσιν.* i. e. ‘quomodo igitur naturam, et animum, et animal relinquunt? ut jusjurandum, ut preces, ut sacrificium, ut venerationem et adorationem, verbo, et aientes, et simulant, et nominantes ea, quæ principis et decretis evertunt.’ Eodem pertinet id, quod scribit M. Tull. lib. 1. de Nat. Deor. ‘Si nihil aliud quæremus, nisi ut Deos pie coleremus, et ut superstitione liberemur, satis erat dictum. nam et præstans Deo-

rum natura hominum pietate coleretur, cum et æterna esset, et beatissima. habet enim venerationem justam quicquid excellit,' &c. Ibid. 'His terroribus ab Epicuro soluti, et in libertatem vindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam, nec alteri querere: et pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem.' Ego ut P. Victorio assentior, ita hoc etiam dici posse puto, Lucretium in præmio sui poematis non ut philosophum, sed ut merum poetam, a Deo opem et pacem petere: et tamen in eo, quod a Venere potissimum auxilium petat, non longe ab Epicuri sententia discedere, qui summum bonum in voluptate, atque in non dolendo constituit; ut omittam quod homo Romanus neque indecore neque inepte Venerem Romanorum matrem imploravit. *Lamb.* Non tam sibi quam versibus suis sociam Venerem optat. nempe inquit; ut 'obscura de re tam lucida pangam Carmina, Musæo contingens cuncta lepore.' *Preig.*

26 *Pangere*] Translatum. nam proprie agricolæ plantas pangere, i. e. infigere, dicuntur. M. Tullius ad Tiron. 'An pangis aliquid Sophocleum?' sic idem Lucret. lib. 4. in præmio. vs. 8. 'Deinde quod obscura de re tam lucida pango Carmina.' *Lamb.*

*Conor*] Conari hoc loco cogitare est, sibi aliquid proponere, decernere, &c. *ὑποσπειρόντας*. ita in hocce lib. vs. 936. 'cum dare conantur,' ut et in 6. 'namque ipsa de re jam dicere conor.' Sic Varro in præfatione lib. 1. 'quo brevius de ea re conor tribus libris exponere.' Non aliter Terentii ille locus accipiendus: 'Conari tibi obviam, Dave.' i. e. de te conveniundo cogitabam, neque porro alia ratione accipiendum est quod alibi dixit: 'isthuccine conari queam?' Ibi certe conari, velle est, vel cogitare. Ita Plautus alibi, 'Neque conari id facere audebatis prius.'

Quid quod Græci utuntur verbo *ὑποσπειρόντας* in eadem notione? rarum esse fateor; neque tamen dubium est. sic enim Menander dixit in utili illa sententia, et nemini unquam satis audita. *μὴ πᾶσι κερῶ ὑποσπειβῶ δέλ.* Ubi illud *μὴ κερῶ* significat 'noli;' ad verbum autem significat, 'ne coneris.' Livius item in 1. sic usurpavit hanc vocem ut Plantus, Terentius, et Lucretius: 'Aucta civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi ad belli et ad pacis usus, ne semper opes armis acquirerentur, consilio augere imperium conatus est.' i. e. sibi proposuit. Atque adeo locum quemdam Ciceronis ex Epist. 4. lib. 5. emendandum puto. En tibi illius verba: 'Nunc mihi Quintus frater meus, mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit; qua inductus, ad te scribere sum coactus.' Ibi nemo, qui saltem admonitus fuerit, dubitabit quin legendum sit *conatus*, non *coactus*; quam vocem et sententia, et *ῥὸ inductus*, satis respuunt. *Fab.*

27 *Memmiada*] Memmio Gemello: qui prætor fuit in Bithynia, et postea exulavit Athenis, ut perspicere licet ex M. Tullii ad eum epistolis libr. 13. *Memmiada* autem pro *Memmio*, ut *Scipiada*, apud Horat. Sat. 2. 1. 'Virtus Scipiadae, et mitis sapientia Lælli.' et apud Virg. *Æn.* 6. 843. 'duo fulmina belli Scipiadae.' et idem Lucret. 1. 44. 'Quod superest, vacnas aureis mihi Memmiada, et te,' &c. Ubi tamen vulgo legitur, *michi Memmius et te*. ut sit rectus pro vocandi casu. *Lamb.* Caius Memmius Gemellus dicebatur; ille ipse, de quo Catullus, qui ei subiratús erat, scripsit, *O Memmi bene me, ꝑc.* quæ quia turpicula sunt, huc non transferentur. De illo sæpe apud Ciceronem. *Fab.* Memmius Gemellus, quocum Athenas olim profectus erat Lucretius, et quo familiariter utebatur: de illo autem plurima videat Lector in disserta-



tlone Gifanii de gente Memmia. Creech.

28 *Ornatum*] *Ora latum* in vet. Grovovii cod. conjecit Salmaaius *altatum* pro exaltato et excelso, ut *vivatam* idem dixit Lucretius 3. 410. 557. 680. at vox *altata*, licet Apollinari Sidonio aliisque sequioris ætatis nota fuit, vix tamen forsan erat Lucretiani ævi. Creech. Ms. *Omnibus ora latum*. Unde Wallius, et cum eo Vossius, fecit *Omnibus prælatum*. Quod non videtur rejiciendum. q. d. quem relictis rebus (nota formula) valuisti excellere, seu curasti ut excelleret. Preig.

29 *Dictis*] *Allibi*: 'doctis dictis.' Preig.

*Leporem*] Tu leporis Dea, æternum et divinum meis versibus leporem asperge. nam sine te essent illipidi atque invenusti. Lamb.

30 *Effice*] *Al. et face*. melius: ita enim vinculum erit in hoc versu cum superioribus. Fab.

*Manera*] Officia, expeditiones. Bene rogat Venere[m] ut bellum sedet. Sunt enim Amor et Venus duo numina pacis amica, ita canente Propertio 3. 3. 23. 'Pacis amor Deus eat: pacem veneramur amantes.' Perit amor auditio classico, qui corda otiosorum occupat: quales castra nolunt: sed 'tubas et lituos procul,' ut ait Manlius. Pius. Ita v. l. *Gif. Manera, Munera, mania*, mania. *pæna*, punio. *Pænus*, Punicus. *coirantes*, curantes. Ennius plus semel. De conversione *τὸν αἶν* in *α* dixit eruditus Interpres Columnæ Duillianæ. adde et superioribus omnes unus, ut in illo saxo legitur de quo in vita Peyreskii mentio fit; cujus exemplar a Sirmondo Viro Doctissimo editum est et notis illustratum. Fab. *Manera Militiæ* belli seu militiæ munera, sic *manire* pro *munire*, *mutuus* pro *mutuus*, *cara* pro *cura*, &c. Creech.

*Militiæ*] Militiæ: diæresis. Jam diphthongus *æ* olim scribebatur per *ai*,

ne cui mirum sit, ex *æ* fieri *κατὰ θέλει* ai, ut 'viai, natural, material, Iphianassai, Geryonai,' et similia innumerabilia apud Lucretium, et item apud M. Tullium in Arato: 'Vos quoque signa videtis aquai dulcis alumnæ.' et sæpe alias: etiam apud Virg. ut *Æn.* 3. 354. 'Aulai in medio libabant pocula Bacchi.' denique apud omnes veteres. Lamb.

32 *Nam tu sola*] *Ætiologia*. Lamb.

*Nam tu sola potes, &c.*] Hujus loci lepore captus Papinius Theb. 3. 295. Lucretium, sed non æquis passibus, ut fit, sequitur; ubi bellator ille furens, occurrentem sibi Venerem, multa[m] cum eo de bello Thebano, quod instabat, expatulantem, de curru desiliens amplectitur, dictisque ita mulcet amicus. 'O mihi bellorum requies, et sacra voluptas, Unaque pax animo, soli cui tanta potestas Divorum, hominumque, meis occurrere tellis Impune,' &c. Preig.

33 *Quoniam*] *Ἀιτιολογία αἰτιολογίας*. quia (inquit) Mars belli moderator, et dominus est, qui tibi, ut amans, servit. Lamb.

*Mavors*] Mars sen Mavors, quia magna vertat, appellatus. Marc. Tullius libro secundo de natura Deorum. Lamb.

34 *Armipotens*] Virg. *Æn.* 9. 717. 'Hic Mars armipotens animum, viresque Latinis Addidit.' Lamb.

*In gremium*] Ovidius Venere[m] ita in sinu Adonidis collocat Met. 10. 558. 'Inque sinu juvenis posita cervice reclinis Sic ait, ac mediis interserit oscula verbis.' Hav.

*Sape*] Hoc apte concludit inde, quod æterno amore devinctus sit Veneri. Preig.

35 *Refficit*] Instaurat, et amplexu, otio, suavitateque venera reparat et renovat ad bella robustius capessenda, juxta Ovidianam sententiam: 'Quod caret alterna requie durabile non est. Hæc reparat vires: fessaque membra novat.' Ex consuetudine prisca duas

consonantes copulat pro libita ad intendendam producendamque syllabam. Nam cum *reficit* unico *f* scribatur, alterum addit ut syllabam folciat. Prima brevi alibi *reficit* ponit. Sic inf. 264. 'Quando aliud ex alio *reficit*.' vel ita distingue, ut cum *reficere* ponitur pro renovare, prima correpta demetur: cum ad animum mulcendum et recreandum, produci posse syllabam et intendi constat: ut per adjectionem consonantis fiat in verbo discrimen. Sed hoc nec probo, nec reprob. Prisci tamen codices habent *rejecit*: quo verbo significatur Martis impatientia ad Venerem, in cuius sinu non se molliter componit, sed raptim *rejecit*: et hoc probo; quoniam in *gremium* sequitur. Non enim dicere possumus *reficio me in gremium*, sed in *gremio*: quod in *reficio* verbo nullus est motus. Est pes proceleumaticus *rejecit* quatuor brevibus constans. *Rejecit* Lutatius legit citans hoc carmen in tertio Thebaidos. *Pius. Reficit*. Ita v. l. q. et vetustiss. vulg. quidam: *Reficit*. vulg. *Rejecit*. et in q. *devictus*. Gif. *Rejecit*. Sic habent fere omnes libri vulgati. quidam scripti tamen *Reficit*. quam scripturam si quis probabit, legendum erit, *in gremio qui saepe tuo se Reficit*: i. e. recreat: quæ scriptura quibusdam doctis placet. neque desunt, qui nihilominus in *gremium* retinent, ut sit illis simile, in potestatem prædonum fuisse, in mentem fuisse, &c. quæ notat Gel. l. 7. *Lamb. Rejecit*. Gifan. *Reficit*. male, neque enim dicimus *reficere se in gremium*. Fab. *Rejecit. reficit*, B. et Gif. quasi *recreat*, minus eleganter. Creech. Barthius tamen (hunc enim litera B. denotat) ad Statium Theb. 3. 263. *rejecit* legit, sed mox male *repostam*. Hav.

*Devictus*] Possessus, expugnatus. Si *devinctus* scribis, interpretare deligatus et distentus. *Pius. Devinctus*. Sic habent tres libri manuscripti,

quibus Romæ usus ann, et item alii, Bertin. et Memm. sic Furius Bibaculus: 'Ille gravi subito devinctus volnere habenas Misit equi.' et Virgil. *Æn.* 8. 394. 'Tum pater æterno fatum devinctus amore.' Notum est autem ex Homeri *Ὀδυσσ. βιβ. ο.* Venerem Martis amicam esse, eamque cum illo in adulterio deprehensam fuisse, cum eos ambos tenuissimis et subtilissimis vinculis irretitos, atque implicatos Vulcanus Diis spectandos præbisset. quæ fabula significat primarium qualitatum, calidi frigidit, sicci humidit, temperationem. Mars enim sicci est et calidus: Venus humida et frigida *Lamb.*

*Devinctus volnere*] Metaphora paulo durior. tamen dicebant 'præpeditus dolore,' et *καλάθητς ὀβλυσ* Callimachus. *Fab. Devinctus*] Lambino assentior. *Lib.* 5. tamen vs. 1320. videndum, an non potius legendum: *volnere victos*. Nam et apud Virg. *Æn.* 10. 842. et 12. 640. ita legitur. *Preig.*

*Volnere amoris*] Virgil. *Æn.* 4. 67. 'tacitum vivit sub pectore vulnus.' Theocrit. *κόκλωπι*, *Idyll.* 11. 15. *ἔχθιστον ἔχων ὀνοκάρδιον ἔλκος Κόρυδος ἐκ μεγάλας*. I. e. 'infestissimum sub corde vulnus, seu ulcus, habens a Venere acceptum.' *Volnere* autem et *volnus*, et *volnus*, et *volt*, et similia, per *o* excutenda curavi, quia sciam ita veteres esse locutos. *Lamb.*

36 *Suspiciens*] Admirans tuam divam et formosissimam speciem. Quidam legunt *suspirans*, hoc sensu: Ita tuis facibus vulneratus et perustus Mars suspiria ex vulnere trahens cogitar tibi copulari, te desiderare, te tenere, tibi etiam ingratis famulari. *Pius. Suspiciens*, sursum aspiciens. Sic autem habent libri aliquot vulgati, et tres manuscripti: duo item scripti, et quidam vulgati, *suspirans*, quam scripturam equidem non damno. *Lamb.* Alii *suspirans*. Sed placet *suspiciens*. Yox enim lata bellæ

huic imagini optime convenit: nullam vero tabulam, uti sentit Faber, (inf. vs. 38.) respexit Lucretius; quid enim tabula opus, ubi vividam est, quod res optime pingoret, ingenium? Amo etiam verecundiam, et utinam in Fabro inveniri possit: non panto modestior est poeta, quam interprees; nulla enim vera res hic agitur, nulla *μεγάλα μυστήρια*. Illa interpretatio quam apposui non minus fida est, quam modesta: Mas. *suspiciens*. Creech. *Suspiciens* Ms. *Suscipiens* non male. certe longe praevalet *τῆ σπείραν*, quod Ed. Gryph. habet. *Preisg.*

*Tereti*] Oblonga, sed carnulenta. Rotandum et teres differunt: quod Teres est compactile in longitudinem, Rotandum est sphaericum et orbiculare. Cylindrus teres appellari potest, non rotundus. Rotundus foliis pugilioris, non teres. Maro Ecl. 8. 16. 'Incumbens tereti Damon sic coepit olivæ.' Teretes digitos et exiguam pedem Naso laudat in puella. Hic est ordo codicis. Atque ita suspirans Mars et inhians pascit visus avidos amore, reposta tereti cervice in te, O Dea, Venus. *Pius*. Teres appellant Latini longum cum rotunditate et lævore: id fortasse quod Græci *βαδύλον*. Hor. Od. 2. 4. 'Brachia, et vultum, tereteisque suras Integer laudo,' &c. Virgil. *Æn.* 8. 688. 'illam tereti cervice reflexam.' *Lamb.*

*Tereti cervicis reposta*] Ovid. Met. 10. 558. 'Inque sinu juvenis posita cervice renidens, Sic ait, et mediis interserit oscula verbis.' *Preisg.*

*Reposta*] Reposita, sic alibi *posita, composta, disposita*; et Virgil. *Æn.* 1. 30. 'manet alta mente repostum:' et Georg. 3. 527. 'non illis epulæ nocuere repostæ.' *Lamb.*

37 *Pascit amore avidos*] I. e. delectat amore avidos oculos, idem Lucret. 2. 419. 'Neve bonos rerum simili constare colores Semine constituas,

oculos qui pascere possunt.' Plant. Pœn. 5. 4. 1. 'Fuit hodie operæ pretium ejus, qui amabilitati animum addiceret, Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo visere venit.' et Ter. in Phœm. 1. 2. 35. 'restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.' et Virg. *Æn.* 1. 612. 'Sic ait: atque animam pictura pascit inani.' Etiam Aristotel. quodam loco scribit, 'jucundissimum esse amanti rei quæ amatæ aspectum.' *Lamb.*

*In te*] In sinum tuum. amatorius mos et delitiosus in sinu dominæ cubare, ibique dulces et persnaves semnos aucupari. Pindarus oblit dormiens in gremio amati pueri. *Pius*.

*Pascit visus*] Extrema fere linea amantis hoc esse Terentius non ineluctanter docet, apud quem nihil 'nisi oculos pascere sibi relictum' esse graviter adolescens quidam queritur. Eadem autem extenuatio hoc loco Veneris potentiam haud parum exaggerat. q. d. si Mavors Armipotens ille præclare secum actum putat, si, quod leve profecto et extremæ linæ ac sortis est, oculos tuo aspectu pascere ipsi liceat; quæ tandem tua ista potestas, tuum illud regnum est, quod in mare pariter ac terras frugiferentis obtines? *Preisg.*

*Inhians*] Imminens cum desiderio rei ipsi amatæ. Nimia voti cupidinel expressio. Inhiare significat ita cupide appetere ut hiatum oris emittas. Virg. Georg. 2. 468. 'Nec varios inhiant pulchra testudine postes.' *Inhiant* interpretatur Servius 'habere desiderant:' et dicimus inhiio illam rem, et illi rei. Apuleius libro tertio Asini Aurei: 'His inhians et spe salutis alacer lætus propius accessi.' Statius: 'Fraterno inhiantem obitas,' Plant. Stic. 4. 2. 26. 'Tuam hæreditatem inhiant, quasi esuriens lupus.' Idem in Aul. 2. 2. 89. 'Credo illum audiasse me habere thesaurum domi: id inhiat.' *Pius*.

*Inhians in te*] Translatio est ab

animantibus, et avide atque ore aperto cibum appetentibus. Virg. *Æn.* 7. 813. 'Et prospectat euntem Attonitis inhians animis.' Plaut. *Aul.* 2. 2. 89. 'Credo illum audisse me habere thesaurum domi: id inhiat.' *Lamb.*

*Visus*] Oculos videndi cupidissimos, quorum est in amore dulcissimum pabulum vel auctore Propertio 2. 12. 11. 'Quid juvat in cæco Venerem corrumpere motu? Si nescis, oculi sunt in amore duces.' *Pius.*

38 *Eque tuo pendet resupini*] Ita presso, ita coherenter, et, ut dicitur, columbatim, labra labris junxit et impressit Mavors, ut spiritus omnis illius pendeat ex ore tuo, in quod omnem spiritum insinuavit. Sic et Plato: 'Savia dans Agathon, animam in sua labra tenebam: *Ægra* etenim properans tanquam abitura fuit.' Coniungere labra lasciviter Plautus conferruminare dixit: antiqui graphice collabellare. In *Asin.* Plaut. *lepide* 3. 3. 105. 'Fac me proserpentem bestiam, ut duplicem habeam linguam.' *Pius.*

*Spiritus*] Anima, anhelatio. *Tibullus* 1. 9. 37. 'Et dare anhelatim spumantibus humida linguis Oscula.' *Resupini*, i. e. resupinati, reclinati in gremium Venerium. In alia significantia resupinare est ab incepto pervertere, confundere, inquietare: in præceps dare etiam hoc verbum significare ostendit *Satyricus*: 'Aulam resupinat amici.' *Propertius* 4. 8. 51. 'Nec mora cum totas resupinat Cynthia valvas.' *Liv. lib.* 4. 'Assurgentem ibi regem umbone resupinat.' *Pius.* Vel significat os ori, et labra labris affixa, quale est illud *Tibulli* 1. 9. 37. 'Et dare anhelanti spumantibus humida labris Oscula;' et *Lucret.* 4. 1186. 'Quæ complexa viri corpus cum corpore jungit, Et tenet adsuctis humectans oscula labris.' vel certe Martis amantis spiritum ex Veneris amicæ aspectu pendere, atque

aptum esse: cui sententiæ consentanea esset lectio, *Atque ita suspirans tereti cervicæ reposita.* *Lamb.*

*Eque tuo pendet resupini spiritus ore*] Inclinat animus ut credam *Lucretium* respexisse tabulam aliquam, in qua Mars gremio Veneris molliter insidens exhiberetur. Qui autem in gremio amicæ per ludum et jocum sedent, eos aversos esse necesse est, neque desiderato aspectu frui posse; quare addit poëta 'cervicæ reposita,' et 'resupini,' et 'suspicens;' qua voce ostenditur, Martem, amore et admiratione defixum, pascere avidos oculos inhiantem in Venerem cervicæ reflexa. Et hæc quidem, ut opinor, in tabula; sed quæ mox sequuntur, 'Hunc tu, Diva, tuo,' &c. et, 'circumfusa super,' non amplius ad tabulam pertinent. Vera res agitur; et *μεγάλα μυστήρια τελεῖται.* Ex his, uti spero, lucis aliquid huic loco accedet. *Fab.*

39 *Hunc tu, Diva, &c.*] Hunc tu, Diva, recubantem tuo corpore complexa. *Lamb.*

40 *Loquelas*] Apposite *loquelas* appellat suavia ac mellita verba. Vocis ipsius id sonus videtur sonare. et v. 231. illa, 'Nutricis blanda atque infracta loquela,' quas illecebras habeat ex imitatione *Minuciana* patet, qua tenellis pueris quam elegantissime attribuuntur 'dimidiata verba, ipso loquelæ fragmine dulciora.' Notus hinc *Lallus Deus*, et *Lallare* verbum inde formatum apud *Persium.* *Preig.*

41 *Incluta*] Sic habent libri scripti. *inclutus* autem (aquit *Festus*) clarus, nobilis. jam y et u idem sonant. *Lamb.* Non sæpe apud Latinos scriptores reperias Deos *inclutos* vocari; sed ita fere semper vocat *Homerus*: *κλυτὸς Ἐνωσργαῖος*; ita de *Vulcano*, &c. sic quoque *Ennius* (p. 53.) apud *Nonium*: 'Olim de cælo lævum dedit incluta signum.' *Fab.*

41 *Placidam pacem*] Virg. *Æn.* 1. 253. 'Placida compositus pace.' *Preig.*

42 *Agere hoc*] Naturam rerum explicare; hoc ipsum, quod suscepimus, attente et summa cura agere: in hoc studium incumbere. de hoc loquendi genere nos plura diximus in commentar. Horatianis. Sic 4. 966. 'Nos agere hoc autem, et naturam quærere rerum.' *Lamb.*

*Agere hoc*] Scribere, de ratione philosophica cogitare. Notum quid sit 'Hoc age'; eo respicere Lucretium credibile est. *Fab.*

*Hoc patriat, &c.*] Ita inf. 4. 966. 'Nos agere hoc autem.' *Gif.*

*Tempore iniquo*] Tempore adverso. 'tempore iniquo,' 'æquo animo,' antithesis. *Lamb.*

*Tempore iniquo*] Tunc enim et Clodius et Catilina Rempubicam vexabant. *Fab.*

*Tempore iniquo, æquo animo*] Παρονομία Caro amata. vid. ad vs. 7. *Preig.*

44 *Talibus in rebus*] In rebus turbulentis: tempore belli. *Lamb.*

45 *Quod superest*] Attentionem sibi comparat. *Quod superest* autem, i. e. quod reliquum est. Atque ita sæpe loquitur, ut 2. 39. 'Quod superest, animo quoque nil prodesse putandum.' et 6. 998. 'Quod superest, facile hinc ratio reddetur, et omnis Causa patefiet,' &c. *Lamb.*

*Vacuas*] Otiosas, atque attentas. *Lamb.*

*Memmius*] Ita o. l. Male Lambin. *Memmiada*: rectus pro vocandi casu. *Gif.*

*Memmiada, et te*] O Memmi. sic autem restitui conjectura ductus, cum hic locus in codice Bertiniano totus in litura demersus esset. sic supra dixit, *Memmiada nostro*. Quod autem quidam Thrasones *Memmius et te*, lectionem vulgatam, tuentur, ut sit vocandi casus recto similis, non me movent. nam, ut hoc non ignoro, ita scio illos esse barbaros, impudentes, et aycophantas. *Lamb.*

*Memmiada*] *Gifan. Memmius.* qua-

si jam antea non appellarit *Memmiadam*; sed solenne facit *Gifan.* ut venena colligat. *Fab.*

*Memmiada*] *Memmius*, *Gif.* frustra. His vero 12. vs. *Memmius* suo, quem attentum sibi et aliis curis vacuum optat, futuræ disputationis argumentum aperit, docetque se disputaturum de Cœli et Deorum natura, et de primis rerum principiis, et quibus res omnes fiunt, et in quæ iterum resolvuntur; quod enim ad Deos attinet, illi beato otio fruuntur, ab omni cura et negotio semoti. Posteriores autem hos sex versus versus 44. subjungit B. non vero agnoscunt quidam vet. Cod. et sane abesse possunt, infra autem loco magis apto legentur. Tamen et hic non abs re locum habeant per occupationem, ut vocant Magistri; quasi dicat Lucretius: Ex primis corporibus omnia fiunt, nam Dii quidem, contra quam sensit Philosophorum vulgus, Naturam rerum nec fecere, nec curant. *Creech.*

46 *Semotum a curis*] Sic vs. 59. 'Semota a nostris rebus sejuncta que longe.' et vs. 464. 'Semotum ab rerum motu.' Horat. 'Semotique prius tarda necessitas Lethi,' &c. *Preig.*

*Veram ad rationem*] Ita Epicurus de suis opinionibus sentiebat. Notum et ille Celsi ἀληθῆς λόγος, de quo Origenes. *Fab.*

47 *Tibi dispoa*] Tibi disposita, et in ordinem digesta. *Lamb.*

49 *Ratione*] Ita v. l. et Seneca Ep. 69. vulg. *regione.* male. *Gif.*

*De summa cali ratione, Deumque*] Sic habent quatuor libri manuscripti, et Aldini utrique, et Vicetini, et Florentini: alii, *regione*: ego *ratione* magis probo. sæpe enim ita loquitur; ut paulo infra vs. 127. 'Quapropter bene cum superis de rebus habenda Nobis est ratio,' &c. et 2. 169. 'Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim Confirmare tibi,' &c. M. Tull. lib. 8. de Fin. 'Nec vero potest quisquam

de bonis et malis vere judicare, nisi omni cognita ratione naturæ, et vitæ, etiam Deorum,' &c. *Lamb.*

*De cæli ratione]* De natura cæli ac Deorum, vel de doctrina quæ *vepl rân olpariav* haberi potest, de meteorologia, &c. Non temere alibi reperias in hac ratione. *Fab.*

*Ratione]* Alii *regione Deumque*, supplet Nardius, domicilio. Utrumque imperite; non enim de Cæli ac Deorum regione, sed natura, poëta disputat. *Creech.*

50 *Rerum primordia]* Rerum principia. *Lamb.*

*Pandam]* Aperiam. Virg. *Æn.* 3. 179. 'Anchisen facio certum, remque ordine pando.' *Lamb.*

51 *Unde]* Ex quibus rebus, seu principiis. *Lamb.*

*Unde]* Ex quibus primordia, seu principia. Post *pandam* vel minima distinctio satis fuerit. *Fab.*

52 *Quove]* Vel in quas res. *Lamb.*

*Quove]* Quemadmodum illud *unde*, quod supra observabam, non interrogat, ita nec istud *Quove* interrogare potest. Non bene itaque Interpretes, qui existimant istud *Quo* significare, in quas res. Neque enim res plane resolvuntur in res concretas per degenerationem, sed in principia. Dices Lucretium ipsum ita tamen existimasse, qui scilicet sic infra scripserit vs. 763. 'Denique quatuor ex rebus si cuncta creantur, Atque in eas rursum res omnia dissolvuntur:' fatebor; sed ibi ex falsa suppositione in eos agit, qui ignem, aquam, terram, aëra, principia esse dicebant. Itaque istud *Quo* significabit in quæ principia; atque adeo, ne quis dubitet, addit poëta versu proxime sequenti, 'Quæ nos materiam et genitalia corpora rebus Reddenda in ratione vocare et semina rerum Appellare suemus, et hæc eadem usurpare Corpora prima, quod ex illis sint omnia primis.' Et merito. Nisi enim res ad principia redirent,

ut ex iis novi aliquid effloresceret, jamdudum omnia desiissent. *Fab.*

*Quove eadem rursum]* In Senec. 'Quoque eadem rursus.' *Gif.*

*Eadem]* Mutat genus: eadem enim, i. e. easdem res peremptas natura resolvat: vel hoc modo: Quove eadem natura resolvat res peremptas: nam utrovis modo 'perempta' est accusandi casus. *Lamb.*

*Eadem perempta]* Eas ipsas res peremptas. Mutavit autem orationem, ut alibi. cum enim genus humanum scripisset, mox addit 'eos,' intelligens non genus humanum, sed homines; quod fieri licet, ubi nomina sunt *συμλεκτικά*, non aliter. *Fab.* Eas ipsas res peremptas: mutavit autem orationem, ut alibi, cum enim genus humanum scripisset, mox addit 'eos.' Hoc etiam Lucretio familiare. Alii, *eadem perempta*, nempe Natura, supple seipsam, resolvat: imperite. *Creech.*

*Perempta resolvent]* Vocem *perempta* sequentibus connecto, hoc modo: Natura resolvit perempta ea quæ nos materiam vocare solemus, &c. sic non mutat genus aut orationem. *Preig.*

53 *Genitalia]* Vim gignendi habentia, ad gignendum valentia. hæc voce utitur sexcentis locis. *Lamb.*

*Genitalia rebus]* Notanda Latinitas, *rebus* pro *rerum*. Sed alibi tale quid reperies, ut et apud Plautum plus semel. *Fab.*

55 *Suemus]* *Consuemus*, pro *consuevimus*. Dividunt subinde vocales poëtæ, et quæ coire deberent separantur. Hor. *Serm.* 1. 'Cum mihi non tantum furesque feræque suetæ.' Idem apud Ovidium *Papinij*que observatur. 'Auraram et sylvium metu,' apud Horatium *trissyllabam* est. *Pius.*

*Usurpare]* Vocare. *Fab.*

*Usurpare]* Notandam omnino hoc verbum in significatione cognata cum verbis 'vocare' et 'appellare.' *Preig.*

56 *Quod ex illis sunt omnia primis]* Quoniam res omnes naturales ex illis primis corporibus concretæ et conflatæ sunt. *Lamb.*

57 *Omnia enim, &c.]* Hi sex versus a v. q. absunt. iterantur inf. lib. 2. *Gif.*

*Omnia enim]* Occupatio est. Non temere dixi (inquit Lucretius) ex corporibus primis omnia constare, et omnia in eadem resolvi, naturamque omnia ex illis creare, et in eadem perimere. Nam si quis patet, Deorum opera et consilio res naturales creatas esse, vehementer errat. Impia sententia. Iterantur hi sex versus lib. 2. absuntque ab hoc loco, in exemplis Venetis recentiorib. et Florentinis, et codicibus nonnullis manuscriptis. *Lamb.*

*Omnia enim per se]* Hi sex vs. ut docti monuere, a quibusdam veterum librorum absunt. Et sane abesse possant; infra autem loco magis apto legentur. tamen et hic non abs re locum habeant, per occupationem, ut vocant magistri; quasi dicat Lucretius, 'Ex primis corporibus omnia fiunt; nam Dii quidem, contra quam vulgus philosophorum sentit, rerum naturam nec fecere, nec curant.' *Fab.*

*Omnia enim per se, &c.]* Quod hi sex versus, qui 2. 645. loco magis apto occurrunt, hic etiam collocentur, id procul dubio ex eo factum, quod non nemo eos huc transtulerit, ut ostenderet Lucretium sibi adversari, qui cum Deos mortalia non curare affirmet, Venerem tamen invocet. *Is. Voss. Confer. Not. ad 2. 645.* At Veneris nomine in illo Proœmio abuti maluit, ut cum ipso loquar 2. 55. quam Venustatis, Elegantis, Leporis, Jucunditatis, Snavitatisve propriam aliquod proferre vocamen. Vide quæ de Instituti sui ratione camit inf. vers. 942. et seqq. Sic et calidam Musam Calliopen invocabit, 'præscripta ad candida calcis,' 6. 91. et seqq. *Preig.*

60 *Privata dolore]* Doloris expera. *Lamb.*

*Privata dolore]* Nequis sibi ingeniosus videatur, atque adeo reprehendat τὸ *privari dolore*, quasi verbum illud sit eorum quæ necessarium anaphoram habeant ad quid *χρησθῆναι* καὶ ἡδῶ, quo careas, meminerit τὸ *privari* et *carere* esse synonyma; et tam ad mala referri quam ad bona et comoda. Itaque dicebant carere febri, privari injuria, privari dolore, quæ omnia apud Ciceronem occurrunt. *Fab.*

61 *Ipsa suis pollens opibus, &c.]* *Αὐτὰρ κτλ, se ipsa contenta. Lamb.*

62 *Nec bene promeritis, &c.]* Nec capitur bene meritis, nec ira commovetur. 'Promeritis' una vox est, non dux, a verbo *promereor*. *Plutarchus* comment. *Ἐν ὀδῶ ζῆν ἔστω ἡδῶς, &c.* verba ipsa Epicuri profert ad hunc locum pertinentia: 'Ἐν νόσοις δευαὶ καὶ πόνοις ὑπερβάλλουσιν ἐπιζῆεις τι χρησθῆναι παρὰ θεῶν; τετόφουσαι. τὸ γὰρ μακρότερον καὶ ἄσφατον ὄντε ὀργαῖς ὄντε χάρσι συνέχεται. i. e. 'In morbis gravibus et laboribus immoderatis spes aliquid boni a Diis? insanus es: nam quod beatum et immortale est neque ira commovetur, neque gratia flectitur.' Sic *M. Tullius* lib. 1. de *N. D.* 'Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri; quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia.' *Capiturque*, corrumpitur, vel flectitur, vel, ut *Nonius Marcellus* interpretatur, propitiatur. *Attangitur*, commovetur, afficitur, ut idem *Nonius*. *Sic Virg. Æn. 9. 138.* 'nec solos tangit Atridas Iste dolor.' Et 12. 933. 'miseri te si qua parentis Tangere cura potest.' Jam hoc totum 'nec tangitur ira,' valet, nec irascitur. Porro autem hoc etiam erat animum ex Epicuri decretis, Deos neque irasci cuiquam, neque esse propitios. quod cum alibi declarat *M. Tull.* tum ia

oratione in L. Pisonem, ubi Pisonem ipsum sic facit loquentem: 'Quid est, Cæsar, quod te supplicationes tantopere delectent? in quibus homines errore ducuntur; quas Dii negligunt: qui (ut noster ille divinus dixit Epicurus) neque propitii cuiquam esse solent, neque irati.' Idem Epist. ad Trebat. lib. 7. 'Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum scias Jovem iratum esse nemini posse?' Arnobius lib. 1. adversus gentes: 'Ita non animadvertitis, non videtis, affectus quam turpeis, quam indecoras numinibus attribuat is insanias? Quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri, et in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari? &c. quæ longum sit referre: quibus declaratur iratorum affectus in corporibus expressus.' Idem paullo post: 'Ceterum Dii veri, et qui habere, qui ferre hujus nominis auctoritatem condigni sunt, neque irascuntur, neque indignantur,' &c. *Lamb.*

*Nec tangitur ira]* Execratur hæc Lucretiana carmina Lactantius libro de Ira: utpote quæ templa, quæ religionem et cultum Deorum tollant. Huic Epicuri sententiæ reclamant et Cicero, 'Deus,' inquit, 'si talis est, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat.' *Pius.*

*Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira]* Contra hunc locum fusc egit Lactantius, et alii. quamquam nil opus fuit. Interpretanda tantum Epicuri mens fuerat. *Fab.* Tangi ira explicant quidem irasci, sed quid, si bene promeritis opponatur? ut ira hominum in Deos atollit illa sit non dissimilis Caligulæ, qui non sine jurgiis exilium etiam Jovi comminabatur apud Suetonium cap. 23. vel morientis Pompeii indignationi apud Lucan. 8. 665. 'At Magni dum terga sonant, et pectora ferro, Permanisse decus sacræ venerabile formæ, Ira-

tamque Deis faciem.' Tali ira non tangitur Deus, inquit, id est commoveatur, prout exstat apud Tertullianum, cæbrum Latinitatis Lucretianæ observatorem, in Apolog. cap. 40. p. 351. 'Invidia cælum tundimus, Deum tangimus.' *Haver.*

63 *Humana ante oculos]* Significat, Epicurum animos hominum religione, i. e. inani Deorum timore, et superstitione liberasse. Nam Epicurus quidem, ut testantur Diog. Laërtius et M. Tullius, scripsit librum de pietate erga Deos: et supra diximus, Epicurum, quamvis negaret, Deos curam habere rerum humanarum, neque preces tamen, neque venerationem, et cultum Deorum, tanquam præstantium naturarum, sustulisse. quæ sunt profecto valde inter se pugnantia, ut ostendit M. Tullius lib. 1. de N. D. his verbis: 'Atqui scripsit librum de pietate erga Deos Epicurus, ita ut Coruncanium, aut Scævulam, pontifices maximos, te audire dicas; non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem; nec manibus, ut Xerxes, sed rationibus, Deorum immortalium templa et aras everterit. Quid est enim cur Deos ab hominibus colendos dicas, cum Dii non modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil agant? At est eorum eximia quædam, præstansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam allicere sapientem. An quiddam eximium potest esse in ea natura, quæ, sua voluptate lætans, nihil nec actura sit umquam, neque agat, neque egerit? Quæ porro pietas ei debetur, a quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum sit, et deberi potest?' *Lamb.* Qui ingenium cum Cicerone in Lucretio desiderant, hanc imaginem contemplantur, et si pulchriorem monstrare possint, id mihi facient quod est gratissimum. Ut misere enim sordideque jacent humiles isti religione oppressi homines, et quam horrendo ore



Dominus ille Metus desuper minatur! Crederes visum præsentem Dæmonem flagella intentare. His positis, Epicuri (Atheniensis, et Neoclis filii) laudes aggreditur, qui primus his omnibus terroribus se intrepidum opposuit, et, acri vi mentis extra hujus mundi limites in Omne infinitum delatus, totius naturæ potestatem penitus perspexit, docuitque homines res fieri sine cura et opera Deorum, ideoque omnem religionem funditus sustulit, ut docet Cicero lib. 1. de N. D. 'Quid est enim cur ab intrepidum colendos dicas, cum Dii non modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil agant?' Otio autem suo abutuntur, ut Gassendus, Faber, aliique, qui Epicuri librum *περὶ δαιμόνων*, ejus Sectæ pietatem erga Deos, et religionem pro superstitione tantum, metuque Deorum inani a Lucretio hoc loco positam esse crepant; quasi Poëta non omnem de Providentia opinionem sustulit, aut ille esset superstitiosus qui Deum aliquid agere, aut humana curare existimaret. *Creech.*

*Ante oculos] Παράκτωρ.* Distinguendum autem puto in hunc modum: *Humana ante oculos fæde cum vita jaceret In terris, oppressa gravi sub Religionem, Quæ caput, &c.* Jacere verbum elegans, Nostro familiare. Sic lib. 5. 1272. et 1274. 'Nunc jacet æs, aurum in summum succedit honorem.' *Preig.*

*Jaceret]* Tanquam contempta, vilis, et abjecta. Juxta Ovidium, 'Pauper ubique jacet.' Exponit Nonius 'sorderet: non læta esset.' *Pius.* Humilis, mæsta, et prostrata esset: vel, ut Nonius interpretatur, qui hunc versum profert, sorderet. *Lamb.*

64 *Gravi sub religionem]* Gravem religionem dixit, tanquam onus. *Lamb.* Exitiali, molesta, importuna, &c. utpote quæ præsentissimum divini cultus venenum sit. *Fab.*

*Religionem]* Superstitione: hæc enim propria significantia est vocabuli hujus: etsi nostri Theologi super-

stitionem vocent metum quandam Deorum, qui peculiaris est aniculis: nade sortita nomen superstitione a superstitibus scilicet, h. e. vetulis et senibus, qui diu superfuere. In hanc significationem locutus est inferius poëta, vs. 84. 'Religio pepetit scelerosa atque impia facta.' Proverbium vetus est: 'Religentem esse oportet: religiosum nefas:' quod retulit Nigidius sic: 'Hoc inclinamentum semper hujusmodi verborum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus, significat copiam quandam immodicam rei, super qua dicitur.' Quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione se alligaverat: eaque res vitio assignabatur: unde religiosus dicitur tristis omne infames impeditque, in quibus res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo nefastos appellant. Itaque M. Cicero libro epistolarum ad Atticum mono: 'Majores,' inquit, 'nostri funestiorum diem esse voluerunt Allienis pugnae, quam urbis captæ: quasi hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiam nunc dies: alter in vulgus ignotus.' Idem tamen religiosa delubra majestatis venerationisque plena vocat. Religiosi dies ominosi. Unde Terentius in Heaut. 2. 1. 16. 'Nam nihil esse mihi religio est dicere.' Sabinus religiosum esse contendit, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum: ut cerimonie a carendo. *Pius.* Qui nequitie suæ auctorem quærunt, insanientis dum sapientie consulti aberrant, hoc Lucretii loco contra sententiam Scriptoris abuti solent. Existimant enim religionem hoc loco positam pro Deorum cultu seu pietate in Deos; ut infra, loco illo decantatissimo, vs. 48. 'Tantum religio potuit suadere malorum;' sed utrobique falluntur. Religio enim superstitione est. Epicurus certe Deos prop-

ter præstantiam naturæ suæ colendos non negabat; quod et Cicero, non semper homini æquus, ostenderit; nec non Lærtius, ut et Lucretius infra, qui librum Epicuri περί τῆς δαιμόνωνος satis innuit. Poëta autem si extra omnem ἀμφιβολίαν loqui voluisset, scribere potuerat *Relligiones*, non *religionem*, quod alibi fecit, ut et Varro in admirandis istis versibus: 'Non fit thesauris, non auro pectus' solutam, Non animis demunt curas ac religiones Persarum montes, non divitis atria Crassi.' In quorum versuum postremo novi qui velint legi *horrea Crassi*. Et ita fere Cicero ad Atticum l. Ep. 4. 'quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos et prata contemno.' *Fab.*

65 *Quæ caput a cæli*] *Σωματοποίησης*. Nam corpus quoddam affingit religioni, et facit eam caput e cælo profertentem ad terrendos mortales. *Lamb.*

*A cæli regionibus*] *Ἀπὸ τῆς οὐρανοῦ*. *Fab.*

*Ostendebat*] Virg. *Æn.* 2. 68. de Sinone, ubi æque ut noster in sono etiam producit verbum, quod ibi significat aliquem factum attonitum similiter cum horrore aliquid facere. 'Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.' *Hav.*

66 *Horribili super aspectu*] Citat Serv. ad Virg. *Æn.* 8. 187. ubi binam rationem affert, cur religio nimis anxia et superflua dicatur superstitio, sed melius Cicero 2. de N. D. a 'superstes' deducit: 'Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem a religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latinus patuit.' Sed cum Servius definiat superfluum et inanem timorem, Voss. de Anal. l. 22. iudicat esse a 'superstare,' i. e. superfluum, nimium esse. Hic vero apud Lucret. poëticam fictionem agnosco elegan-

ter adcommodatis verbis expressam. *Hav.*

67 *Græjus homo*] Epicurus, Atheniensis, Gargettius, Neocelis filius. *Lamb.* Epicurus Atheniensis, ex oppido seu populo ut vocabant, Gargetto; unde passim Gargettius. *Fab.*

*Tollere*] Nonius legit, *Tendere*. Gif. *Tenders*] Sic Non. Marcellus legit, non, ut habent libri omnes et vulg. et manuscripti, *tollere*: quem hæc secunda editio secutus sum, rejecta altera scriptura, ut supposita. *Tendere oculos* autem dixit, pro *contendere*. *Contendere* porro *oculos* ita dictum, ut *contendere vocem*, *vireia*, *cursum*, et similia. 5. 630. 'Tante posse minus cum sigais *tendere carsum*.' Est autem longe plus *oculos* *contendere*, quam *tollere*. Illud enim significat contenta acie aliquid inveni, et aciem oculorum in rem que cernitur, defigere. sic Afran. 'Contendit oculos: derepente abijt cælo.' Hor. Ep. l. 1. 28. 'Non possis oculos quantum *contendere Lynceus*.' Lucret. infra hoc eod. lib. 325. 'Nulla potest oculorum acies contenta tueri.' Idem 4. 801. 'nisi se *contendit acute*.' *Lamb.*

*Mortales tollere contra*] Non male *tendere*, sed id includitur in *obstetere*, debebatque prius *oculos tollere*, quod scilicet ipsum nemo adhuc ausus fuerat, quamque locutionem pluribus adstruit Bentley ad Hor. Od. l. 3. 18. Vetus poëta apud Galenum, ex observ. Scaligeri ad Cirin Virgilio, *Ἀπταυγείν πρὸς ἄλμυρον ἀπαθήσασσι προσάπεισι*. ipse Virg. ibid. 'Altius ad magni subtendit sidera mundi.' *Hav.*

*Tollere*] *Tendere* ex Nonio in textum receperat in secunda tertique editione sua Lambinus. Et forsitan ita scripsisse Lucretium, non nihil indicij est, quod et apud Virg. plus semel hæc versus clausula occurrat. vid. 9. 377. et 795. item vs. 21. sed contra omnes libros *tendere* non est nostrum. *Preig.*

69 *Fama Deum*] Qui curiosos puniunt. Nam Dil lege Saturni videri volunt. *Pius*.

*Fulmina*] Vid. Horatii Od. illam: l. 34. 'Parcas Deorum cultor et infrequens.' *Preig*.

*Minitanti murmure*] Terrorem incutiente suo strepitu minis consimillimo. a murmure per diminutionem fit murmurillum. Sed aegedum cum detur occasio Plantinum illam locum retractemus ex Rudente. Sic in Plauti codicibus vulgatis legitur in Rud. 5. 3. 48. 'Nolo ego murmur illum neque susurrum fieri.' Tu lege ex Nonio *murmurillum*, pro parvo murmure. *Pius*.

71 *Virtutem irritat animi*] *Iritat* pro *irritavit* positum: ut apud Virgil. 9. 9. 'Septra Palatini, sedemque petit Evandri.' Notat Priscianus, 'famat,' 'capit,' audit,' et similia, habere ultimam syllabam circumflexam, si patiantur syncopam. sic iterum Lucret. 6. 586. 'quas exitus hic animi Disturbat urbeis.' Itaque postrema syllaba longa est, quem (inquit) neque fama Deorum, neque fulmina, neque caelum minaci murmure compressit, sed eo magis irritavit atque excitavit ejus animi virtutem, ut omnibus difficultatibus sublatis ac remotis, ad explicationem naturæ; cognitionemque rerum involutarum atque obscurarum, aditum viamque sibi munit. *Lamb*.

*Virtutem*] Mirum ni Lucretius scripserit: *acris Virtus irritat, &c.* *Preig*.

*Iritat*] Contractio est pro *irritavit*; quare et postrema producta est: nam in tertia olim persona contractionem admittebat prima verborum inflexio. ita Terent. Phorm. 5. 7. 50. 'Ex qua filiam Suscepit et eam clam educat.' I. e. educavit. Ita alibi Lucret. 'disturbat urbes,' disturbavit; id quod et metrum et ratio suadent, ibi enim de re olim facta agitur. Virg. quoque, *Æn.* 3. 2.

*Delph. et Var. Clas.*

'ceciditque superbum Illium, et omnis humo fumat Neptunia Troia.' Quod ignorasse se veteres magistri, ut et Probus et Charisius, satis ostendunt, dum in eo versu solæcismum esse contra tempus existimavere. Sic quoque Ennius p. 112. 'Tum timido manat ex toto corpore sudor.' Gifanius Terentii locum in Indice suo, eumque solitarium, prodaxit, ut id probaret quod modo ostendi; sed in quo plane puer est, et Lambini convicio dignus, si animadvertisset Lambinus. Adde exemplis superius allatis haec quoque observationem; solitos olim contractiones admittere in prima numeri pluralivi. Ter. Andr. 3. 3. 11. 'omnem rem modo seni Quo pacto haberet enarramus ordine.' I. e. enarravimus: addit enim *modo*. Sic denique Plaut. in Sticho, 5. 3. 5. 'ibi festinamus omnes, Lectis sternundis studuimus.' Ubi *festinamus* positum planissimè est pro *festinavimus*; nam sequitur mox *studuimus*. Neque vero *festinamus* pro *festinavimus* magis mirum videri debeat, quam *suemus* pro *suevimus*, et alia id genus: sed illis aurlum consuetudo favit. *Fab*.

*Confringere ut arcta, &c.*] Allegoria est ducta a re militari, ex expugnationibus urbium. libri veteres omnes habent *arcta*. Lamb. Voss. in Obs. ad Catull. p. 170. *confrangere*. cujusmodi plura a viris doctis in vitis libris antiquis et Lucretio sublata esse queritur. *Preig*.

72 *Cupiret*] Ita o. l. Priso. lib. 10. et Nonius. *Gif.* I. e. cuperet: notant Nonius et Priscianus: atque hoc verbo in hac inflexione sæpe utitur Lucret. *Lamb*. Pro *cuperet*, ut alia passim; quod scilicet et tertia et quarta olim non ita a se invicem se junctæ erant et secretæ, quin utiturque essent multa communia. *Fab*. Multi descriptors, non attendentes ad metri legem, voluerunt *cuperet*, quomodo in Gottorp. atque Lngd. Bat. utroque (in altero tamen cor-

*Lucret.*

3 L

recta lectione) Bodl. atque Edit. Veron. Dixerunt autem *cupere* et *cupire*, ut *parere* et *parire*. Ennius apud Varronem et alios, et et in *Fragm.* p. 182. 'Ova parere solet genus pennis condecoratum.' *Hav.*

73 *Vivida*] *Acris*, potens, animosa. idem infra, vs. 180. 'et vivida tellus Tuto res teneras effert in luminis oras.' *Virg. Æn.* 5. 754. 'Exigui numero, sed bello vivida virtus.' idem 10. 600. 'non vivida bello Dextra viris, animusque ferox.' 'Vivatus et vividus' (inquit *Festus*) 'a magna vi dicuntur.' *Lamb.*

*Et extra Proc.*] Et longe processit extra mœnia mundi, &c. *Lamb.*

74 *Flammantia*] *Flammantia* propter sidera, et ignes æthereos. *Lamb.*

*Flammantia mœnia mundi*] Propter stellas et ignes æthereos, unde 'stellantis regia cœli.' *Virg. Æn.* 7. 210. *Mamil.* autem 'stellantia cœli tecta' et in 5. 120. 'mœnia mundi.' *Fab.*

75 *Atque omne immensum*, &c.] Aliud esse putat *Epicurus* id, quod appellat omne, i. e. τὸ πᾶν, aliud, mundum. Nam mundus est finitus: omne autem, est infinitum: mundus omni continetur, immo vero (si *Dii* placet) mundi innumerabiles, ejus sententia, quotidie et fiunt in omni, et intereunt: at omne et hunc mundam ceterosque omneis continet, et nunquam neque natam neque interiturum est. *Lamb.*

*Omne immensum*] Omne, ut alibi passim, τὸ πᾶν, rerum universitas, quidquid est in rerum natura; non autem hic mundus, qui τὸν κόσμον respectu fere nihil est; quod immensa fere cœli nostri spatia et siderum inexplicabilis altitudo facile suadent; sed id infra docebit *Lucretius*. *Fab.*

*Omne*] Τὸ πᾶν. *Omnia* maluit dicere *Cicero*, lib. de *Univ.* verum ipse etiam hanc vocem aliquando usurpavit lib. 2. de *Div.* *Epicurus* τὸν ἅπαν φέρον, et apud *Plutarchum*

τὸν ἅπαν φέρον dixit. Idemque valent apud *Lucretium*, *Natura rerum*: *Summa rerum*, *Summa omnis*, *Summa tota*, *Summæ totius summa*, &c. Hoc *Omne* apud *Epicureos* est infinitum et sempiternum, incrementi simul et decrementi incapax; dum mundus finitus sit, aliquando natus, et interitui obnoxius. *Creech.*

*Mente animoque*] I. e. mente animi, ut 'poculis et anro' *Virg.* pro poculis aureis. 'molemque et montes,' *Id.* pro 'molem montium.' mens autem animi quid sit in 3. ostendet. *Fab.*

76 *Unde refert*] Profert hunc versum *Nonius*, et interpretatur *refert*, ostendit. *Ego referre* hoc loco sic accipiendum pnto, ut apud *Virg. Æn.* 4. 95. 'Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis,' pro reportare, ut sit translatio a re militari. *Lamb.*

*Quid possit oriri*, &c.] Iterantur hi duo versus et hoc libro infra, et lib. 5. *Victor Epicurus* (inquit *Lucretius*) refert nobis ex ea veritatis investigatione, atque explicatione naturæ, quid possit nasci, quid non possit: qua ratione saus cuique rei finis sit constitutus, et terminus immotus, stabilis, æternus, altissimeque defixus ac depactus. Legendam autem quantum sit ratione, ut duobus aliis locis legitur. *Lamb.*

77 *Utque alte terminus hæreat*] Ita v. 1. et inf. vs. 590. et v. 91. *Virg. Æn.* 4. 614. 'Et si fata Jovis poscunt, sic terminus heret.' *Gif.*

*Atque alte terminus hæreat*] Hunc locum *Virgilius* est imitatus, sen potius mutatus 4. *Æn.* 614. 'Et si fata Jovis poscunt, hic terminus hæret.' *Horatius* 'stabilem rerum terminum' appellat carmine seculari. *Thraso* ille, quem jam supra descripsi, ridicule legendum hic censet, utque alte terminus hæreat, et repugnantibus libris omnibus et reclamante lege carminis. *Lamb.*

*Hæreat*] Συνίψαις, ut passim apud

Virg. Hor. &c. alii tamen *hærens*. Si autem *fnita cuique*, &c. inde fiet ut miraculis, nulla fides; Nil illi præter naturæ fœdera moliri queant, &c. huc scilicet tendit Lucretius; neque enim physiologiæ nullam rationem habuisset Epicurus, nisi quod ex rerum naturalium contemplatione effectum iri credebat, ut animi hominum superatitionis terculamentis sese exolverent. *Fab.*

*Atque*] *Utque* Gif. et C. *Hæreat*. *Hærens* D. P. C. N. *quanam. quantum* B. *Creech*. Virg. *Æn.* 10. 860. ubi in *Læsi* morte *Mezentius* dicit: 'Nunc alte vulnus adactum.' *Hav.*

79 *Pedibus subjecta*] Virg. *Georg.* 2. 490. 'Felix, qui potuit rerum cognoscere causas, Atque metus omneis, et inexorabile fatum Subjectit pedibus, strepitumque Acheruntis averni.' *Lamb.*

*Vicissim*] Quæ antea 'e cœli regionibus caput ostendebat,' et homines sub se tanquam gravi onere oppressos tenebat. *Lamb.*

*Vicissim*] *Εἰς ἀνταμοιβήν, ἐν ἄλλαις*, ut quæ olim homines abjecisset, ea tandem abjecta jaceret. *Fab.*

80 *Obteritur*] *Cod.* Memm. habet, *Exteritur*. ceteri cum vulgatis congrant. *Lamb.*

*Obteritur*] *Exteritur*. Gif. *Phædr.* 1. 30. 10. 'Et proculcatus obteret duro pede.' *Hav.*

*Victoria*] Epicuri, qui cognitis rerum causis inanem Deorum metum sustulit, pietatem duntaxat securam, et Deorum majestati consentaneam reliquit: vel qui omnes religiones funditus evertit, et ita terroribus animos hominum liberavit. Sed dicamus, Epicurum cum in plerisque aliis rebus, tum in hac impiam fuisse: atque idcirco nullo modo audiendum. *Lamb.* *Victoria* Epicuri videlicet, qui (ut verbis *Manil.* 1. 67. utar) 'Cepit profundam Naturam rerum causis, viditque quod usquam est: Nubila cur tanto quaterentur pulsa

fragore,' &c. 'Solvitque animis miracula rerum, Eripitque Jove fulmen, viresque tonanti.'

81 *Illud in his rebus*] *Occupatio* est. *Illud* (inquit) in his rebus timeo, ne te putes introire disciplinam impiam. 'Impia elementa' impias institutiones ac præceptiones, aut impiam disciplinam: vel timeo, ne dicas, te ad impiæ rationis initia introire *Lamb.*

*Illud*] *His* 22. vs. Huic tam impiæ doctrinæ, quæ providentiam negat, aversum fore Memenium suspicatur; ideoque illius animum confirmat monendo, religionem istam, quæ providentiam constitetur, sæpe olim maxima scelera suasisse: quod probat exemplo *Iphigeniæ* *Aulide* (*Bœotix* ad *Euripum* portu) a patre suo *Agamemnone* ad aras *Dianæ Trivix* ex jussu *Oraculi* mactatæ, 'Exitus ut classi fœlix faustusque daretur.' *Creech.*

82 *Impia rationis elementa*] *Pro elementa impiæ rationis*. *Figura* hinc nostro et *Virgilio* familiaris. *Ratio* autem *θεωρία* est, philosophandi studium, &c. Posset et pro secta sumi, uti a *Lucretio* alibi ea vox usurpata est. *Fab.*

83 *Endogredi*] Ita ex v. l. semper scripsi. Gif.

*Endogredi*] *Endo* præpositio antiqua quæ valet in; ut 'endoperator,' seu induperator, 'endopeditus,' 'endo statu,' 'endo mari,' 'endo manu' apud hunc eundem, pro imperator, impeditus, in statu, in mari, in manu. Et testamentum 'endo procinctu,' 'endoitium,' pro in procinctu, et initium: de quibus lege *Festum*. sic et apud *Lucillum*: 'Quam lepide lexes compostæ! ut tessellæ omnes Endo pavimento, atque emblemate vermiculato!' sic enim legendus ac scribendus secundus versus, non, ut vulgo, *Arte pavimento*, &c. Idem. 'Jactare endo foro se omnes, decedere nusquam.' Quod antem vulgo *indu* quoque pro *in* usurpant, *indu* factum

esse puto ex *endo*. Quonquam *Indugredi* a veteribus dictum esse arbitrator, Probi grammatici auctoritate fretus, qui hunc versum profert. *Lamb.*

*Endogredi*] *Ingredi*. *endo*, *ἔδωρ*, in, intus, endoiacito, endopedita, endo-tuetur, *Ενν.* endoitium apud *Fest.* pro injicito, impedita, intuetur, initium. Neque minus dicebant *endu* et *indu*, ex quibus nata illa sunt *in-* *uperator*, *industrius*, &c. Id quod contra *Gifanii* iudicium dictum velim. *Fab.* Et ita passim *Gott. Lngd. Bat. 1. 2.* et alii. *Hav.*

*Endogredi*] *Ingredi*. Quis autem nescit *endo*, *ἔδωρ*, in, intus, esse præpositionem antiquis notam? *Creech.*

*Sceleris*] I. e. impietatis. nam scelus, facinus est vel cruentum, ut sceleriorum et paricidarum; vel in parentis, patriam, Deos. *Lamb.*

*Quod contra*] Ita o. v. *Marullus* et vulg. *Quin.* *Gif.*

*Quod contra*] Sic habent libri quatuor manuscripti, et ita legendum putant viri docti, quibus assentior. Sic enim et *M. Tull.* cum alibi, tum in *Lælio* loqui memini: 'Peccasse enim se non anguntur; objurgari molestè ferunt. quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere.' Ubi vulgo legitur, *quis contra*. *Lamb.*

*Quod contra*] Non ex vulgi palato est hæc Latinitas; neque *Gifanii* animadvertit istam voculam *quod* esse quarti casus. *Lambinus* ex *Cicerone* exemplum unum attulit; ego item alterum ex oratione pro *Quintio*: 'Reliquam est ut eum nemo iudicio defenderit, quod contra copiosissime defensum esse ostendi.' Aliquoties ita locutus est et alibi, ut et *Rhetor ad Herennium*. *Fab.* *Quod contra* scribit etiam uterque *Lugd. Bat.* nisi quod in altero *m* sit superscriptum. *Hav.*

*Sæpius illa*] Miror hanc lectionem ita neglectam fuisse ab editori-

bus, quum eam et *Pios* jam pridem in contextu, et ad oras *Gryphii* exhibuerint. Restitimus autem veram lectionem ex *Mss. Lugd. Bat. 1. 2.* *Bodl.* insuper, *Gottorp. Barth.* *Collationib. Heinsian.* et *Notis Mss. Jacobi Snsii*. Sicut autem non uno loco *Virgilius*, ita quoque *Lucretius* vim quandam singularem in hac voce agnovit, sicut 4. 181. 'Parvus ut est eygni melior canor, ille gruum quam Clamor in ætheriis dispersus nubibus austru.' et 5. 923. 'Et genus humanum multo fuit illud in arvis *Durina*, ut decuit.' Hanc emphasim qui non intellexerunt, in *olim* hic, et alibi aliter mutarunt, sicut patere potest ex *Notis nostris in Tertulliani Apologeticum*, non uno in loco. *Hav.*

84 *Scalarosa*] *Scelerata*, seu sceleris plena. *Varro* lib. 5. de *L. L.* 'scelerosi hominis.' *Ter. Eunuch.* 4. 3. 1. 'ubi illum scelerosum misera, atque impium inveniam?' *Lamb.*

85 *Aulide quo pacto*] I. e. quemadmodum *ductores Danaum*, &c. Post vocem *facta*, apponenda duntaxat virgula est, aut comma. nam hic versus, et aliquot qui deinceps sequuntur, ex superioribus apti sunt. *Lamb.*

*Aulide*] *Bœotix* portas est ad *Euripum*. *Trivia* virgo, *Diana*, *Iphianassa*, *Agamemnonis* filia, quæ aliis *Iphigenia*. omnia notissima et decantatissima. *Tragedia* seu *fabula* orta ex historia *Jephtæ*, ut et illa altera *Idomeni*, qui filium sub voti specie, &c. *Facinus* enim illud *Jephtæ*, de quo in lib. *Suffetum Hebræorum* agitur, non ita multis annis ante obsidionem urbis *Trojanæ* evenerat. *Fab.*

*Trivix virginis*] *Triviam virginis*, nempe *Diana*. 'Dicta' autem 'Diana trivix est,' ut scribit *Varro* lib. 6. de *L. L.* 'vel quod in trivio ponatur, vel quod luna putetur esse, quæ in cælo tribus viis movetur, in latitudinem, longitudinem, altitudinem:' vel quod (ut alii volunt) eadem sit *Luna*, *Diana*, *Proserpina*. *Virg.* 4. *Æn.* 511.

‘Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.’ *τροδῖτιν* appellant Græci, eadem ratione: iidemque *καθῆτον*, ut Lucretius virginem. *Lamb.* Martial. Spect. 1. 1. ‘Nec Trivis templo molles laudentur honores.’ et Ep. 6. 47. ‘Trivis te misit ab antro.’ et 9. 65. ‘Qua Trivis nemo-rosa petit dum regna viator.’ *Hav.*

86 *Iphianassæ*] Ita Prisc. lib. 7. pro *Iphianassa*. Fuit ea Agamemnonis filia. Homer. Iliad. 8. Alii *Iphigeniam* vocant. *Gif.*

*Iphianassæ*] *Iphigeniæ*, *Iphigeniæ* Agamemnonis filia. Cum Græci vento adverso Aulide detinerentur, neque eis ulla ad Trojam perveniendi facultas daretur, Agamemnon, Calchante consulto, ejusque responso audito, quod fuit ejusmodi, iratam Dianam esse placandam, votumque ei persolvendum (voverat autem Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum anno illo nasceretur) *Iphigeniam* filiam suam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius, immolavit. ‘Promissum potius non faciendum, quam tam tætrum facinus admittendum fuit,’ inquit M. Tull. lib. 3. de Offic. sic et Hor. Sat. 2. 3. 199. ‘Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam Ante aras, spargisque mola caput improbe salsa, Incolumi capite es?’ Hac de re autem lege Sophoclis *Electræ*, et Euripidis *Iphigeniam in Aulide*. Huc pertinet illud Virg. *Æn.* 2. 72. ‘Sanguine placastis ventos, et virgine cæsa.’ *Iphianassæ* autem legendum, quod agnoscit Prisc. non *Iphianassæo*, ut est in libris vulgatis. *Lamb.*

*Turparunt*] Inquinarunt, contaminarunt sanguis enim inquinat: et quod cruentum est, impurum est: ex quo *cruentum* pro impuro usurpatur. ut 6. 1133. ‘An cælum nobis ultro natura cruentum Deferat,’ &c. ubi vulgo legebatur *natura corruptum*. *Lamb.*

87 *Dilecti*] Hic apponenda est dis-

inctionis nota. Theocr. *Ell. cy.* 18. Πασῶν ἐκ πάντων προλελεγμένοι, ἢν ὑπελός τ. i. e. ‘viri ex omnibus civitatibus dilecti, quorum aliquis usus esset.’ Admonendus est lector, in tribus libris manuscriptis *dilecti* scriptum esse: quod probō. Nam *Festus* quoque testatur *dilectus militum* dixisse veteres, non *delectus*. Atque hanc vocem semper ita scriptam reperio in libris manuscr. tum apud alios scriptores, tum apud M. Tullium. Exempli causa, Philipp. 6. ‘Belle autem dubio quod potest esse studium dilectus?’ Et paucis verbis post: ‘Tumultum decerni, justitium edici, saga sumi dico oportere, dilectum haberi, sublatis vacationibus.’ Idem pro Milone, in narratione, ‘Convocabat tribus, se interponebat, Collinam novam ex dilectis perditissimorum civium conscribebat.’ Quem locum eo libentius protuli, quod in omnibus libris vulgatis mendose legitur, non eo solum quod *delectum* habent pro *dilectu*, et *scribebat*, pro *conscribebat*, sed etiam quod *coliniam novam*, pro *Collinam novam*. Fuit autem *Collina* una ex quatuor tribubus urbanis. Nolim vero Fr. Fabricium Marcoduranum sua laude fraudare, qui se hunc M. Tullii locum ita scriptum in libris antiquis reperisse testatur. *Lamb.*

*Dilecti*] Sen *dilecti*, ut Lambinus, legas, sen *delecti*, non est cur pugnatur. *Fab.*

*Prima virorum*] Flos virorum. Idem Theocr. *θεῖος ἄνθος*: vel prima virorum, i. e. *πρῶτα τῶν ἀνδρῶν*, ut loquuntur Græci. Lucianus Timone, *πρῶτα τῶν κολάων*: et ita Adrianus Turnebus, sed utraque explicatio videtur mihi eodem recidere. *Lamb.*

*Prima virorum*] Ita Ov. Amor. lib. 1. Eleg. 9. ‘summa ducum Atrides;’ plane ex hoc Lucretiano expressum. Est autem imitatio Græci sermonis. Herodotus sæpe. Ex multis locis en tibi unum lib. 6. sectione 100. *Ἀρχὴν δὲ Νόθωνος, ἢν τῶν Ἐπε-*

*επίων τὰ πρότα*: 'Æschines Nothonis filius Eretriensium primarius.' Ita apud Lucianum, τὰ πρότα τῶν Ἀθηναίων ἕορ: 'Atheniensium primarius vir eris.' Est et alius in eodem libro (Timon est) sed quem protulit Lambinus. *Fab.* Dion πρότα τῆς βουλῆς ἴσ. *Creech.*

88 Cui simul infula] Sic leg. ex l. v. non quæ. Talis syntaxis fere est inf. lib. 2. initio. *Gif.*

*Simul]* Simulatque, simul ut. *Lamb.*

*Infula]* Filamentum laneum, quo sacerdotes fœminæ, et hostiæ velabantur. *Virg.* Georg. 3. 487. 'Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.' *Lamb.*

*Infula]* Qua hostiæ velabantur. res notissima; erat fere ad eundem modum, quo stolas, ut vulgus vocat, Sacrificulorum esse videmus. *Fab.*

*Infula]* Velamentum e lana intra Hostiarum cornua. *Varro.* Fascia in modum Diadematis, a qua ex utraque parte vittæ dependent: Servius ad 10. *Æn.* *Creech.* *Virg.* de Sinone *Æn.* 2. 133. 'Et salm fruges, et circum tempora vittæ.' *Hav.*

*Virgineos circumdata comtus]* Data circum virgineos comtus. *ἄναστροφή*: i. e. circumdata capiti et temporibus comtæ virginis, vel comto capiti virginis. *Lamb.*

*Virgineos circumdata comptus]* Cingens, seu ambiens comas comptas; dein notanda Latinitas, 'ex utraque pari.' *Fab.*

90 Et mæstum simul, &c.] Et simul, id est, eodem tempore; vel et simulatque sensit, id est, vidit, vel cognovit potius (erat enim velata) mæstum parentem Agamemnonem adstare, &c. Ad hunc locum pertinent illa *M. Tull.* in orat. perfecto: 'Si denique pictor ille vidit, cum, immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, tristior Ulysses, mæreret Menelaus, ob-

volvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum pennis non posset imitari,' &c. *Lamb.*

91 Hunc propter] Jussu et voluntate Agamemnonis. Gemebat virgo patrem ita religione dira captam et possessum esse, ut sæviret ad explendam satiamdamque Deorum iram in propria usque viscera. Vel interpretare propter hunc, prope hunc Agamemnonem: quoniam præposuit, et mæstum ante aras adstare parentem. Victimatores sacrificuli erant apud Agamemnonem: qui comitatus fuerat pompæ funebri miserandam choragium. Propter, ut notum est, prope significat. *Ov. Met.* 8. 258. 'Propter hunc volitat: ponitque in sepibus ova: Antiquique memor metuit sublimia casus.' Idem significat præter. Vel propter Agamemnonem dicit Calchantem accelerasse ferrum, ne spacio, ductu, tractaque cædis cresceret dolor. vel ne pœnitentia ductus, interim retraheret virginem, sacrificumque non absolveretur magno Græcorum incommodo. *Pius.*

*Hunc propter]* Prope hunc τὸ propter natum est ex 'propiter,' ut 'humaniter' ex 'humane,' et alia pæne infinita. *Fab.*

*Hunc propter]* Ut infra; hoc eodem lib. vs. 317. 'portas propter.' Amat *Laetius* præpositionum postpositionem. Quod semel monuisse sat est. *Preig.*

*Celare]* Celerare. *Gif.*

*Celare]* Vagina tectum conditumque habere: vel, si quis malit legi celerare, ut scriptum est in nonnullis codicibus, id erit celeriter expedire. codices manuscripti tamen quatuor habent celare. *Lamb.*

*Ferrum celare]* Al. celerare, i. e. expedire, promere, exerere. quod magis placeret. *Fab.*

*Celare]* Celebrare. *Gif.* alii celerare, i. e. expedire: quæ lectio probanda est, haud timeret enim Iphi-



genia quod ministros ferrum celure  
sensisset. *Creech.*

98 *Muta metu terram genibus summissa petebat*] Sic habent omnes libri et manuscripti, et typis excusi: neque video quamobrem quicquam mutare debeamus. sic enim Virgilius est locutus *Æn.* 9. 341. 'Molle pecus, mutumque metu.' et 12. 718. 'Stat pecus omne metu mutum.' et M. Tull. *Fruentaria*: 'Itaque illum in jure, metu conscientiaque peccati mutum, atque exanimatum, ac vix vivum relinquo.' Idem pro domo sua; 'Civilitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu,' &c. Avancius tamen legendum putabat, *Vulta metu terr. gen. &c.* ut sit hæc hujus loci sententia, Iphigenia *vulta* (i. e. vultus) *summissa, metu*, i. e. propter metum, terram genibus petebat: *vultus summissa* autem, h. e. vultu summisso. neque enim est quod quemquam offendat vocis novitas. Nam eam etiam narrant 4. 1206. 'sed quos utriusque figuræ Esse vides juxta, miscenteis volta patentum,' &c. Præterea eadem voce utuntur Latini in numero multitudinis, pro singulari. M. Tull. *Epist.* lib. 12. 'Vultus tuos mihi expressit omnes:' et lib. 2. de *Orat.* 'Vultus omnes adversarii diligenter perspicendi.' Virg. *Æn.* 4. 4. 'hærent infixi pectore vultus:' et 1. 688. 'notos pueri puer indue vultus.' Jam vero 'summisso vultu' dixit Virg. *Æn.* 12. 807. 'Sic Dea summisso contra Saturnia vultu:' et Catull. 'summisso poplite,' *Carm.* de *Pel.* et *Thet. nupt.* 'Projiciet truncum summisso poplite corpus.' Ego tamen lectionem receptam et vulgatam retinendam, præsertim a veteribus libris confirmatam, censeo. Nam et Virg. postremam hujus versus partem imitatus est: 'Summissi petimus terram,' &c. *Æn.* 9. 98. et idem Lucretius 3. 173. 'terræque petitus Suavis.' *Lamb.*

*Muta metu*] Avancius legendum

putat *Volta metu*, &c. ut sit hæc hujus loci sententia, Iphigenia volta i. e. vultus (voce enim ista utitur Lucretius lib. 4.) *summissa* i. e. vultu summisso propter metum. Sed quid indigeamus ingenio, cum altera lectio proba sit, et a Codicibus confirmata? *Creech.*

*Muta metu*] Solita paronomasia. Virg. *Æn.* 12. 718. 'Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvenem.' *Preig.*

*Summissa*] Saccidna, hoc loco. *Fab.*

96 *Quod patrio, &c.*] Ex Eurip. *πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ καὶ ἐμὲ. Gif.*

*Quod patrio princeps, &c.*] Princeps i. e. prima. sic 5. 9. 'Qui princeps vitæ rationem invenit eam, quæ Nunc appellatur sapientia.' Notavimus in commentat. Horat. ad illum locum *Od.* 1. 16. 'Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam undique Desectam,' &c. sic idem Horat. *Epist.* 1. 10. 'Libera per vacuum posui vestigia princeps.' Magnum immanitatis atque atrocitatis in patre argumentum, filiam eam, a qua prima sit pater appellatus, mactare. Sic *Æschines* in oratione *κατὰ Κηρισφῶντος* invehitur in Demosthenem, quod is die septimo post filiam ejus, quæ se prima patrem appellarat, mortem, hostias immolasset, his verbis: *Πρὶν πεσθῆσαι καὶ τὰ νομίζόμενα ποιῆσαι, στυφανεσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουόβρει, καὶ παρηρόμει, τὴν μόνην ὃ δειλίαιος καὶ πρότην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας.* i. e. 'prius quam filiam luxisset, prius quam ejus funeri justa solvisset, coronatus, et albatus, bovem immolabat, morem majorum negligebat, leges et instituta civitatis violabat, unica filia miser amissa, quæ ipsam prima patrem appellarat.' Quem locum commemorat M. Tull. *Tuscul.* 3. his verbis: 'Itaque et *Æschines* in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiam mortem hostias immolasset. At

quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quæ verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas.' Eundem profert Plutarchus *παραμυθῆς πρὸς Ἀγαλλῶν*. et in vita Demosthenis notat. Itaque Iphigenia apud Euripidem his maxime verbis se patrem Agamemnonem flexuram sperat: *Πρώτῃ σ' ἐκέλευσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμὴν*, i. e. 'Te prima patrem vocavi, tu me filiam.' *Lamb.*

*Quod patrio princeps, &c.] Princeps*, est prima. (Adde Leopard. Emend. 5. 24.) Sensus est, Iphigeniam fuisse *πρωτόβουλον* inter Agamemnonis liberos. *Fab.*

96 *Nam sublata virum manibus]* Tolli manibus virorum, aut etiam sustolli, ut iactaretur, cum ratione consentaneum est: ut vero in matrimonio collocaretur, absurdum fortasse alicui videatur. Sed videri non debet. Nam fortasse hoc referendum est ad morem Romanum, quo novæ nuptæ arsum latæ, id est, sublata, domum viri ducebantur; natum ex Sabinarum raptu, quæ primæ Romanorum uxores fuerunt, vel, ut alii volunt, significare volebant, virgines debere videri eo ire invitæ, et vi coactas, ubi virginitatem essent amissuræ: vel hanc sublationem signum esse conjunctionis sempiternæ et indissolutæ præsignabant, ut, quemadmodum invita domum viri ingressa esset, ita, nisi vi et necessitate magna coacta, eam non esset relicta. *Lamb.*

*Sublata virum manibus]* Metaphora a ritu nuptiarum. Vide interpretes ad illud Catulli; 'teneram rapis ad viram Virgineam.' In aureolo poemate de nuptiis Manlii. vs. 3. *Fab.*

*Sublata, &c.]* E ritu nuptiarum forsan, etiam non affirmem, quem tradit his verbis Festus Pompeius: 'Rapi simulatur virgo e gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum trahitur, viz. ea res felicitat Romulo cessit.' *Creech.*

*Ad aras]* Jonstonus edidit *ad aram*, quomodo etiam exstat in Lugd. Bat. 2. nec tamen video cur repudianda sit vulgata lectio. Virg. in simillimo casu de Sinone *Æn.* 2. 155. 'Vos aras enasque nefandi Quos fugi.' *Hav.*

97 *Deducta]* Verbum solemnæ in nuptiis. *Preig.*

*Solemnis more sacrorum]* Non deducitur ad aras Iphigenia: uti illi anspeX flammæ involvat, et nupturæ bona verba dicat: sed ut victima juguletur. Exaggeratio invidiæ commemoratione, felicitatis: ad quam erat a natura destinata: quam nunc religio dira et barbara per violentiam rescidit. Sacra vocat hic illa solemnia, quæ celebrantur cum primum bona et sacra verba sponsæ canit anspeX. *Perfecto*. i. e. ut post expeditum illum morem sacrorum in manus sponsi veniret. *Pius.*

*Sollemni]* I. e. usitato, stato, rato et fixo. *Sollemne* vel a *solo*, quod est τὸ ἐπισημαίνεσθαι, i. e. 'quod subsistit,' vel ab Osa voce *sollo*, quod est totum: ἔξ qua *sollers*, quasi ἕλος ἐσθη, i. e. 'totus ars, et virtus, totusque in omni re prudens.' Recte autem geminatur *l*, ut producatur prima syllaba. *Deducta* est (inquit) non ut solemnibus et usitatis sacris perfectis, posset in claro et amplo matrimonio collocari, &c. *Lamb.*

98 *Claro comitari hymenæo]* I. e. vel in claro matrimonio collocari, ut 4. 1244. 'Et multæ steriles hymenæis ante fuerunt Pluribus:' vel nuptiali carmine, etoque claro propter nuptiarum claritatem, celebrari. Nam *comitari* hoc loco *καθ' ἑκείνους* accipiendum est. nec mirum, cum etiam 'comito, as' fuerit veteribus usitatum. *Lamb.*

*Comitari]* Deduci. Est autem significationis passivæ, ut alibi. Fortasse etiam sumpserit pro conjungi. Ita Græce *συνάθετον* in eadem notione. *Fab.*

*Claro comitari Hymenæo]* Respici-

tur ad acclamationem, quæ in nuptiali solemnitate fiebat. Plaut. in Casina 4. 3. 2. 'Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo.' adde Catull. in earm. de nuptiis Julii et Manlii. Ad quem ritum pertinet etiam 'sublata v. m.' *Hav.*

99 *Casti incesti*] *'Aspicebis. incesti* autem, i. e. impure, propter sanguinem. nam sanguis inquinat, et impurum reddit. ex quo *cruentum* posuit q. 1183. pro eo quod est impurum: 'An cælem nobis ultro natura cruentum Deferat.' quod paullo ante commemoravimus. *Lamb.*

*Nubendi tempore in ipso*] Eo ipso tempore, quo nubere debebat: vel quo matura viro, et nubilis erat. *Lamb.*

*Sed casti incesti*] *Incesti* est impure, ut volant; at ego hic aliter accipio: nam *castus* quandoque pius significat. Virg. *Æn.* 3. 409. 'Hac casti manent in religione nepotes.' Itaque *incesti* fuerit impie. Sic Julius apud Festum: '... casti qui parant sacra,' i. e. pie. Ita etiam apud Varronem olim in formula templorum dedicandorum: EGO CASTE MUNCUPAVERO. Et Virg. iterum in 7. 71. 'castis adoleto dum altaria tædis.' Sic enim intellexisse Servium ex illius excerptis satis constat. *Fab.*

*Casti incesti*] *Paranomasia. Preig.*

100 *Hostis concideret*] Atque ita ut pecus jugalaretur. qualis apud Virgil. 'procumbit hami bos.' *Æn.* 5. 481. *Hav.*

*Mactatu*] Mactatione. nomen est verbale. Mactare significat hostiam sacrificare. Tractum est a victimatore, qui tauro ad sacrum tracto effundebat molam inter cornua: et tunc dicebatur mactus, i. e. magis auctus. Unde Maro *Æn.* 9. 641. 'Macte nova virtute, puer: sic itur ad astra.' Plaut. *Amph.* 4. 2. 14. 'Macto ego te infortunio.' *Mactatu parentis*, interpretare immolatione,

jassa a parente, et indicta ab Agamemnone. *Pius.*

*Mactatu*] Mactatione et immolatione a parente facta. *mactare* proprie valet magis augere, quasi magis auctare, ornare, honorare. M. Tullius ex Nonio, 'Ferunt laudibus, mactant honoribus.' Itaque non solum ita loquimur, mactare Diis hostiam, i. e. immolare: ut Virg. 3. *Æn.* 21. 'Cœlicolum regi mactabam in litore tanrum,' et Lucret. 5. 52. 'Et nigras mactant pecudes, et manibus Divis Inferias mittunt:' sed et mactare Deos, pro eo quod est, sacrificiis Deos honorare, seu placare. M. Tall. in Vatin. 'Cum pnerorum extis Deos mactare soles:' ex quo mactara malo, et mactare infortunio. Plaut. *Bacchid.* 4. 8. 45. 'et ego te, et ille mactamus infortunio.' cuiusmodi est illud apud Terent. *Heaut.* 4. 1. 16. 'ergo herus damno auctus est.' *Lamb.*

*Mactatu*] Sic Euripides Iphigen. in Aulide vs. 1176. Ἀπόλωθε σ', ὀτάρων, ὁ φρεύσας πατήρ, Ἀθὼς κτανὼν, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλη χερί. *Cresch.*

101 *Exitus ut classi*] Hæc Agamemnonis erat πρόφασις, propter quam filiam suam immolaret. itaque sic eum facit privato homini respondentem Hor. *Sat.* 2. 8. vs. 205. 'Verum ego, ut hærenteis adverso litore navis Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.' Vide Eurip. Iphig. in Aulide. *Lamb.*

*Exitus ut classi*] Eleganter Callimachus hymno eis Ἀργεῶν dixit μέλιον ἐπιδῆς. *Fab.*

102 *Tantum religio potuit*] Acclamatione: ut infr. eod. lib. 827. 'Tantum elementa queunt permutato ordine solo.' Et Virg. *Æn.* 1. 37. 'Tantæ molis erat Romanam condere gentem.' *Lamb.*

*Tantum Religio*] Lactant. 1. 21. 'Pescennius Festus in libris historiarum per satyram refert, Carthaginien-

ses Saturno humanas hostias solitos immolare: et cum victi essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi Deum putavisse: itaque ut diligentius piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolasse. Tantum relligio potuit suadere malorum, Quæ peperit sæpe scelerosa atque impia facta.' quem postremum versum ex alio Lucretii loco paullo immutatam ad sententiam suam illustrandam appinxit. adde Juv. Sat. 15. 37. et Lucianum de sacrificiis in initio. *Hav.*

*Suadere*] Sic infra 176. 'Auctumno suadente.' et 142. 'Quemvis perferre laborem suadet, et inducit,' &c. Ovid. 'Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.' *Preig.*

108 *Tutemet, &c.*] Nihil deest. Ita abrupte et inf. eodem hoc lib. 6. 918. et 8. 171. *Gif.*

*Tutemet a nobis*] Hunc versum profert Prisc. lib. 12. Sententia autem hujus loci hæc est: Quid Agamemnonem, regem ambitiosum et stulte religiosum commemoro? tu ipse doctrina politus, atque ab omni superstitione liber ac solutus, jam a nobis desciscere conaberis. *Lamb.*

*Tutemet*] Neque mirum id fecisse Agamemnonem regem illum regum, ex genere bellipotentum non sapientipotentum, ut dixit Ennius: quin et fortasse metuendum sit, ne tu ipse, qui præclaris artibus excultus es, superstitioni capistratum os subdidideris. *Fab.*

*Tutemet*] Iterum dubitat Lucretius, ne Memmius cedens poetarum fabulis de Cerbero, Acherunte, et pœnis post mortem, quibus jam diu assueverat, opiniones suas aversetur. Harum ideo vim elevat, suggerendo istas fabulas mera forsan esse otiosorum Poetarum figmenta, ipse enim potuit fabulas fingere quæ essent æque ac illæ terribiles. *Creech.*

*Jam*] Pro etiam. sic 6. 1250. 'Præterea jam pastor et armentarius om-

nis.' *Preig.*

104 *Terriloquis*] I. e. quæ loquuntur poetæ ad homines terrendos: quibus non imbecilli solum animi, verum etiam fortes et constantes terrentur interdum, ut de Cerbero, de Acherunte, de Tantalo, Sisypho, Tityo, et ceteris. *Lamb.*

*Vatum terriloquis dictis*] Quæ de cruciatibus inferorum dicunt; de rota Ixionis, saxo Sisyphi, flagellis Eumenidum, Cerberi latratu, aut 'cum pice torrentes atraque voragine ripas' confluant; quæ omnia olim in frequenti senatu Ciceronem ipsum derisisse scimus. *Fab.*

*Desciscere*] Vet. libri quidam *desistere*. quidam *disciscere*. *Gif.*

*Desciscere*] Duo libri manuscripti habent *disciscere*: nonnulli *desistere*, quibuscum consentiunt quidam vulgati; ceteri *desciscere*. quos sequor. *Lamb.*

105 *Quippe etenim*] Nempe, scilicet, scommatice. *Creech.*

*Tibi me fingere possum*] Ita ex Vet. libris scripti. Accusandi casus pro recto. In quibusdam, ut in vulgatis: jam. In quibusdam vulgatis: *possunt*. *Gif.*

*Jam fingere possum*] Sic habent tres libri manuscripti, et typis excusi Vicetini et Parisienses. sed hoc præterea varietatis in libris manuscript. reperi, quod quidam habent *me fingere possum*: quam scripturam nonnulli docti viri probant; aiuntque sic locutos esse veteres. alii ex hac suspicantur esse legendum, *Ex me fingere possum*. Ego suspicatus aliquando sum legendum, *Confingere possum*. Verum tamen aut vetus scriptura probanda, aut vulgata ac recepta. ne illa quidem mihi rejicienda videtur, *ex me fing. possum*. *Lamb.*

*Jam fingere possum*] *Gifan.* e veteribus libris, sed corruptis, legit, *me fingere possum*. nil deterius. Sed fortasse non male legeris *jam fingere*

possunt; Vates scilicet somnia et inania rerum fingere poterant, quibus, &c. *Fab. Jam fingere] Me fingere* ex vet. lib. Gifan. hinc alii conj. legend. *ex me fingere*, alii *confingere*. Creech.

106 *Somnia] Terricnclamenta*: pavores: miracula: juxta Persii sententiam Sat. 3. 83. 'Ægroti veteris meditantés somnia: gigni De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.' Et hoc est quod inquit ille: Quæ tam absona sonniavit unquam febriculosus senex, quæ non aliquis philosophorum dixerit? Simile apud Marcum Tullium in oratione contra Rullum: 'Hæc per deos immortales sunt vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia?' *Pius*.

*Vertere] Evertere*. Virg. *Æn.* 1. 24. 'Tyrias olim quæ verteret arceis.' *Lucret.* 3. 84. 'pietatem vertere fundo.' *Lamb.*

*Vertere] Alibi* (ut inf. 3. 84) 'Evertere fundo.' et Virg. *Æn.* 10. 88. 'vertere fundo.' *Preig.*

108 *Nam si certam finem] Sic habent libri omnes manuscr. Vaticanus, Memm. Tettianus, Bertin. atque hanc scripturam agnoscit Nonius*. Denique apud hunc scriptorem fere semper hoc nomen in genere fæmin. usurpatur, ut inf. eod. lib. 585. 'Denique jam quoniam generatim reddita finis.' et 2. 511. 'certa Finis atrinque tenet summam.' et 3. 1034. 'nec quæ sit pœnarum denique finis.' et in plerisque aliis locis, sic apud Virg. *Æn.* 5. 384. 'Quæ finis standi?' et apud Horat. *Epod.* 17. 36. 'Quæ finis, aut quod me manet stipendium?' Sententia autem hujus loci hæc est: Si homines ærummarum et miseriarum finem in morte viderent, aliqua ratione religionibus obstare possent. Nunc autem, cum putent animos esse immortales, nasci videntur in miseriam sempiternam, neque se umquam conquieturos sperant. *Lamb.*

*Nam] Jam*. His 20. vs. seipsam quasi corrigit, et aliquam esse in his

fabulis vim fatetur; dum enim de anima diversi Philosophi diversa pronuntiant, alii nasci et interire cum corpore, alii vero prius substatentem in corpora nascentia infundi, et a corpore per mortem separatam Inferos subire, vel in pecudum corpora migrare (quæ fuit Ennii Pythagorici sententia, quam fuse exponit, obiter etiam convellit et deridet, tanquam sibi ipsi contrariam) profecto temere agerent qui providentiam contemnerent, dum istos contemptores æternæ maneat post mortem pœnæ. Hæc est hujus loci sententia quem præruptum alii, et obscurum queruntur. *Creech.*

110 *Religionibus] Ita vulgo hoc capiunt quasi ad religiones absolute sit referendum, quum connecti cum minis possit; ut innuat Lucretius superstitiones, quibus credulum vulgus implet, quasque illis incutiunt vates, minasque, quibus terrent. Hav.*

111 *Restandi, nulla facultas] Ita interpungendum putavi. Gif.*

112 *Æternas quoniam pœnas in morte timendum] Pro timendæ pœnæ*. Sed verbum hoc est aparemphton, hoc est, indefinitum, quod per accusativum profertur. Cicero septima in Verrem actione: 'Hanc sibi rem sperant præsidio futurum.' *Pius*.

*Æternas quoniam pœnas in morte timendum] I. e. timere oportet, ut apud Græcos φοβήσιον*. Sic loquitur inf. eodem lib. vs. 139. 'Multa novis verbis præsertim cum sit agendum.' i. e. cum multa agere oporteat. et 2. 491. 'Addendum parteis alias erit; inde sequetur,' &c. et 3. 626. 'Quinque (ut opinor) eam faciendum est sensibus auctam.' ibid. 392. 'Usque adeo prius est in nobis multa sciendum.' et 4. 779. 'multaque nobis Clarandum est, plane si res exponere aumus.' *Lamb.*

*Pœnas in morte timendum] Id ex sese non dicit Lucretius, sed ex scriptis vatum, qui rem eo deduxe-*

rant, ut mors ipsa doloribus finem non imponeret; cum contra ex opinione Epicuri nil mortis timendum; qui enim bona fide mortui sunt, ii neque mordent, neque mordentur. *ἄλλ' οὐκ ἔμδς λήγος.* Nam illud Catonis facio meum: 'Diverso itinere malos a bonis loca tetra, inculta, sœda, atque formidolosa habere.' Sall. in Cat. 52. Istud autem *timendum parvas* e veteri et bono Latio est: neque temere aliter loquitur Lucretius, ut nec Varro. sic in lib. de R. R. 'videndum hæc quatuor.' alibi, 'vasa vinaria faciendum.' alibi, 'præfectos lacriores faciendum præmiis.' Item, 'ponendum quadrimos.' et, 'emendum veteranos boves.' Sed infinita ad eam rem exempli congeri nihil necesse est. Nam nec Virgilius quoque abstulit: *Æn.* 11. 230. 'Pacem a rege petendum est.' *Fab.*

*Timendum*] Istud *timendum parvas* e veteri et bono Latio est, nec aliter temere loquitur Lucretius, vs. 129. 'multa agendum.' vs. 382. 'privandum est Corpora mota,' &c. Ipse etiam Virgilius *Æn.* 11. 230. 'Pacem a Rege petendum.' *Creech.*

*In morte timendum*] De hac constructione præter Lamb. videndus Vossius de Anal. 3. 10. et de Construct. c. 53. citatque Servius ad Virg. *Æn.* 11. 230. ut explicet illud 'aut pacem Trojano ab rege petendum.' *Hav.*

113 *Natura*] *Obola. Fab.*

114 *Nata sit, an contra*] Utrum anima nata sit una cum corpore, ut volunt Stoici et Aristoteles: an contra ab æterno creata in corpora nascentium insinnetur atque infundatur, ut sentit Plato et veteres Academici. Arnobius lib. 1. advers. gentes. 'Quid sit sensus, quid anima, advolaritne ad nos sponte, an cum ipsis sata sit, et procreata visceribus: mortis participes degat, an immortalitatis perpetuitate donata sit.' *Lamb.*

*Nata sit, &c.*] Una cum corpore,

ut Stoici et Peripatetici. *Fab.*

*Insinuetur*] Ita ut ab æterno creata sit, ex Platonis dogmate. *Fab.*

115 *Et simul interest, &c.*] Et utrum nobiscum moriatur anima, an ad inferos descendat, an in alia corpora migret: quæ postrema opinio fuit Pythagoreorum. Dictum autem *insinuet se pecudes*, pro *insinuet*, seu *insinuet*, *se in pecudes*. nam veteres interdum non addebant præpositionem, si ea jam esset in verbo composito; ut 'adigere arbitrum,' potius quam 'adigere ad arbitrum,' et 'adigere iusjurandum.' 'Propugnat nugis,' apud Hor. 1. Ep. 18. 16. sic Idem Lucret. 2. 124. 'Hoc etiam magis hæc animum te advertere par est.' *Lamb.*

*Dirempta*] Separata videlicet a corpore et dissipata, nisi potius legatur *perempta*. *Creech.*

116 *Vastasque lacunas*] Ingentia stagna, quæ evagata Coryti et Phlegethontis aqua facit. *Pius.*

117 *Pecudes alias insinuet &c.*] Ex Pythagoræ placitis. *Fab.*

*Pecudes alias insinuet*] Ut 'adigere arbitrum,' 'adigere iusjurandum,' 'propugnare nugis,' et Lucret. 2. 124. 'Hæc animum te advertere par est.' *Creech.*

118 *Ennius ut noster cecinit*] Qui videtur fuisse Pythagoreus. Hor. Epist. 2. 1. 50. ad August. 'Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus, Ut Critici dicunt, leviter curare videtur, Quo promissa cadant, et somnia Pythagorea.' Persius Sat. 6. 10. 'Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quinctus pavone ex Pythagoreo.' *Lamb.*

*Qui primus*] Primus Latinorum. *Lamb.*

*Ennius*] Qui Pythagoricus fuit, ut fere omnes illius ætatis scriptores. Notum quid de majori Græcia dictum a Cicerone fuerit in Tuscul. *Fab.*

*Primus*] Primus enim Latino-rum Ennius Epicum et Heroicum Poëma ad exemplum Homeri scrip-

sit. *Creech.*

*Qui primus*] Imitatus Virg. Georg. 3. 11. 'Primus ego in patriam mecum (modo vita superis) Aonio rodiens deducam vertice Musas.' *Preig.*

119 *Helicone*] Bœotiae monte, quem Musæ incolant. *Lamb.*

*Fruadè*] Ita vet. libri. *Gif.*

120 *Per gentes Italas omnium*] Sic ex vet. quibusdam scripsi. Vulg. *hominum*. Vid. Indicem: 'Omnibus,' 'Omnium' et 'Positivus.' *Gif.*

*Per genteis Italas hominum quæ clara*] Sic habent nonnulli libri manuscripti: alii, *omnium*: utraque scriptura probabilis est. nra sit recta et vera, quæritur. Si *hominum* probabimus, ita explicabimus: quæ corona clara esset per genteis hominum Italarum. Sin *omnium*, sic: quæ corona, omnium coronarum clarissima, per genteis Italæ clueret, ut sit positivus pro superlativo. quale est illud apud Ennium, pag. 65. 'Saturnia magna Dearum:' nisi quis dicat hic genitivum esse divisionis: quod genus apud Græcos usitatissimum quidem est, sed etiam Latini usurpant, ut Plinius, 'Nigræ ovium.' *Lamb.*

*Gentes Italas hominum*] Pro, *gentes Italarum hominum*. Tale aliquid apud Virgil. plus uno loco. Quidam libri, *omnium* pro *hominum*. Itaque esset *corona clara omnium*, i. e. infer omnes: quod genus multa Græce reperias, ut *δία θεῶν*, &c. id est, ut Callimach. hymno εἰς Ἀήλος dixit, *πολλὰ προβήχουσα θεῶν*. Ita apud Ennium citante Probo: 'pulchra Dearum.' *Fab.* *Omnium clara* si legas, erit clarissima. Sic Ennius pag. 11. 'Venus quem pulchra Dearum.' et pag. 65. 'Juno Saturnia sancta Dearum.' i. e. pulcherrima, sanctissima. *Preig.* Idem Ennius pag. 34. de Venere 'Dia Dearum.' ut et de Junone rursus pag. 151. 'Optima Cælicolum, Saturnia magna Dearum.' *Har.*

*Clara clueret*] Appareret, fulge-

ret. *Cluere*, auctore Plinio togatorum eruditissimo libro vigesimo quinto, antiqui pugnare dicebant: unde grammatici clypeum detorquebant: ex qua etymologia Venerem quam colebant armatam Cluacnam dicitur. Hic 'splendere' interpretare. In commentariis Plautinis affatim refatavimus Veneti Hermolai opinionem: qui *cluere* pro esse cupit. *Cluere* Marcellus pro *nominari* exponit, quod si probamus in Lucretio *clara clueret*, pro *nominaretur* et haberetur exponere. Hoc enim verbum *cluet* vim passivam habet. Plautus sæpe utitur in hoc significato. et Terentianus. 'Ennius per gentes cluebat omnium miserimus:' hoc est, vocabatur. His vero, qui *cluere* pro splendere et apparere nobilem et gloriosum volunt interpretari, non repugno, a dictione scilicet κλέος, quæ gloriam significat: etsi κλύω significat nomino et voco: ut prima significatione verbum *clueo* significet splendeo: sed consequenter appareo. unde 'cluebat miserimus' cum dixit Ennius, interpretare apparebat. Mendum est in epistolis Symmachi eo versiculo: 'Bis seno celsus Summache fasce clius.' scribe *clues*, pro splendens. *Pius.*

*Clueret*] I. e. nominaretur: et Ita Nonius. citat et illum Lucillii versum: 'Cula opera Troginu' calix per castra cluebat:' et illud Ennii, p. 295. 'per gentes esse cluebat omnium miserimus.' Valet etiam *cluere* interdum idem, quod videri, insignem esse, haberi, excellere, esse: ut infra eod. lib. vs. 481. 'Nec ratione cluere eadem, qua constat inane.' ibid. 632. 'Quæ nondum clueant ullo tentata periclo.' et 2. 351. 'Nec minus, atque homines, inter se nota cluere.' ibid. 521. 'primordia rerum, Inter se simili quæ sunt perfecta figura, Infinita cluere.' et 3. 208. 'Utilis invenietur, et opportuna cluebit.' 4. 50. 'Cujuscunque cluet de corpore fusa vagari.' utitur hoc verbo et Plautus

non uno loco. *Lamb.*

*Clucret]* Esset. *clueo, cluo*, sum, celebror, dicor, videor, *κλέω*. dicebant item *clueo*. Ennius de se ipso, pag. 11. 'Nam Latii populi res atque poemata nostra Cluebunt.' Ita tum prima longa est. *Fab.*

121 *Etsi praterrea]* Quasi diceret: Tapta tamen veritatis vis est, ut ille idem Ennius alibi dicat, &c. *Fab.*

*Etsi praterrea]* *Etsi praterreat* V. quæ verba si admittas, alium prorsus efficias sensum: non opus est isto acumine. *Creecch.*

*Tamen]* Pro tandem. H. e. ut uno verbo summatim te expediam, non assentior Ennio sedes infernas opinanti. Quod *tamen* significet idem quod tandem, docet iis Marcellus in integris exemplaribus. 'Sallustius quarto Historiarum: Nam qui enare conati sunt icti sæpe ferramentis navium aut afflicti a suis, undarum vim mactato fœde corpore tamen evaserunt.' *Pius.*

*Templa]* Regiones, tractus, loca. Vetus significatio et auguralis: qua figura loquendi dicebantur aruspices loca in cælo designare, anticam scilicet et posticam, hoc est, posteriorem et anteriorem. *Pius.*

*Templa]* Regiones, loca. Varro 6. de lingua Latina: 'Unus erit, quem tu tolles in cærule cæli Templâ.' 'Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab similitudine: ab natura, in cælo: ab auspiciis, in terra: ab similitudine, sub terra. In cælo templum dicitur, ut in Hecuba: 'O magna templa cælitum Commixta stellis splendidis,' &c. *Lamb.*

*Acherusia templa]* Acherontis seu Inferorum loca vasta, spatiosa, &c. Templa enim id significabant. Ita 'templa cæli.' Terent. Alibi apud Lucretium, 'templa ætheris,' 'tonitralia templa.' Vox petita ab auspiciorum disciplina. Primo templum dicebant, a tuendo (videndo)

deinde templum, extrito u, ut ex duellum bellum, duonus bonus, in illo antiquo saxo, cuius in vita Peireskii mentio est. Sic Ennius, p. 124. 'coirola coilei templa.' Varro autem, 'Tuuc repente cælitum altum tonitribus templum tonescit.' ubi legendum *tonit*, ex ratione versus. *tonere*, ut *sonere*. Lucretius. Iterum Ennius p. 246. in Hecuba. 'O magna templa cælitum Commixta stellis splendidis.' Lego, *Confixta stellis splendidis*, i. e. confixa. ut 'stellis ardentibus aptum.' Sin minus, legendam, *Commixta*, i. e. vineta, compaginata. *Fab.*

122 *Edens]* Edens per hos duos versus, qui sequuntur, 'Quo neque,' &c. ut quidam doctis. viri putant: alii volunt esse Lucretianos. *Lamb.*

123 *Quo neque, &c.]* Putant nonnulli hos duos versus esse Ennii. falso. Certe Macrobius in ea non fuit opinione 6. 1. *Gif.*

*Permanant]* Permanare soleant. *Fab.*

*Animæ]* Non sentit Ennius Pythagoricus animas nostras cum ex uno corpore transiliant in aliud inferos petere: quoniam si id concederet transanimationem Pythagoricam negaret. Sed simulacrum hominis, non anima, petit inferos gurgites, cuius opinionis scius apprime Maro 4. 654. *Æn.* cum Ennio sic cecinit. 'Et nunc magna mei sub terras ibit imago.' Servius hæc addidit. 'Deprederunt esse quoddam simulacrum: quod uostri corporis effigiem fictum petat inferos: et est species corporea, quæ non potest tangi.' Hoc innuere videtur Ovidius tertio Fastorum: 'Ipsa virum rapui: simulacraque nuda reliqui. Qui cecidit ferro Cæsaris umbra fuit. Ille quidem cælo positus Jovis atria vidit.' *Pius.*

124 *Sed quædam]* Hic versus a lib. quibusdam abest. Male. Macrob.



*Simulacra*] Hoc non tanquam imitator Maro detorsit: sed descripsit, ut insertum, pugnet cum suis, auctore Plinio. Crediderim potius Virgilium sententiam primo Lucretianam sequi voluisse: mox cum verba non reperiret ita signate affectum prodentis, maluisse fateri a quo profecerit, quam in furto deprehendi. *Pius.*

*Sed quædam simulacra modis pallentia m.]* Imitatus est hunc verum Virgilius multis locis, sive sit Ennianus, sive Lucretianus: ut Georg. 1. 478. 'et simulacra modis pallentia miris:' et Æn. 1. 357. 'Ipsa sed in somnis inhumati venit imago Conjugis, ora modis attollens pallida miris:' et 7. 89. 'Multa modis simulacra videt volitantia miris.' et 10. 822. 'Ora modis Anchisiades pallentia miris.' Sed non dissimulabo, hunc verum abesse a codice Bertiniano et Memmiano. *Lamb.*

*Sed quædam simulacra]* Notum illud Homeri, in quo Herculis εἰδωλον ad Orcum isse dicitur; ipse autem, seu ipsius anima apud Jovem. Nam corpus quidem in Oëta monte crematum fuerat. o rem bellam et ingeniosam! *Fab.*

*Sed quædam simulacra]* Ex illa veterum opinione, qua putabant imaginem nostri quondam ad inferos descendere, unde Dido apud Virg. Æn. 4. 664. 'Et nunc magna mei sub terras ibit imago.' ubi Servius: 'Valde quæritur apud philosophos, quid illud sit quod inferos petat. Nam tribus constat: anima, quæ superne est, et originem suam petit: corpore quod in terra deficit: umbra, quam Lucretius sic definiit, spoliata lumine aër.' (sed legend. ex 4. 369. lumine cassas aër) 'Ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quicquam reliquum de homine quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis

effigiem fictum, inferos petit: et est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus.' Citat hinc Lucretii locum Macrob. 6. 1. Et mire hinc arrepta occasione in divinitatem Herculis ludit Lucianus, in dialogo Diogenis et Herculis, quem vide. *Hav.*

125 *Unde sibi exortam, &c.]* Ad hunc locum pertinent illa M. Tullii 2. Acad. Quæst. 'Num censens Ennium; cum in hortis ambulasset cum Ser. Galba vicino suo, dixisse, Visus sum mihi cum Galba ambulare? at, cum somniavit, ita narravit, 'Visus Homerus adesse poëta.' Idem ibid. 'Dormientium visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium. quo modo? quia enim experrectus esset Ennius, non diceret, se vidisse Homerum, sed sibi visum esse.' *Lamb.*

*Unde sibi exortam]* Locus ille Ennii (p. 4.) apud Ciceronem est, 'Visus Homerus adesse poëta.' *Fab.*

*Semper florentis]* Sempiternos flores et fructus perennis eloquentiæ summittentis: a quo, ut ait Manilius, 2. 2. 'Posteritas latentes in pocula duxit.' Fingit Ennius in suum corpus per metempsychosin insinuatam Homeri animam. Tamen cum homo corpus habeat terræ debitum: quod spoliatum anima et cadaver effectum terræ reddit: animam cælo; sive, ut Pythagorici volunt, formam sumit aliam post mortem; simulacrum vero tartaro: fingit hic Ennius, apparuisse sibi imaginem Homeri, quæ pallens et lurida lachrymas fundebat. Est enim corpus quod tangi non potest hæc imago: quam finxit Ennius. Marci Tullii codicem in Academicis obiter sic emacula. 'Quomodo cum experrectus esset Ennius, non diceret, se vidisse Homerum, sed visum esse.' Exortam sibi. i. e. Apparuisse. Hæc dicuntur ab Ennio ut tætatins et planius regenerationem argumentis approbaret. *Pius.*

*Semper florentis]* Sic olim hic scrip-

tum didici. Vid. Indicem. *Gif.*

*Semper-florentis*] Legendum, *Semper-florentis* Homeri, ut sit *ὄφθ.* quemadmodum notat Donatus ad illud Ter. Andr. 1. 2. 'Et heri semper-lenitas,' &c. *Lamb.* Adde Schottum Obs. Hum. pag. 89. *Haw.*

*Semper-florentis*] Grammatici vocant *ὄφθ.*, seu snbunionem. Ita apud Ter. 'semper-lenitas,' et *ἀεταυφθόνως* apud Herodianum, quod imprimis notandum. *Fab.*

*Homeri*] Hoc Ennii somnium Cicero in Lucullo memorat, 'Visus Homerus adesse poeta.' Et in somnio Scipionis. 'Fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet sæpissime vigilans solebat cogitare et loqui.' *Creech.*

126 *Speciem*] *Εἶδος*. sic in Evang. Lucæ 9. 29. τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αβροῦ. inf. 149. 'naturæ species,' et 322: 'Invida præcluserit speciem natura videndi.' *Preig.*

*Et fundere*] Sic codex Bertinianus, et Memmianus. alii *effundere*. *Lamb.*

*Lacrymas et fundere*] Al. *effundere*, non male. *Fab.*

*Effundere*] *Mss.* Lugd. Bat. et alii non præ se ferunt *et fundere*, sed *effundere*; scripsit forsán lacrymasque *effundere* *salsas*. habuit hoc certe ante oculos in apparitione Hectoris Virg. quem vidit *Æn.* 9. 271. 'largosque effundere fletus.' Senaus et constructio verborum Lucretii talis est: Unde commemorat exortam sibi speciem semper-florentis Homeri cepisse effundere *salsas* lacrymas. Erit *effundere*, antique, ut *cesari*. *Hav.*

*Salsas*] Epitheton lachrymarum. Sunt enim salsæ non secus ac sudor humanus. Et hoc magis indicat illam imaginem quæ petat inferos corpoream vim retinere: quæ in lachrymis sanguinem viventis corporis

observat. Quidam *salsas* legunt; et fictitias interpretantur, apparentia, commentitia. Ut Maro *Æn.* 2. 793. 'Par levibus ventis, volucrique similima somno.' et præ gaudio forte lachrymas stillabat Ennio congregiens, qui suam gestabat animam, mentem, et facundiam poëticam ut hereditariam. *Pius.*

*Salsas*] Epitheton otiosum, ut quidam putant. qualia sunt illa, λευκοὶ δὲ δέσρας, i. e. albos dentes: λευκοὶ γάλακτος, apud Homerum, i. e. albi lactis: 'humida vina,' apud Virg. 'alba nive,' apud Hor. et alibi, 'dentibus albis.' *Lamb.*

*Salsas*] Alii *salsas*. Imperite. Quis enim nescit lac album, humida vina, &c. poëtis esse familiaria? *Creech.*

127 *Expandere*] Explicare. In nonnullis libris scriptum est *exponere*, in aliis *expromere*. ego hanc lectionem retineo. *Lamb.*

128 *Quapropter bene cum superis*] Concludit hunc locum hoc modo: Quoniam igitur videmus, ignoratione causarum, et rerum a natura involutarum, homines misere conturbari, cum ceteræ res omnes obscuræ nobis sunt perquirendæ et cognoscendæ, tum maxime, quæ sit animi natura, videndum est. Cum hoc loco conjunctio est, cui respondet altera *tum*, quarto abhinc versu. *Lamb.*

*Quapropter*] Ut omnes igitur Memmii timores discentiat, his vs. 9. docet se disputaturum non tantum de Cæli Deumque ratione, et de generatione rerum, quæ omnia olim promiserat; sed explicaturum etiam quænam sit animæ natura, et quænam sint illæ res, quæ aliquando vigilantes, aliquando dormientes ita afficiunt, ut præsentem videre nos et audire olim mortuos putemus, et inde conjectemus animas existere a corpore separatas. *Quam ob rem*: Gasendus. *Creech.*

*Superis de rebus*] De cælo, de-

que universa meteorologia; ex cujus ignoratione terrores animis offunduntur, &c. ibique tum in deos omnia conferuntur. *Fab.*

130 *Gerantur*] *Lamb. genantur.* Vid. inf. vs. 329. et *Indicem. Gif.*

*Et qua vi quæque gerantur*] Legendum videtur *genantur*; non *gerantur*, ut vulgo legitur. *geno* enim idem valet quod *gigno*. Cujus verbi ignoratione complures non apud hunc poetam solum loci depravati sunt, ut posterius ostendemus, verum etiam apud Varronem, et ceteros. 'Genium appellabant deum (inquit Festus) qui vim obtineret rerum genendarum: ubi vulgo legitur et scribitur *gerendarum*, corrupte. Varro lib. 1. de R. R. 31. 'Id ex pabuli segete viride sectum, antequam genat siliquas.' Idem cap. 13. 'Quod est principium genendi.' Idem in *Andabata*: 'Sed quod hæc loca aliquid genunt.' quem postremum locum testem producit Priscian. lib. 10. cum altero Lucretii ex 3. 797. 'tanto magis institandum, Totum posse extra corpus durare, genique.' Verum tamen ferri hic potest recepta lectio *gerantur*. *Gerantur* autem, i. e. administrantur, a natura scilicet, ut sit tralatio ab imperatoribus et magistratibus, qui res gerunt: quod ipsum tamen etiam translatum est ab iis qui onera gerunt; id est, sustinent. *Lamb.*

*Genantur*] Ita olim loquebantur. *velut. gerantur*, non placet. *Fab.*

*Genantur*] *Gignuntur*, qua voce passim utitur Lucretius; alii *gerantur*, male. *Cresek.*

*Et qua vi quæque gerantur*] Veram hujus verbi, toties a Lambino lacescitiat impugnati, interpretationem, atque adeo defensionem, nemo melius præstabit, quam ipse Lucretius, qui continuos rerum ortus interitusque, seu primordiorum concilia ac discidia passim exemplis a rebus bellicis desumptis illustrat. Sic 2. 118. in illa similitudine ab agitatis

*Delph. et Var. Clas.*

per opaca domorum pulviscalis: 'Multa minuta modis multis per inane videbis Corpora misceri radiorum lumine in ipso, Et velut æterno CERTAMINE PRÆLIA PUGNASQUE Edere FORMATIM certantia, nec dare passam Conciliis et discidiis exercita crebris.' Lambinum præter loca a Gifanio in *Indice* jam notata refellit etiam vs. 473. 'Denique materies si rerum nulla fuisset, Nec locus ac spatium, res in quo quæque geruntur Nunquam,' &c. quem Poëta ipse non aliter se scripsisse *versu* inde sexto indicat: 'Perspiciere uti possis. res gestas funditus omneis Non ita uti corpus per se constare, nec esse.' *Preig.*

131 *Tum, cum primis*] Ita malui scribere, quam *tunc*, prout quidam codices habent. Pariter Ennius in *Fragm.* pag. 65. 'Tum, cum corde suo Divom pater atque hominum rex! Dixit *primis* pro *is primis*, ut et quidam *Mss.* præferunt, i. e. præcipue, ante omnia. *Hav.*

*Sagaci*] *Indagatrice.* unde *sagax canis.* Plaut. *Curcul.* 1. 2. 17. 'Canem esse oportuit: sagax nasum habet.' *Sagax*, significat acute sentire, auctore Marco Tullio. Unde *præcogitare* præsentire et consequenter prædivinare. *Pius.*

*Sagaci*] *Sagaces* proprie canes dicuntur: quia inest in eis vis odorandi eximia. Itaque 'sagaces appellantur, multi, et solertis acuminis,' inquit Festus. idem *Lucr.* inf. eodem lib. 131. 'Est igitur nimirum id, quod ratione sagaci Quærimus,' &c. *ibid.* infr. 369. 'Verum animo satis hæc vestigia parva sagaci Sunt,' et 2. 839. 'Nec minus hæc animum cognoscere posse sagacem,' et 4. 910. 'Tu mihi da tenuis aureis, animumque sagacem.' *Lamb.*

132 *Unde anima atque animi constat natura*] Non temere. Anima enim et animus differunt et facultatibus et sede. quod in 3. maxime apparebit.

*Lucret.*

3 M

Ceterum hoc loco animi natura, animus ipse est; neque fore aliter loqui amat Lucretius. Sic natura animantum, animantes ipsæ, aqua natura, inanis natura, natura corporis, ardoris natura, loci natura, sensus natura, &c. pro aqua, inani, corpore, ardere, igni, loco, sensu ipso, &c. Ita auctor libri de mundo, homo Stoicus, non Aristoteles, *φύσις χυμώδης* allucibi posuit, naturas colorum, pro coloribus ipsis; et in cap. 11. *φύσις* pro rebus concretis, &c. Iterum circa medium *ἕως φύσις* pro *ἕνα*. *Fab.*

*Anima atque animi*] Emendabat Clariss. Jensonius in ep. ad me scripta, *animas atque animi c. n.* et sane ita disertim legitur apud ipsum Lucret. 3. 330. 'Sic animi, atque animas naturam corpore toto Extrahere haud facile est.' Idem tamen Lucretius sibi constat 4. 120. 'Unde anima, atque animi constat natura, necessum 'st. *Hæverc.*

123 *Quæ res*] Intelligit species rerum, quas vulgo intentionales vocant. *ἄντα, ἴσους, ἴσους*, membranulas, offlavia ex superficie corporea; quæ cum ex omnibus omnino rebus perpetuo emanent, et animos impellant, &c. Sed res inferius natescet. *Fab.*

124 *Somnoque sepultis*] Ex Ennio: p. 83. 'Nunc hostes vino domiti, somnoque sepulti.' sic et Virg. *Æn.* 2. 189. 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' *ibid.* 236. 'Ratuli somno vinoque sepulti Conticuere.' Hoc totum autem, vigilantibus, somnoque sepultis, Græci dicant *ἕνα καὶ ἕνα*. *Lamb.*

126 *Morte obita quorum, &c.*] Iteratur hic vs. lib. 4. mutatus autem est hoc principium vs. Virg. *Æn.* 10. 641. 'Morte obita quales fama est voltare figuras.' notat Macrob. 6. Saturn. *Lamb.*

*Morte obita*] Cicero pro Sextio: 'Nec vero illorum quisquam quos a majoribus nostris morte obita posi-

tos in illo loco, atque in nostris collectos.' Virg. *Æn.* 10. 641. 'Morte obita quales fama est voltare figuras.' *Obita*, sumpta, suscepta, et completa, ut *obire manus* dicitur. Servius. *Cresch.*

*Amplectitur*] Operit materno affectu emulante humanæ et viventis matris dulces amplexus in sobolem. *Pius.*

*Tallus amplectitur ossa*] Vel tanquam mater, vel simpliciter, continet. Virg. *Æn.* v. 20. 'Quam quam Dardaniam tellus mihi servat Acesten, Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa.' *Lamb.*

127 *Nec me animus*] Corrige *Nes me animi fallit*. *Pius.*

*Nec me animus fallit*] Ita habent Vet. libri, manu formisque descripti. nec mutari debet. vid. Indicem. *Gif.*

*Nec me animi fallit*] Sic potius legendum, quam, ut in quibusdam libris legitur, *animus fallit*. Sic enim loquuntur interdum Latini, præsertim poetæ, *Valsus animi*, *eger et saccius animi*: et crucior animi, &c. quamquam alteram lectionem non ausim damnare. Verum tamen ausim, præsertim cum sic habeant plures codices, et ita scriptum sit apud Macrobium lib. 6. Est autem hoc loco occupatio. *Lamb.*

*Nec me*] Proposito futuri operis argumento, his 20. vs. difficultatem expendit Poëta, monetque ea, de quibus Græci, Epicurus viz. ejusque Sectatores disputaverant, Latino Carmine scribere opus esse arduum et difficile, cum propter egestatem Linguæ Latine, tum propter novitatem rerum; quemvis vero laborem ferre se paratum esse profiteretur, Memerit sui gratia, amicissimi ornatissimique viri, quem instituendum susceperat. *Cresch.*

129 *Multa novis verbis præsertim cum sit agendum*] I. e. cum multa sint novis verbis agenda, seu agere oporteat,

ut supra admonuimus : agendum enim actionem significat, ut apud Græcos *ὑπαρκτός*, i. e. agere oporteat : cum multa nobis verba sint innovanda : vel cum multa nobis novis verbis sint appellanda. *Lamb.*

140 *Propter egestatem linguæ*] Hoc etiam conqueritur Manlius et Cic. *Gif.*

*Propter egestatem linguæ*] Sic inf. eod. lib. 882. 'nec nostra dicere lingua Concedit nobis patri sermonis egestas,' et 3. 200. 'rationem reddere aventem Abstrahit invitum patri sermonis egestas.' Sic Cato apud M. Tull. lib. 3. de Fin. de Zenone : 'Cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus, ac novis : quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. quamquam tu hanc copiosiore etiam dicere soles.' Idem contra lib. 1. 'Non est hic omnino docendi locus : sed ita sentio, et sæpe disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiore etiam esse, quam Græcam. Quando enim (ne vobis dicam, aut oratoribus bonis, aut poetis, postea quidem quam fuit, quem imitarentur) ullus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit?' *Lamb.*

141 *Sperata voluptas*] Ita lego ex Vett. Est autem imitatus Epicurum, qui ad Pythoclem suum ita ait : *ἡμεῖς δὲ ἡδέως τὴν σὺν τῶν ἀπειρῶν ἀρετῆς ἀμειβόμεθα καὶ ἀντίων ἡδέως συνερχόμεθα. Ἐράφωρες οὖν, &c.* In vulg. quibusdam : *spectata voluntas*. Qua in re sæpe variatam est. vid. inf. 3. 257. *Gif.*

*Sperata voluptas*] Sic habent quinque lib. manuscripti, et excusæ Paris. Veneti antiq. Vicetini, Florent. Quam scripturam secutus sum, cum adductus tot librorum auctoritate ; tum quod consentaneum est Lucretio, Epicuri decreta Latinis litteris illustranti, amicitia, et ex amicitia nascentis voluptatis causa, scribendi laborem perferre. alii codices, et quæ forte eos sequi malet, habent

*spectata voluntas. Lamb.*

142 *Efferre*] Sic Vet. Codd. Vulgati : *perferre. Gif.*

*Quemvis efferre laborem*] Sic habent quinque libri manuscripti, et ex impressis, Vicetini : atque hæc germana est scriptura. nam et ita veteres loquebantur. vetus poeta apud M. Tull. orat. pro Sextio : 'Si tu laborem summa cum cura efferas nulum.' Vulgati autem *perferre lab.* quam lectionem quamvis non damnam, antiquam tamen magis probō. *Lamb.*

*Perferre*] Al. *efferre*. fort. etiam ; *sufferre*, ut in Emendationibus (ad 5. 1271.) inimus. *Fab.*

*Efferre*] Patet ex Notis Lambini atque optimorum Codicum consensu unanimi, vulgatum illud *perferre*, a Lucretio non esse profectum. *Efferre* autem forte scribendum, ut *asari* apud Ennium pag. 18. et 124. 'Hæc scatus, ubi latrones dicta facessunt.' 'Hæc pater scatus, germana repente recessit.' *Hav.*

143 *Inducit*] Sic in principio h. lib. vs. 17. 'quo quamque inducere pergis.' *Proig.*

*Serenas*] Claras, pœtatas. Quidni *æceras* ? vox enim ista laborem poëtæ fortius, et felicius, exprimit. vide l. 4. 462. *Æstivos* Muretus. Quibus alii somno indulgebant. *Creech.*

*Serenas*] De æstivis noctibus capit Muretus v. Lect. 18. 13. de quibus Cicero ad Brutum in commendat. Paradoxorum libello : 'Accipies igitur hoc parvum opusculum elucubratum his jam contractioribus noctibus.' Gronovius Pater, in quibus ad incertam æcensam lucubravit. Observ. lib. nov. 4. 12. nam Barthii commentum nimis est ridiculum. At cur non innuere posset protractas studendo in lacem usque et serenum tempus diei ? *Hav.*

*Noctis vigilare serenas*] Claudian. de bello Gildon. vs. 450. 'Diciturque coactus Quas vigilat Venari,

castris impendere noctea.' *Preig.*

145 *Præpandere lumina*] *Δαδουχῆς*, 'præferre facies' : præferendo facies, lumen aperire. 5. 655. 'Tempore item certo roseam Matuta peroras Ætheris auroram defert, et lumina pandit.' Uno verbo Latino *præpandere*. *Lamb.*

146 *Penitus*] *Introsus*. *Lamb.*

147 *Hunc igitur terrorem*] *Tres vs.* qui deinceps consequantur, iterantur in princip. lib. 2. et lib. 6. Eorum autem hæc sententia est: Hunc igitur terrorem, quem animis nostris incutit Ignoratio causarum, cogitatio mortis, simulacra mortuorum, vel morbo affectis, vel dormientibus obijci solita, et similia, dissipent et depellant, neesse est; non radii solis, et lux diurna: sed contemplatio naturæ, et ratio. *Lamb.*

*Hunc terrorem*] Quem tandem? illum ipsum scilicet de quo sup. vs. 112. 'Æternas quoniam pœnas in morte timendum.' *Fab.*

*Hunc igitur*] Jam tandem opus aggredditur, vs. 13. Et ut omnem de providentia opinionem subverteret, probare conatur, res primo factas fuisse sine Deorum auxilio, ideoque non ab iis regi aut administrari: ut autem feliciter procedat, primum hoc statuit principium; nihil de nihilo fit. Quod fusius olim demonstraturus est; observaverat enim opinionem de providentia exinde natam esse, quod homines multa in Terris Cœloque fieri viderint, quorum causas cum invenire non potuerint, ea a Diis et nihilo fieri crederunt. Si igitur nihil de nihilo fieri demonstratum fuerit, actum esset de providentia: at vero facile agnosceret lector, Lucretium tanto conamine id solum probasse quod nemo negat; Nihil viz. intra naturæ ambitum de nihilo produci. Nec est quod ulla contra Dei potentiam timeamus argumenta, cum acutissimum Lucretii ingenium tam infirmis utitur; si enim (ut Virg. *Æn.* 2. 292.)

'Pergama dextra Defendit possint, certe hac defensa fuissent.' *Creech.*

148 *Tela dici*] Idem dicit. nam radii solis, *tela dici* sunt, utpote quibus, tanquam telis hæc et illuc jactis ac diffusis, totus orbis terrarum illustratur. Jam tela a Græco *τελάειν* dicta sunt, quod e longinquo loco mittuntur. Sic Ausonius Mosella vs. 200. 'Luciferique pavent letalia tela dici.' Notum autem est, Apollioem ab Homero et ceteris poetis Græcis *ἑκηβόλον*, et *ἑκτεβόλον*, i. e. longe jaculantem, appellari. *Lamb.*

*Tela dici*] Radii solis. Ita Græci *βόλη ἡελίου*. *Fab.*

*Tela dici*] Radii solis, qui telorum instar jacti et diffusi per universum orbem inferant lucem: notat autem per 'tela dici' exteriorem rerum cognitionem, sicut per 'naturæ speciem' significat internam rerum cognitionem per causas. *Fayus.* Pueriliter! ut et omnia. *Creech.*

*Tela dici*] Vetus Poëta in carmine quod protulit Turnebus Adv. 19. 3. 'Lumina, qua major jaculis radiantibus exit, Nil obstante globo tendunt per inania vasta.' *Hav.*

149 *Species*] 'H *θεοπλα*, ἡ *θεα*, i. e. contemplatio. Cicero 2. de N. Deor. 'Nulla est enim insatiabilior species,' &c. *Lamb.*

*Species*] Contemplatio, meditatio, &c. sæpe sibi. *Fab.*

*Ratio*] Vel ratio simpliciter, i. e. λόγος: vel ratio naturæ, ut supra 'ratio cæli,' et 'ratio Deorum.' *Lamb.*

150 *Principium hinc*] I. e. cujus contemplationis et rationis principium nobis hinc nascetur, et proficietur. *hinc* autem, nempe 'Nullam rem e nihilo,' &c. *Lamb.*

*Principium hinc* *cujus*, &c.] Quam ab hac consideratione exordimur, Nullam scilicet rem e nihilo gigni posse, nec si Dii ipsi tale aliquid moliantur. Quod etsi modulo ratiocinationis nostræ verum est, ἀλλὰ κατὰ γὰρ τὸν θεόν, plane falsum

est. Nam etsi ex ratione τῆς ἀναλό-  
σεως doctrina de corporibus insectili-  
bus stare possit; tamen corrumpat ne-  
cesse est, nisi creatam a Deo atomon  
ponas, eique a causa æterna motum  
impressum et ingenitum existima-  
veris. Causam autem æternam intel-  
ligo, quæ γνῶμη τι ποιεῖ, ut loquitur  
Xenophon. Ceterum hoc axioma te  
quasi aliqua multiplici machina ute-  
batur Epicurus. Sed res per se ipsa  
inferius patescet; neque longius ab-  
ibla. Nam verans sequens, &c. De-  
inde probabit incuriosos esse rerum  
nostrarum, physicarum, inquam, re-  
rum incuriosos esse deos. Itaque  
divino numine nil tale fieri. *Fab.*

*Principium*] Ita distinguitur in Ed.  
Bas. *Principium hinc, cujus nobis ex-  
ordia sumet*: non male. *Hav.*

*Hinc cujus*] Quidam Cod. *cujus hinc.  
Gif.*

151 *Nullam rem e nihilo gigni*] Om-  
nium, qui nunquam de natura locuti  
sunt, fuit hæc opinio communis,  
nihil ex nihilo fieri: quod testatur  
Arist. 1. lib. φυσικ. τὸ γιγνόμενον ἐκ μη-  
δενος γίνεσθαι ἀδύνατον. περὶ γὰρ ταύτης  
ἀποργασμοῦσι τῆς δόξης πάντες αἱ περὶ  
φύσεως. i. e. 'Non potest fieri, ut id  
quod gignitur, ex iis quæ non sunt,  
gignatur. Nam de hac opinione om-  
nes, qui de natura scripserunt, con-  
sentiant.' i. e. Καθὼ δόξα τῶν φυσικῶν,  
ἀδύνα γίνεσθαι ἐκ τοῦ μηδενος. i. e.  
'Communis opinio eorum qui de na-  
tura disputarunt, nihil fieri ex ni-  
hilo.' Etiam Democritus, quem auo-  
torem in primis sequitur Epicurus,  
(nam in Physicis totus est alienus  
Epicurus, ut scribit M. Tullius lib.  
de finibus, qui a Democrito pleraque  
omnia sumat;) Democritus igitur quo-  
que hanc eandem sententiam probat,  
μηδὲν ἐκ τοῦ μηδενος γίνεσθαι, μηδὲ ἐκ  
τῶ μηδὲ φερέσθαι: i. e. 'nihil ex ni-  
hilo fieri, neque in nihilum interire.'  
Huc pertinent illa M. Tull. lib. 2. de  
Divin. 'Non ergo omnium interitus  
atque obitus natura conficiet: et erit

aliquid, quod aut ex nihilo oriatur,  
aut in nihilum subito occidat, quis  
hoc physicus dixit nunquam? Ne  
Aristoteles quidem ab hac communi  
omnium opinione longius discessit.'  
Ita enim longam hac de re disputa-  
tionem concludit lib. 1. φυσ. ἀποδοσ.  
'Nihil fere ex eo, quod non est sim-  
pliciter, seu ex eo, quod non est per  
se, quale est privatio, quam Græci  
στέρησις nominant, fieri: sed contra  
omnia fieri ex materia, quæ est δὲ, i.  
e. ens (liceat nobis hoc vocabulo uti)  
ens (inquam) per se: non tamen ex  
materia sunt omnia ea ratione, qua  
est aliquid, sed qua ratione nihil est,  
seu est non ens, et κατὰ συμβεθῆκος,  
i. e. ex eventu: hoc dico, qua ra-  
tione inest in ea privatio formæ ejus,  
quam jam jam est inditura: id est,  
qua ratione est informis, et experte  
ejus formæ, quæ materiam illam in-  
formatura est. ex eo autem, quod  
nihil est simpliciter et per se, veluti  
ex privatione, nihil fit: ex eo igitur,  
quod est ens per se, fit ens. Verum  
tamen non fit per se, sed ex eventu,  
id est, quia evenit materiæ, ut ea for-  
ma, quam jam jam consecuturæ est,  
et ad quam accommodata est, crearet.'  
Hæc sunt Aristotelis. *Lamb.*

*Divinitus*] Divina voluntate, seu  
divino numine, ut idem statim lo-  
quitur. *θεῖα μοῖρα. Lamb.*

*E nihilo*] Ad hanc doctrinam spec-  
tant Antiphantis versus apud Athe-  
næum lib. 3. p. 99. ὃ δὲ μὴ γέγονε  
τι. 'Ex τοῦ γὰρ εἶναι γέγονεν. εἰ δ' οὐκ  
ἦν, ὅθεν; Πῶς ἐγένετο ἐξ οὐκ ὄντος; οὐχ  
ὄν τε γὰρ. i. e. quod autem factum  
est, ex eo quod est, factum est. Nam  
si non esset, quo pacto fieret ex eo  
quod non esset? hoc sane fieri ne-  
quit.' *Hav.*

152 *Continet*] Afficit, seu coërcet,  
et constrictos tenet. *Lamb.*

153 *Tuentur*] Cernunt, vident.  
*Lamb.*

154 *Videre*] Animo. *Lamb.*

155 *Divino numine*] Divinitus. *Lamb.*

*Rentur*] Arbitrantur. *Lamb.*

*Rentur*] Post hoc verbum interserunt Mss. Ludg. Bat. ut et Oxon. et Ed. Veron. versum qui paulo post sequitur, ibidem illum delentes, quique hic est, *Et quo quaque modo fiant opera sine Diobm.* quod si placet, illa videtur vera lectio, *Nec quo quaque m. f. o. s. d. sc.* perspiciunt. seu *videre possunt*, ut præcesit. Quid si unico adhuc versa superior; i. e. hoc ordine legatur: *Quorum operum causas nulla ratione videre, Et (vel Nec) quo quaque modo fiant opera sine Diobm, Possunt, &c.* sed nihil mutandam videtur. *Hav. et Prsig.*

167 *Tum, quod sequimur*] Sic habent omnes libri et manuscripti et typis excusi. quæ lectio si emendata est, hoc significat: Ubi viderimus, nihil ex nihilo creari posse, tum facilius id perspicimus, *quod sequimur*, i. e. quod probamus, et quod nobis proposuimus ad probandum, nempe, et unde quæque res creari possit, et quomodo sine Deorum opera creetur. Videtur mihi tamen reclamantibus libris omnibus legendum esse, *tum quod sequitur, &c.* *Lamb.*

*Sequitur*] Emendavit *Lamb. sequitur*, cui assentitur *Jensius*, et ita exhibent Mss. L. B. sed altera lectio omnino est retinenda. Significat enim hic, indagare conamur, sicuti feras, atqueprehendere sequendo. Sequitur autem *Stadius*: 'penitusque sequar, quo carmine mnrri,' &c. item: 'sed summa sequar vestigia rerum.' Adde *Barth.* ad *Stat. T. 3. p. 761. Prsig. et Hav.*

168 *Ut unde*] Mss. *ut unde*. Neque dubium est, quin scripserit ita *Lucretius*, namque totus locus ita videtur distinguendus et emendandus. *Quas ob res, ubi viderimus, nil posse creari De nihilo, tum, quod sequimur, jam r. i. Perspicies, ut unde queat res quaque creari.* ut hic tantumdem valet ac, ut et, i. e. quomodo. cætera sunt perspicua. *Hav.*

159 *Opera sine*] *Sine operâ, ἀνεργουμένη. Lamb.*

160 *Nam si de nihilo fierent: ex omnibus rebus*] *Epicuri verba ad hanc locum pertinentia, quæ exstant apud Laërtium, hæc sunt: Πρῶτον μὲν οὐκ ὀδδὲν γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. τῶν γὰρ ἐκ παντὸς ὄντων ἢ ἀσπερμάτων γε ὀδδὲν προσθεμένων καὶ εἰ ἀφελείτο δὲ τὸ ἀσπερμάτων εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἢ ἀκατάλαε τὰ πράγματα, οὐκ ὄντων τῶν εἰς ἀδελθεῖα.* i. e. 'Primum quidem nihil fieri ex nihilo. Alioqui enim omnia ex omnibus orirentur, nihil egentia seminibus: et si id quod interit, in nihilum interiret, res omnes occiderent, eam ea, in quæ res resolverentur, non essent.' *Lamb.*

*Nam si, &c.*] Primum hoc argumentum quo probare conatur nihil de nihilo fieri breviter *Epicurus* in *Epist.* ad *Herodotum*, *ὀδδὲν γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τῶν γὰρ ἐκ παντὸς ὄντων ἢ ἀσπερμάτων ὁ ὀδδὲν προσθεμένων.* *Fusius* poëta. Si res de nihilo producerentur, tum quodlibet ex quolibet oriretur, semine non opus esset; sed e terra homines, e caelo pisces pecudesque exilirent, &c. Cum autem quodlibet non oritur e quolibet, certisque seminibus opus sit, recte concludit nihil de nihilo prodaci, *Creech.*

161 *Ni semine*] *Ni semine* Ms. quasi sequentis versus sensus hinc exordium sumere debeat. duos vero hocce versus citat *Lactantius* de *Ira Dei* c. x. ut ostendat falsitatem sententiæ *Epicureæ* sibi ipsi contrariantia. *Hav.*

162 *E mare primum*] *E mare pro e mari*, antiquum. *Carisius* tamen docet: nomina neutralia in e non factitia, in ablativo quoque eandem litteram servare. *M. Varro* lib. 3. de gente *Rom.* 'A mare separata oppida.' idem lib. 12. antiq. human. 'Ab *Erythreo* mare orti.' *Varro Atacinus*: 'Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.' sic et *Hor. Sa-*



tyr. 2. 8. 11. 'Gausape purpureo mensam pertersit.' ad hunc locum pertinet jocus ille Plantin. in mil. Glorioso 4. 7. 26. 'Maris causa hercle ego hoc utor oculo minna, Nam si amare abstinuissem, tanquam hoc uterer.' jocus est ex ambiguo: quod inest in voce *amare*; dubium est enim utram dicat a *mare* pro a *maris*, an *amare* a verbo *amandi*. qui locus explicatus est a Mureto libr. Var. lect. 2. 17. *Lamb.*

[E *mare primum homines*] *Primum* hoc loco vim eandem habet ac, 'empli gratia.' Sic et alibi usus est *vij jam*. Græci autem *vð ðð* in eadem notione usurpant, ut et *vð abrisca*. idque ea propter annotare visum est, quod vulgo non observetur. *Fab.*

163 *Squammigerum genus*] Pisces squammas gerentes. *Desquammare* verbum Plantinum, quod significat pisces squamma privare. quemadmodum *exdorsare* dorsualibus pinulis mandare. *Pins.*

[*Squammigerum genus*] Pisces. ut infr. eodem lib. vs. 379. 'Nam que squammigori poterunt procedere tandem, Ni spatium dederint latices?' et lib. 2. 343. 'Præterea genus humanam, mutæque natantes Squammigerum pecudes.' Animantium (Inquit M. Tull. lib. 2. de N. Deor.) aliae corlis tectæ sunt, aliae villis vestitæ, aliae spinis hirsutæ: pluma alias, alias squamma videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pinnarum. *Lamb.*

165 *Incerto partu*] Vult dicere, oves apros, leones lepores, aquilas columbas. &c. progenituras, nec genus cujusque in prole permanens, quod omisit in interpretatione sua Creechius. Nisi potius scripserit Lucret. *incerto partu*, quod magis ad *culta* et *deserta*, que subjungit, facit. *Hav.*

[*Teneret*] *Tenerent*, quod quidam Codd. habent, non est rejiciendum,

et ad loca 'culta ac deserta' referri potest: at suspicioni locum præbet, an non scripserit Lucretius, *Incerto partu*, i. e. pabulo, cibo, alimento, quo sensu 6. 1155. etiam *pastus hominum* dixit, ad amplificandam magisque exaggerandam talem confusionem. *Præg.*

166 *Constare*] *Constanter* manere. *Lamb.*

167 *Ferre omnes omnia possent*] Omnes arbores omnia fructuum genera ferre possent. Virgilius hunc locum expressit Georg. 2. 109. 'Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.' *Lamb.*

168 *Quippe ubi*] I. e. nam cum, &c. *Lamb.*

[*Genitalia*] Ad gignendam valentia, vim gignendi habentia: ut supra. *Lamb.*

[*Quippe ubi*] Cum videlicet, *Ære ðð eox lorum*, &c. *Fab.*

[*Genitalia cuique*] Jam superius observatum, cum dandi casu. *Fab.*

169 *Consistere certa*] Nihil hoc loco sanius videtur, et tamen Mss. Logd-Bat. dubitare faciunt, quorum alter habet *consisteret orta* superscripto *certa*. alter *consistere certa*, superscripto pariter *certa*. quasi fuerit scriptum olim, *consistere terra?* illa certe omnium mater, que pabula pecoribus, frugibus alimenta ministrat; jam vero si absque semine cuncta consent et incrementum capiant, nec terra amplius mater vocari meretur. Verum sequentia me jam docent nihil esse innovandum. *Hav.*

[*Qui posset*] Non opus est interrogatione. Nam et infra vs. 182. eodem modo infert: 'Quippe, ubi nulla ferent,' &c. Cæterum quod hic 'matrem rebus consistere certam' dicit, Virgilio etiam placuit, is enim Georg. 2. 268. 'Mutata ignorent subito ne semina matrem.' *Præg.*

171 *Inde*] Ex eo loco, ubi cujusque materies inest. conjunge hæc duo, *inde ubi*. *Lamb.*

*Inde enascitur*] Refer ad id quod in versu sequenti est, 'Ubi materies,' &c. *Fab.*

*Enascitur*] *Nascitur* Ms. quæ vox forsan illis grata erit, qui in Veterum versibus hiatus quærant, et amant. *Creech.*

*Enascitur*] *Nascitur* Ms. quod et notavit Creechius, qui aliquot pagellas priores Lucretii cum Cod. Voss. collatas habuisse videtur, nam in reliquis Ms. lectionis nisi ex Gifanio, Lamb. et aliis non meminit. *Hav.*

173 *Hac re*] Hanc ob rem, seu hanc ob causam. *Lamb.*

*Hac re*] *Διὰ τοῦτο.* *Fab.*

174 *Certis in rebus*] Libentius hoc loco legèrim *cunctis* quam *certis*, quo versùs superiores inducunt, et ille vs. 173. præter ceteros, 'Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni.' Id quamobrem, Lector? *Quod cunctis*, &c. Innuit enim facultatem secretam, distinctam, seu specificam in una quavis re esse; unde e caulibus juglans, ex homine leo, &c. non enascatur, &c. *Fab.*

*Secreta*] Distincta et separata. *Lamb.*

175 *Præterea cur vers*] Si omnia de nihilo, tum tempestatibus statim sui fructus, sua munera non essent, &c. *Fab.*

*Præterea cur, &c.*] Modo ex ipsa rerum origine, jam vero probat ex statim temporum effectibus, nihil e nihilo fieri vs. 10. Cur enim Vere tantum Rosæ, Æstate Fruges, Autumno Uvæ, et non Hyeme, aliisque etiam anni partibus producerentur, si ad illorum originem *materia* nihil conferat, cum non major sit in una tempestate quam in alia dispositio, ut ex nihilo quicquam procreetur? *Creech.*

*Calore*] Æstate. *Lamb.*

176 *Vitis auctumno fundi suad.*] Treis codices manuscriptos secutus sum: quibuscum congruant nonnulli

vulgati. nam alii habent *sudante*. Præterea in Florent. legitur *uvæ*, non *vitis*. *auctumno* autem *sudante* dixit per translationem: ut et tralatio est in *sudante*, si cui forte hæc scriptura probetur magis. ego quidem *sudante* magis probo. similis enim translatione usus est infra lib. 2. 171. 'Et jam cetera, mortaleis quæ suadet adire, Ipsaque,' &c. Tale fere est illud Plautinum Bacchid. 1. 1. 20. 'Quid est? quid metuis? ne tibi lectus matitiam Suadeat?' Sic iterum Lucret. 6. 671. *imperare* a rebus ratione utentibus, ad rem inanimam transtulit: 'Nec minus in certo dente cadere imperat ætas Tempore.' *Lamb.*

*Auctumno*] Turnebus Adv. 6. 14. imaginatur hic sibi Dei effigiem torcular calcantis, qualiter apud Ov. Met. 2. 28. 'Stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis.' quales sibi tabulæ sæpe representat etiam Faber, (ex gr. lib. 2. 538. ubi bene Creech.) quibus tamen Lucretius nihil juvat. Idem Turneb. tamen 25. 1. retinens *sudante*, eodem ut Lamb. modo exponit. *Hav.*

*Sudante*] Vel spumoso et sordido uva calcata: a qua *mustulentus* dicitur Apuleio. Ovidius Met. 2. 28. 'Stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis. Stabat nuda æstas: et spicea sarta gerebat. Inde senilia hyems tremulo venit horrida passu, Aut spoliata snos, aut, quos habet, alba capillos.' Vel *sudante* expone calore suo vitibus sudantes et stillantibus guttas emittere cogente. Quidam intelligunt vites fundi auctumno sudante: resolvi in maturitatem uvarum sudante, hoc est, hymbrico vel sordido, autumno. *Pins.*

*Sudante*] Ita veteres quidam et vulgati. Sudor, seu humor, ac vapor congruit vitibus, vino, et auctumno. In aliis: *sudante*. male. *Gif.*

*Auctumno sudante*] Propter vin-

demiam et humectum vaporem illi tempestati proprium. alii tamen *suadente* habent; quod fortasse melius. certe placeret magis. *Fab.*

176 *Sudante*] *Suadente* G. Lambinus, et alii ex Mss. i. e. impellente vel sollicitante: hæc etiam vox Fabro placet. Salmasius legit *Sua dante*. Ver sua dat, cum det Rosas, Calor Frumenta, Autumnus Uvas. Sed quidni *Sudante* retinerem? *Humido via*. et *udo*, vel *audores eliciente*, non enim dura est nec incommoda translatio. *Cresch.*

*Sudante*] Insigni metaphora vel metonymia. Vel potius per *συμφοροῦν* Ver, Æstatem, Autumnum sudare dixit, ut v. 736. 'It Ver et Venus, et Veneris prænuntius ante Pinnatus graditur Zephyrus,' &c. *Preig.* *Suadente* tamen mihi germana videtur lectio; nam et codex Ms. G. *fundis vadente*, qui adeo nihil mutat, sed litteram *s* alieno loco adhaerentem habet. *suadente* vero est impellente. Sic lib. 2. 'suadet adire,' vs. 171. et 6. 1280. 'paupertas horrida suasit.' apud Virg. 6. 276. 'male suada famas.' *Hav.*

177 *Quia*] Mss. habent vel *que*, vel *quæ*. unde patet scripsisse auctorem: *Si non certa, suoque in tempore semina rerum Cum confuserunt.* hæc enim duo ad fructus bonos ferendos requiruntur, ut certa cuique rei sint semina, et ut suo non alieno tempore incrementum capiant. Ipse mox versu 190. 'Semine certo.' *Hav.*

179 *Dum tempestates aduunt*] I. e. tempora idonea, atque opportuna. nam tempestatis nomen est *μῆσος*. *Lamb.*

*Tempestates*] Tempora commoda gignendis rebus. Veteres autem tempestates bonas, tempestates malas, tempestates pluvias potius, quam tempestatem dicebant: exempla ex Catone Censorio peti possunt, et ex Varrone. *Fab.*

*Vivida*] Altrix,ATRIX, quæ vitam, hoc est vegetativam animam

affert herbis, plantis, et arboribus. quod vitam suppetat ac subministret terra *vivida* nuncupatur. Et tellus *vivida* vocari potest epitheto suo, quoniam omnibus vitam præstat. *Pius.*

*Vivida*] Vegeta, valida. 'Vivatum et vividum' (inquit Feustus) 'a magna vi dicta sunt:' supra notatum est. *Lamb.*

180 *Tuto res teneras*] Virg. Georg. 11. 332. de æsculo arbore, 'Inque novos soles adent se gramina tuto Credere.' *Preig.*

*Teneras*] Epithetum *teneras* licet conjungere cum voce *oras*: et tum interpretabimur, liquidas, molles; licet et cum voce *res*, ut intelligamus res adhuc recentes, et infirmas, necdum ita corroboratas, ut injuriam cæli ferre possint. Sic infra paucis post versibus vs. 208. 'Aëris in tenebras possint profferri auras.' *Lamb.*

*Teneras oras*] Malim *auras*. sic infra *aëris in teneras auras*. Sic Græci *μαλακὰς ἀπας*. alioqui *res teneras* cum *res* jungi possit. Locus Virgil. in Georg. notissimus est. *Fab.*

*Luminis*] Vitæ vel hujus cæli. Silius 2. 223. 'O blandum cæli lumen! tanto ne cavetur Mors reditura metu, viventique addita fata?' *Pius.*

*Auras*] Sunt qui legunt *oras*: vel *auras* pro *oras* posuit, ut *aula* pro *olla*: *plostrum* pro *planstrum*: et sexcenta hujusmodi. 'Solventibus oram bene precemur' cum Quintilianus sit: lego *ora* in sexto casu pro *ab ora*, i. e. regione litorali. Nam *oras* dicuntur litorales regioneæ. Maro 6. 2. 'Et tandem Enboicis Cumarum allabitur oris.' quod ex Livio adducitur mendosissimum affertur. In Livianis etiam priscis exemplaribus non *oras* legitur sed *lora*: qua voce in re eadem utitur alibi etiam in editis codicibus. Cujus hæc verba sunt ex lib. 12. 'Vix dum omnes conscenderant: tum alii resolutis loris ut anchoram evellerent, alii ne quid teneat an-

chora, lora incidunt: raptimque omnia præpropere agendo nautica ministeria impediuntur.' Quæ verba fidem faciunt et illum locum, in quo legebat *oras*, adulterinum esse, reclamantibus fidelissimis exemplaribus: et omni eruditorum corona: in quibus nuspiam reperies *oram* pro retinaculo sive fune nautico sumi. Sed ne te moveat dictio *lora*: scito priscos retinacula solitos ex corio bubulo facere, quod docet Maro cum inquit 6. 1. 'Sic fatur lachrymans, classique immittit habenas.' Audi quæ huic rei facientia repperi in integris Honorati Servii codicibus, qui apud Vicum, omni cumulo virtutis ac dignitatis insignitum, Comitum Trusardum Calepinum, equestris ordinis, servantur: 'Immittit habenas:' aut funes per metaphoram equorum dixit, aut Homerus sequuntur est, qui ait *σπρίττοι βόσσα*. i. 'loris retortis.' His enim utebantur antiqui.' Subsequentibus in eisdem synceris exemplaribus duo testimonia ex Homero. Cæterum quidam non *ora* scribunt: sed *oriam*, pro freno, auctore Pompeio: quod non probo. *Oram* Lælius libro primo de secundo Punico bello regionem litoralem vocat. *Pius*.

*Oras*] *Auras* mavult Faber, sic infra 'Aëris in teneras auras;' sic Græci *μαλακὰς ἀβρας*. ubi vero *Lælius auras* inveniet? ideoque non solicitanda lectio. *Creech*.

182 *Spatio*] Nimirum temporis. *Preig*.

*Alienis partibus*] I. e. intempetivis: tempore non suo. *Suum*, et *alienam*, inter se opponuntur: quæ oppositio est illustris in illo Terentiano in Eunucho 2. 2. 34. 'Vide quid os suum, et cibus faciat alienus.' ubi vulgo tamen legitur *otium*. *Lamb*.

*Alienis*] Minus convenientibus, minus idoneis ad progignendum quid. *Fab*.

183 *Quæ genitalem concilio*] I. e. quæ prohiberi possent, quo minus inter

se congregarentur, et convenirent ad rem aliquam gignendam. Concilium apud bonos scriptores, per translationem, quarumlibet rerum ac personarum congregationem ac cœtum significat: ut hoc loco concilium genitale est congregatio corporum primorum ad gignendum valens, sic 2. 109. 'Multaque præterea magnum per inane vagantur, Conciliis rerum quæ sunt rejecta:' i. e. quæ non potuerunt cohærere ad res gignendas. *Ibid*. 918. 'Quod tamen et possint, ab cœtu, concilioque, Nil facient præter vulgum, turbamque animantam.' et 2. 806. 'Quam mortale quod est, immortali, atque perenni Junctum in concilio, ævas tolerare procellas?' Proprie autem *concilium*, et *conciliare*, voces sunt fullonis, ut docet Varro lib. 5. his verbis: 'Apud fullonem vestimentum, cum cogitur, conciliari dicitur.' Josephus Scaliger tamen notat, *concilium* et *conciliare* a ciliis dici, et *conciliare* esse *συμπλοῖν, πύξω, συμπαρῆν*, i. e. condensare, constringere, et conculcare. *Lamb*.

*Genitali concilio*] Vox Lucretiana in hoc significatu. congressum, conventum, coitionem primigeniorum corporum, mox denique 'seminia coitam' vocat. *Fab*.

184 *Concilio genitale*] Concilium genitale congressus corporum primorum ad gignendum valens. Concilium a cogendo, unde apud Fullonem vestimentum, dum cogitur, conciliari dicitur: Varr. lib. 5. 'Concilium nominis' apud Tertullianum de pallio, est compositio nominis e duabus vocibus, et vetus Scholiastes in primam Sat. Juvenalis v. 116. inquit, Ciconia quæ contra templum Concordiæ ex *concilio* (ita enim leg. non *consilio*) rostri sonitum facit. *Creech*.

*Tempore iniquo*] Propter temporis iniquitatem, seu propterea quod tempus esset alienum, adversum, atque inopportunitum. sic supra, 42. 'Patriæ tempore iniquo.' *Lamb*.

*Tempore inique*] Propter incommo-  
das tempestates. *Fab.*

185 *Nec porro augendis rebus*] I. e.  
nec porro rebus jam natis spatio opus  
esset ad congregationem corporum  
primorum, per quæ res illæ justam  
magnitudinem colligerent, atque ac-  
quirent, et (ut infra loquitur) 'æta-  
tis florem contingerent.' *Lamb.*

*Nec porro, &c.*] Tertium propo-  
nit argumentum vs. 8. ex Naturali  
rerum incremento ductum: si enim  
e nihilo res fierent, quidam etiam e  
nihilo auferentur? Ideoque tempore  
non opus esset ut ad summum ætatis  
florem, justamque magnitudinem per-  
venirent; uno saltem momento puncto-  
que temporis tenellus infans robus-  
tus juvenis evaderet, &c. ideo enim  
tarde et paulatim res crescunt, quia  
ex certa materia certisque principijs  
augentur, quæ momento temporis  
nec congregari, nec disponi, nec con-  
jungi possunt. Porro autem cum ex  
certo semine res augeantur, e certo  
etiam semine nascantur necesse est.  
*Creech.*

*Spatio usus*] I. e. spatio opus.  
*Ter. Heaut. 1. 1. 28.* 'Mibi sic est  
usus: tibi ut opus est facto, face.'  
sic idem Lucret. paucis versibus post  
vs. 220. 'Nulla vi foret usus enim,  
quæ partibus ejus Dissidium parere,'  
&c. Sic et Plautus non semel. *Lamb.*

*Spatio usus*] I. e. spatio opus, sic  
1. 220. 'Nulla vi foret usus enim.'  
*Virg. Æn. 8. 441.* 'nunc viribus usus.'  
*Creech.*

189 *Omnis quando, &c.*] I. e. quo-  
niam res omnes sensim crescunt certo  
semine conveniente. *quando* hoc loco  
legendum est cum accentu gravi in  
postrema syllaba. Docet enim *Fes-  
tus*, *quando*, cum gravi accentu pro-  
nuntiatur, idem significare quod *qua-  
niam*, et esse conjunctionem: cum  
æquo accentu vero, esse temporis ad-  
verbinum. *Lamb.*

190 *Ut par est*] Ut decet. in eadem  
significanti dicebatur *ut verum est.*

*Hor. Ep. 1. 7. 98.* 'Metiri se quem-  
que suo modulo ac pede verum est.'  
*Plus.*

191 *Crescendoque*] *Crescentesque V.*  
viz. Res: nec insolens lectio, etai  
*Omnia* præcedat. *Creech.*

192 *Quæque*] *Quicque* *Ms.* uti rar-  
sus vs. 216. 'Huc accedit uti quid-  
que in sua corpora rursum,' &c.  
*Has.*

*Materia*] *Ms. materia.* Forte scri-  
bendum *materie*, ut passim alibi lo-  
quitur. *Has.*

193 *Huc accedit uti*] Cum augeant  
terræ factus ex imbre opportuno, non  
igitur ex nihilo. *Fab.*

*Huc accedit*] Quartum proponit vs.  
7. argumentum ex alimenti necessi-  
tate deductum, idque etiam non mi-  
nus firmum et validum, quam cætera;  
cum enim nisi cadant imbres nihil e  
terra surgat, cum animalia alimento  
privata nec propagare genus suum  
possunt, nec vivere, quis tam ineptus  
est qui credat animalia vel fruges e  
nihilo produci, cum videat materiam  
et producendis et alendis rebus om-  
nibus esse necessariam? imo potius  
concludendum est, semina esse quæ-  
dam e quibus res, ut voces e literis,  
componantur. *Creech.*

194 *Latifecus*] Lætitie effectores.  
ex quo *latifecare*. Quo verbo etiam  
*M. Tullius* usus est lib. 2. de N. Deor.  
52. 'Indus vero, qui est omnium flu-  
minum maximus, non aqua solum a-  
gros lætificat, et mitigat, sed eos etiam  
conserit.' *Lamb.*

*Summittere*] Subministrare, sup-  
peditare, seu efferre. sic supra vs. 7.  
'tibi suavis Dædala tellus Summittit  
fiores.' *Lamb.*

*Summittere*] Jam supra occurrit.  
*Fab.*

195 *Secreta cibo*] Sine cibo, seorsum  
a cibo. *Lamb.*

*Secreta cibo*] Privata, remota. *Fab.*

196 *Propagare*] Amplificare, mul-  
tiplicare. tralatio a vitibus. in verbo  
*propagare* primam syllabam produxit,

ut s. 848. 'Ut propagando possint producere sæcla.' ibidem 854. corripuit: 'Nec potuisse propagando procedere prolem.' sic et sup. 21. 'et sæcla propagent.' sic et Virg. nomen *propago* corripuit 6. 871. 'nimium vobis Romana propago Visa potens, Superi.' Propagatur genus autem, maris et fœminæ conjunctione scilicet, et rebus Veneris. Atqui sine Cerere quidem et Libero friget Venus: sine cibo autem non solum Venus in animante languescit, sed ipsum quoque animans interit. *Lamb.*

*Propagare genus possit*] Posset. *Gif.* 197 *Ut potius multis*] I. e. ut probabilis quis existimare possit, multa esse primordia rebus, quæ gignuntur, communia, quemadmodum elementa litterarum multa videmus esse nominibus communia, quam rem ullam sine primordiis nasci atque oriri posse. *Lamb.*

198 *Ut verbis elementa*] Ut credibilis sit res ex multis diversisque ac pugnans etiam principis constare, quemadmodum vocabula ex diversis literis constant, quam e nihilo exoriri. *Fab.*

200 *Denique cur, &c.*] Rursus vs. 9. arguit e rerum naturalium definita magnitudine et duratione. Si enim e nihilo homines v. g. producerentur, unde constanter tam pusilli et imbelles? unde brevis vita, cæteraque humani generis et incommoda, et vitia? jam vero e certis seminibus certa que materia nasci homines admittas; et hæc omnia necessaria plane orunt, et explicatu facilia. *Creech.*

*Parare*] *Κατασκευάζω*, efficere. *Lamb.*

*Cur non potuit*] Quod tamen esset, si e nihilo forent. sed cum rerum genera modum suam habeant, ultra quem non liceat egredi, ideo fit ut sibi constant. *Fab.*

201 *Pedibus qui, &c.*] Tales dicuntur fuisse gigantes. vid. Themist. in 11. Phys. et Plin. *Gif.*

*Pedibus qui pontum*] Qualis fingitur Polyphemus a Virg. *Æn.* 3. 665. 'graditurque per æquor Jam medium, nec dum finctus latera ardua tinxit.' quales et gigantes fuisse accepimus: de quibus lib. 2. fortasse nonnulla dicemus, ad illum locum, 'Vix animalia parva creat.' *Lamb.*

*Pontum per vada*] Pontum vado transire; intelligit autem tanta tamque immani corporis proceritate futuros, ut quod aliis esset *ἀρέπαρον*, iis trajectu facile foret: quippe quæ maris altitudo quantalibet pro vado esset. Noli itaque locum hunc ita interpretari, quasi si dixisset *per ponti vada*. Quod enim Salmasius hunc versum depravatam esse iudicavit, non ideo facilius crediderim. Intelligit autem Lucretius Titanas, Gigantas, Cyclopas, &c. quæ genera pro figmentis poetarum habet. *Fab.*

*Pontum per vada*] Salmasius Ep. 50. legit *Pontu*, i. e. *πόρον*, ut idem Lucretius *Pelage*, i. e. *πελάγη*, dixit 5. 36. et 6. 619. at rectius Faber, noli hunc locum ita interpretari quasi dixisset *per Ponti vada*. Quod enim Salmasius hunc versum depravatam iudicavit, non ideo facilius crediderim. *Creech.*

203 *Vitalia sæcla*] *Sæcla* hoc loco pro spatiis annorum posuit. *Vitale* autem idem valet, quod vita præditum, vel ad vitam pertinens, vel cum vita conjunctum: hoc totum autem 'multa vitalia sæcla vivendo vincere,' est diu vivere. *Lamb.*

*Vincere*] *Vivere* Fayus, vox nihili. *Creech.*

*Vivendo vincere*] Virg. 11. 160. ubi Evandrus: 'Contra ego vivendo vici mea fata.' sic infra 3. 961. 'Omnia si pergas vivendo vincere sæcla.' Virg. Georg. 2. 295. de arbore sæculo, 'immota manet, multosque per annos Multa virum volvens durando secula vincit.' *Virg.*

204 *Reddita*] Attributa, ut sæpe alias. *Lamb.*

*Reddita*] Data, tributa, assignata. Ita sæpe Virg. semper Lucret. *Fab.*

*Si non, &c.*] Ut vs. 176.

*Quia*] Ms. *qua*, nec temere forte. cum *qua* hic possit usurpari pro aliqua i. e. aliquo modo. Veterem lectionem mutare tamen nolui. *Hav.*

207 *Quando*] Quoniam: ut supra. *Lamb.*

208 *Aëris in teneras possint preferrier auras*] I. e. proferri in aërem. sic infr. 801. 'Ordine mutato, et motu facere aëris auras.' *Lamb.*

209 *Postremo, &c.*] Observaverat poëta fruges, arbores, floresque, &c. humana industria meliores et lætiores fieri, indeque vs. his 7. arguit hæc omnia e latentibus quibusdam seminibus oriri. Quid enim prodesset labor si e nihilo producerentur? vanus profecto esset, irritusque, et nihil ille ageret, qui nihil coleret. Imo nihil impedit quin fruges e nihilo productas sponte sua quotannis meliores et lætiores nasci videremus. *Creech.*

*Quoniam*] *Lego* ex probatis exemplaribus *quando* pro cum: nisi *quoniam* pro quando interpretari *ma- vis. Pius.*

210 *Manibus*] Opera hominum, et opere rustico, cultura. *Lamb.*

*Reddier fetus*] Ita conjectura: ex locis aliis simil. in libris tamen: *reddere*. barbare. vid. *Indicem. Gif.*

*Reddi*] Sic legendum, libris omnibus reclamantibus. hic enim ordo est: et quoniam videmus, factus manibus *reddi*, hoc est fieri, meliores, et cetera. *reddere* autem, quod est in omnibus libris, ferri non potest. *Lamb.*

*Manibus*] Manibus hominum meliores reddunt factus, quam, ut ita dicam, sponti suæ. Nam et ita nostro labore et sponte sua opponuntur. At sponti suæ reddunt culta etiam loca ea que sponte sua nascuntur; veluti Virg. Ecl. 5. 37. 'Infelix ioliam et steriles dominantur avenæ.' *Preig.*

*Reddere*] *Reddier*: *Gif.* et *P.* ex conjectura. *Reddi*: *Lambinus.* docetque 'Legendum ita esse libris omnibus reclamantibus.' *Reddere* autem quod est in omnibus libris ferri non posse. Dum vero innocenti immeritæque voci irascatur, veterem, quam omnes libri assignant, sedem possideat *Reddere*. Aliqui libri dicier: *Parrens. Creech.*

*Reddere*] Omnino sic legendum est. Non enim de fovendo aut conservando, sed producendo factus loquitur; et culta loca factus suos reddunt manibus cultorum suorum, quibus subigi solent et conseri, quibusque rerum primordia, que sint in terris, 'ciemus ad ortus,' ut mox pergit. *Preig.*

*Reddere*] Merito *Gronovius* *Pater* deridet *Giphanianum reddier*, ut et *reddi* *Lamb.* contra auctoritatem *Mss.* omnium, explicans ita: culta reddunt meliores factus manibus, i. e. labore manuum: atque illustrans ex *Sallustio*, *Cicerone*, aliis, *Obs.* 11. 7. Quid tamen simplicius, quam *reddere manibus*, esse compensare manuum laborem, retribuere fructibus quod terræ fodiendo, arando, stercorando feceris? optime ad sensum *Poëtæ* *Vetus Inscriptio*

DATE TER. FRUCTUM UT  
TERRA REDDERE POSSIT  
AB ALTERO SPERES  
ALTERO QUOD FECERIS.

Injicit tamen scrupulum lectio *Ms.* *manibus melioris reddere facti*. quasi innumeret meliori vel laboriosiori agricolæ loca facta jam, ita enim tum scribendum, i. e. fecundiora facta, operam suam redditura fructuositate. Sed maxime probabile videtur ita fuisse scriptum: *manibus melioris reddere factus. melioris* scilicet fructus seu factus, pro *meliores*, ut *omnis homines*, et multa talia apud *Sallustium* et *alios*; pro quo hic *Lucretiano* more reposui *meliores*. *Hav.*

211 *Esse videlicet*] Sic sæpe *Enn.*

Plaut. et Ter. 'Scilicet futurum.' Videre licet in terra reperiri, &c. neque enim, quod aliquando putavit Interpres, repeti debet ànd *novos*, *facendum est.* Fab.

*Esse videlicet*] Sic sæpe Ennius Plant. et Ter. et Salust. 'Scilicet futurum: videlicet in Terra reperiri,' &c. neque enim quod aliquando putavit Lambinus repeti debet ànd *novos* *facendum est.* Vid. 2. 468. Creech.

212 *Quæ nos fecundas*] H. vs. et qui proxime sequitur, iterantur lib. 5. Lamb.

*Vertentes*] Virg. Georg. 1. 2. 'quo sidere terram Vertere Mæcenas.' et Æn. 7. 539. 'terram centum verbebat aratris.' Lamb.

213 *Terraique solum*] Solum (inquit Festus) terra. Dicimus tamen solum terræ, et solum regni. Ennius, p. 184. 'Sed sola terrai postquam permensa parumper.' idem, p. 55. 'Tarquinio dedit imperium simul et sola regni.'

*Terraique solum*] Terram. Festus Pompeius, 'Solum, Terram.' Ennius lib. 3. 'Tarquinio dedit imperium, simul et sola regni.' Et alibi, 'Sed sola terrarum postquam permensa parumper.' Creech.

*Subigentes*] Mollientes, colentes. Vide Festum in voce *subactus*. Virg. Georg. 1. 125. 'Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.' M. Tull. in Catone majore: 'Quæ cum gremio molli to ac subacto sparsum semen exceperit,' &c. Idem translate lib. 2. de Orat. ad Q. Fr. 'Subacto mihi ingenio opus est.' Lamb.

*Subigentes*] Eleganter de terræ solo; quod et ingenio applicatur, et a farinæ subactione similibusque laboribus est assumptum, quo et illud facit Persii 3. 28. 'Udum et molle lutum es, nunc nunc properandus et acri fingendus sine fine rota.' Freig.

*Subigentes*] Hanc vero locum respexisse Priscianum docet Vossius de Anal. 3. 25. cum perperam ita ci-

tetur, *aura cinus ad ortus*, ut Putsc. Ed. vel, *aurum cinus adortus*, ut Ed. Veneta, vel denique *aurorum cinus ad ortus*, ut Ms. Lugd. Bat. Nisi contendas ita olim fuisse scriptum: *facundas vertentes comere glonas Terraique solum, aurorum cinus ad ortus.* pro, ad ortus in auras, i. e. in lucem. sæpius vero elisio solita apud nostram non admittitur. Hi duo vs. lib. 5. etiam, quod mireris, eodem versuum numero repetuntur. Hæc.

*Cinus ad*] Provocamus ad ortus, id est facinus nasci, et oriri. Lamb.

215 *Sponte sua*] Sua vi, per se: ex quo *sponte nata* dicuntur, quæ sine manu hominum et cultura nata sunt. Arnob. lib. 2. adversa. Gent. 'Cum animantia cetera sponte natis alerentur, et nulla satione prolatis,' &c. Græci *abropoj* appellant. Lamb.

*Meliora*] Haud dubie meliora: quandoquidem non modo non prodesset labor, sed maximo obesset. Fab.

216 *Hæc accedit*] Posteaquam decuit, nihil ex nihilo fieri, nunc (quod est consequens) ostendere incipit, res creatas non interire in id quod non sit, id est in nihilum, sed prima corpora, ex quibus res omnes creatæ constant, atpote solidissima, et simplicissima, æterna remanere. Lamb.

*In sua corpora*] Primordialia, scilicet, in corpora materiæ. Fab.

216 *Nam si*, &c.] Effatum modo propositum primo probat vs. 8. ex communi resolutione rerum: si enim res in alihum interirent, aut mortales essent et cunctis partibus, nulla esset vis necessaria, ut unaquæque dissolvatur: sed ut sine ulla vi aut conamine aliarum rerum subito nata apparet, sic sine ulla vi, aut conamine aliarum rerum subito nata, non dissolutione partium, interiret, sed nostris oculis subdecta repente evanesceret: ideo enim vi opus est ut res unaquæque dissolvatur, quia constat ex seminibus quæ dissolutione



supersunt. Hujus argumenti ne minimam partem intellexit Fayns. *Creech.*

219 *Repete perires*] Horæ momento concreta perirent, uti horæ momento enata essent. *Fab.*

220 *Nulla vi foret usus ei*] Ita vet. libri, sc. naturæ. in aliis: *enim*. *Gif.*

*Nulla vi foret usus enim*] Sic habent tres libri manuscripti: alii, *usus ei*. utraque lectio probabilis est. sed hanc magis probo. Hæc enim hujus loci est sententia: nulla enim vi opus esset, quæ vis parteis ejus rei, quæ periret, discinderet, ac dissolveret. *Lamb.*

*Nulla vi foret usus enim*] *Usus pro opus*. qui legunt ei pro *enim*, sine judicio vivunt. *Fab.*

*Enim*] *Ei* *Gif.* *via*. Naturæ. Hanc lectionem tuetur Pareus: Lambinus, Faber, aliique rejiciunt: et tantos auctores tuto sequi potuit Fayns, si tacere voluisset. Hæc autem iste: Aliis *usus ei*, supp. Naturæ: mihi minus arridet, alias enim non *rei cujusque* sed *Naturæ* partibus discidium pareretur. Ingenium Homini! quasi *ejus* non seque respiceret *rem quamque*, *ei ei*, ac si *enim* admittatur. *Creech.*

221 *Discidium*] Sic habent tres libri manuscripti. *discidium* autem vox Latina est, ne quis forte de hoc dubitet, a verbo *discindo* nata, ut excidium a verbo *excindo*, non a verbo *excido*. *Virg. Æn.* 2. 657. 'Abnegat excissa vitam producere Troja.' idem 7. 316. 'At licet amborum populos excindere regum.' *discidium* autem idem valet quod *discissio*, disjunctio, dissolutio. quo nomine utitur sæpius et Lucretius, et alii boni scriptores, ut ego jam alias indicavi. *Lamb.*

*Ei nexu*] Ita vet. libri. *Vulgati*: *At*. ut *inf. vers.* 245. 'At nunc,' ubi quidam: *quid*. *Gif.*

*Ei nexu exsolvere*] I. e. et vincula dissolvere, quod valet interimere. *Lamb.*

*Nexu exsolvere*] *Compagem* et co-

agmentationem dissolvere, seu interimere, *καταλύω*. *Fab.*

222 *At nunc, æterno*] Omnes libri scripti, et nonnulli excusi, habent, *Quod nunc æterno*: quæ scriptura si recta est, ut mihi quidem fit verisimile, sic interpretanda est, *at nunc; sed nunc, nunc autem*: ut dicimus *quod ei*, pro *si autem*. *Lamb.*

*Quod nunc*] I. e. *nunc autem*. notandum. Debet hic versus jungi cum illo altero, *Nullius exitium, &c.* *Fab.* Ita supra vs. 83. 'quod contra, *Hav.*

*Constant semine quæque*] *Gifan.* constat. non bene. *Fab.*

223 *Obiit*] Ita vet. libri. *Vulg.* *obeat*. *Gif.*

*Donec vis obiit*] *Secutus* sum quiaque librorum manuscriptorum auctoritatem. *obiit* autem, i. e. obviam iit, incurrit, occurrit. Nam *vulgati* habent *obeat*. quam lectionem qui probant, desipiunt. *Lamb.*

*Obiit*] Occurrit, incurrit. unde 'obitus' apud Ter. pro *occurrus*. *Fab.* *Obiit*] *Obeat* P. Na. D. sed *obiit* veteres *Mss.* *Cod. Creech.*

224 *Intus*] Notandum, cum motu. quod vulgo non observatur. *Fab.*

*Dissoluatque*] Licet legere *dissolvat*, ut sit trium syllabarum, et ita erit versus spondaicus: licet et per diæresin *dissolvat*; et item alibi; ut sit quadrisyllabum. *Lamb.*

225 *Exitium*] *Interitum*. 'Exitium' (inquit Festus) 'ponebant antiqui pro exitu: nunc exitium pessimum exitum dicimus.' *Lamb.*

226 *Præterea quæcumque vetustate*] *Præterea* (inquit) quæcumque senio et vetustate intereunt, si ea omnia funditus, et penitus, et omni ex parte intereunt: unde animalia suo quæque in genera reparari possunt per conjunctionem maris et femine? *Lamb.*

*Præterea, &c.*] Secundum Argumentum quo probatur nihil in nihilum reverti breviter proponit Epicurus in

Epist. ad Herodotum. *εὐφρόνιστο δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι εἰς τὸ μὴ εἶναι, πάντα ἐν ἀπολλύει τὰ πρῆγματα, οὐκ ἔστιν τῶν εἰς ἡμετέρο.* Fusius vero poeta, et fortius. Olim probaverat nihil e nihilo fieri, et inde jam demonstrat nihil in nihilum reduci. Animalia enim quotidie perennat, et nascuntur, fontes aquas, e quibus mare fluminaque constat, perpetuo subministrant, &c. Unde vero hæc omnia, nisi quædam essent *immortalia* semina, quæ dissolutioni corporum superessent et quibus renovarentur? Quis enim tam insanus quis concederet materiam aliquando interitui obnoxiam, in tam infinita annorum serie quæ ab initio rerum fluxit, debere penitus consumi, ita ut nihil omnino superesset e quo res quotidie perennes reparari possint? *Creech.*

*Ætas*] Senium: longinquitas temporis: quæ omnia dente corrumpit: de qua Ovidius in calce Met. vs. 286. 'Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas Omnia destruitis.' Evitatem Plautus noster prisci temporis longinquitatem dixit. *Pius.*

227 *Consumens*] Proprium ætatis ac vetustatis epitheton. *Preig.*

228 *Unde animale genus*] Profert hunc vers. Carisius lib. 1. et 2. non longe a principio, ubi tamen non videtur ille animadvertisse, hoc loco animale esse adjectivum: ut et 2. 726. 'quæ non animalia solum Corpora sejungunt,' &c. et in eodem 929. 'Quatinus in pullos animaleis vertier ova Cernimus alituum,' &c. et 3. 635. 'Et totum esse animale videmus,' et 5. 142. 'tanto magis infutandum Totum posse extra corpus, formamque animale,' &c. *Lamb.*

*Generatim*] Quidam vett. *Generatum.* Gif.

*Generatim*] Per singula genera, ut supra. sic autem habent libri duo manuscripti: in quibus est Bertinianus: reliqui duo *generatum*: quos non

sequor. *Lamb.*

*In lumina vitæ*] Virg. *Æn.* 6. 820. 'Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt?' *Lamb.*

229 *Reducit*] Revocat, retrahit, reconciliat. more Homérico, ut syllabam correptam intendat modo, modo producat, addit consonanti alteram consonantem: quod et fecisse nostros palam est, in religione, reliquiis, litteris, littoribus, et pluribus hujusmodi. *Reduco* sane prima correpta profertur ferme ab omnibus: sed hic addita altera consonante produxit: quam ambiguitatem nonnulli vitantes hic legere malunt *deducit*: sed male. Priscianus libro primo: 'In sed pariter nulla posset syllaba desinere præpositiva: nisi sequens quoque ab eadem incipiat in simplicibus dictionibus, et in plerisque compositionibus: ut ab ad et dare, adde redduco. Ter. in Phorm. 1. 2. 36. 'Sectari, in ludum ducere atque redducere.' Horatius in Epod. 13. 8. 'Deus hæc fortasse benigna Redducat in sedem vice.' *Pius.*

*Redducit*] Geminatur *d* metri causa: ut Rettnlit, repperit, reccidere, reppulit, refferre, redducit, apud hunc, et apud Virg. et apud Hor. et sexcenta similia. *Lamb.*

*Et reductum*] Legendum ex fidelibus exemplaribus, *aut reductum.* Petit causam Poëta, si perennat omnia, unde fit ut res omnes terra nutriat: quæ cum quotannis novo colore vestiatur, nisi principia essent æterna, sine causis suis perennibus renovari non posset: et consequenter nec animantia nutrire. *Pius.*

229 *Dædala tellus*] Supra: vs. 7. 'tibi suavis Dædala tellus Summit flores.' *Lamb.*

231 *Ingeniti fontes*] Ex terra geniti. sed in codicibus antiquis scriptum est *ingenui*, pro eo quod est nativi: vel, ut aiant quidam, inde nati: non manu et opere humano deducti: non

castellis aquaticis: non tibi subterraneis: sed nativa scaturigine decori: cui interpretationi satyrographus adstipulatur §. 20. 'Et ingenuum violarent marmora tophum.' Vel fontes ingeniti: qui generantur in mari. Nam, auctore Plinio, in maris sæpe medullio scaturiant aquæ dulcea. *Pius.*

*Ingenui*] Allis: *ingeniti*. Gif.

*Ingenui fontes*] Secutus sum quatuor libros manuscriptos, quibuscum consentiunt Florentini. *Ingenuos* autem interpretor, non manu aut opere factos, sed natos; *ingenui* etiam dicuntur, qui liberi sunt genere et natura, non manumissione, aut vindicta, aut similis juris civilis ratione: unde illa, *ingenus* animus, *ingenus* civis, *ingenus* artes, *ingenus* pudor. Ceteri libri habent *ingeniti*, si quis forte magis probabit. *Lamb.*

*Ingenus*] Quos natura, non ars, &c. ita *ingenuus* color, pro nativo, qui nulla arte, nullo pigmento evocatur. Propert. 1. 4. 13. 'Ingenuus color et multis decus artibus,' &c. *Fab.*

232 *Suppeditant*] Suppetunt? vel parata sunt? absolute enim accipiendum, ut infra: vs. 548. 'Materia ut suppeditet rebus reparandis.' sic M. Tullius Quæst. Tuscul. 'Quocumque loco bona suppeditant, ibi beate possumus vivere.' *Lamb.*

*Suppeditant*] Lambinus et Pareus suppetunt vel parata sunt: rectius autem supplet vel subministrant. *Creech.*

*Unde æther sidera pascit*] Hinc apud Virg. *Æn.* 1. emendate 612. 'polus dum sidera pascit.' non *palus*. *Æther*, ut pater (inf. vs. 251.) corpora cælestia, et omnes omnino res humore suo pascit et tuetur. Inf. vs. 1093. aut potius, ut inf. v. 525. *Gif.*

*Unde æther sidera pascit*] Etiam nonnulli alii philosophi existimant, solem, et cetera sidera, et stellas, humoribus Oceani et terræ vaporibus ali. sic M. Tull. lib. 2. de N. Deor.

*Delph. et Var. Clas.*

'Ergo' (inquit) 'cum sol igneus sit, oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere: necesse est, aut ei similis sit igni, quem adhibemus ad usum atque ad victum; aut ei qui corporibus animantium continetur.' *Ibid.* 'Probabile igitur est, præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ et ætheream mundi partem incolant, et marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur.' Virg. *Æn.* 1. 612. 'polus dum sidera pascit.' sed hac de re plura dicentur lib. 5. *Lamb.*

*Æther sidera pascit*] Non modo id *εὐ τοῦ ἐδεχομένου* Epicuri est, sed et Stoicorum sententia. V. Plutarch. in de Placit. Phil. et Interpretibus Virgil. Certe ante Zenonis ætatem vestigia illius opinionis reperias. *Fab.*

233 *Omnia enim debet*] Fortasse: *debeat*, ut inf. 2. 900. et §. 963. *Gif.*

234 *Consumæ*] I. e. consumsissæ. talia sunt illa, promissæ, quo utitur Catull. evasti, percussit, divisæ, erepsemus, quibus Horatius: vixet, direxti, accessit, extinxem, quibus Virg. et Ter. *Lamb.*

*Consumæ*] Consumsissæ. Sic sumpsisse pro sumpsisse apud Nævium in Tryphallo. vid. A. Gellium 2. 19. eodem modo cesse et creasse, pro cessisse et crevissæ, divisisse pro divisisse apud Horatium. Promissæ pro promississæ apud Catullum: atque ita porro. *Creech.*

*Ætas infinita disæque*] Hoc firmabit emendationem nostram circa locum illum in quo antea legebatur, *longa diei infinita ætas anteacti temporis*. *Fab.*

*Anteacta disæque*] In Ms. Voss. L. B. primo, clare ita olim exstitit, verum manu recentiori mutatum est in *ante facta*. in Ms. Voss. vet. legitur *Ante facta*. Denique in margine ejusdem legitur: quid si *facta*? Nihil mutato, mox enim versu sequenti huc respiciens dicit *anteactam ætatem*, sicuti et §. 672. 'anteacti temporis,' 1. 559.

*Lucret.*

§ N

'anteacto tempore.' 3. 844. 5. 178. et similia passim. Hav.

235 *Fuere*] Si fuerunt ea, a quibus, &c. id est, si fuerunt principia quædam et semina rerum; reficitur, et reparatur, et constat: illa certe sunt immortalia atque æterna. Lamb.

*Fuere*] Subaudiendum, *illa*, ut jungatur cum *E quibus*, &c. intelligit prima corpora insectilia. Fab.

236 *Rerum summa*] Τὸ πᾶν. rerum univeraitas; cujus vix millesima pars est hic mundus; quod Dei majestate dignus. Fab.

239 *Denique res omnis, &c.*] Hujus loci hæc sententia est, ut mihi quidam videtur: Denique nisi et materia æterna esset, et ipsa teneret res magis aut minus inter se connexas, eadem vis et causa res omnis genitas consumeret et deleteret: nam solus tactus res genitas conficere posset. Sed legendum esset *Inter se nexus minus, aut magis endopedite*. ut *nexus* referatur ad *res*, et *endopedite* ad *nexus*. Lamb.

*Denique, &c.*] Deinceps probat *vas*. 12. res in nihilum non reverti, quod non una vis ad dissolvendum omnia sufficiat; frustra enim aliquis obtendat unam eandemque vim omnia corpora dissolvere non posse, quia dispari nexu corporum principia conjunguntur. Quid enim ista nexum disparitas efficeret, cum principia ipsa, si modo in nihilum revertantur, vel levissimum tactum ferre non valeant? Admittas vero principia quædam æterna esse, et ex dissimilitudine contextus eorum inter se ratio reddenda est, quare non una eademque vis ad omnia dissolvendam sufficiat. Creech.

*Volgo*] καθόλου. et recte quidem, ex positis; cum enim principia infirmitatis ultimæ essent, vel levissima causa satis esset ad dissolutionem, et ad resolutionem ad τὸ μὴδὲ ὄν. Fab.

*Volgo*] Vulgo, passim. Sic Cæsar de Bel. Civ. l. 1. p. 7. 'Vulgo ex tecis significabant.' Creech.

241 *Nexus*] Vincula, instaurationem, renovationem: qua tanquam vinculo copulans antiqua novis meretur æternitatem: ita, auctore Pacato, nihil nocet esse perituros cum singulatum moriamur: speciatim autem simus æterni. aut intelligit numeros elementorum et gradus, qui sunt in homine. Quidam *nexu* in ablativo legunt et cum *indopedite* jungunt. Pius.

*Inter se nexus*] Sic vet. libri. et supra et mox: *inter se quia nexus, &c.* Gif.

*Inter se nexus, minus, aut magis endopedite*] Sic habent tres libri manuscripti, et multi vulgati, quos sequor hac editione, quamvis olim aliam scripturam probaverim. alii enim habent, *Inter se nexu minus, aut magis endopedite*: alii, *Inter se nexus minus, aut magis endopedite*. Atque hanc scripturam olim probaram, ejusque sententiam sic explicabam: Nisi materies æterna res teneret nexus minus aut magis impedit et perplexe. alii, *Inter se nexus minus, aut magis endopeditos*. que lectio etiam probabilis est: ut per *nexus inter se minus aut magis impeditos* significentur nexus inter se dissimiles: quo modo continuo loquetur. Lamb.

*Nexus endopedite*] *Nexu endopedito*: Nardius. *Nexus endopedite*: Gasendus, Gif. Par. cum vet. Codd. Alii *Nexus endopeditos*: quod placet. Lector eligat. Creech.

*Endopedite*] Ita vet. libri. In aliis: *indopedite. ita. to. Gif.*

242 *Tractus leti*] Levis convulsio mortis. Sensus est: nisi materia esset æterna, unico tractu mortis omnia perirent neque corrumperentur. Pius.

*Tactus enim, &c.*] Hoc dicit: solus tactus, seu contactus satis magna causa esset leti: id est, satis potens esset ad res Interimendas. dnriusculum est hoc loquendi genus, *satis esset causa-leti*, pro *satis esset magna causa leti*. quidam-docti ita legendum

putant, hoc loco : *Tactus enim leti omnibus esset causa profecto.* Lamb.

*Tactus satis esset causa lethi*] Non temere alibi reperies tale Latinitatis exemplum; sensus est: Vel levis-simus tactus satis foret, quia nihil fundamenti in re concreta esset. *Fab.*

*Satis esset cause*] Tale Latinitatis exemplum vix alibi reperies, ideoque quidam existimant legendum, *Tactus enim lethi omnibus esset causa profecto.* Creech.

243 *Quippe ubi nulla forent, &c.*] I. e. Nam cum corpora prima æterno corpore nulla essent, quælibet vis, et quævis causa eorum texturam, et concilium, et nexus dissolvere posset. Cum in omnibus libris vulgatis, et nonnullis manuscriptis legeretur *quorum*, ego a duobus manuscriptis admonitus, *eorum* reposui. Jam quod in codicibus Florentinis legitur *dissolvere quæquam*, ut referatur ad vocem *contextum*, non probo. Namque hujus loci hæc mihi videtur esse sententia: Si materies non esset æterna, id est, si non essent quædam corpuscula prima immortalia, atque ita solida, ut nullo ictu perfringi possint: et si hæc æterna corpora non continerent res genitas magis aut minus inter se implicatas et connexas, quælibet vis, et quilibet tactus ac pulsus eas dissolvere atque interimere posset; nunc autem quia et corpora prima sunt æterna, et res genitæ aliæ aliis magis sunt inter se connexæ, et tamdiu manent incolumes, donec vis satis potens ac valida, pro cuiusque rei textura, in eas incidit atque incurrit. Per *nexus principiorum inter se dissimileis*, significat res genitas inter se connexas minus aut magis impeditæ: quod paulo ante dixit. Licet tamen ita legere, *Quippe ubi nulla forent æterno corpore, quorum, &c.* eadem sententia, ut hic versus, et qui deinceps sequitur, pendeant ab iis quæ antecedant. *Lamb.*

*Quippe ubi*] Jamsupra, sed hic paulo aliter, *Cum, &c. Fab.*

*Quorum*] Ita omnes libri fere Lambinus: *eorum.* sequor veteres. *Glf.*

*Eorum*] Cum in libris vulgatis multisque Mss. legitur *quorum*, e duobus Mss. quibus adderem B. *eorum* reposuit Lambinus. *Quorum* Na. C. Gifan. Par. alii tuentur. Penes Lectorem sit. Codices Florentini *dissolvere quæquam*, viz. *contextum.* Creech.

244 *Quæque*] Vel levissima, ἡ τοῦχοῦρα. *Fab.*

245 *At nunc*] *Nunc*, Latine, et νῦν, Græce, pro *autem*. *Fab.*

246 *Dissimiles . . . æterna*] Nam æternitas per se nil valeret, nisi eo accederet quoque dissimilitudo; sine qua nil connecti potest. Nam æterna quidem essent corpora prima, sed non ideo vel per horæ momentum concreta manerent. *Fab.*

247 *Dum*] Interea dum, donec. *Fab.*

248 *Obeat*] Bene, *obeat*, hoc loco; non supra. *Fab.*

249 *Discidio*] Per discissionem ac dissolutionem. sic autem habent quatuor libri manuscripti, non *dissidio*. *Lamb.*

*Discidio*] Κατάλυσις, seu ἀνάλυσις, est. *Fab.*

*Ad corpora materiai*] Ad ultimam resolutionem, quæ tum talis est, dum ad corpora materiæ, &c. qui terminus ultimus est meditationis physice. *Fab.*

251 *Postremo*] Vox est objectioni serviens. Dicit aliquis, pereunt imbres: imo non pereunt; nam ex illis lætæ fruges, pueri, puellæ, rosæ, lilia, leones, pantheræ, omnia. *Fab.*

251 *Postremo, &c.*] Quoniam autem res pleræque sint, quæ dum dissolvuntur, ita ex oculis manibusque evanescent, ut prorsus perire videri possunt; monet his 15. vs. imbres ipsos, qui in terram decedentes maxime

evanescent, non perire, sed materiam suppeditare, unde fruges arboresque augentur, et fructibus onerantur; istis autem frugibus fructibusque homines, feræ, aves vescuntur; ideoque minime credendum est ullam imbrum particulam penitus interire, dum tot tantæque res ex iis reparantur: concludit denique nihil in nihilum reverti, cum natura aliud ex alio reficit, nec aliquid unquam novum producit. quin utitur materia alterius rei olim dissolutæ. *Creecb.*

*Pater Æther*] Ennius p. 374. 'aspice hoc Sublime candens, quem invocant omnes Jovem.' pater est æther: terra mater. *Lamb.*

*Pater*] Versus Virgilio in Georg. huc referendi. Æther pater, tellus mater; a situ et virtute. *Fab.*

*Pater Æther*] Elegans locus et decore poetico insignis. Imitatus Virg. Georg. 2. 320. 'Vere tument terræ, et genitalia semina poscunt: Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes Magnus alit magno commistis corpore factus.' Ambo Æschylum. is Danaïdibus 'Ἐρᾷ μὲν ἄγνους οὐρανὸς τρήσει χθόνα. Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν. Ὀμβρος δ' ἄπ' εἰνοούργου οὐρανοῦ πεσὼν ἔκυσσε γαῖαν ἢ δὲ τίκεται βροτοῖς Μήλων τε βόσκας καὶ βίον Δημήτριον. Δέδρων δέ θ' ἄρα ἐκ νοτίζοντος γάμου Τελειός ἐστι: τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος. quæ ita vertit Grotius in Excerpt. Trag. p. 44. 'Penetrare terram purus ille æther cupit: Cupit vicissim terra conjugio frui. Ab amante cælo defluens terram simul Fœcundat imber: illa mortali parit Cereale generi germen, et pascus gregum: Maturitatem dat suam arboribus quoque Mador maritus: causa at his cunctis ego.' Imo et Euripidem: 'Ἐρᾷ μὲν ὕμβρου γαῖ, ὄταν ξηρὸν πέδον Ἄκαρπον αὐχμῶ νοτίδος ἐνδῶς ἔχει. Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληροῦμενος Ὀμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφρο-

δότης ὄνο: Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς τ' αὐτὸν δύο, τίκετοισιν ἡμῶν πάντα, κἀκτρέφουσ' ἅμα: Ὅθεν βρότεον ζῆ τε καὶ θάλλει γένος. quod idem vertit Grotius: 'Cerue, amat ut imbrem terra, cum sterili solum Squallore logens poscit humectas opes. Rursum amat et æther ipse, venerisque impetu Fœctos madoris explet in terram sinus. Quæ fœderata mutuis amplexibus, Quod ubique verum est proferunt, ac nutriunt. Hinc vita visque seculis mortalibus.' Adde et Excerpta ex eod. poëta p. 417. *Hæc.*

*In gremium matris, &c.*] Virg. hunc locum expressit Georg. 2. 321. 'Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes Magnus alit magno commistis corpore factus.' Ut et Statius Epith. Stellæ et Violantill. Sylv. 2. 185. ubi Venus 'ipsam in connubia terræ Æthera (cum pluvii rarescunt nubila) solvit.' *Freig.*

252 *Matris terræ*] Terra, Deorum atque hominum mater est; omnium Deorum antiquissima, ut aiunt poëtæ: de qua leges plura lib. 2. *Lamb.*

*Præcipitavit*] Præcipiteis egit, ac demisit. *Lamb.*

253 *Nitidæ*] I. e. opimæ, pingues, uberes. Sic 2. 189. 'Et sursum nitidæ crescunt.' Idem eod. lib. vs. 594. 'Tum porro nitidas fruges, arbustaque læta,' &c. Sic Hor. Sat. 2. 5. 12. 'Res ubi magna nitet domino sene.' *Lamb.*

*Nitidæ*] Lætæ, uberes, ἀδρά. πεπρωθείσαι. *Fab.*

254 *Ipsæ*] Sine cultu humano; sed non sine vi primigenia. Virg. sæpe in Georg. et Lucretius non minus sæpe. *Fab.* Curiose nimis, nec forsitan vere. *Creecb.*

255 *Hinc*] Junge cum pingues. hinc pingues factæ, &c. *Fab.*

256 *Pueris florere*] Statius Theb. 5. pag. m. 214. 'Florebat dives alumnis Terra.' *Freig.* *Pueram B. Creecb.*

257 *Frundiferasque*] Ita vet. libri. *Gif.*

*Frundiferasque notis*] Supra va. 19. 'Frundiferasque domos avium.' *Lamb.*

*Canere undique sylvas*] Virg. Georg. 2. 358. 'Avia tum resonant avibus virgulta canoris.' *Preig.*

257 *Canere*] Ancepsium novitatis quod captavit auctor, idem Turneb. ibid. 18. 6. observat, cum, quod contenti est proprium, continenti attribuitur. quomodo rursus l. 1088. 'Atque ideo totum circumtremere æthera signis.' cum ipsa sint signa, quæ tremant in cælo. *Hav.*

258 *Fessa*] Quidam codex: *feta*. *Gif.*

*Hinc fessa pecudes pinguis per pabula lata*] Sic cod. Færne, Scipionis Tettii, et Bertinianus. Vaticanus autem, *Hinc feta pecudes, pingues, &c.* *Lamb.*

*Fessa*] Al. *fera* vel *fata*. non placet. *Fab.* et *Creech.*

*Pabula lata*] Pabula cum apud hunc scriptorem sæpe hoc epitheto appellatur, tum apud Virgil. Dixit tamen etiam 'pinguia pabula' Virg. Georg. 1. 86. 'et pabula terræ Pinguis concipiunt.' *Lamb.*

*Pinguis*] Mss. *pinguis*, tanquam pro *pinguis*, nisi malis legere *pingui*; ut adeo adipe onustæ pecudes frequenter in molli gramine requiem captare innuat. Pro *fessa* Ms. *fera*, alii *fata*, neutrum placet. Non est vero dissimulandum quod reperias in edit. Bas. a. 1531. pariter ut in illa Pii, *Hinc fessa pecudes per pinguia pabula lata, &c.* verum præfero vulgatam lectionem. *Hav.*

259 *Deponunt*] Ponunt. sic Horat. Od. 2. 7. 18. 'Longaque fessum militia latus Depono sub lauru mea,' &c. *Lamb.*

260 *Uberibus manat distentis*] Sic Hor. Epod. Od. 2. 46. 'Distenta siccet ubera.' Virg. Pollione 4. 21.

'Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Ubera.' idem Melibæo 7. 3. 'Thyrsis oveis, Corydon distentas lacte capellas.' *Lamb.*

261 *Artibus*] Sic et vet. libri, et Scaurus. Vulgati: *Artubus*. *Gif.*

*Artubus*] Al. *artibus*, quod idem est. tamen malim *artubus*. unde artutus, a, um, bonos et solidos artus habens, &c. *Fab.*

*Lasciva*] Ludibunda (*enjouée*): unde 'lasciva capella,' Virg. 'lascivi pueri,' Hor. (sine omni obacenitate) et apud Varr. de R. R. 1. 14. ubi de sepimento naturali loquitur, 'prætereuntis lascivi non metuet facem ardentem.' Pacuvius de piscibus: 'piscium lasciviam, Intuerentur, nec tuendi satias capere possiet?' apud Ciceronem de Divinat. et lib. 3. de Oratore. Sallust. in Jugurth. 'Quod is (dies) festus celebratusque per omnem Africam, ludum et lasciviam magis, quam formidinem, ostentabat.' Iterum Varro de R. R. c. 3. 'quod capræ lascivæ, et quæ dispergunt se.' Vides quid sit. *Fab.*

262 *Lacte mera*] Puro lacte. subintelligit satiata distentaque. *Mera* dicitur proprie vinum purum sive puritium per exochen. quia omnia non fucata nec adulterina dicuntur *mera*. Pins.

*Menteis percussa*] Alias *percussa*. utraque lectio probabilis est. *Lamb.*

*Percussa*] Ita ratione motus scripsi. vid. Indicem. Vulgati: *perculsa*. *Gif.*

*Mentes percussa*] Sic va. 12. 'Percussa corda tua vi.' *Creech.*

*Novellas*] Tenellas: novas. i. juveniles, recentes. Ovidius primo de arte amandi: 'Utque fugit visos agna novella lupos.' Idem. 'Et lædunt teneros prata novella pedes.' *Novellars* est novellas pangere: sic enim vocantur vitium propagites: quæ de novo plantantur. et *novellare*

est nova vitium capita humi depangere. Scribit Tranquillus, gravis auctor in primis, Cæsarem Domitianum jussisse uti Italia nemo *novellaret*, h. e. vineta reficeret et renovaret depactis novellis vitibus: quem non ob aliam causam carpit Apollonius: tanquam vetuisset eunuchos fieri: et terram fecerit eunucham. *Novellatum* a novellis vitibus dicitur locus propaginibus vitiligineis novis consitus: et ita debes intelligere apud Paulum jurisconsultum quamvis ibi perperam *novellatum* scribat. *Pius.*

*Mentis novellas*] H. e. quod Græci poëtæ dicunt, ἀναλάς φρένας. Lege quæ ad illum verum scripsimus 3. 756. 'Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem non fugiet.' *Lamb.*

*Mentes novellas*] Versus plane admirabilis, seu physico seu ethico homini; ἀναλάς φρένας, μαλακάς, &c. *Fab.*

264 *Quando alid*] I. e. quoniam aliud ex alio natura reficit, et reparat. sic autem loquebantur veteres *alis* et *alid*, pro *alius* et *aliud*. Catull. de coma Berenices versu 28. 'Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es Conjugium: quo non fortius ausit *alis*? *Alis* pro *alius* dixerunt antiqui, inquit Prisc. lib. 12. et Sospater lib. 2. Veteres non tantum *alius* dixerunt, sed etiam *alis*. ut Salust. 'Alis alibi stantes, omnes tamen adversa vulneribus conciderunt.' Iterum Lucret. infra 408. 'Sic alid ex alio per te tute ipse videre Tallibus in rebus poteris.' idem ibidem: 1108. 'Namque alid ex alio clarescet.' et 3. 983. 'Sic alid ex alio namquam desistet oriri.' et 5. 1304. 'Sic alid ex alio peperit discordia tristis.' Quod autem quidam Thraso ait veteres dixisse *alis* pro *alius*, de *alid* nullam fieri mentionem: quid letiæ asinis facias? quasi vero non satis sit, grammaticos veteres admo-

nuisse, *alis* usurpatum esse ab antiquis pro *alius*, et non eo ipso significarint etiam *alid* eosdem usurpasse pro *aliud*. Sed quid opus est admonitione Grammaticorum, cum et Catullus in coma Berenices usurparit *alis*, pro *alius*, ut supra ostendimus, et *alid* pro *aliud*? sic enim ille ad Manlium vs. 140. 'Nec tantum niveo gavisus est ulla columbo Compar, seu quid alid dicitur improbius.' Sic autem lego apud Catullum. et item Ausonius in epigramm. non longe a princip. 'Sic enim ille: 'Sensisti Venus alma duos *ἀσέβους* ut amarem: Odit me utraq; alid da modo consilium.' Postremo liquido jurare possum, sic scriptum esse in duobus libris manuscript. Bertin. et Memmiano. *Lamb.*

*Alid*] I. e. *aliud*, dicebant *alis* pro *alius*. adi Muret. ad Catullum, ut et Scaligerum. Item Manut. ad Salust. *Fab.*

*Alid*] Aliud. *Alis* pro *alius* veteres usurparant. Giffanius dubitat, an *Alid* pro *Aliud* dicitur; hanc vero contumeliam non patitur Lambinus, indignatur, furit, Catullum et Ansonium in partes vocat, at frustra: jarat denique se *Alid* in duobus Mss. legisse. Et hac lectione frustratur. *Creech.*

*Alid*] Ita constanter omnes Mss. et impressi meliores, quomodo ex suis codicibus jam defendit Ger. Job. Voss. de Arte Gram. c. 29. sed forsitan in scansione ita usu venit, verum non male *alid* scriberetur ubique. *Hev.*

265 *Nisi morte adjutam aliena*] Sic Arist. lib. 1. περί γενέσεως και φθοράς: 'Ἡ τοῦδε φθορά, ἕλλου γένεσις' και ἡ τοῦδε γένεσις, ἕλλου φθορά' sic vulgo dicimus, 'Ortus unius, alterius est interitus: et unius interitus, ortus est alterius.' Idem lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, cap. 2. Atque hoc eleganter exprimit Lucretius: nulla res



nascitur nisi morte aliena adjuta: 'morte aliena,' i. e. alterius rei interitu. *adjutam* autem excudendum curavi, tum quia in uno manuscripto exemplari hujus vocis postrema syllaba demersa erat in litura, tum quod si *adjuta* legeremus, significaret, ipsam naturam mori posse, et mors aliena opponeretur morti naturæ: *alienum* enim eorum est, quæ ad aliquid referuntur. Quæ sententia esset absurda: oportet enim mortem alienam opponi morti seu origini potius ejus rei quæ gignitur. *Lamb.*

265 *Adjuta*] Ita vet. libri quidam recte. *Lamb. adjutam*, etiam recte. Sed nihil mutò. *Gif.*

*Adjutam*] *Adjuta* B. Na. *Gif. Par.* Nec minores sunt de hac, quam de illa altera lectione lites, quas tutius aliquis negligat, quam componat. *Creek.*

266 *Nunc agesis, quoniam docui nihil p. c. D. n. neque item genita ad nihilum revocari*] In vet. codice quodam: *age res quoniam d. non posse cr. D. n. neque res genitas ad nihil revocari.* Et quidam veteres: *quando. Gif.*

*Nunc age, res quoniam*] Libri *Faëri* et *Tettii* habent, *Nunc agesis, quando docui nil posse creari De nihilo, neque item genita ad nihilum rev. alii, Nunc age, res quoniam docui non p. cr.* quos nunc secutus sum. Nunc incipit ostendere, esse atomos, i. e. corpora prima et individua: nequæ ea idcirco minus esse, quod oculis non cernantur: idque probat multis aliis similib. collectis, quæ nihilominus corpora sunt, etiam si ad spectu non sentiantur. Auctores atomorum sunt *Leucippus* et *Democritus*, ut tradunt *Platarch.* *Diogenes Laërtius*, *M. Tull. Platarchus*, κατὰ τῶν ἄρεσκ. τοῖς φιλοσόφ. Ἐπίκουρος ὁ Νεοκλέους Ἀθηναῖος, κατὰ Δημόκριτον φιλοσοφίας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων σήματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀμέτοχα κενῶ, ἀγέννητα, ἄβλα, ἀφάρτα, &c. i. e. 'Epicurus Neocleis

filii Atheniensis, Democritum in philosophia secutus, principia rerum dixit esse corpora quædam, quæ ratione cernuntur, inanis, seu vacui expertia, non generata, æterna, numquam interitura.' *Diog. Laërtius* in *Democ.* Δοκεῖ αὐτῷ τάδε, ἀρχὰς εἶναι τῶν ὄντων ἀτόμους, καὶ κενῶν· τὰ δ' ἄλλα πάντα νεομισθῆαι, καὶ διαλύεσθαι ἀπειροῦς τε εἶναι κόσμους, καὶ γεννητοῦς, καὶ φθοροῦς. i. e. 'Videntur hæc Democrito: principia rerum esse atomos et inane: reliqua autem omnia lege et opinione valere: tum mundos esse infinitos, ortos, et interituros.' *M. Tull. lib. 1. de Finib.* 'Principio (inquam) Epicurus in physicis totus est alienus: Democrito adjicit per pauca mutans, sed ita, ut ea, quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Ille atomos quas appellat, id est, corpora individua, propter soliditatem censet in infinito inani, in quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, ita ferri, ut concussionibus inter se cohærescant.' Idem in *Lucullo*: 'Cur enim (inquies) cum ex illis individuis, unde omnia gigni Democritus affirmat,' &c. Idem iterum *lib. 1. de Finib.* 'Aliena dicit in physicis, nec ea ipsa, quæ tibi probarentur, sed si qua in his corrigere voluit, deteriora fecit.' Has atomos multis locis idem *M. Tull.* exagitat, ut *lib. 1. de N. Deor.* 'Abuteris ad omnia atomorum regno, et licentia: hinc, quodcumque in solum venit, ut dicitur, effingis, atque efficit, quæ primam nullæ sunt. Nihil enim est minimum. deinde nullum est inane. nihil n. est, quod vacet corpore. Corporibus autem omnis obsidetur locus. Ita nullum inane, nullum esse individuum potest.' *Ibid.* 'Ista enim flagitia Democriti, sive etiam ante Leucippi, esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia partim angulata, curvata quæ-

dam, et quasi adunca : ex his effectum esse cælum atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.' Idem lib. 2. de N. Deor. 'Hic ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat, corpora quædam solida, atque individua, sua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum, et pulcherrimum, ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formæ litterarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquo conciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici : quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna.' Ibidem paucis post versibus : 'Quod si mundum efficere potest concursus atomorum : cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest, quæ sunt minus operosa, et multo quidem faciliora? Certe ita temere de mundo effutiant, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem cæli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur.' Sic Octavius apud Arnobium lib. 8. 'Quo magis mihi videntur qui hunc mundi totius ornatum non divina ratione perfectum volunt, sed frustis quibusdam temere coherentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere.' *Lamb.*

*Nunc age*] Jam vero ne frustra disputaret, dum Memmius suus omnibus quæ proposuerat argumentis diffidat, quoniam principia illa æterna, seminaque rerum per se atque separata in sensum non cadant, sed præ sui exilitate omnem visum, etiam acutissimum longissime fugiant; varia congerit exempla rerum corporearum, quas nemo neget existere, licet videri non possint. Primo venti vsa. 33. cujus vim quicumque perspexerit, ut tollit mare, ut impellit naves, &c.

illum corporeum esse, licet particulæ ejus oculis cerni non possunt, fatebitur; idque libentius, si cognoscatur ventum eodem plane modo ferri, et æquali impetu impellere; ac rapida et imbris aucta flumina, quæ corporea esse sensus ipsi apertissime demonstrant. *Creech.*

*Agens*] *Sis*, si vis. facias, dicis, venis, et alia id genus. In plurali dicebant sultis, i. e. si vultis. Ceterum in al. melius legitur, *Nunc, age, res quoniam.* *Fab.*

268 *Cæptis diffidere*] Diffidas. V. Muret. ad Catull. *Fab.*

269 *Nequeunt oculis*] Quam Epicuri doctrinam taxans in minutissimæ staturæ homine ridet epigrammatarius Lucilius Anthol. l. 2. "Ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ἔλεν τὸν κόσμον ἔγραψεν, ἔλεν τοῦτο δοκῶν, Ἄλλαιμα, λεπτότατον. Εἰ δὲ τότ' ἦν Διοφάντος, ἔγραψεν ἢ ἐκ Διοφάντου, τοῦ καὶ τῶν ἀτόμων ποῦλό τι λεπτοτέρου. Ἡ γὰρ μὲν ἄλλ' ἔγραψε συνειστάσαι ἐξ ἀτόμων ἢ, Ἐκ τούτου δ' ἀπὸς, Ἄλλαιμα, τὰς ἀτόμους. Quod satis feliciter ita vertit Opsopæus : 'Ex atomis Epicurus ait consistere mundum, Alcime: quippe quibus nil minus esse putat. Si tunc vixisset Diophantus, is ex Diophanto Scriberet: hic atomis nam minor esse solet. Ex atomis aut si vel cætera cuncta probasset, Sed tamen ex illo diceret esse atomos.' *Hav.*

270 *Tute*] Hunc locum testem producit Prisc. lib. 12. *Lamb.*

272 *Vis incita*] Vis incitata. male quidam supponunt *vis insita.* nam cum hæc lectio recta sit, et veterum codicum auctoritate confirmata, tum a Lucretio sæpe alibi est usurpata : ut 5. 1093. 'Multa videmus enim cælestibus incita flammis Fulgere.' et 6. 427. 'Fit quoque, ut interdum validi vis incita venti Percindat nubem.' Sed non dissimulabo, scriptum esse in cod. Faërnî, et item in Tettii, *Verberat incita portus: in Ber-*

tin. *corvus*. ad quem locum emendator quidam adscripserat *corpus*. ego *portus*, ut in obscura, et scriptura corrupta, non damno. *Lamb.*

*Incita*] Miror fuisse qui legi voluerint, *insita*: certe hinc Virgilius sumpsit quod in XII. legas, 492. 'apicem tamen incita summum Hasta tulit:' et paulo post, 534. 'Crebro super angula pulsa Incita, nec domini memorum, procalcat equorum.' Eos locos afferre poterat Gifanius. *Fab.*

*Incita*] *Incitata*. Ista voce sæpe Lucretius utitur, et Virgilius. Alii *insita*, male. *Cresch.*

*Portus*] Aut ita legendum, aut aliud latet. Nam veteres omnes habent: *portus*. Marullus: *pontum*. atque ita vulgati. *Gif.*

*Pontum*] *Mss.* quidam *corvus*: inde *portus* plurimi *Mss.* ut et B. eamque vocem Pareus, Gif. aliique acriter defendunt: at vero quis dubitet *Pontum* scribere qui verum 279. legerit? Salmasius legit *Porcas*. *Porca* enim τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων dicitur ab auctore veterum Glossarum, translatione facta ab agris: inter duos enim sulcos elata terra dicitur *Porca*. Varro de R. R. lib. 1. et τὰς Μελίπρους. *Cresch.*

*Pontum*] Quam vulgati et plerique libri quos Lambinus vidit haberent *portus*, Salmasius Epistola 48. Joh. Frid. Gronovio inscripta, *Porcas* legendum censuit, improbens, quod Gronovius suggesserat, *corpus*. Eamque conjecturam suam narrat his verbis: 'In caractere Longobardico quem vocant, quo plurimi olim libri descripti fuere, V et A plane confunduntur. *Portus* igitur scriptum putarim, non *Portus*, et id pro *Porcas*. Cave nares corruges. Id verbum videtur et auctor veterum Glossarum ita legisse, *Porta* τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων. Non dubium quidem quin pro *Porca*, quo id quod inter duos sulcos eminet significatur, posuerit.

At *Porta* et eo sensu legit, *Porta*, τὸ μεταξὺ τῶν ἀλάτων ὕψος. Nec error est librarii sed compilatoris, qui ita in veteribus legit ac sic disposuit *porta*, *portat*, *porta* ἢ πόλη. Cum venti mari incubuere, faciunt, ut in arato, *porcas* *lirasque*. Hoc est ergo quod dicit Lucretius: *Venti vis verberat incita porcas, Ingenteaque ruit naves*: Fluctuum sulcos vis venti verberat, et naves subvertit.' Sed ingeniosissimam hanc conjecturam suam quasi somnium narrat, nec plures fortasse faciendum et fatetur et prævidit. Vulgata scriptura quid ferat incommodi, non video. *Preig.* Quoniam tamen *Mss.* multi hic variant et *coortus* seu *corvus* habent, posset hic legi, *Principio venti vis verberat incita coorti*, &c. atque ita versus 277. suum *pontus* retinere, quo pacto ibi omnes habent *Mss.* majori distinctione posita post *fremitus*, ut ibi descriptio venti desinat: ita: *ita perfurit acri Cum fremitus; sævitque minaci murmare pontus*. Eligat Lector quod velit, mihi magis adhuc Fabri lectio placet. *Hav.*

273 *Ruit*] *Ἐρηγηγυῖος* accipiendum est; ut infra v. 398. 'Quamlibet in partem tridunt res ante, ruuntque.' Sic Virg. Georg. 1. 105. 'cumulosque ruit male pinguis arenæ.' Idem 2. 309. 'et ruit atram Ad cælum picea crassus calligine nubem.' *Lamb.*

*Differt*] Dividit vel scindit. Virg. Georg. 3. 197. ex Lucretio tamen. 'Scythiæque hyemes atque arida differt nubila.' Ter. in Adolph. 3. 4. 40. 'Miseram me: differor doloribus.' Virg. 8. 642. 'Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerunt.' Plant. in Aulul. 3. 2. 32. 'Nisi reddere mihi vasa jubes pipulo te differam ante sedis.' *Pius.*

*Nubila differt*] I. e. dissipat, et disjicit. sic infra vs. 1087. 'Et calidos simul a medio differrier igneis.' et 2. 674. 'Scintillasque agere, et late

differre favillam.' Virg. Georg. 3. 197. 'Scythiæque hiemes, atque arida differt Nubila.' Hor. Od. 10. Epod. 6. 'Fractosque remos differat.' Idem ibid. Od. 5. 99. 'Post insepulta membra different lupi.' Lamb.

274 *Interdum rapido percurrens turbine*] Virg. Georg. 1. 318. 'Omnia ventorum concurrere prœlia vidi: Quæ gravidam late segetem ab radicibus imis Sublime expulsam euerent: ita turbine nigro Ferret hiems calumnæque levem, stipulasque volanteis.' Lamb.

275 *Sternit*] *Sœvit* Marull. Gif.

*Montesque supremos*] I. e. montium cacumina. Virg. Georg. 4. 460. 'At chorus æqualis Dryadam clamore supremos Implent montes.' *Silvifragis flabris* autem, I. e. ventis silvas frangentibus, I. e. acribus et validis. Lamb.

*Montes supremos*] Τὰ ὄρη τῶν ὄρων. Fab.

276 *Sylvifragis vexat flabris*] Μίσησι. Exauditur enim in hiæce vocibus ipse sonus venti tam vehementis. Sic 2. 618. 'Tympana tenta tonant.' Preig.

*Vexat*] Conturbat. *Vexare*, agitare, conturbare, præcipitare significat, a vi, quasi violentare. auctor Gellius. unde vim magnam hujus verbi Maro callens sic infit Ecl. 6. 76. 'Dulichias vexasse rates.' *Flabris*, flatibus. unde flabella muscaria dicta: quam dictionem modo prima intenta, modo correpta reperio. *Sylvifragis*, silvas frangentibus et arborea per silvas convelentibus: a sylvâ et frangendo detorta vox. Quemadmodum 'navifragum Scyllaceum' Maro Æn. 3. 553. dicitur. Pius.

*Ita perfurit acri c. f.*] Notandum hic τὸ perfurit, cui *coortus* seu *cortus* opponitur: dicit enim ventum talli vi esse præditum, ubi post collectam rabiem edito in initio murmure sese effuderit. Imitatur Virg. Æn. 9. 342.

'Nec minor Euryali cædes: incensus et ipse Perfurit.' Prius oritur illi cædis amor; dein, multa corpora dans letho, perfurit. Hæc.

277 *Sœvitque minaci murmure*] Virg. Æn. 1. 59. 'Illi indignantes magno cum murmure montis Circum claustra fremunt.' Idem ibid. 128. 'Interea magno misceri murmure cælum.' Lamb.

*Coortus*] Atonos videri non posse ut probet Lucretius, ait esse quædam corpora multis partibus grandiora et ἰσχυρότερα quam atomi sint, quæ ipsa tamen sub oculorum sensum minime cadant: quo in genere ventos esse scribit: 'Ne qua forte tamen coeples diffidere dictis, Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni, Accipere præterea quæ corpora tute necesse est Confitere esse in rebus, nec posse videri. Principio venti vis verberat incita pontum, Ingentesque ruit naves, et nabilia differt: Interdum rapido percurrens turbine campos, Arboribus magnis sternit, montesque supremos Silvifragis vexat flabris; ita perfurit acri Cum fremitu, sævitque minaci murmure pontus.' Primum omnium legendum videri possit (sed minus sic cœheret cum superioribus. Preig.) *propterea*, non *præterea*; sed hoc perpauxillolum quiddam est præter quod jam dicam: gravissimum enim in illis versibus mendum esse si dixerò, id dicam quod res est: *ita perfurit acri Cum fremitu, sævitque minaci murmure pontus*. Quippe contra sensum faciat, qui orationem ad hunc modum formaverit: 'Ventus PONTUM verberat, naves dirigit, nabilia differt, interdum campos arboribus sternit, montesque supremos flabris suis vexat, ITA PERFURIT PONTUS.' Vel pæc facile viderit, redeundum fuisse ad VENTVM ipsum, non autem ad PONTVM; est enim bene et naviter ridicula, planeque ἀσολλόγητος oratio.

Quamobrem legendum, *ita perfruit acri Cum fremitu, saviisque minaci murmure cortus*. Quod jam probabo, ubi sic loqui solitum esse Lucretium ostendero. Ad hunc igitur modum in hoc ipso libro dixit, 'flammae flore coorto.' Sic vs. 899. 2. 306. 'in omne Unde coorta queat nova vis irrumperere.' Item 552. 'Sed quasi naufragiis magnis multisque coortis.' 3. 828. 'Ex infinito quæ possint forte coorta.' 6. 577. 'Ventus ubi atque animæ subito vis maxima quædam Aut extrinsecus aut ipsa ab tellure coorta.' Iterum eodem in libro vs. 956. 'Et tempestates terra cæloque coortas.' Multi alii loci ex indicibus Lucretianis peti poterunt, ni satis sint qui modo allati fuere. Ceterum seu *cortus* legas, seu *coortus*, perinde plane est; cum soleat Lucretius geminas vocales, ubi continuæ sunt, in eandem syllabam concludere. Ita lib. 5. 848. 'cooperuisse' est quinque syllabarum tantum, quæ vox tamen sex syllabis constare debuerat: 'atque oppida cooperuisse.' Ita in 6. 409. 'cooperiant' quatuor tantum syllabarum fecit: 'Cooperiant maria.' Alibi etiam 'cooluerunt' tetrasyllabum fecit. Nunc ad τὸ *cortus* veniendum. Certum est in Cod. Ms. Bertinii, quo usus olim est Dionys. Lambinus, eum versum, *Principio venti vis verberat incita pontum* [vel *portus*] sic scriptum esse, *Principio venti vis verberat incita cortus*; sed cum eam vocem non intelligerent Interpretes, ex *cortus* fecere *portus*; quod hodieque in multis editionibus apparet; quæ in re bis peccarunt; nam in eo versu *portus* esse non potest; ut nec τὸ *cortus*: dein, uti videtur, illam vocem nihili esse existimarunt, quæ tamen et Latiniissima, et huic descriptioni maxime apta est, si modo in suam sedem, uti a me factum est, reducta fuerit, legendo scilicet, *ita perfruit acri Cum fremitu, saviisque minaci murmure cor-*

*tus*. Ex ignorantia autem hujus vocis factum item est, ut locus quidam in 3. et alius in 4. quem, cum eo ventum fuerit, indicabimus, nondum ab ullo Interprete explicari potuerit. Quemadmodum vero non viderunt quid esset *cortus*, ita quoque quid esset *coptus* haud sane animadvertere potuerunt. Inde adeo nata illa est ἀροπία καὶ ἀμυχάρια, uti suo aperietur loco, quæ Interpretes invasit. Existimabant enim *coptus* esse *cooptus*; quæ in re haud sane leviter lapsi sunt. *Fab.*

*Pontus*] *Coortus*, vel *Cortus*: ut optime Faber, qui istam vocem e versu 277. ejectam suo restituit loco. *Pontus* enim vox nihili est, et solo *Fayo* digna, qui ad versum 276. hæc monet. '*Ita*] Particula Comparationis. Comparat quippe venti validi fremitum marmuri maris furentis.' Acumen hominis. *Creech.*

*Pontus*] Merito sane vocem hanc alienam hic sedem occupasse censet Faber, proque ea substituit *cortus*. Nisi forte magis arrideat, quod nobis admodum juvenibus jam in mentem venisse memini, nempo: *saviisque minaci murmure Corus*. præprimis enim *creber* hic ventus *procellis* audit. *Virg. Georg. 3. 356.* 'Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.' Et *Lucanus*, qui hunc locum ante oculos habuisse videtur, adeoque conjecturæ nostræ haud leve momentum accedit, *Phars. 5. 572.* 'si murmura Ponti Consulimus, Cori verrent mare.' *Juv. Sat. 10. 180.* 'In Corum atque Eurum solitus sævire flagellis.' et *Claudian. in Ruf. 2. 222.* 'Quantum non madidis elisa tonitrua Coris.' *Preig.*

*Coortus*] Argute veram lectionem *cortus*, seu *coortus*, ex Ms. Bertin. firmavit Faber. Verum tunc hic *ventus* subintelligi debet; dixit enim in initio *vis venti*. Possis alias emendare *corus*, qui ventus est vehemens

et acer, Virg. *Æn.* 5. 126. 'hyberni condunt ubi Sydera Cori.' et Lucan. 2. 617. 'si non violentos insula Coros Exciperit saxis.' sed satis apte venti ingenium describit Lucretius, qui, antequam incitatus vehementem profert spiritum, in ipso ortu minaci fremitu mormure. Verbum vero coortus, coorta, coortum, quod hic, ut multa talia apud auctorem, crasin patitur, sæpissime (vide Indicem) usurpatum a Caro invenies. Atque ita quamvis olim juvenis de *Coro* cogitarem, nunc malo Fabro adhærere, *coortus* enim opponitur *τῆ* *perfuris*. *Hav.*

278 *Corpora cæca*] I. e. quæ oerni oculis non possunt: quæ sub adspicuum non cadunt: *ἀόρατα*. inf. eod. lib. vs. 779. 'Naturam clandestinam cæcamque adhibere.' Virg. *Georg.* 4. 237. 'et spicula cæca relinquunt.' Idem *Æn.* 1. 540. 'nimbosus Orion in vada cæca tulit.' *Lamb.*

*Cæca*] Quæ oculis non subjaceant, Virg. et Lucret. centies. *Fab.*

*Cæca*] Quæ oculis cerni non possunt: sic eodem 5. 779. 'Naturam clandestinam cæcamque adhibere.' 'Nimbosus Orion in vada cæca tulit.' Virg. *Æn.* 1. 593. *Creech.*

280 *Verrunt*] Virgil. *Georg.* 3. 201. 'Ille volat simul arva fuga, simul æquora verrens.' Sic Arnobius lib. 8. sub persona Octavii, 'Nec mirare, si Deum non vides. Vento et flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur: et sub oculos tamen non venit ventus et flatus.' *Lamb.* Confer inf. v. 267. 389. 1226. 6. 624. *Preig.*

*Verrunt*] *Verrunt* G. *Verrunt* autem amat Virgilius Lucretianæ Elegantiæ perpetuus Imitator. 'Maria, ac terras, cælumque profundum Quippe ferant rapidi secum, verrantque per anras.' *Æn.* 1. 63. *Creech.*

*Vexantia*] Ita quidem omnes Mss. et editi qui nunc restant, sed vix

est dubium, quin olim fuerit scriptum *vexanti*: (quod et Pius vidit:) turbo enim vexans est vehens omnia secum, trahens, propellens. clarissime Gellius 2. 6. 'Vexasse grave verbum est, factumque ab eo videtur, quod est vehere: in quo inest jam vis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens est, qui vehitur. Vexare autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu proculdubio vastiore est: nam qui fertur et raptatur, atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur.' Nec aliter accipe hæc Virgillii ex *Ecl.* 6. 76. 'Dulichias vexasse rates.' Quod si placeat, vetus lectio, *vexantia*, eodem modo est explicanda: venti sunt corpora cæca, quæ vexantia nubila cæli, &c. Quomodo et vs. 276. superius ventus ipse 'vexat Sylvivragis flabris montes,' &c. sed præstat referre ad turbinem. Est denique id ipsum quod ita explicat vs. 293. 'trudent res ante, ruuntque Impetibus crebris: interdum vertice torto Corripiunt, rapidoque rotanti turbine portant.' ita enim ibi ex omnium optimorum Mss. consensu restitimus, et plurimis in locis gaudet ita Lucretius geminare adjectiva et multiplicare. *Hav.*

*Raptant*] Valde rapiunt et conturbant: juxta quam formulam Plautus in Amphitruone protulit illud, 'raptant pro mœchis.' Hac ratione sensus est: venti rapidissimi non minore feruntur impetu quam fluvius ex magni montis vertice se proripiens: qui inter eundem montes et montanas arbores secum rapidissime trahit: ut apud poetam *Georg.* 1. 355. Eridanus 'Cum stabulis armenta trahens.' *Pius.*

282 *Mollis aqua*] *Mollis*, id est, quæ aliis corporibus cedit. Sic Virg. *Æneid.* 9. in extr. 817. 'ac mollibus extulit undis.' Iterum *Lucret.* 2. 376. 'qua mollibus undis Litoris in-

curvi bibulam pavit æquor arenam.  
Non celabo autem lectorem, me in  
nonnullis libr. manuscriptis scriptum  
reperisse, *Ac cum moll. aq.* Lamb.

*Mollis aquæ natura*] Id est aqua,  
jam supra. et 'natura serpentis' Sal-  
lust. serpentes ipsi. *Fab.*

284 *Magnus decursus aquarum*] Illus-  
tratio. Nam *decurrere* est de  
superiore loco currere. Virgil. *Æn.*  
2. 41. 'Laocoon ardens summa de-  
currit ab arce.' Idem *Æn.* 4. 153.  
'Ecce feræ saxi dejectæ vertice  
capræ Decurrere jugis.' Idem in  
Daphnid. *Ecl.* 5. 84. 'Saxosas inter  
decurrunt flumina vallis.' sic Ho-  
ratus dixit, 'Fluminis ritu delaben-  
tis in mare Etruscum.' *Od.* 29. lib.  
3. Cum hoc loco magis congruit  
Virgilianus ille *Æn.* 12. 521. 'Aut  
ubi decursu rapido de montibus altis  
Dant sonitum spumosi amnes, et in  
æquora currunt.' *Lamb.*

286 *Nec validi possunt*] Confer  
hæc Lucretiana cum illis Virgilianis  
Georg. 1. 322. 'Sæpe etiam immen-  
sum cælo venit agmen aquarum, Et  
fædam glomerant tempestatem im-  
bribus atris Collectæ ex alto nubes:  
ruit arduus æther, Et pluvia ingenti  
sata læta, boumque labores Diluit,'  
&c. Idem *Æn.* 2. 304. 'In segetem  
veluti cum flamma furentibus Au-  
stris Incidit, aut rapidus montano  
flumine torrens Sternit agros, sternit  
sata læta, boumque labores.' Sed  
videtur Lucret. Homerum exprimers  
voluisse, ubi Diomedem cum torrente  
comparat βιβλ. ΙΑ. ε. 88. Θῆρα γὰρ  
ἀμπεδιον ποταμῶν πληθύντι τοιαῦτα Χει-  
μάρι, δὸν' ἄκα δέων ἐκέθασσε γεφύρας,  
&c. i. e. 'properabat enim, seu rue-  
bat, per campum fluvio abundanti  
similis torrenti, qui celeriter et rap-  
ide fluens pontes disjicere solet.'  
*Lamb.*

287 *Turbidus*] In ora codicis sui  
Vossius emendavit *turgidus*; quod non  
videtur improbum; *turbidus* enim est

amnis, qui multum limi vehit; *turgi-  
dus*, qui nimietate aquæ ripas excedit.  
Sed amnis hic quasi iratus fingitur.  
*Hav.*

*Turbidus*] Dextre ex turbata voce  
*turbio* fecit *turgidus* Is. Vossius. Ap-  
ud Ovid. tamen *Fast.* 2. 206. de  
Cremera legimus: 'Turbidus hyber-  
nis ille fluebat aquis.' nisi et ibi le-  
gendum: *Turgidus*. Apposite autem  
*magno imbri turgidum* amnem dixit;  
qui tam late cuncta vastare, ac tan-  
tam stragem edere tanquam iratus  
constituit, non aliter quam in Sacra  
Scriptura Euphrates Regis Assyrii  
longe lateque vicinas regiones vasta-  
turi Symbolum sustinens depingitur  
apud Jesaiam 8. 7. 8. Aut etiam  
Ismenus fluvius contra Hippomedon-  
tem aquas suas movens apud Stat.  
Theb. 9. *Preig.*

288 *Molibus incurrens*] Ita vet. qui-  
dam libri. rectius et pressius. In  
aliis veteribus et omnibus Vulgatis:  
*incurrit validis cum viribus amnis: dat,  
&c. Gif.*

*Molibus*] Obstaculis, offendicu-  
lis, objeibus. Vim certe fluminis  
adversam nulla mœchanemata, hoc  
est mœchanicæ moles, tolerare que-  
ant: propterea vice proverbii sic  
satyricus cecinit, *Sat.* 4. 89. 'Hic  
nunquam jactavit brachia contra Tor-  
rentem.' Ovid. *Met.* 2. 568. 'Sic  
ego torrentem, qua nil obstabat,  
euntem Lenius, et modico strepitu  
decurrere vidi. At quacunq; tra-  
bes, obstructaque saxa tenebant,  
Spumens et fervens et ab objice sæ-  
vior ibat.' *Pius.*

*Incurrens*] *Incurrit* Nard. impe-  
rite, et frustra se aliquorum Codi-  
cum anthoritate tuebitur. *Creesh.*

290 *Grandia saxa*] Non videntur  
intellexisse Interpretes hunc locum;  
loquitur enim de molibus congesto-  
rum saxorum quæ insultui aquarum  
opponebantur, ut hodieque fit in pro-  
montoriis maritimorum pagorum, quæ

*capita, de hoofden* vocantur. Id antiquis *opillare* dicebant, i. e. pilis vel saxis grandioribus impetum fluminis retundere. Ipse Lucret. 6.725. 'Fluctibus adversis opillare ostia contra.' unde hodieque appellantur hi loci *de kaayen*. Hav.

*Ruit qua quidquid*] Virgil. *Æn.* 1. 87. 'Qua data porta ruunt.' *quidquid* autem idem quod *quidque*, hoc loco, ut sæpe alibi, de quo dicitur a nobis alias. Lamb.

*Ruit qua quidquid*] *Quidquam*, Gif. sed *Ruunt qua*, saxa via, semper legendum putavit Faber. Nec improbanda esset ista conjectura si Codices confirmarent, et non foret paulo frigidior: non sollicitanda est igitur illa altera lectio, quam vetus Latium probaret. *Ruitque* forsitan admitti potest, et probe respondebit *Ruuntque* 5. 293. Ab istiusmodi etiam hiatus non abhorrent veteres poëtæ. Creech. Ingeniose Faber. *ruunt qua* sc. saxa. Quod verum quidem, cum alia, tum docet historia domus Alvaradi apud Bensonem Novi Orbis 1. 17. referente Camerario Subs. 1. 86. 'Accidit autem paulo post ut imber,' &c. p. 398. Melius tamen Codd. Mss. Ita simpliciter explica: *ruit* i. e. sternit quidquid obstat fluctibus, *qua* obstat, i. e. quo maxime obstat loco. *quidquam* Ed. Bas. non ita recte. Hav.

291 *Venti*] Illustris vero venti comparatio cum fluvio est: Ita, inquit, fluunt venti, quemadmodum et fluvios ferri videmus: 'Nec ratione fluunt alia, stragemque propagant, Quam cum mollis aquæ fertur natura repente Flumine abundanti, quod largis imbris auget Montibus ex altis magnus decursus aquæ, Fragmina conjiciens silvarum, arbustaque tota. Nec validi possunt pontes venientis aquæ Vim subitam tolerare, ita magno turbidus imbri Mollibus incurrens validis cum viribus amnis

Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis Grandia saxa, ruit qua quidquid fluctibus obstat. Sic igitur debent venti quoque flamina ferri.' Sunt hæc plane admirabilia, fateor; iisque et Virgilius et ceteri post Lucretium poëtæ satis commode usi sunt: Sed quid hoc? *volvitque sub undis Grandia saxa, ruit qua quidquid fluctibus obstat.* Sane istud *qua* nihil esse aliud possit, nisi *qua parte*, per quem locum, aut *in quantum*, *ép' bos*, *quatenus*, &c. unde tamen quando erit ut sensus aliquis satis aptus emergat? nam *quod* jungi nequit cum voce *saxa*. Præterea quod aiunt hoc loco *quidquid* positum esse pro *quidque*, id vero est quod haud facile probari posse scimus. neque vero, si probatam fuerit, res tamen in tuto fuerit. Legendum itaque semper existimavi, *Grandia saxa, ruunt quæ quidquid fluctibus obstat*: sensu tam plano quam necessario: *Fluvius saxa volvit, qua saxa ruunt* (i. e. *evertunt, evellunt, eruant*) *quidquid fluctibus obstat.* Esse autem activæ significationis *quod rueret* si probandum erit, non longe aberandum. Sequitur enim, 'Quamlibet in partem res tridunt ante ruuntque.' Ita alibi, 'tauri cornibus ruunt equos ad terram,' et 'mare ruit arenam,' et 'ventus it ruaves.' Ita, 'ceteros agerem, ruerem, prosternerem,' Terent. et alia apud alios sexcenta. Fab.

292 *Cum procubere*] Cum flatus suos aërios ad terram ponunt: et aëris relicta regione terram petunt: et arbores sylvaticas infestant. In hanc significantiam Maro *Æn.* 5. 481. 'Procumbit humi bos.' Huius dictioni jungit vocem *ante*: quæ est in sequenti versu: cum venti ante procubere, trahunt postea res secum impetu vasto. *Pius.* Verum ego vocem *ante* aliter explico, et conjungo cum *res*, atque ita 'res ante' sunt res anteriores, quas oppositas sibi provolvunt. Hav. Forte *calido cum fluxu*



*mins*; transponant enim plurimi Mss. *Preig.*

298 *Trudunt res ante, ruuntque*] Virg. *Æn.* 4. 581. 'Idem omnes simul ardor habet; rapiuntque, ruuntque.' et 9. 516. 'Immanem Teucris molem volvuntque ruuntque.' *Lamb.*

295 *Rapidique rotanti turbine*] Ita vet. libri. quidam vero: *rapidoque. Lamb. rotantia*, contra libros vet. *Gif.*

*Rapidoque rotantia*] Alii *Rapidoque rotantia*: *Rapidoque rotanti* *Gif.* e vet. Codic. perinde est. Mallem vero *rotantia*, ut vs. 280. 'Subito vexantia turbine raptant.' *Creecch.*

*Rotanti turbine*] Sunt qui legant, *rotantia*. perinde est. *Fab.* Non est perinde apud Lucretium, qui (ut diximus ad versum 280.) amat geminare et conjungere adjectiva plura, uti fecit quoque vs. 258. 259. *Hav.*

297 *Moribus*] Ita fere libri vet. in vet. quibusdam *motibus*. et ita vulg. *Gif.*

*Moribus*] Plerique libri typis excusi habent *moribus*: et item manuscript. duo, Memmianus et Bertinianus: alii autem tres manuscripti habent *factis*, ac *moribus*: quæ scriptura si placebit, tractatio erit ab hominibus ad ventos. *Lamb.*

*Moribus*] Ita legendum, non *motibus*. Id uterque Interpres probare poterat auctoritate Virgilii; est enim in *Georg.* 1. 51. 'Ventos et varium cæli prædicere morem Cura sit.' *Fab.*

*Moribus*] Ita plurimi vet. codd. quidam autem Mss. et inpressi *motibus*. Virgilius *Georg.* 1. 51. 'Ventos et varium Cæli prædicere morem Cura sit.' *Creecch.*

297 *Moribus*] Eleganter de ventis, proprie autem in æmulatione, unde et apud Juvenalem 8. 21. 'Drusus moribus esto.' *Preig.*

298 *Aperto corpore qui sunt*] Qui sub oculos cadunt. *Fab.*

299 *Tum porro*] Sentimus odorem, calorem, frigus et sonum; quæ omnia

naturæ corporeæ sunt, neque tamen sub oculos cadunt. nil igitur mirum si prima corpora, quæ tantæ tenuitatis sunt, videre nequimus. *Fab.*

*Tum porro, &c.*] *Quin* *Gif.* Iterum docet vs. 7. posse esse in rerum natura principia quædam corporea, quamvis sub oculos non cadunt; cum calorem, odores, sonos, frigusque esse omnes fatentur, quæ tamen nemo unquam oculis usurpavit. Ita vero omnia corporea esse quis dubitet, dum impellunt sensus, ideoque tangunt? Quodcumque autem vel tangit, vel tangitur, id est corpus. Corpus Græcæ definitur, τὸ ὄραμον, ἢ πύχρον, σῆμα ἔστι. quam definitionem significare volens Lucretius, ita scripsit: 'Tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res.' A. Gell. 5. 15. *Creecch.*

301 *Tuimur*] Cernimus. Festus: *Tnor, video*; *tneor, defendo*. Sed jam promiscue altero pro altero utuntur. *Lamb.*

*Tuimur*] *Intnemur. Fab.*

302 *Usurpare oculis*] Cernere: quemadmodum usurpare sermone dicimus pro commemorare, et referre. Idem Lucret. 4. 972. 'Cum jam destiterint ea sensibus usurpare.' *Lamb.* Ita et Statius l. Achill. 3. pag. edit. Cruc. 617. 'illam oculis iterumque iterumque resumit.' *Preig.*

303 *Quæ tamen omn. corp.*] De odoribus et vocibus disputaturus est lib. 4. *Lamb.*

305 *Tangere enim et tangi*] Hoc unum est ex principiis et sententiis ratis ac fixis Epicuri: quidquid tangere et tangi potest, id corpus est. Itaque Lucretius 2. 815. non solum vocem, verum etiam animi vireis contendens, hoc idem asseverat, his verbis, 'Tactus enim, tactus, (pro Divum numina sancta) Corporis est sensus.' et 3. 166. 'Quorum nil fieri sine tactu posse videmus: Nec tactum porro sine corpore.' Neque vero quisquam philosophus tactum sensum esse maxime corporis proprium negat. Aristot. lib. 4. φῦσ. ἀκροῦσ. Σῶμα ὁλοῦται εἶναι

κῶν ἄρρω. i. e. 'Putant omnes fere philosophi corpus esse quiddam tangi potest.' Contra idem Epicurus τὸ κερὸν appellat interdum φέρον ἄραφῆ, i. e. 'naturam tactus expertem,' sive naturam intactilem. Profert hunc versum Tertullianus lib. 4. adv. Marcionem. 'Jam vero quod tactum maxime animalis esse proprium plerique item philosophi dicant, hoc non est hujus loci.' *Lamb.*

*Et tangi]* Citat hunc versum Tertullianus non tantum adversus Marcionem 4. 8. sed et in lib. de Anima c. 5. item Gellius 5. 15. qui postremus legit aut tangi. *Hav.*

306 *Denique, &c.]* Alio vs. 6. utitur exemplo: Aqua est corpus, at illam in particulas, nimis minutas aspici, aliquando dividi experimur. Panni enim aut lintea juxta littus expansa humescunt, a solis calore autem iterum siccantur, at istas aquæ particulas Pannis insidentes, vel ab iis recedentes nemo unquam vidit. *Creech.*

*Fluctifrago]* Nonius: *fluctivago*. malo. *Gif.* Sic habent quatuor libri manuscripti, et impressi, utriusque Veneti, et Vicetini, et Parisienses, et Florentini, et Lugdun. Nonius Marcellus tamen in voce *seresco*, hunc versum testem producens, legit *fluctivago*, si locus mendo vacat. *Lamb.* Id proprie Græci vocant κυματοφῆν, i. e. ἀγυαλοῦ ὑπαγωγῆν. *Fab.* Recte, ut notat *Tarneb.* Adv. 6. 14. quia littora fluctum sibi illisum frangunt, ut apud Horat. Od. 1. 11. 5. 'Quæ nunc pumicibus oppositis debilitat mare.' ἀκτῆ quoque Græcis a frangendo dicitur littus. Hæc ille. *Hav.* Elegans littoris Epitheton, æmulum Homericum illi maris l. 1. 34. κατὰ θῆνα πολυφλοσσο βαλάσσης. *Preig.*

*Fluctifrago littore]* Fluctus frangente, qui in suam duritiem incurunt. Franguntur enim fluctus qui ad littus ipsum accedunt. Littus, auctore in Topicis Marco Tullio, vocatur ideo quod circa ipsum fluctus

allidunt. In Marcelli codice *fluctivago littore* scriptum est: quod si probas, vagato et inundato a fluctibus interpretare. *Pius.*

*Suspensæ]* In altum appensæ et affixæ in sublime. Quidam codices habent *suspensæ*: quod significat apertæ, explicatæ, a verbo *pando*. *Pius.*

307 *Uvescunt]* Humescunt: avidum. i. e. madidum humorem contrahunt. *Uvidus*, succulentus et qui nimium habet humoris, appellatur. *Maro* in *Buculico* ludico 10. 20. 'Uvidus hyberna venit de glande Menalcas.' Differentiâ auctore *Servio* est inter *avidum* et *humidum*. *Uvidus* dicitur qui succum intus habet, non extra: et nominis inclinamentum est ab *uva*: quæ quicquid humoris habet, intus habet. *Humidum* per contrarium, succum extrinsecus habens. Signate significanterque locutus est poëta, vestes *uvescere* dicens: quæ intra se humorem omnem habent. Sic *Plautus*, puellarum ejectarum vestes faciens humentes esse, sic propemodum cecinit in fabula, cui titulus est *Rudens*, 1. 4. 31. 'Siccine hic cum *uvida* veste grassabimur?' *Ibidem* quoque 1. 5. 6. 'Unde vos ire cum *uvida* veste dicam?' *Horatius* Od. 1. 5. 13. 'Me tabula sacer votiva paries indicat *uvida* Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo.' *Acron*. *uvida*, madida. madidus extrinsecus: *uvidus* intrinsecus. *Pius*. I. e. humescunt: ex quo verbo fit *uvidus*. *Horat.* Od. 1. 5. vs. 13. 'uvida Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo.' *Virgil.* in *Gallo* 10. 20. 'Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.' Iterum *Horat.* Od. 4. 5. vs. 39. 'dicimus *uvidi*, Cum Sol oceano subest.' *Varro* 4. de L. L. 'Uvidum est, quod humidum, et ideo ubi id non est, succus abest.' *Lamb.* De humido et *avid*o disputantem ad hunc locum videre est *Franciscum Luisianum* *Parerg.* 2. 26. *Hav.*

*Eadem dispansa in sole ser.]* Sic habent libri manuscripti: quibuscum consentiunt impressi Veneti recentiores, Vicetini, et Lugdunenses: at Parisienses, et Aldini antiqui, et Florentini, *Eadem candenti in sole serescunt. dispansa* autem, id est explicatæ, extentæ, a verbo *dispando*. Sed quid si dicamus, legendam esse *dispansa*, seu *dispansa*? Nam A. Gellius 15. 15. notat, veteres dixisse *passum* pro *pansum*, a verbo *pando*, ut *passis manibus*, et *passis velis*. Itaque Plautum in milite Glorioso mutata a vocali in *e*, per verbi compositi morem, *dispansis* dixisse pro *dispansis*, i. e. dispansis. Omnino sic hos duos versus legendos puto, *Denique fuctifrago dispansa* (sive *dispansa*) *in littore vestes, Uvescunt; eadem candenti in sole serescunt.* Lamb.

*Dispansa]* Quidam: *candenti*. Ita etiam Nonius. Gif. Virg. in 6. 'alim pandantur ad ventos.' Fab. Aliqui libri *candenti*. Alii *dispansa* ex A. Gellio lib. 15. c. 15. Qui observat *passum* a *pando*, et cum præpositione *expansum*, non *expansum*, a veteribus dici; Plautum in Mil. Glor. 2. 4. 6. et 7. scribere 'Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundum actatum extra portam, Dispansis manibus patibulum eam habebis.' Eadem Servius ad vs. 484. lib. 1. Æn. At *dispansa* agnoscit Nonius in voce *Seresoo*. Lambinus autem hos duos versus ita legendos censet, *Denique fuctifrago dispansa in littore vestes Uvescunt, eadem candenti in Sole serescunt.* Creech. Ita disertim Mss. hancque lectionem cum Giphanio contra Gellium et Servium defendit Vossius de Analogia 3. 26. Hav.

*Serescunt]* I. e. siccantur, ut interpretatur Non. Marc. ex quo verbo 'serenitas.' Lamb. *Empalvorra*, in veteri onomastico Vulcanii, a 'sereo,' unde 'serenus.' Origo enim vocis Latine a Græca *ξερός* seu *ξηρός*. Fab. Siccantur; quod serenitas sicca sit: sic Virgilius docte in Georg. 1. 46.

Delph. et Var. Clas.

'Unde serenas Ventus agat nubes.' I. e. Siccas. Idem alio in loco Georg. 3. 197. 'Atque arida differt Nubila.' Creech. Vide Giphanium. Sed et Turneb. Adv. 6. 14. et 25. 1. Hav.

308 *Percederit]* In vestibus in littore suspensis, sed dispansis, atque explicatis inhæserit. Lamb. Penetrarit, seu inhæserit, imbuerit. Fab.

309 *Fugerit æstu]* Neque pro pacto humor *fugerit æstu*, i. e. prope abierit ob calorem, seu per calorem solis. Sic autem reposuimus, auctoritate librorum manuscriptorum freti, nam vulgati habeat *æstus*. Lamb.

*Æstu]* Sic vetus codex. non *æstus*. Gif.

312 *Multis]* *Multum*, Marull. Gif.

*Multis solis redeuntib. an.]* Expressit vim Græci nominis *ἐπιαννός*, quod *annum* significat, dictus quasi in seipsum rediens, tanquam circulus quidam, sic Virg. Æn. 8. 47. 'Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam.' Horat. Sat. 2. 2. 83. 'Sive diem festum rediens advexerit annus.' Lamb.

*Quin etiam multis solis redeuntibus annis]* Mihi maxime placeat, si legatur, *Quin etiam multis olim redeuntibus annis*. Idque, ut venustius et concinnius est, ita et elegantiores homines probaturos satis confido. Error natus est ex geminatione *roû S* in *multis*, more imperitorum librariorum. Fab. *Multum* Marullus. *Multis olim* Faber. Varia vs. 11. congerit exempla; Annulus viz. in digito, Vomer in agris attenuatur; Gutta lapidem cavat; Pavimenta atteruntur; Æreasque etiam statuas crebro tactu detritas conspicimus. Ab his omnibus ita detritis corporeæ quedam particule recedunt; qui vero istas viderit, oculos habebit longe acutiores quam 'Aquila aut serpens Epidaurius.' Creech. Hæc lectio si retineatur, *solis anni* significabunt annos solares. Sed non est improbanda emendatio

Lucret.

3 O

Fabri et Vossii, *olim*, quæ tamen nullius Ms. auctoritate confirmatur. *Hav.* Egregie *olim* Faber. Sed mera conjectura est. *solis annos* Lucretius videri potest, tam distincte dictos, opposuisse *annulis*, qui volvuntur in *digitis*, et *magnos annos*, otioso alias, ac nullius momenti Epitheto, dicit infra vers. 1028. sed propriæ ac primæ ipsius nominis notioni intentus. Annus enim non nisi circulum quandam adeoque temporis qualemcumque periodum certam significasse ab initio videtur. *Preig.*

313 *Subter*] Significat sub, ut notum est. Junge hoc verbum cum dictione superiori, *multum*: ut poëta dicat multum subtertenuari dum gestatur in digito. In hanc sententiam canit Ovid. 'Ferrens assiduo consumitur annulus usu. Interit assidua vomer aduncus humo.' *Pius*. Qua parte carnem tangit. *Lamb.*

*Habendo*] Dum habetur: dum est in usu frequenti. Huic astipulatur Maro in Georg. 3. 215. 'uritque videndo Fœmina.' Item in Bucol. 8. 71. 'Frigidus in pratis cantando rumpitur angulus.' i. e. dum videtur: dum incautatur. *Pius*. Dum habetur, dum gestatur in digito. sic illud Virg. Georg. 3. 215. 'uritque videndo Fœmina.' *Lamb.* Dum fertur, dum geritur; passivæ significationis. Virg. Georg. 3. 454. 'alitur vitium, vivitque tegendo.' i. e. dum tegitur. Ita Lucret. 4. 1062. 'inveterascit alendo:' dum alitur. *Fab.* Dum gestatur. Passivæ significationis; Virg. Georg. 3. 455. 'Alitur vitium, vivitque tegendo.' i. e. dum tegitur. Lucret. 4. 1062. 'Inveterascit alendo.' i. e. dum alitur. *Creach.* Virg. Georg. 2. 250. 'Sed picis in morem ad digitos lentiscit habendo.' et 3. 159. 'Et quos aut pecori malint submittere habendo, Aut aris servare sacris.' *Preig.*

314 *Stillicidit casus*] Festus: 'Stillicidium, quasi stillicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim

principale est, stilla deminutum.' Quod autem ad sententiam attinet, eam lib. 4. uberius tractavit in extr. vs. 1280. 'Nonne vides, etiam guttas, in saxa cadentis, Humoribus longo in spatio pertundere saxa?' eandem sic Cherilus malus poëta, de quo Horat. epist. ad August. vs. 233. 'Gratus Alexandro regi magno fuit ille Cherilus, incultis qui versibus et male natis Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos:' hanc igitur eandem sententiam sic Cherilus ille complectitur: Πέρπων κολάβει πέτρης βίβρος ἐβδολεχέην. et Ovidius, quem quidam viri docti alterum Cherilum esse volunt: 'Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.' *Lamb.*

315 *Occulte*] Servius, ut explicet illud Virg. Georg. 1. 46. 'et sulco attritus splendescere vomer,' hunc versum adhibet, quodque videtur elegantius, legit: *occulato decrescit vomer in arvo.* *Hav.*

*Decrescit*] Diminuitur, evanescit. Ovidius. 'Interit assidua vomer aduncus humo.' *Pius*.

316 *Strata viarum*] *Strata viarum* sic dictam, ut 'suprema montium,' 'clausa domorum,' 'vana rerum,' 'amara curarum,' et similia, quæ notavimus in comment. Horatianis. Virg. *Æn.* 1. 426. 'Miratur portas, strepitumque, et strata viarum.' *Lamb.*

317 *Portas propter*] *Ἀναστροφῆς*. propter antem valet prope. portas porro urbium intellige. *Lamb.* *Sopr.* vs. 91. 'Hunc propter.' Ad ea quæ hoc loco notant *Lamb.* et *Fab.* adde *Turneb.* Adv. 22. cap. 28. ad illud Virg. *Æn.* 3. 351. 'Scææque amplector limina portæ.' *Preig.*

318 *Signa*] Quæ collocabantur in portis urbium: quæque salutabant et qui peregre proficiscebantur et qui peregre redibant. Collocabant et patroni statuas in figuram et formam suam conformatas pro valvis ædium suarum, ut eas clientes venerarentur et oscularentur, si quando illi sai co-

piam facere non possent, ut notat Alciatus *rapépyos* juris, 8. 19. *Lamb.*

*Signa manus dextras*] Ridicule Pius in Annot. post c. v. exponit de ferramentis ostium pulsantibus, effigiem humanam vel ferinam habentibus, quod idem et in Notis suis ad Lucretium inculcavit, aliquid tamen in fine videns, quum ad simulachra numinum, portarum et urbium præsidum, potius censet referendum; quod et præter alios docet Turneb. Adv. 18. 6. et 25. 1. Legitur et *manus extras*, quod Ed. Bas. in margine etiam agnoscit. quod significaret eam manuum partem quæ in signis ex vestimentis prominere videbatur. Nam certe, licet plus religionis et honoris in dextra simulacri manu, tamen præ multitudine salutantum etiam læva manus minui necesse habuit. Imo et barbam et mentum, et quodcumque vestibus eminebat, præhendebant; uti singulari loco docet Cicero 4. in Verr. cap. 40. de Templo Agrigentino: 'Ibi est ex ære simulacrum, ipsius Herulia, quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulchrius, tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi; usque eo, iudices, ut rictum ejus ac mentum pæullo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent.' *Hav.* Legunt quidam *manus extras* pro *exteris*: hoc est marculus ferreus ostiarius: qui figuratus in similitudinem manus, et, ut nunc fit, usum pulstandi foribus præstat. *Extras* pro *exteris* dicimus sicuti *dextras* pro *dexteris*. Sunt qui referunt ad statuas formatas in similitudinem habitus pacificatoris: qui porrecta manu dextra pacem largiri videbant: super qua re Quintilian. et Papinianus Sylv. 1. 16. 'Juvat ora tueri Mista notis belli placidamque gerentia pacem.' Tale etiam ahenum hodie pacificatorem agens visitur in foro Ticinensi: quem regem censorem vulgo dicunt,

quæ appellatio Trajano vel Antonino quadrat. Erit Lucretii sensus: quæ signa abens, hoc est, ærea simulachra, ostendunt manus dextras, quas porrigunt ad pacem indicandam: se salutantum, qui osculantium et conjunctione manus salutem reddentium contactu, ostendunt tacite ævo carpi et attenuari: quoniam sentimus quod decreverunt; sed quando et qua injuria, minime. *Pius.* Quas osculantur qui ex urbe exibant, et qui peregre in urbem redibant. *Lamb.* Intelligit Deorum tutelarium signa, quorum manum dextram qui exirent ex urbe, et qui ingrederentur, osculari solebant, idque boni ominis causa. neque tamen ullus, quod sciam, veteris scriptoris locus ad id demonstrandum affertur; sed ita res desoribitur, ut minime dubia videri debeat. Cur autem dextram potius oscularentur, quam lævam, habes Varronem qui doceat in excerptis ex Servio in *Æn.* 1. *Fab.* *Extras* in margine apponit Gifanius, forsitan pro *exertis* aut prominentes: sic apud Lucretium lib. 4. vs. 278. *extraria* lux pro *externa*, vel *extrinseca*. Versum sequentem non agnoscit B. *Creech.*

319 *Sæpe salutantum tactu*] Hujus salutandi moris infinita sunt apud Latinos scriptores exempla: ex quibus licet pauca degustemus. Cic. epist. ad Brutum: 'Hæc scripsi in ipsa turba matutinæ salutationis.' Qn. Frater de pet. consul. 'Deductorum officium majus est, quam salutatorum.' Virg. Georg. 2. 462. 'Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus undam: At secura quies, et necia fallere vita.' Mart. 4. 8. 'Prima salutanteis atque altera distinet hora, Exercent rancos tertia caudicos.' *Lamb.*

320 *Sunt detruta*] Sic conjectura ductus scripsi. In libris fere: *sint*, Gif.

*Cum sint detr.*] Sic habent omnes

libri, et veteres et recentiores. Nonnulli tamen cum sunt *detrita* legi volunt. *Lamb.*

*Sint*] Ex omnibus libris ita scripsit Lambinus. Sunt ex conjectura Giffanii, ut et *præcludit* pro *præclusit* v. 323. *Creech.*

*Detrita*] Similiter Philostratus in Heroicis: περιτρίψας (ita emendat Rutgers. Var. Lect. c. 5.) δὲ ἀπὸ δ χρόνος, καὶ τῆ Δία οἱ ἀλάφρονές τε, καὶ οἱ σφραγίζόμενοι τὰς εὐχὰς ἀφ' ἀλλάχου τοῦ εἶθους. *Hav.*

323 *Invida præclusit*] Sic habent codices scripti, Vatic. Berlin. et typis excusi, Vicetini, Parisienses, Veneti antiquiores. alii minus recte, *præcludit*. sententia autem hujus loci est: natura invidit, atque ademit videndi facultatem, quæ corpuscula decedant in quoque tempore ex illorum æneorum simulacrorum manibus. *Lamb.*

*Invida*] Quæ nobis hanc sui cognitionem invidit. *Fab.*

*Præclusit*] Quidam veteres et Vulg. *præcludit*. *Gif.*

323 *Postremo, quæcumque, &c.*] Denique monet vs. 7. rebus paulatim crescentibus apponi quasdam particulas corporeas, ab iis iterum decrescentibus detrahi; eas vero particulas oculum, quæ quidem acutissimum, intueri: et demum concludit posse esse quasdam principia corporum quæ aciem oculorum fugiant. Hæc omnia breviter Epicurus in Epist. ad Herodotum: πᾶν τε μέγιστος μὴ εἶναι περὶ ἀτόμους. (Democritus maximas posse esse atomos existimabat) et, ἀδύνατον γαῖν ἵππομος ἀφ' ἡ αἰσθήσει. *Creech.*

324 *Modum*] Mesuram. Propertius eo versiculo 2. 12. 30. 'Venus amor nullum novit habere modum.' *Pius.*

*Moderatim*] I. e. modice, et moderate, et sensim. ita (inquit) res naturales crescant, ut, quid quotidie accedat, cernere nemo possit. *Lamb.*

325 *Contenta*] Quomodo dicitur *oculorum aciem contendere*, cum quippiam defixis oculis et acerrimo obtutu aspiciamus, ita *contentam*, i. e. intentam, et acerrime defixam oculorum aciem Latine dicimus. Simili modo usurpantur a Latinis, contendere nervos, vocem, fideis, seu chordas, pro *intendere*. Idem Lucr. infra lib. 4. 803. 'Et quia tenuia sunt, nisi se contondit, acnte Cernere non potest est animus.' ibidem paucis post versibus, vs. 807. 'contendere se, atque parare.' Vide supra, ad illum locum, vs. 68. 'mortaleis tendere contra Est oculos anas.' *Lamb.* Quantumvis intenta. *Fab.*

326 *Evo macieque sensescant*] Hunc locum Lucretius ex Pacuvii Peribæa imitatus videri potest. 'Corpus meum tabe, mœrore, errore, marcere senet.' Sed ibi pro *errore* legendum est *agroro*, qua voce in 6. et alibi, usus Lucret. *Fab.*

327 *Nec, mare quæ impendent*] Sic habent tres libri manuscripti, quibuscum consentiant vulgati, Parisienses, utriusque Veneti, Florentini, Vicetini, Lugdunenses. Postremo hanc lectionem agnoscit Pomp. Festus in voce *vacuus*. Dictum est autem 'impendent mari,' pro 'impendent mari,' seu 'in mare:' et ita Terent. Phorm. 1. 4. 2. 'Ita nunc imperatam tanta te impendent mala.' *Lamb.*

*Impendent mare*] Ita legendum, pro *impendent mari*. Terent. 'tanta te impendent mala.' Ita Plautus et Lucilius. Quamobrem errasse Festum arbitror in *xx*, cum hæc scribit: *me pro mihi* dicebant antiqui, ut Ennius, cum ait lib. 2. 'Si quid me fuerit humanitus, et teneatis.' et Lucilius: 'Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet agatur.' Male; nam prius illud exemplum nil probat, cum Latini omnes non minus recentiores quam vetustiores dicant, 'si quid illo homine fuerit,' 'Quid me fiat,' &c. quod Interpret Ter. explicabit. Posterius autem, nihilo etiam

amplius; cum in hoc Lucretii loco legamus, *saxa independent mare*. Præterea, quod plane ejusdem modi est, dicebant, 'exitium instat illos.' Ea tibi auctorem locupletem in Pœnulo, 4. 2. 96. 'Dii immortales meum herum servatum volunt, et hunc disperditum lenonem; tantum eum instat exitii.' An ibi dixerit Festus eum esse in dandi casu? Mox dixit *vesco sale*, id est, qui arrodit, exedit, &c. V. Gell. qui hunc locum respexit lib. 16. cap. 5. *Fab. Pro independent mari*. Similiter 'Instare illam' Veteres dicebant, ut Plautus in Pœnulo, 'Tantum eum instat exitii.' *Crescib.*

*Vesco*] Incitante vescendi appetentiam, vel sine quo vesci non possumus laute et jucunde. Hinc illud a Plinio pro tersissimam annominationem prolatum: 'Humanior vita degi non potest sine sole et sale.' Servius exponens illud Maroniam in Georg. 3. 175. 'Et vescas salicum frondes:' cum debuisset interpretari nutrimento accommodas et cibarias, siccas et teneras exposuit: quod non dissonat, ut perperam Serviomastix accepit. Sed passas frondes per ea verba significare voluit Servius: quæ de viriditate deque ariditate participarent, hoc est, mediam quandam inter recentes et obsoletas saporis bonitatem retinerent. Cum per teneras virides Servius intelligere voluerit, per siccas et teneras simul, quæ neque essent recentes et aridæ, sed in hyemis pabula reservatæ: ut et hodie fieri solet. Gelliana verba ex 16. 'Ve particula, sicut quædam alla, tum intensionem significare, tum minutionem. Nam vetus et vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a mentis vi atque impetu datur. Vescum vero quod ex ve particula et esca copulatum est, utriusque diversæ significationis vim capit. Aliter enim Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio: aliter Lucret.

ab edendi incitamento.' Vescum papaver, ut sentio, Maro vocitavit ab edendi fastidio potius quam ab intentione; quoniam si adhibeatur cibis, illiberale esse consuevit. Pompeius vescum scribit usurpari pro fastidioso et edace, et in hoc loco Pompeius vescum exponit pro edace, h. e. erodente ac attenuante scopulos: quod cum Gellio non convenit. Cum rō ve dictioni alicui prisci jungebatur, parvum quid significabant: quod iis docet Ovid. in Fast. 'Vegrandia farra coloni Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.' unde ædes Vejovis, parvi Jovis. Ovid. 'Sic Vejovis ædem, Edem non magni suspicor esse Jovis.' Itidem vesculi gracili corpora dicuntur. Oves vegrandes Varro in R. R. pro gracilentis et imbecillibus vocavit. 'Vescum' corpus in Plinio 7. macilentum est. 'Corpore,' inquit, 'vesco esse, sed eximili viribus, Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem.' Sant qui in Plinio *vesco* scribant, nec incite prorsus. Corpus vescum est pondere carens et adipe: sed nervosum et torosum: quale Ovidianum fuisse didicimus: qui sic cecinit in amoribus: 'Pendere non nervis corpora nostra carent.' Et alibi. 'Longus amor tales tenuavit corpora in usus, Aptaque subducto pondere membra dedit.' Nervosam et masculam orationem, plus ponderis habentem et lacertorum quam pinguedinis, i. e. superfuitatis oratoricæ, vesculam Sidonius sic appellat: 'Non tantum dictio exossis, tenera, delinibus, quantum vescula, torosa, et quasi mascula placet.' In expositione cuius dictionis in commentariolo nostro in Apellinarem miram dictu quam mihi non satisfacio. *Pius.*

*Sale*] Ab undis maritimis. Virg. pro mari *Æn.* 1. 39. 'Et spumas salis are ruebant.' *Pius.*

*Vesco sale*] 'Vescus' (inquit Festus) 'fastidiosus: ve enim pro pu-

sillo utebantur. Lucretius vescum dixit edacem, cum ait, 'Nec mare quæ impendent vesco sale saxa peresa.' Hactenus Festus. significat autem ille, vescum salem, seu sal, a Lucretio dictum, quia saxa peredat, et minuat, et consumat. Gell. lib. 16. 'Vescum, quod ex ve particula, et esca copulatum est, utriusque diversæ significationis vim capit. Aliter enim Lucretius vescum salem dixit, ex edendi intentione, aliter Lucillius vescum appellat cum edendi fastidio.' *Lamb.* *Ve*, Particula, sicut quædam alia, tum intentionem significat, tum minutionem. Sic Vescum, quod ex ve particula, et esca copulatum est, utriusque diversæ significationis vim capit: aliter enim Vescum salem dicit Lucretius ex edendi intentione, aliter Lucillius Vescum appellat cum edendi fastidio. A. Gell. 16. 8. Lucilii verba laudat Nonius Marcellus. *Vescum*, minutum, obscurum. Lucillius lib. 26. 'Quam fastidiosum ac vescum cum fastidio vivere.' Ubi addit ex Virgil. Georg. 8. 'Nec vescas salicem frondes.' Item ex Afranio in Sororibus. 'At puer est Vescis imbecillus viribus.' Festus. *Vescus* fastidiosus, *Ve* enim pro pusillo utebantur. Plin. 7. 20. 'Corpore vesco sed eximilis viribus Tritanum.' Ovid. Fast. 3. 445. 'Vegrandia farra coloni, Quæ male creverunt, vescaque parva vocant. Vis ea si verbi est, cur non ego Vejovis ædem, Ædem non Magni suspicer esse Jovis?' *Creech.* Ad edacitatem plerique referunt, ut et Virgilii commentator Junius Philargyrius ad Georg. 3. 175. 'Sed vide, ne vescas, appetibiles dixerit. Lucretius certe pro edace posuit, ut, 'vesco sale saxa peresa.' Sed rectius Gronovius Pater vescum exponit vietum, molle, subtile, gracile, quale est sal sive salinum maris, quem vide ad Livii 23. 48. *Hav.* Virg. Georg. 3. 176. 'vescas salicem frondes:' dixit, et Georg. 4. 131. 'vescum papaver;' ibi siccas

et teneras, hic papaver, quo vescimur, explicat Servius. *Preig.*

*Peresa]* Circumquaque attrita, consumpta: Maro *En.* 1. 39. 'Amor quos tabe peredit.' *Pius.* Qualia describit etiam Ov. Met. 11. 794. 'et e scopulo, quem rauca subederat unda, Decidit in pontum.' *Hav.*

328 *Quid quoque]* *Quæque* Gif. Sic legendum ex auctoritate trium librorum manuscriptorum. Sic paulo ante, 321. 'Sed quæ corpora decedant in tempore quoque,' &c. *Lamb.*

*Possis]* *Posses.* Gif.

329 *Corporibus cæcis]* Cæcis, i. e. *âopâras*, seu, quæ non cadunt sub sensum, et quæ cerai non possunt. *Lamb.*

*Gerit res]* Recte, *gerit*. non *genit*. vet. codex. et inf. 2. 166. Gif. I. e. res administrat, et moderatur, tanquam imperatrix. sed fortasse legendum *genit*, i. e. gignit: quod verbum Lucretio est usitatissimum. Veruntamen nihil mutandum censeo. *Lamb.* Non opus est ut hic suum *genit* inculcet Lambinus, cum sit imitatio illius Enniani apud Festum: 'Cum magno strepitu Vulcani ventus gerit rem.' Eodem hoc versus Ma. pro *cæcis* habet *cæcis*, quod non est probandum. *Hav.*

330 *Nec tamen undique]* Nunc posteaquam docuit esse corpora prima, aggreditur ad ostendendum esse inane. Et primum, a motu e loco ad locum, quem Græci *φopâs* nominant, probabit esse inane. Non tamen (inquit) omnia constipata et condensata sunt corporibus. *Lamb.* Supra probavit esse corpora prima, eaque miræ cujusdam exiguitatis, quæ sola sunt rerum principia; nunc probat esse *Inane*. Ceterum, quod tamen multi existimant, inane non est principium, non magis quam privatio. *Fab.* Supra probaverat corporea quædam esse principia, jam aliam rem aggreditur, et vs. 6. docet in omni aliud plane esse præter Corpus, viz. Inane: Istud autem inane defi-



nit locum intactum, et vacantem: spatium viz. quod neque tangit, neque tangitur, quod neque agere, neque pati potest. Sic 3. 813. 'Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est. Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum.' *Creech*. Quam Epicuri doctrinam futilem putat Epigrammaticus Automedon lib. 1. Anthol. *de γάμων*. Ταῦτ' εἰδὼς, σοφὸς ἴσθι μάτην δ' Ἐρικουρον ἕσσον Πλούτῳ τὸ κενὸν ζῆταῖν, καὶ τίσις αἰ μωδότες. 'Hæc sciens sapientis satis: nec opus Epicuri inane inquiras, quidve sint atomi quæras.' *Hav.*

*Stipata*] *Densata. Lamb.*

331 *Namque est in rebus inane*] *Per siana* hujus loci imitatio notabilis est, in ipso *Satyræ* 1. principio, 'O curas hominum, O quantum est in rebus inane!' Stoicorum hoc proprium fuisse videtur; sic enim et *Seneca* *Virgilianam* illam equi fortis ac generosi descriptionem, *Georg.* 3. 75. et seqq. sapienti suo accommodat, *Epist.* 95. ut et formicarum discursantium et in angusto laborantium imaginem, quam exhibet poëta *Æn.* 4. 404. exercitiis erectis vexillis euntibus, in *Præf. Controversiarum. Preig.*

332 *Cognosse*] *Commune B. et vs. 334. In pro De B. Creech.*

335 *Quapropter locus est int.*] Cum corpus et inane inter se sint contraria; quidquid autem tangit, et tangitur, sit corpus; sequitur, ut inane sit intactum quiddam, i. e. locus intactus, seu locus sine corpore. Inane autem, locus non est simpliciter. nam locus, locati locus est. ergo corpore non vacat. at inane, ex Epicuri et Democriti sententia, ita debet esse corporis expertus, ut corpora prima, seu primordia rerum, nihil in se habeant inanis, aut vacui, hoc est, sint solidissima. Itaque *Arist.* lib. 4. *φυσ. ἀκρῶς*. inane ait esse locum, in quo nullum est corpus: et eodem lib. τὸ κενόν, i. e. inane, dicit esse τοῦ σώματος ὑπόστημα, i. e. 'corporis spa-

tium' et *Lucret.* 3. 813. 'Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est: Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum.' *fungitur* autem, i. e. patitur. *Lamb.* Definit quid sit. Inane, inquit, est locus intactus et vacans, sine quo nil gignit natura; nam absque meatulis et exiguis τοῦ κενού porulis seu spatiosis, a quibus aliena non est natura, haud facile quid crearetur. *Fab.*

336 *Quod si non esset, nulla rat.]* Si non esset inane, non esset motus, inquit. At motus est: ergo est inane. Hac de re sic *Diog. Laërt.* in *Epic.* τὸ κενόν οὐτε ποιεῖσαι οὐτε παθεῖν δύναται: ἀλλὰ κίνησιν μόνον δι' ἑαυτοῦ τοῖς σώμασι παρέχει. i. e. 'Inane neque facere quicquam, neque pati potest: sed motum duntaxat per se corporibus præbet.' et *Arist.* 1. 4. *φυσ. ἀκρ.* Λόγουσι δὲ ἐν, ὅτι ἡ κίνησις ἢ κατὰ τόπον οὐκ ἐν εἴῃ αὐτῇ δ' ἐστὶ φορὰ, καὶ ἀξίησις. Οὐ γὰρ ἐν δοκεῖν εἶναι κίνησις, εἰ μὴ ἢ κενόν τὸ γὰρ πλῆρες ἀδύνατον εἶναι δεξασθαι: εἰ δὲ δεξαστο, καὶ δύο ἐν τῇ αὐτῇ ἐδέχοντο, καὶ ἑκάστα οὐκ ἅμα εἶναι σώματα, i. e. 'Dicunt autem unum, motionem a loco ad locum non fore: hæc autem translatio, et accretio est. Non enim queat esse motio, inquit illi, nisi sit inane. Nam quod plenum est, nihil in se recipere potest: quod si recipiat, et duo, et quælibet in eodem loco corpora simul esse queant,' &c. quod fieri non potest. *Ibidem* *Aristoteles* scribit, *Mellissum*, cum probare vellet, universum esse immobile, hoc uti solitum esse argumento. Si universum esset mobile, aut si moveretur, esset inane: at non est inane: ergo universum est immobile, et quietum. Ex quibus intelligere licet, neque motum esse sine inani, et, si motus sit, necessario etiam esse inane. Ratio autem cur sine inani motus esse non possit, hæc est; quod sublato de rebus inani, quicquid est in natura rerum, corpus esset. atqui corporis officium est

obstare: ergo res omnes sibi inter se obstarent, et ita nihil moveretur, nihil procederet, nihil progredieretur, sed omnia quiescerent, cum eis nulla progrediendi via pateret, aut facultas daretur: cumque nihil esset, unde cedendi principium nasceretur. Hanc de inani opinionem videtur probare Virg. in Sileno his versibus, seu Ecl. 6. 32. 'Namque canebat, uti magnam per inane coacta Semina terrarumque, animarumque, marisque fuissent, Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis.' Lamb. Primum quo probatur inane argumentum vs. 14. continetur: quo etiam Epicurus Epist. ad Herodotum utitur: *Εἰ μὴ ἦν ὁ κενός, καὶ χόρος, καὶ ἀναρτῆ φέρον ἀνομιλῶμεν, οὐκ ἔν εἴχε τὰ σήματα θένου ἦν, οὐδὲ δὲ ὁ ἀκωεῖρο, καθάπερ φάβεται κινούμενα.* Ut vero vim hujus argumenti melius percipias, Lector, cogita universum mundum, si nihil inane interspersum habeat, confertissimam esse molem, adeo ut corpusculum, ne minimum quidem, valeat de novo suscipere: quippe si nihil non plenum est, nullus locus restat complendus; quare aut corpus non admittetur, aut in illo loco collocabitur, in quo aliud jam situm est; sicque idem locus duo corpora sese undique penetrantia capiet, quod saepe per vires naturæ fieri posse non dixeris: deprehendes autem hac ratione, aliquodne corpus ex iis quæ intra hanc molem disposita sunt moveri e suo loco possit, ut invadat locum alterius: sane cum plenum locum offendant, necesse erit ex ille pellat quod corpus illium occupat; illud prorsus quoniam contendat, si omnia quidem plena sunt? An ipsum rursus expellet aliud? Sed par redibit difficultas, continuabiturque in ævum. Ideoque nisi inane sit rebus intermissum, ita essent omnia stipata, ut non modo nulla res mundi moveri loco jam valeat; sed neque

explicari possit quomodo gigni quidquam potuerit, cum ad generationes rerum motus localis requiratur. Idem fore argumentum ex Democrito et Lencippo, quos Epicurus sequitur, collectum proponit Aristot. 4. Phys. 6. Gassendus. *Creech.*

327 *Officium quod corporis]* Sic legi malo, cum præsertim plerique libri sic habeant, quam *corporum.* Lamb.

*Quod corporum]* Sic Vet. libri, ut et inf. Vulgati: *corporis.* Vid. Indicem, littera M. loquitur de atomis. *Gif.* *Corporum* Pareus, aliique contra Codicum fidem: in sequenti versus *Abesset pro Adeasset, Idem. Creech.*

*Exstat]* Codex Gottorp. *estat* Mss. *Lugd. Bat. est ut, recte: lege itaque: Namque officium quod corporis est, ut Officere, atque obstare, &c. Hav.*

329 *Procedere]* Porro cedere, progredi. *Lamb.*

341 *Sublimaque cæli]* Sic dictum *sublimæ cæli*, ut ab Horat. 'secunda belli,' a Cæsare, 'occulta et remota templi,' l. III. de Bello Civili: ab hoc eodem Lucretio, 'vera viæ,' 'serena cæli,' 'abdita terræ,' 'convexa cæli,' 'prima viæ,' et similia: quorum plura exempla collegimus in commentariis Horatianis. Jam *sublimus* et *sublimis* æque sunt in usu, ut imbecillius et imbecillis, inermis et inermis, hilarus et hilaris, &c. *Lamb.* *Sublimus*, a, um, qua voce olim usus et Salustius, ut *sublimis*, hilarus, hilaris, gracilis (Terent.) gracilis, sterilis, sterilia. *Fab.*

343 *Quæ si non esset inane, Non tam]* I. e. quæ non modo motu non carerent, si non esset inane, sed omnino nata, seu genita non essent. vel sic explica: quæ, si non esset inane, non tantum dico ea fuisse motu caritura, sed nunquam fuisse nascitura. vel sic: quæ si non esset inane, genita omnino non essent, necdum motu carerent. quæ omnes explanationes eodem recidunt. In hoc autem genere loquendi *privata carerent*,

intelligere debemus, participium *privata* adjuvare verbum *carerent*. quod non est bona scriptoribus inusitatum: quemadmodum scilicet et nomina poni solent, quæ vim verbi adjuvant. quod in commentar. Horatiani observavimus. Turnebus tamen, novitate rei offensus, censet hoc loco legendum *privata carerent*, a quo dissentio. *Lamb.*

344 *Non tam*] Sententia est: Non modo carerent motu, sed potius nata omnino non essent. *Fab.*

*Privata carerent*] Turnebus aliquando legit, *Pronata carerent*: aliquando *Privata jacerent*. Frustra; ut et Gassendus, qui vs. 346. pro *Qui esset* legit *fuisset*. Creech. At vero in Adversariis suis: 'Libenter,' inquit, 'contra vetustatis tabularia legerem: *Non tam sollicito motu privata jacerent*. Nam *carerent* et *privata* nescio quid, quod Battum potius, quam Lucretium sapiat, ostendunt.' Vid. Turn. Adv. 19. 15. *Preig.*

346 *Materies quiescet*] Nam sine motu nulla dari nec fingi generatio potest; at sine inani nullus motus. *Fab.*

347 *Præterea, quamvis, &c.*] Hoc dicit: Propono mihi res genitas quantumvis densas ac solidas; attamen ex his quæ jam dicam ex hisque exemplis quæ afferam, perspicuum est, illas esse raro corpore contextas ac præditas *quamvis*, i. e. quantumvis. *Lamb.* Quantum voles solidæ, quamlibet. Virg. *Æn.* 1. 3. *quamvis avido*. et in 7. Varr. de R. R. 'Lucienus homo *quamvis* humanus et jocosus.' cap. 5. *Fab.* Iterum vs. 12. probat inane esse, quoniam res, quæ maxime solidæ videntur, corpora quædam permeant, et permanent. Sic aqua saxum; alimentum omnia animalium membra; succens truncos ramosque arborum. Soni parietes et mœnia, et frigus carnem et nervos usque ad ipsa ossa penetrat. Quæ tamen non omnino fierent, nisi essent vacua quædam spatia inter solidarum is-

tarum rerum particulas, quæ corpora quæque pertransirent. *Creech.*

348 *Hinc tamen esse licet*] Ordo est: licet cernas hinc, i. e. ex his quæ statim subjungam, eas res esse raro cum corpore. *Licet cernas*, i. e. licet tibi, et cuivis non cæco, cernere. Mendose autem habent nonnulli libri typis excusi *liquet*, reclamantibus quatuor codicibus manuscriptis: quibuscum consentiunt Veneti antiquiores, Parisienses, Vicetini. Jam post verbum *cernas*, debet scribi interpunctionis nota. *Lamb.*

*Licet*] Sic in veteribus et *Lamb.* recte. *Gif.* Non est cur increpent Lambinus Gifantiusque electionem nonnullorum editorum, qui habent *liquet*. Turbatum certe aliquid innaunt *Mss.* qui habent *liceret*. Absurdus certe locus non erit, si cum Ed. Bas. ita legas et distinguas: *Hinc tamen esse liquet raro cum corpore: cernas In saxis, ac speluncis: permanent aquarum Liquidus humor: et uberibus fœnt omnia guttula.* Hav.

349 *In saxis, &c.*] Hæc sunt exempla. *Lamb.*

350 *Fleat*] *Fleunt.* B. *Creech.*

351 *Dissipat*] Ita ex quibusdam libris scripsi. *Gif.* Alii libri habent *Dissipat*: quod tantundem valet. ego plerosque veteres secutus sum. *Lamb.*

353 *Quod cibus in totas usque ab*] Sic restitui ex vet. libris quibusdam. Marull. *totas*, ut vulgati. Veteres quidam: *vel ab. male.* Vid. Indicem: *Generis mutatio.* *Gif.* Olim fretus auctoritate trium librorum manuscriptorum, in quibus erat scriptum, *Quod cibus in totas usque ab, &c. reposeram. Quod cibus in tota usque vel ab rad. imis, &c. in tota*, scilicet arbusta. Nunc autem *totas* retineo, et subintelligo *ardores*, ut res significata spectetur, non vocabulum quod significat. *arbusatum* enim et *ardorem* pro eodem usurpat Lucretius. Ne quis autem minus exercitatus in lec-

tione veterum, hoc loquendi genus, ut inusitatum, damnet: sic Homerus quodam loco, cum ita dixisset Odyss. 12. 74. *ροφάη δὲ μὴ ἀμφιβόθῃσι Κουρήη*, subjecit *τὸ μὴ οὐ ποτε* &c. cum *ροφάη* sit generis feminini. Quod defendens Plutarchus, *ροφάη* (inquit) *καὶ ῥήσος συνωνύμιος λέγεται*. Quare cum vocem *ροφάη* priore loco posuisset, subjecit articulum neutrum *τὸ*, spectans vocem ejusdem significationis *ῥήσος*. Sic Lucretius hoc loco, cum supra posuisset *arbusta*, vocem neutri generis, subjecit *totas*, spectans vocem *arbores*, quæ idem valet. Sic iterum Lucret. 6. 756. 'In Syria quoque fertur item locus esse videri, Quadrupedes quoque quo simul ac vestigia primum Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa, Manibus ut sisint divis maectata repente.' Nam hic cum posuisset *quadrupedes* mutato genere subjungit *Ipsa*, et *maectata*, quasi vocem *animalia* usurpasset. Alii legunt *in totos usque a rad.* et referunt ad vocem *factus*, ut sit *in totos factus*: a quibus dissentio. *Lamb.* *Arbores* viz. licet supra poneret *Arbusta*. Alii tamen legunt *Tota usque vel ab, &c.* Alii *Totos* viz. factus. *Creech.* Ed. Bas. *totos*. anne *nodos?* sarmenta enim arborum quæ fructus ferunt, quo fructuosiora, eo magis nodosa, et in corpore humano vel ferino internodia vocantur conjuncturæ articulorum. Calpurn. Eclog. 1. 26. 'Nam tibi longa satis pater internodia largus, Proceramque dedit mater non invida corpus.' Cum *Lamb.* tamen facit Turneb. Adv. 19. 15. neque temere sollicitare V. L. volo. subintelligi enim potest *partes*. Hav.

*A radicibus*] Elegantius cum codicibus antiquis leges, *ab radicibus*. Pius. Vim *ἐπιπαικωδέτην* habet *τὸ usque*. Terent. 'usque ex Æthiopia.' 'Cum repeteret usque a Corace ne scio quo et Tysia,' &c. Cicero de Orat. lib. 1. et ad Attic. 1. Ep. 13. 'eos usque isthinc exauditos putem.' Græ-

ci dicerent *ἐτι*. Callim. Hym. in Apoll. vs. 47. *ἔτι ἐτι κέλευ*, &c. ab eo usque. *κείθεν*, alibi. *Fab.*

355 *Inter septa moant v.*] Sic 6. 951. 'Denique per dissepata domorum saxea voces Pervolitant.' Hac de re lege 4. *Lamb.*

*Clausa domorum*] Parteis domorum clausas, sic supra, strata viarum, et alibi, rara viarum. Idem 4. 616. 'Et tamen ipsa quoque hæc, dum transit clausa domorum, Vox obtunditur,' &c. *Lamb.*

356 *Rigidum*] Ab effecta. Quæ enim frigore condensata et congelata sunt, ea frangantur potius, quam sectantur, quæ proprie rigida dicantur a Latinis. *Lamb.*

357 *Quod: nisi inanis sint*] Ita interpunxi: vulg. *Quod nisi*. Gif.

358 *Fieri*] Alii, *Qua irent*. *Videres*. Alii, *Valeret*. *Creech.*

359 *Denique cur alias, &c.*] Tertium quo probatur inane argumentum vs. 12. deducitur e diverso rerum, quæ ejusdem magnitudinis et figuræ sunt, pondere: neque enim explicari potest, cur e duobus corporibus ejusdem figuræ et magnitudinis alterum plus ponderis haberet, alterum minus; nisi quod in illo plus insit corporis, cui pondus naturale est; in hoc vero plus inanis, quod nullum omnino habet pondus. *Creech.*

361 *Tantumdem est in lana glomere*] Mirum primam vocis *glomeræ* produci, cum prima verbi *glomeræ* sit brevis: ut apud Virg. Georg. 2. 117. 'Et gressus glomerare superbos:' et sæpe alibi. *Tantumdem* autem, nempe corporis, *ἔσθ' ἴσως*. *Lamb.* *Pondere* alii, solliciti de quantitate, inepte: æque enim licuit Lucretio producere, ac aliis corripere. *Creech.*

362 *Corporum*] Deberent tantumdem pendere, cum omnia corpora ntpote gravis deorum vergant. prisco more nihil abjicit in hac dictione: quoniam *et* brevis ponebatur ab antiquis: et non excludebatur similitu-

dine quadam vocalis, ut hodie fit. Ennius, citante Prisciano, p. 91. 'Insignita fere tum milia militum octo.' Pius. Sic vet. codex ut et supra; et quidam impressi. Gif. Sic habent quattuor libri manuscripti, et omnes typis impressi, præter Vicetinos, et unos Lugdunenses, et Venetos recentiores; in quibus legitur *corporum*. quam scripturam si recipimus, dicendum vobis erit hic *m* non elidit ante vocalem: quod non est novum, præsertim apud Ennium, Lucretium, Horatium, ut alibi dicemus. Lamb. *Corporum* ut. et vs. 363. et 367. B. Et pro ista voce pugnat Gifanius ridicula plane ratione; licet enim de principiis corporum aut atomis loquatur Lucretius, nihil tamen obstat quo minus *Corporis* legatur: ut infra vs. 423. 'Corpus enim per se communis deliquat esse Sensus.' Creech.

363 *Corporis* off.] Simile est, ac si dicat, quoniam proprium est eorum quæ gravia sunt, deorsum ferri: vel corporum primorum. Licet autem Lucretius de atomis loquatur, quod quidam volunt, neque admodum pugno, nihil tamen obstat, quo minus *corporis* legatur in numero singulari, ut infra eod. lib. 423. 'Corpus enim per se communis deliquat esse sensus.' Lamb.

*Omnia deorsum*] In voce *deorsum*, fit *συναιπεως*, seu *συνιγης*, quem admodum in *seorsum*, sœvit, sædet, et similibus. Lamb.

364 *Natura inanis*] *Ἡ ὀβία τοῦ κενῶδ*: natura ipsius inanis, seu vacui; inanis enim hoc loco patibii casus est: ut tertio ab hinc versu: 'Nimirum plus esse sibi declarat inanis.' Lamb.

*Contra autem*] Series verborum, natura *τοῦ* inanis manet (est) sine pondere. Fab.

367 *Corporum inesse*] Quidam codices habent *corporis esse*. Plus. Veteres et quidam impressi *corporum esse*, vulg. *inesse*, et quidam *corporis*. male loquitur de atomis. Gif. *Corporis*

*esse*. Sic habent quattuor libri manuscripti: et vulgati, Lugdunenses, et Florentini. Parisienses autem et Vicetini, *corporum inesse*. Lamb.

368 *Dedicat*] Legitur et *indicat*, hoc est, indicium facit et signum affert. Indicina pro indicio Apuleio. Vel *dedicat* expone præsupponit (ut crassius loquar et intelligibilis) ne mergeretur tanquam res consecrata et dedicata. Vel *dedicat* honoris genera deputat aut dicendo desert. Cæcilius. 'Legati qui missi sunt veniant: deducant mandata.' Quare Martians libro dialectico dedicativam propositionem vocat affirmativam: abdicativam negativam. Cujus hæc verba sunt. 'Nam universalem dedicativam particulari abdicativæ obliquam licet ambas posse vertier asserebat.' Quare hic *dedicat* interpretari potes affirmat. Pius. Ita veteres et quidam vulgati, ut et inf. vs. 423. Vide Indicem. Vulgati *indicat*. Lambinus *deliquat*, mendose. Gif. Cum in quinque libris manuscriptis, et utrisque Venetis, Parisiensibus, Florent. Vicetinis *dedicat* scriptum reperissem: in ceteris autem impressis, *indicat*, ego *deliquat* reposui. *deliquare* autem vetustum verbum est, quod valet aperire et declarare, ut docet Nonius. Titinnius lib. 5. 'quid istuc est, aut quid istic sibi vult sermo? Mater deliqua.' Accius: 'Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, deliqua.' Idem Lucret. infr. eod. lib. vs. 423. 'Corpus enim per se communis deliquat esse Sensus.' Idem 3. 209. 'Hæc quoque res etiam naturam deliquat ejus.' Ita autem certa est hujus loci restitutio ut, qui eam improbet, se in litteris parum videre ostendat. Neque autem me movet Thrasonis cujusdam flagitiosa impudentia et confidentia, qui *dedicat* retinet ac tuetur: et *deliquat* mendose repositum esse pronuntiat. gravis anctor scilicet. Ut vero intelligat ille, quantopere contemnam et ejus,

et aliorum ejus similium nebulonum judicium; non ita dico; mihi videri, sic esse legendum, sed ita, mihi exploratum et perspectum esse. Sic, inquam, dico, (rumpantur indocti et malevoli licet) scio et hic ita legendum esse, et in aliis locis, quæ exempli causa paulo ante posui. *Lamb.* Aserit, probat. *de* enim affirmat, ut *demagis* apud Lucil. *demiror*, &c. al. legunt, *deliquat*, i. e. liquido declarat, *διὰ τὴν ἀνομιάν, ἀνομιάν, ἀνομιάν*. alii etiam *delicat*, ut Plaut. in Mil. 4. 3. 30. 'Ita vero, ut tu ipse me dixisse delicas.' *Fab.* Declarat, aut ostendit; alii *Indicat*. Alii *Deliquat*, ut vs. 433. et lib. 3. vs. 209. Alii *Delicat*. Sic Plaut. in Mil. 'Ita vero ut tu ipse me dixisse delicas.' Nonius *Delica*. Explana, indica, &c. Sed *Dedicat* amat Faber: *De* enim affirmat, ut *Demiror*, *Demagis*, valde magis apud Lucilium in Nonio; Festus tamen, *Demagis* pro *minus* Antiqui dicebant: forsitan leg. *nimis*. Creech. Scriptura hæc est proba et codd. Mss. confirmatur, atque etiam in margine Ed. Bas. est notata. Cum acerba lis inter Laminum Gifaniamque hoc de verbo orta esset, vindicavit Gifanil sententiam Fruterius, carmine, quod legitur in epistolis ejus Philologicis, quæ connectuntur lib. 3. Conject. Verisimillium. *Hav.*

*Multo*] Junge cum *minus*. Et *dedicat*, i. e. declarat vacuum multo minus corporum intus habere quam solidum. *Pius.*

*Vacui*] Al. *Vacuum*. Gif.

309 *Id*] Nardus et alii non agnoscunt, at retinendum arbitror. *Creech.*

370 *Admistum*] Sic loquitur vs. 383. et sexcentis aliis locis. recta est ergo nostra interpunctio, 'Est igitur nimirum, id quod ratione sagaci Quærimus, admistum rebus, quod inane vocamus.' *Gif.*

371 *Illud in his rebus*, &c.] Quoniam vero aliqui, inter quos Arist. l. 4. Phys. vim hujus argumenti eludere

conantur dicendo, inanis non opus esse ut corpora moveantur; cum in pleno corpora possunt sibi invicem officiose cedere, quoniam corpus quodcumque movetur relinquit spatium ab alio corpore, quod e suo loco detrahit, occupandum; ut aqua cedit piscibus procedere conantibus, locumque quem illi relinquerent subit: urget Lucretius pisces in aqua sibi viam aperire, locumque post se relinquere non posse, nisi aqua cedat locum; cedere autem locum aquam non posse, nisi pateat vacuum spatium a piscibus relictum: igitur aut admittendum est inane corporibus admistum, aut nihil omnino moveri possit. *Creech.*

372 *Præcurrere*] Occupatio, qua solvit argumentum negantium inane. vid. Cic. 2. Acad. Quæst. Gif. Illud ipsum est, quod vulgo dicunt, prævenire objectionem; cum videlicet difficultati obviam imus, &c. Alibi dixit, *illuc prævertor*, &c. *Fab.* Præoccupare Græcis *προκαυτίζω*. nec audiendi sunt, qui legunt *percurrere*, ut Ed. Bas. *Hav.*

373 *Squammigeris*] Piscibus, ut supra 163. 'Squammigerum genus.' *Lamb.*

*Latices*] Undas, aquas. Festus: 'Latices a lapsu profluens aqua dicitur. interdum tamen et in vino hoc vocabulo utimur.' *Lamb.*

*Cedere squammigeris latic*. &c.] Ad hunc locum pertinent ea quæ scribit Arist. lib. 4. φυσικ. ἀποδο. his verbis: *Ἄξιον δὲ κινήσεως εἶναι αἶμα τὸ κενὸν ὄφως, ὡς ἐν τῷ κινεῖσθαι. τοῦτο δ' ἐν αἷ, αἶμα τὸν τόπον τινὲς φασὶν εἶναι. Ὀδύμια δ' ἀνάγκη, εἰ ἔστι κίνησις, αἶμα κενόν. ἕως μὲν οὖν ἀνάγκης κινήσεως, οὐδαμῶς δ' καὶ Μέλισσον ἔλαθεν. Ἄλλοιοῦσθαι γὰρ ἐνδέχεται τὸ πλῆρες, ἀλλὰ δὴ οὐδὲ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως. ἅμα γὰρ ὑπεξίναται ἀλλήλοις ἐνδέχεται, οὐδεὶς ὄφως διασπῆματος χωριστοῦ παρὰ τὰ σώματα τὰ κινεῖσθαι καὶ τοῦτο δήλον καὶ ἐν ταῖς τῶν συνεχῶν δυνάμει, ὡστερ καὶ ἐν ταῖς τῶν ἑγγυῶν.*

Id est, 'Motionis autem putant esse causam inane, nempe ita, ut in qua res aliqua movetur. Hoc autem tale quiddam fuerit, quale quidam locum esse dicunt. Sed non est necessarium, si est motus, esse inane. Omnino igitur omnis motionis causam esse inane, nullo modo necessarium est: quod quidem et Melissum fefellit. Nam contingere potest, ut corpus, seu plenum et solidum, varietur, atque (ut ita dicam) alteretur. Sed ne motionis quidem a loco ad locum causa est. Nam contingere potest, ut res sibi inter se cedant, nullo posito intervallo separabili præter ea corpora, quæ moventur. Atque hoc perspicuum est in rerum continuarum vertiginibus, quemadmodum et in liquidorum vorticibus.' Adde illa M. Tullii ex lib. 2. Acad. Quæst. 'Tunc aut inane quicquam putes esse, cum ita completa et conferta sint omnia, ut, quod movebitur corpus, ei aliud cedat, et qua quicque cesserit, aliud illico subsequatur?' &c. Lamb.

381 Quo] Qui, Gifan. versus 279. inmemor. Creech.

Plures ire nequibunt] Si inane adimas scilicet. Fab.

382 Aut igitur motu privandum est corp.] Privandum est corpora, i. e. privanda sunt corpora, seu privare oportet corpora. sic Græci *σρεπυρέον σώματα*. quod genus loquendi supra usurpavit vs. 112. 'Æternas quoniam penas in morte timendum:' et ib. 139. 'Multa novis verbis præsertim cum sit agendum:' et item alibi. Lamb.

384 Unde initium primum] Sic habent tres codices manuscripti: et ita Parisien. et quidam alii vulgati. duo item manuscripti. *initium*: cum quibus congruunt utrique Veneti, Florentini, Lugdunenses, Vicetini. duo alii manuscripti sic, *Primum unde initium*: quam scripturam probant quidam docti viri, aiuntque tribrachum,

seu trochæum positum esse pro dactylo. Ego sum cuique iudicium liberum relinquo: verumtamen mihi magis placet ea, quam secutus sum, scriptura. Quod si quis magis probabit *initium*, non pugnabo. Nam in voce *initium*, fieri potest *ωνίητος* duarum syllabarum, i et um: id est, possunt duæ syllabæ in unam coire. *Initus* autem apud veteres idem valet quod *ingressus*, introitus, *initium*, ut supra diximus, ibi 12. 'tuumque Significant initum,' Lamb.

Unde initium] Ita veteres quidam. alii veteres: *Primum unde initium*. Quidam veteres: *initum*. et ita vulgati: male. vide Indicem. Gif. Passive, *ροὸ κωϊόθου*. ita *erudiendi*, pro *καδούθου*, ex Trogo. Sic Cicero, Plautus et meliores. Sed Varronis in 2. de R. R. locus observandus: 'Sive enim aliquod sit principium generandi animalium, ut putavit Thales.' Neque aliter illud Virgil. in *Æn.* 7. accipiendum: 'pænuria adegit edendi.' Ceterum pro *initium* legit Lambinus *initum*, quod probum esse potest, ita enim *initus* pro principio, ut exitus pro fine sumitur: sed locus ille Ovidii quem attulit ad versum 13. hujus libri, aliud significat, nempe *μῆζα ἄσποδύτων*. Quod autem *initium* trisyllabon est, nihil frequentius ejusmodi synizesi. Fab.

385 Postremo duo de concursu] Sic habent quattuor libri manuscripti, et excusi omnes præter Venetos antiq. in quibus ita legitur, *de concursu*: quæ scriptura reperitur etiam in Bertiniano. Ego hanc scripturam rejiciendam putavi, ut mendosam. sæpe enim scriptores librarii o pro u, et contra u pro o scribebant. Sententia autem hujus loci hæc est: Si duo ampla corpora inter se concurrerint, et ex illo concursu cito dissilierint, necesse erit, posteaquam corpora illa dissilierint, totum illud inane, quod per subitam illam corporum discessionem fuerat iuter duo corpora effec-

tum, aër occupet. neque tamen is aër ita cito conflueret poterit, quamvis ab auris circumstantibus vehementer impellatur, ut uno tempore totum illud inane spatium compleatur.

*Lamb.* De, quod pauci observant, significat *post*. Plant. 'non bonus est somnus de prandio.' in *Mostellaria*. 3. 2. 8. Virgilius autem non aliter interpretandus: 'Jamque adierit multo Priami de sanguine Pyrrhus.' itaque *de concursu* est *post concursum*. *Fab.* Quinto his vs. 7. pugnat argumento, eoque satis valido. Si enim duo corpora plana et lata concurrant, subitoque a se invicem dissiliant, inane fieret; omnis enim materia ab istis corporibus ita concurrentibus elideretur. Ideoque spatium quod inter illa dissilita patet omnis corporis esset vacuum: quid enim impleret? aër, an materia subtilis? At quantumvis celerem, quantumvis subtilem fugas materiam, inane tamen semper relinques, cum aër ille aut materia subtilis uno eodemque momento totum quod patet spatium occupare et implere non possit. *Creech.*

*De concursu*] Ex ictu et regione concurrente. Scribe *de concursu* ut nomen sit, non participium. *Pius.* Ita legendum puto ex veteribus libris. vide *Indicem Gif.* *Post concursum*; sic *Plautus*, 'Non bonus est somnus de prandio.' Alii, inter quos *Gifaninus*, legunt *Concurso*, ut et *Culto*, lib. 4. vs. 1274. Plurima enim erant apud *Veteres* nomina ambiguae formæ. Sed hunc castigat *Lambinus*, an jure alii videant. *De concursu*, de conjunctione, de commissura, alii. *Creech.*

*Lata*] Quantitatem habentia, et consequenter solida. *Pius.* Forte, (ut etiam in quodam Ms. est) legere præstat *late*; dissiliunt enim *late* et in omnes partes corpora *de concursu*, i. e. post assultum mutuum fracta. Quod vero *de concursu* *Lamb.* se in nonnullis codicib. invenisse testatur,

id in *Mss.* fere omnibus melioribus ita se etiam habet, multaque talia amat *Lucretius*, unde et nos etiam elegimus cum *Gifanio*. *Hav.*

386 *Cita*] *Amota*, disclusa. *Marcellus*. 'Citum divisum vel separatam, unde et oscitæ dictum.' *Virg. Æn.* 8. 642. 'Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distalerunt.' *Servius* tamen *Donatum* vellicat, quod apud *Maronem cita* pro separatæ posuerit: quippe cum in hoc significato *citus* prima longa proferant; quod cum testimonium non afferat, forte sentiam cum *Donato* hac *Lucretiana* authoritate ductus: quæ mihi solet esse pro anchora: etiam si alias senserim cum *Servio*. 'Quo me cunque rapit tempestas deferor hospes.' *Citum* et *herctum* in antiquis legibus scriptum est pro *divisum*: unde apud *jurisperitos* titulus de re *herciscunda*: et via *herciscunda* in *Apuleii Asino*. Quod si *cita* pro cito *maius* hic interpretari, non repugno. Si quis tamen velit a *Servio* stare, legat: si cito dissiliant, ut in nonnullis exemplaribus reperitur. *Pius.*

387 *Fiat*] Scribunt aliqui ex priscis exemplaribus *flabit*: hoc est afflabit: et aërei spiritus motu insinuabitur omnis pars illius corporis extrema: quod corpus afflabit aër. *Pius.* Quidam veteres: *fuant*. quidam *flat*. male. *Gif.*

*Inter corpora quod fuerat*] Libri vulgati omnes, et duo manuscripti habent *quod flat*: unus manuscriptus, *quod fuerat*: ex qua scriptura *Muretus* legendum putabat *fuerat*: alius item manuscriptus, *flat*, plane mendose. ego olim vulgatam retinebam, dum certior et verior aliqua afferretur: præsertim cum *flat* errorem librarii ostendat, qui pro i scripserit: in quo sæpe ab hoc genere hominum peccabatur. *Mureti* tamen conjecturam non improbabam. Nunc autem *Turnebo* assentior, qui *fuerat* scribendum esse censet. *fuerat* autem dictum pro



fuat: de quo genere alibi infra, aut certe in commentariis Plautinis: quos propediem edituri sumus, Deo approbante. *Lamb.* Quasi fuerit. Alii *Fiat*: et *Possidat* Veteres pro *Possideat*. *Creech.*

*Possidat*] *Possideat*, occupet. *Lamb.*

388 *Celerantibus*] *Densantibus* veteres quidam. *Gif.* Sic habent quatuor libri manuscripti, et nonnulli typis impressi, quos secutus sum. Alii, *circum densantibus auris. celerantibus* autem, i. e. accelerantibus, urgentibus, et celeriter pellentibus aërem. *Lamb.* Aliqui *Densantibus*: nullo plane sensu. *Creech.*

390 *Compleri*] Ita conjectura ductus scripsi. vulg. *compleri*. vid. *Indicem. Gif.* Quidam legi volunt *Complere*, ut sit hic ordo: is porro non poterit uno tempore totum spatium complere, quamvis, &c. *Lamb. Complere* *Gif.* perinde est. *Creech. Compleri* tamen omnes habent *Mss.* quibuscum sentio, apto satis sensu. *Hav.* Foran *complere* scripserat Auctor, improbantibus librariis, quibus id ob metri rationem, displicuit. Simile facinus admissum videri apud *Virg. Æn. 5. 168.* me movuit *Vir doctus* quidam, mihique amicissimus, ubi legimus: 'Littus ama, et lævas stringat sine palmula cantes.' *Lævas* substituit pro *lævas*, et sensus erit optimus, ac versus ipse multo concinnior, *Lævas cantes* dixisse *Virgilius* potuit quod ad lævnm navigii latus essent; sed ubi dextræ non erant, a quibus debebant distingui, otiosum nimis tale videtur Epitheton. Quo autem cum stridore, quamque ingrato voces illæ: *Lævas stringat* pronunciari debeant, dicere nihil attinet. *Preig.*

*Primum quemque*] *Vossius* legit *primum quisque*, nempe aër. et sic *primum* et *privos* noster auctor usurpat *III. 723. IV. 570. V. 275. Hav.*

392 *Quod si forte, &c.*] Si quis autem (inquit) putat duo grandia et lata corpora dissilire posse, non quod sit

vacuum, sed quod aër se contrahat, et condenset, suasque partes in unum colligat, errat. Nam primum per dissultum illum, id quod ante erat plenum fit inane: et contra, quod erat inane, fit plenum: nec tali ratione, nempe per corporum dissultum, potest aër densari: et si demus posse, non posset tamen sine inani. *Densatio* enim nihil aliud est, quam partium disjunctarum et laxatarum contractio et compressio. at nullius totius partes contrahi possunt, nisi intelligamus inclusum in eo esse vacuum, seu inane. nam si nullum in eo toto esset inane, id totum esset solidum et plenum. Si plenum esset, ergo id corpus suas partes non posset in unum magis contrahere. *Lamb.* *Responsionem* præoccupat, impugnatque *Lucretius vs. 8.* Hic versus aliquos excidisse, mutilamque esse hunc locum semper judicavi. *Præclara* enim *Responsio*, 'Vacuum non est, quoniam aër condensatur:' quis autem intelligat? ideoque hunc locum ita censeo supplendum: Cum duo ista corpora concurrant, inter eorum superficies, aër interceptus condensatur, saltem in superficialium cavitatibus (nulla enim corpora perfecte plana) latet: cum vero dissiliant ista corpora, aër iste interceptus rarefit; spatiumque inter duo ista corpora dissilientia patens occupat et implet. Urget autem *Lucretius*, Cum ista duo corpora separentur inane fieri necesse, (quia enim neget cum in aliquibus saltem partibus se invicem tangebant,) et id inane iterum ab aère repleri; ideoque prius argumentum firmum satis esse et certum. Urget insuper, aërem non omnino condensari, vel si condensetur, ex ista condensatione tamen sequi inane esse: quoniam absurdum est, unam eandemque materiæ molem aliquando majus aliquando minus spatium occupare, nisi inane esset. *Creech.*

393 *Condenscat*] Densescat, a densco, es. Maro a Lucretio stetit in Georg. 1. 418. 'Denset erant quæ rara modo: et quæ densa relaxat.' Pius. *Condenscat* hoc loco actionem significat; neque est quod quisquam vereatur, ne locus sit mendosus. nam primum hanc scripturam omnes libri confirmant. Deinde *densere*, in eandem significationem, et *denseri*, voce passiva, usitata sunt bonis scriptoribus. Idem Lucret. quarto abhinc versa, 'Nec tali ratione potest denserier aër.' Virgil. Georg. 1. 418. 'Jupiter humidus anstris Densat, erant quæ rara modo, et, quæ densa, relaxat.' Idem Æn. 13. 264. 'Vela dabit. Vos unanimes densete catervas.' Sallust. lib. 3. Histor. 'Ille subsidiis princeps augere et densere frontem.' Iterum Virg. Georg. 1. 248. 'silet nox Semper, et obtenta densentur nocte tenebræ.' Lamb. Sic Virg. Æn. 10. 432. 'Extremi addensent acies.' Et Æn. 7. 794. 'Agmina densentur campis.' Ad quem locum Densco, densas dici agnosci Servius. Creech.

397 *Nec si jam*] Notandum pro, *Nec si etiam*. Fab. Eleganter *jam*. Pro quo alii *vel maxime*, aut simile quid usurparent. Preig.

398 *Conducere*] *ἰσχυρῶς*, contrahere. Cic. Philipp. 8. 'Res geritur: conductæ vineæ sunt.' Cæsar de Bell. Gall. 2. 'Exercitus in unum locum conduci.' Arnobius libro quarto Adversus Gentes: 'Ergone (iterum dicam) tonans, fulgens, et fulminans, et nebula terribilia conducens suxit fluenta mammaram? vagitum edidit? repisit?' Idem Lucretius infra vs. 691. 'Acrior ardor enim conductis partibus esset:' et 3. 532. 'se posse per artus Introrsum trahere, et parteis conducere in unum.' et 4. 433. 'Donicum in obscurum coni conduxit acumen.' Lamb. *ἰσχυρῶς*, *συνάγειν*, cogere. Fab.

399 *Causando multa*] I. e. multas causas afferendo: πολλὰ προφασιζόμε-

νος, πολλὰς προφάσεις προχαίρων. M. Tullius pro Rosc. Amer. 'Nunquid causare, quin ab iudicio discedas turpissime victas?' Virg. Mæride 9. 56. 'Causando nostros in longum ducis amores.' Lamb.

401 *Multaque præterea, &c.*] Multa proposuit, non vero omnia argumenta; reliqua autem ex iis, quæ memoraverat, ab ipso Mommio colligenda relinquit: idem enim philosophis ac canibus venaticis accidit, cum certa veritatis vestigia semel legerint, additos illius recessus facile invenient. Creech.

402 *Fidem contrudere*] Hoc in vet. lib. inveni. vide Indicum. Lambinus: *conradere*. Gif. *Conradere* fidem iis quæ diximus, colligere, conciliare, comparare, conquirere. *conradere* autem legendum est, non *contrudere*: quod verbum non est Latinum. *Conradere* autem, seu *conradere*, translate positum est pro undique colligere. Sic Ter. Adolph. 2. 2. 35. 'minas decem corradet alicunde.' Idem Phorm. 1. 1. 6. 'ei credo munus hoc corraditur.' Lucret. 6. 303. 'Atque alia ex ipso conradens aère portat.' Ibid. 443. 'Vortex conradens ex aère semina nubis.' Lamb. Conciliare, Comparare, G. 303. 'Atque alia ex ipso conradens aère portat.' Et vs. 443. 'Conradens ex aère semina nubis.' Ideoque non audiendi sunt isti, qui *Contrudere* reponunt. Creech.

403 *Vestigia*] Tralatio a venatione. Virg. 4. 23. 'agnosco veteris vestigia flammæ.' Itaque ab eadem simile quod sequitur, ducitur: 'Namque canes,' &c. Lamb.

405 *Canes montivagos*] Quomodo Græcos canes ad venandum *κύνες θησαυκούς* vocare docet Turneb. Adv. 19. 15. Hav.

*Montivagos*] Fœminine, ut passim de venaticis canibus cum Græci tum Latini scriptores solent. Preig.

*Ferri*] Ms. *ferare*, scriptum forte *ferarum*. Hav.

406 *Intectus fr. qu.*] Cabilla frontibus obducta, atque aperta. Cic. in Pison. 'Strages provinciae tuae: quas non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, et enbilibus persecuti sumus.' Idem Verrina de jure dicundo in extrema: 'Ut omnes mortales non jam vestigia, sed ipsa enbilia videre possint.' Lamb. Livius 'Intecta stramento tecta.' Non opus est igitur istorum ingenio qui amant *Intectas*. Creech.

*Intectas frunde quietes*] Sic Salustius apud Isidorum lib. 19. cap. 23. 'Germani intectum renonibus corpus tegunt.' *Integi* etiam dicebantur fulmina ab Haruspicioibus ex Hetrusca disciplina, ut videre est apud Festum in 'Sceleratus campus.' Quod alias etiam incladi cepite, et abscondi dicebatur, ut apud Lucan. 8. 864. 'Inclusum fusco venerantur cepite fulmen.' Mss. *Thusco cepite*. ubi vide H. Grotium. Ceterum *intectam* negative etiam dicitur quod non est tectum, vel quod non tegitur. quemadmodum *incultum*, quod non cultum est, vel non colitur, *intactum*, quod tactum nullum admittit. Nec tamen verba ipsa, quod sciam, veluti *integere*, *incolere*, et id genus cetera, unquam sensu negativo occurrent. Qualem fraudem incogitantes plane Latinitati purae incogitat Gifanius in Indice; 'Inolere, non olere, ut impensus apud Fest. non pensus.' quod Lucretius 2. 849. 'inolentis olvi Naturam' dicat pro 'non olentia.' ad quem locum Faber vix risum tenet. Simile facinus a quibusdam admissum in verbo 'incogitare,' merito indignatur Job. Fr. Gronov. ad Plautum in Stichio 1. 1. 54. *Preig*.

*Quietes*] Haud scio an ullibi reperias  $\tau\theta$  *Quietes* in hoc significato. *Κωπυρρική* Græcorum *kolras* vocant, ut Callim. Hymn. in Dianam, unde et vox Latina orta est ex *kolis*, quietis, (quod nunc quies,) ut ex *akis*,

*Delph. et Var. Clas.*

*acies, &c. Fab.*

407 *Institerunt*] Deprederunt: ut illud Virg. Ecl. 4. 61. 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.' Diomedes libro primo. Præterea id observandum fuit, quod fere in tertio ordine plerumque veteres in tertia persona finitiva temporis perfecti numeri pluralis *e* mediam vocalem corripiunt, quasi 'legerunt,' 'emerunt,' et similia, ut apud Terentium in prologo Eunucli. 'Postquam mœdles emerunt.' Silius 16. 699. 'Talibus accensi patres: fetoque vocante Consulis amuerunt dictis.' Placcus Argonauticon 2. 247. 'Irruerunt actæ pariter natæque nurusque.' Pius. Sic veteres. alii *Institerunt*. male. *Gif*. Sic habet codex Vaticanus et Bertinianus: quibuscum congruunt impressi Parisienses, Veneti antiquiores, Vicetini. In verbo *institerunt* autem *e* corripitur. tale est illud Virg. Æn. 2. 774. 'Obstupni, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.' Bene Latine autem dictum 'insistere vestigia,' et 'insistere viam.' Sic enim sæpe Plaut. ut Captiv. 4. 2. 14. 'proinde omnes itinera insistant sua.' Idem Cistell. 4. 2. 14. 'et utrum hac, an illac Institerit.' Idem Asinar. 4. 2. 11. 'rectam instas viam.' Lamb. Semel dictum esto, penultimam in omnibus hujusmodi præteritis communem olim fuisse. *Fab.*

408 *Aliud*] Vid. Indicem D. vulg. *Alid*. *Alid* i. e. Aliud, ut supr. Sic autem habent omnes libri veteres, et aliquot vulgati emendatiores, nisi quod in duobus scriptum est *alid* pro *alid*. Lamb.

409 *Cæcusque latebr.*] Et ingredi in latebras obscuras ac retrusas. Lamb.

411 *Nisi*] Sic veteres; et postulat sententia. In aliis: *Si*. quidam veteres: *abscesseris*. *Gif*.

*Quod si pigritaris, paululum abscess.*] I. quod si tardior fueris: aut si ab hoc ipso vero paulum modo te disjuxeris, &c. Sic videtur hic locus

*Lucret.*

3 P

intelligendus, si verbum *pigrandi* accipiamus absolute, et, ut ita dicam, neutraliter. Nam alias *εργαζομενος* usurpatur, quemadmodum apud Accium: 'Melius pigrasse, quam properasse est nefas.' I. e. præstat factum aliquod injustum, tardius admittere, aut omnino numquam admittere, quam celerius. Idem, 'Sed cur propter te pigrem hæc, Aut hujus dubitem parcere capiti?' Itaque potest et hoc modo intelligi: *Quod si pigraris*, i. e. quod verum si tardaveris, seu tardius et segnius tibi paraveris, &c. Quidam tamen legi volunt, *Quod nisi pigraris*, &c. Præterea mihi non est dissimulandum, reliquam hujus versus partem ita legi in omnibus fere codicibus impressis, ... *paullumve recesseris ab re*: in Bertiniano autem ... *paullumve recesseris ab re*: in Memmiano, ... *paullumve abcesseris ab re*. ut ego excudendum curavi: quæ lectio si cui probabitur, ita erit interpretandus hic locus, ut supra dixi. quod si tardus et piger fueris, paullumve propter tuam pigritiam ab re, i. e. a vero, seu ab ea re, quam doceo, te removeris; hoc tibi de plano, &c. Atque ego hanc scripturam, et sententiam, quod ad hanc versus partem pertinet, magis probo. de altera, utrum sit legendum, *Quod si pigr. an, Quod nisi pigr.* viderint eruditi. *Lamb.* Si vero te pigeat hanc veritatem admittere; aut, Si vero vel tantillum modo te pigeat, hunc laborem veri investigandi capere. Quod autem hic dicit Lucretius (*paullumve abcesseris ab re*) habet locum plane germanæ significationis paulo inferius: *retroque vulgus abhorret ab hac*. Interpres putavit *re* *pigraris* significare, tardior fieri. mihi longe aliter videtur. In libb. quibusdam legitur, *quod nisi pigraris*, quam lectionem amplexus est Gifanius. quo iudicio, ipse viderit. *Fab.* Aliam ab omnibus interpretum vs. 9. commentis sententiam sequuntur sum, quam veram tamen esse fatebi-

tur is lector, qui sequentes versus diligenter perpendit, novitque Lucretium de Epicuro et de se ipso nihil moderatum sentire. *Creech.*

[12 *Hoc tibi de plano*] *De plano*, i. e. quasi ex æquo loco, non e superiore, ut qui sedent in tribunali, vel concionantur: vel *de plano*, i. e. liquide, et sine dubio, et non multa opera insumta magnave cura adhibita. Fortasse ducta tralatio est a prætoribus, aut proconsulibus, qui liteis et controversiis faciliis atque explicatas *de plano* dijudicabant: difficileis autem atque implicatas e loco superiore, atque e tribunali. Ulpianus lib. 3. de Offic. Proconsul. 'De plano autem proconsul potest expedire hæc: ut obsequium parentibus, et patronis, liberisque patronorum exhiberi jubeat: comminari etiam, et terrere filium a patre oblatum, qui non, ut oportet, cum ipso versari dicatur: poterit *de plano* similiter et libertum non obsequentem emendare aut verbis, aut fustium castigatione.' Huc pertinent illa Ciceronis in Bruto, 'Quare si anguste et exiliter dicere, est Atticorum; sint sane Attici. Sed in comitium veniant: ad stantem judicem dicant: subsellia grandiorum et pleniorum vocem desiderant.' Et hos Ausonii, ex gratiarum actione pro consulatu: 'Has ego literas tuas si in omnibus pillis atque porticibus, unde *de plano* legi possint, instar edicti pendere mandavero; nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum?' *Lamb.* *Hoc*. quidnam illud? Id scilicet quod modo legisti, Fore ut possis cæcas latebras rerum physicarum convisere, &c. *De plano* pronuntiare quid sit in Jure, ex Brissonio, Hotomanno, et Bødæo notum. Nam *re* *de plano* oppositum est *re* *tribunali*, vel *pro tribunali*. Sed fortasse nil opus istis. *De plano* enim fuerit pro plane, ut *de facili*, pro facile, *quodlibet*, *de nihilo*, ob rem nullam. Forte etiam, ut apud Plautum, plane,

ebnoxie. Quid sit docebunt Interpretes. *Fab.* 'Stans pede in uno;' at ait Horat. *Præig.*

413 *Largos haustus de fontibus magnis*] Ita malim cum veteribus, et impressis omnibus. Intelligit fontes Epicuri. Nam quid est *haustis fontibus*? Lambinus tamen ex veteribus quibusdam legit: *haustis de f. amnis*. Ac sic Lucilius: 'Quantum haurire animus Musarum e fontibus gestit.' Et Noster infr. 4. 2. *Giſ.* Restitui ex auctoritate quattuor librorum manuscriptorum. *Usque adeo largos, haustos de fontibus, amnis*. Nam libri vulg. habent, *Usque adeo largos haustus de fontibus magnis, &c.* significat autem, se tantam rerum copiam ex Epicurea doctrina haustam e pectore profusurum, ut verendum sit, ne prius ipse et Memmius senescant, ac moriantur, quam Memmius quamlibet unam rem vel intellexerit, vel audierit. *Largos amneis* dixit *ὑπερβολικῶς*. *Lamb.* Lambinus e *Mss.* legit *Usque adeo largos, haustos de fontibus, Amnes*. *De fontibus*, ex Epicuri libris, cujus non tantum opiniones, sed etiam verba ubique premit, et sectatur. *Creech.* Gianio hic nihil reponit Lambinus: sed tacite pro *Largos haustus e fontibus amneis* in tertia sua editione substituit: *largos, haustos de fontibus amneis*. *Amnes* autem, vel *amnis*, præter quatuor *Lambini Mss.* libros, etiam *cod. Gottorp.* et *Lugd. Bat.* habent. Et, *haustis fontibus*, quæ vulgata olim scriptura, non ita absurda. *vid. Lamb. inf. ad vs. 926.* 'juvat integros accedere fontis Atque haurire.' Facit Statii, ut videtur, imitatio pro Gianio Achill. 1. 8. 'Tu modo, si veteres digno deplevimus haustu, Da fontes mihi Phœbe novas,' &c. *Virg. Georg. 4. 229.* 'prius haustu sparsus aquarum, Ore fove:' vel, ut alii volunt, *Ore fove*. Pro *fontibus* autem *amnes* dixit Stat. in Epith. Stella et *Viol. 258.* 'Tecum similes junetæque *Camænae* Stella mihi, multamque pa-

res bacchamur ad aras, Et sociam doctis haurimus ab amnibus undam.' *Præig.* *Mss.* optimorum secutus auctoritatem, et, addita distinctione necessaria, locum, ut puto, integrum reddidi. Sensus est: dabo tibi haustus, qui sunt amnes ex ipsis fontibus. *Hæc.*

414 *Lingua meo suavis, &c.*] *Vide τὴν ἀπὸ τοῦ στόματος καύχησιν σοφιστικῆν*, ita dictam apud *Diog. Laërt.* in *Epicuro lib. 10. segm. 7.* verum iste locus valde perturbatus est, plene, ut mihi quidem videtur, ita restituendus: *καὶ ἐν ταῖς ἐπτά καὶ τριάκοντα βιβλοῖς ταῖς περὶ φύσεως τὰ πλείστα ταῦτα γράφει καὶ ἀντιλέγειν (ex Gassendi conjectura pro λέγειν, καὶ ἀντιγράφει) ἐν αὐταῖς ἄλλοις τε καὶ Νανσιφάνει τὰ πλείστα καὶ αὐτῇ λέξει φάσκει (pro φάσκειν, quod omnia turbat) οὕτως. 'Ἄλλ' εἴ τις ἄλλος, εἶχε κάκεινος, ὡδίνων τὴν ἀπὸ τοῦ στόματος καύχησιν τὴν σοφιστικῆν, καθάπερ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀνδραπέδων.* 'Inque voluminibus, quæ de natura triginta septem numero exstant, pleraque hæc scribere; (*Timocrates* nempe refert, ut ἀπὸ κοινοῦ hic repetendum est) plurima quoque in illis voluminibus, cum aliis, tum speciatim *Nausiphani* contradicere. Idque ad verbum: (vel Et ad verbum) in hunc modum refert (non *Epicurus*, ad cujus dicitria mox discrete redit, sed *Timocrates*): sed habuit ille si quis alius (*Epicurus* nempe,) veluti parturiens, ab ore jaçantiam *Sophisticam*, quemadmodum et complura alia (*popularis auræ*) mancipia.' Verba ipsa *Timocratis* sunt in *Epicuri* jaçantiam. Nam si *Epicuri* essent, in *Nausiphanam* dicta fuissent. At manifesto hoc refellitur ex his, quæ sequuntur: *καὶ αὐτῶν Ἐπικούρου ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς λέγειν, &c.* Cæterum quod in *Epicuro* istiusmodi jaçantia nomine traducebant isti, ab amicis tanquam suaviloquentia celebrata est. Nam paulo post τῆς ἀνυπερβλήτου πρὸς πάρας τοῦ ἀνδρὸς εὐγνωμοσύνης testes inter alios recensentur οἱ γράμμοι πρὸς

res τὰς δογματικὰς αὐτοῦ Σειρήσι προ-  
κατασχέοντες, 'omnes ipsius discipuli,  
seu familiares, quos dogmaticis suis  
Sireniibus ceperat.' Ubi τὰς δογματικὰς  
αὐτοῦ Σειρήνας manifesto anctor τῆ ἀπὸ  
τοῦ στόματος κωχῆσαι, ipsi objectæ,  
opponit. *Preig.*

416 *Serpat*] Sensim irrepit non ex-  
andita: insono vestigio. 'Festinat  
enim decurrere velox Flosculus, an-  
gustæ miseræque brevissima vitæ  
Portio, dum bibimus, dum serca, nu-  
guenta, puellas Poscimus: obrepit  
non intellecta senectus.' ab aliis dicitur  
*inopinā*, quæ se pressum Boëthius  
dolenter queritur, cum ait: 'Intem-  
pestivi fundantur vertice cani, Et  
tremat effæto corpore laxa cutis.'  
*Pius.* Obrepit, sensim veniat. *Lamb.*

*Et in nobis vitæ claustra res.*] I. e.  
et in nobis corporis et animæ con-  
junctionem dirimat, ac dissolvat, i. e.  
moriatur. *Lamb. Virg. 10. 601.* 'Tum  
latebras animæ pectus mucrone re-  
cludit.' *Preig.*

417 *De quavis una re*] Pro, qualibet,  
poterit notari. *Fab.*

420 *Omnis ut est igitur, &c.*] Tota  
(inquit) hæc rerum natura duabus ab  
initio rebus constat, corporibus, et  
inani, in quo corpora sita sunt, et per  
quod hæc et illuc feruntur, ac moven-  
tur. Hæc opinio (quod supra paucis  
attigi) non fuit solius Epicuri, sed et  
aliorum multorum. Leucippus enim  
posuit τὸ πλήρες, i. e. 'ple-  
num et inane.' Democrit. τὰ ναστὰ καὶ  
τὸ κενόν, i. e. 'plenum et inane.' Me-  
trodor. σώματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀμέτοχα  
κενοῦ, ἀγέννητα, ἀδιάφρατα, ὅντε τρανο-  
θήναι δυνατόμενα, ὅντε ἀλλοιωθήναι, καὶ τὸ  
κενόν, i. e. 'corpora, quæ ratione dun-  
taxat cerni possunt, inanis expertia,  
neque umquam orta, neque umquam  
interitura: quæ neque perfringi, ne-  
que immutari possunt: et inane.'  
Empedocles autem, et Plato, et ce-  
teri ante Platonem, negarunt esse in  
rebus inane. Arist. τοσοῦτον εἶναι κενόν  
φῆσαι ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὅστε ἀναπείν

ὄφραδόν εἶναι γὰρ κενόν. i. e. 'tantum  
esse inanis concedit extra mundum,  
quantum cælo satis ad respirandum:  
esse enim ignem.' Stoici, ἐκτὸς τοῦ  
κόσμου ὁδδὲν εἶναι κενόν, ἐκτὸς δὲ ἔσται,  
i. e. 'intra mundum nihil esse inane,  
extra autem infinitum.' *Lamb. Jam*  
corpus et inane demonstraverat. His  
vero vs. 11. olim posita argumenta  
breviter recenset, et unum addit a  
sensu deductum: asseritque nihil per  
se existere præter Corpus et Inane.  
Sic Epicurus in Epist. ad Herodotum,  
τὸ πᾶν ἔστι πῆ μὲν σῶμα, πῆ δὲ κενόν.  
In Epist. ad Pythoclem, τὸ πᾶν σῶμα,  
καὶ ἀναφῆς φέσις. Et Cicero in 2. de  
N. Deor. 'Omnia, quæ secundum na-  
turam corporis et inane docet Epicu-  
rus.' 'Omnis, ut est per se, natura,'  
i. e. Omnis natura, vel omne per se  
existens: et ut Epicurus in Epist. ad  
Herod. καθ' ἀδράς φέσις. *Creech.*

421 *Constitit rebus*] Ita ex veteri-  
bus quibusdam scripsi. τὸ inf. vs. 1017.  
vulgati et alii vet. libri; *Constitit*  
*in rebus.* Non male. vid. Indicem:  
*Constitit.* Gif. *Alli Constitit in,* im-  
perite. *Creech.*

*Et inane, Hæc in quo sita sunt*] Et  
inane (inquit) in quo hæc corpora sita  
sunt, et per quod hæc et illuc, hor-  
sum et illorsum feruntur. Nam inane  
neque facere quidquam, neque per-  
peti potest: sed tantum corporibus  
motionis viam, et locum, et facultatem  
præbet. Itaque Epicurus inane  
appellat χῶρον, i. e. locum, et διάστημα,  
h. e. spatium. *Lamb.*

422 *Diversa*] Alia sursum, alia se-  
orsum, dextrorsum alia, &c. hanc  
enim vim habet τὸ *diversus.* *Virg.*  
*Æn. 2. 716.* 'Hanc ex diverso sedem  
veniemus in unam.' *Salust.* 'diversi  
abeunt.' *Fab.*

423 *Corpus enim, &c.*] Communis  
sensus (inquit) per se, h. e. sine ulla  
ratione, deliquit, i. e. declarat, esse  
corpus. *Communem autem sensum* in-  
tellige hoc loco vel omnium animan-  
tium communem, vel sensum illum,

quæ est præter quinque sensus distinctos notissimos : qui de singulis rebus sub suos singulos sensus cadentibus communiter indicat. Horat. Sat. 1. 3. 66. 'Communi sensu plane caret, iniquitas, ehes,' &c. *Lamb.* Ipsa Epicuri verba : Τὰ μὲν σώματα ἓς ἔστω, καὶ αὐτὴ ἡ αἰσθησις ἐπὶ πάντων μαρτυρεῖ, καθ' ἣν ἀναγκαῖον τὸ ἔδηλον τῆ λογισμῶ τευμαίρασθαι· εἰ μὴ ἦν ὃ κενόν, καὶ χέρων, καὶ ἀναφῆ φέρον νομοῖζομεν, οὐκ ἂν εἶχε τὰ σώματα ἔπου ἦν, οὐδὲ δι' οὗ ἰκαίτε, καθάπερ φαίνεται κινούμενα. *Epist. ad Herod. Creech.*

*Communis sensus*] Non intelligit eam animorum nostrorum facultatem, quæ vulgo sensus communis dicitur, sed sensum omnium omnino hominum. Corpus est per se inquit, id enim ita esse omnes homines sentiunt, certissimum veritatis criterium. *Fab.* Eleganter a Juvenale transsumta locutio. Sat. 8. 73. 'Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.' ubi 'illa fortuna' præ hominibus in illa fortuna constituitur dicitur; plane ut apud Heliodor. *Æthiop.* pag. 328. de Arsace illa nequissima : κοινὸν τι χρομῆ ἐστὶ πρὸς πᾶσαν τύχην, καὶ πλεόν επικουρος γίνεται τοῖς παρ' ἀξίαν ἑλαττόν τι πρῆττοισι. 'Equalis est enim et accommodata ad omnem Fortunam; quin etiam magis est auxilio iis, qui præter dignitatem quippiam sunt passi.' *Preig.*

424 *Quo nisi, &c.*] Cui, vel qui; i. e. quo. *Gif.* Hoc in primis tætur et retinet mordicus Epicurns, sensus esse veros, neque umquam fallere: et a sensibus omnium rerum cognitionem ac scientiam proficisci: quod item Peripatetici comprobant. *Arist. ββ. α'. μετὰ τὰ φυσικά: Πάντες ἄνθρωποι τοῦ αἰθέρος ὁρῶντες ἡμεῖον δ' ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις.* i. e. 'Omnes homines sciendi cupiditate ducuntur: cui rei argumento est, quod ab omnibus maxime sensus diliguntur.' *Lucr.* hoc eod. lib. vs. 694. 'Nam contra acensus ab sensibus ipse repugnat, Et

labefactat eos, unde omnia credita pendunt.' Idem eos uberius defendit 4. 464. 'Cetera de genere hoc mirando multa videmus,' &c. *Plato* vero in *Phædone* refellit sensus, his verbis : τί δὲ δὴ περὶ αὐτὴν τῆς φρονήσεως κτήσιον, πότερον ἐμπόδιον τὸ σῶμα, ἢ οὐ, ἐάν τις αὐτὸ ἐν τῇ ζῆτῆσει κοινῶν συμπαραλαμβάνῃ; οἷον τὸ τοιοῦδε λόγος· ἄρα ἔχει ἀληθείαν τινα ὕψις τε καὶ ἀκοῆ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὰ γε τοιαῦτα καὶ εἰ ποιεῖται ἀεὶ ἡμῖν θρυλλοῦσθαι, ὅτι οὐτ' ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν, οὐτε δρώμεν; καίτοι εἰ αὐταὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἴσι, μὴδὲ σαφεῖς, σχολῆ γε εἰ ἄλλαι. πᾶσαι γὰρ του τοιούτων φαυλότεραι εἰσι. i. e. 'Quid vero quod ad prædentie possessionem attinet, utrum corpus ei impedimento est, an non, si quis id socium in quaerendo adhibeat? Verbi gratia, hoc dico: utrum veritatis aliquid habet aspectus, et auditus hominibus, an illa talia, quæ et poëtæ semper habent in ore, nos neque cernere quicquam perfecte, neque audire? Atqui si ex sensibus corporis hi non sunt veri et perfecti, neque certi, multo minus alii. Omnes enim sunt his deteriores.' *Sensus* enim si falsi fuerint, quid certum existimare queas? quodnam nobis a natura datum instrumentum est? &c. neque enim ultra iudicia sensuum datur progredi, nisi per additionem, applicationem, &c. quæ sæpe fallaces, aut certe nihil ad sensum. *Fab.*

426 *Animi quidquam ratione*] Sic recte *Lambinus*, ex vet. libris. vulgati: *animos*. *Gif.* *Animi ratione*, usitatum *Lucretio Joquendi* genus: id est intelligentia. secutus autem sum quattuor codices manuscriptos: in his *Bertinlanum*, et *Memmianum*. *Lamb.* *Animos* *Nardius* et alii. *Quo sensu* ipsi viderint. *Creech.*

427 *Locus ac spatium*] Χώρα καὶ διάστημα. *Lamb.*

429 *Neque omnino quaquam*] Neque omnino per allam regionem, sive hanc, sive illam, meare. secutus sum autem

duorum librorum manuscriptorum, cum quibus Veneti antiquiores congruant, scripturam. Nam ceteri habent omnino quoquam. 'Quaquam' autem adverbium est motus per locum. *Lamb.*

*Quaquam*] Quidam veteres: *quoquam*. et ita Marullus. *Gif.*

430 *Id quod jam supra*] Sic legendum: atque hanc scripturam agnoscit Priscianus 14. et 28. confirmant quattuor libri manuscripti, Faërne, Tettii, Bertinianus, Memmian. Veneti antiq. Parisienses, Vicetini, *Supra*, (inquit Priscianus) pro *supra*. sic enim antiqui protulerunt, et maxime Cicero: 'Torvus draco serpit subter, supraque retorquens sese.' Idem ibid. 'Hunc supra duplices humeros affixa videtur Stella micans tali specie talique nitore.' *Lamb.*

*Supra*] *Supra*, ut *infera* pro *infra*. Sunt autem formata ἀνωθεν; at illa altera decurtata sunt. *Fab.*

431 *Præterea nihil est, &c.*] His vs. 10. docet nihil esse per se existens præter inane et corpus. Quicquid enim est, quantitate aliqua, magna aut parva, donatur. Id vero si tactile sit, motumque impediatur, corpus censebitur: Epicurus apud Empiricum, κατ' ἀθροισμὸν σχήματος, καὶ μεγέθους, καὶ ἀνεκτικίας, καὶ βάρους, τὸ σῶμα νοεῖται. Si vero intactile, motumque non impediatur, vocabitur inane. Nihil igitur est præter corpus et inane. *Creech.*

*Quod possit dicere ab omni*] Sic habent omnes, quos quidem viderim, vulgati codices, et item duo manuscripti: duo tamen item manuscripti, *Quod dicere possit ab omni*: ex qua scriptura suspicabatur M. Anton. Mæretus legendum esse, *Quod dici possit ab omni*: quæ conjectura mihi non displicet. Sententia autem hujus loci hæc est: Quicquid est in rerum natura, id esse aut corpus, aut inane: nihil esse tertium. *Lamb.* Alii *Dici possit ab*: Alii *possit dicier*: eligat

lector. *Creech.*

*Possit dicere*] Ita Ms. sed diversimode legi in Mss. *Lamb.* et *Gifan.* ostendant. forte refigendum ita: *quod possit dicier omni Corpore sejunctum*. uti suspicatus quoque est *Gifanius. Hav.*

433 *Tertia sit numero*] Ita vet. libri; in vulgatis: *rerum. Gif.* Sic habent quattuor libri manuscripti, *Quod quasi tertia sit numero natura reperta*: quos secutus sum. vulgati, *Quod quasi tertia sit rerum natura reperta*. dixit autem *tertia numero*, ut dicimus *tertium ordine*. *Lamb.* Quidquid est, inquit Lucretius, id vel corpus est vel inane; *Præterea nihil est quod possit dicere ab omni Corpore sejunctum, secretumque esse ab Inani, Quod quasi tertia sit numero natura reperta*. In versu tertio Mss. *Codd.* quidam habent *quo*, non *quod*. Sed non est tanti. debuerat enim expungi hic versus, quippe qui ex conclusione seu orationis clausula petitus et huc translatus sit: mox enim legitur: 'Ergo præter inane et corpora, tertia per se Nulla potest rerum in numero natura relinqui.' Deinde et Latinitas vitiosa est: *Nihil est quod possit dicere sejunctum, &c.* quod sit quasi *tertia natura reperta*. al. habent, *tertia sit numero*. Sed nibilo melius. *Fab.* Nimis rigide hunc versum hinc exulare jubet *Faber*; sed, pro *quod quasi, qua quasi* non temere substituit *Creechius*. Alii: *quo quasi*. Natura autem et hic et vs. 447. et sæpius dicitur, quæ alias simpliciter *res*. At legendum erit, prout plerique libri habent: *Quo quasi tertia sit numero natura reperta*. *Preig. Pro Rerum*, Alii legunt *Numero*. Nec lis inter harum vocum Patronos facile componatur, cum qui *Rerum*, æque ac qui *Numero* amat, vs. 447. autoritate seipsum tueri possit. Totum vero hunc versum rejicit *Faber*, et existimat illum ex conclusione seu Oratio-



his clausula petiitum, et huc translationem fuisse. Deinde dicit Latinitatem esse vitiosam: *Nihil est quod possit dicere se junctum, &c.* quod sit quasi *tertia Natura reperta*. Ita ille: Quid autem si legamus *Quod dici possit?* Quid si *quod possit dici?* Quid etiam si legamus, *Quæ quasi Tertia?* dam Cod. Ms. B. alique agnoscant *Quæ?* Profecto ista omnia incorruptum vetusque Latium sapiunt; nec Illius auctoritas tanta est, ut omnium Codicum fidei præferatur. Creech.

434 Nam, quodcumque erit, esse ali-quid, &c.] Secutus sum libror. manuscr. et Vicetinarum auctoritatem, qui ita habent, ut ego excudendum curavi. cujus scripturæ hæc mihi sententia videtur esse: In hoc universo nihil est præter corpus et inane. Quid ista? quidquid erit, vel erit ingenti mole ac magnitudine præditum, vel parvum et perexiguum, dummodo sit: quod quidem si tangi poterit, corpus erit: sin tangi non poterit, erit inane. Sed libri typis excusi, Parisienses, Veneti utriusque, Florentini, Lugdunenses, sic: *Nam quodcumque erit, esse aliud debet, &c.* cujus scripturæ si quis eam probabit, hæc sententia videtur esse: Nihil est in universo præter corpus et inane. Nam si quid erit præterea, id ipsum aliud erit, id est, differet vel magnitudine, vel parvitate quantalacunque, dummodo sit, i. e. dummodo id ipsum non sit ita parvum, ut jam amplius non sit. Quod quidem si tangi poterit, in corporibus numerabitur: sin autem tangi non poterit, erit et inane. Ergo nihil est præter corpus et inane. Lamb. *Esse aliud* Alii: in ejus insanæ Lectionis interpretatione nollem Lambinum tot verba perdidisse. Creech.

436 Tactus] Intelligit tactilitatem, in notione passiva scilicet. Fab.

437 Corporum augebit] Hæc verissima scriptura, ut et supra sæpe. Marullus: *Corporum*. Alii: *Corporis*,

&c. Gif. Magna est hoc loco librorum typis excusorum varietas: Florentini sic habent, *Corporum augebit numerum*, plane mendose. Parisienses et Lugdunenses alteri, *Corporum adaugebit numerum*: nonnulli, quibuscum consentiunt quattuor libri manuscripti, *Corporis augebit numerum*. Vicetini et Lugdunenses alteri, *Corporum augebit numerum*: et ita Memmianus: quam scripturam veram et rectam esse judicavi. Ex hac autem vera ceteræ vitiosæ natæ sunt, dum alii offensi postrema syllaba vocis *corporum*, in qua *m* non eliditur, ut neque olim interdum elidebatur, ex ea faciunt *corporis*; alii ex verbo *augebit* faciunt *adaugebit*. veteres autem interdum *e* versus non elisisse litteram *m*, apparet ex versibus Ennii, et ejusdem Lucretii. Ennius lib. 10. Annal. p. 91. 'Insignita fere tum millia militum octo Duxit dilectos bellum tolerare potentis.' Lucretius 2. 465. 'Nam quod fluidum est, e lævibus atque rotundis Est.' Idem 3. 1095. 'Sed dum abest quod avemus, id exsuperare videtur Cetera.' Idem 4. 1256. 'Eicit enim sulci recta regione, viaque Vomere, atque locis avertit seminis ictum.' Horat. Sat. 2. 2. 28. 'num vesceris ista, Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem.' Lamb.

441 Præterea, &c.] Iterum vs. 9. docet nihil esse per se existens præter corpus et inane. Quodcumque enim est, vel in aliud agere, vel ab alio pati potest. Id autem erit corpus. Quodcumque enim agit vel patitur, tangitur aut tangit: Vel est id in quo res sitæ sunt, in quo etiam fiunt, et moventur: Id autem inane est: Nullum igitur est tertium rerum genus, quod sensu (qui corpus esse docet) vel ratione (quæ inane demonstrat) deprehendere valeamus. Epicurus, τὸ δράμενον, ἢ πείσχον, σὺμψύστωσι τὸ δὲ κενὸν οὐτε ποιῆσαι, οὐτε παθεῖν δύναται, ἀλλὰ κίνησιν μόνον δι' ἑαυτοῦ τοῖς

*εἰς τὴν κρήνην.* *Creech.* Distinguetur male antea: 'Præterea per se quodcumque erit, aut faciet quid, Aut aliis fungi debet agentibus ipsum; Aut erit ut possint in eo res esse gerique:' Respondent enim tribus hisce prædicatis, ut loquuntur, totidem verba, quæ sequuntur: 'Facere,' 'Fungi,' 'Locum præbere.' Verbum autem 'Geri' hic manifesto τῆ 'Facere quid' opponitur, adeoque immerito in *Geni* et hic transformatur a *Lambino.* *Preig.*

442 *Aut aliis fungi debet*] Ordo verborum hic est: aut ipsum debet fungi, id est pati, aliis agentibus. *Lamb. Fungi.* Vox Lucretiana pro *pati.* *Fab.*

443 *Aut erit, ut*] I. e. aut erit ejusmodi, ut in eo res esse, et geri, seu gigni possint. *Lamb.*

*Gerique*] *Geri*, i. e. a natura administrari, tanquam ab imperatrice, et omnium rerum parente, et domina: vel, si legamus *geni*; *geni*, id est gigni, ut supra diximus. Quod autem *Thraso geri* interpretatur moveri, digna mehercle interprete interpretatione, hoc est ridicula, atque inepta. Nam primum hoc dico, *geri* nusquam in tota lingua Latina significare moveri: deinde quod idem profert hæc verba Epicuri ex *Diog. Laërtio*, adversus meam, ut ait, auctoritatem, τὸ κενὸν ὄντι ποιεῖν, ὄντι τὰ δὲν δίδουσι, &c. ea vero me non fugerunt. a me enim relata sunt supra ad illum locum, 'Quod si non esset: nulla ratione,' &c. Sed quod iste nunc ea profert, nihil ad rem. nam præbere locum corporibus, et tale aliquid esse ut in eo res esse, aut moveri possint, hæc sunt propria inanis: et quod est hujusmodi, ut in eo res, sive corpora, moveri aut esse possint, id est inane, et id corporibus locum præbere potest, sive moveantur, sive quiescant. *Gerere* autem, ut docet *Varro*, valet sustinere. ex quo imperatores bellum et res gerere dicuntur, tanquam onera. Sed quid agas cum istis, qui nihil

præter os habent? *Lamb. Genique P.* et alii, improbe. *Gerique* est fieri et moveri, dum enim *Gerere* idem apud Lucretium ac *Facere* aut *Administrare*, ut in vs. 329. 'Corporibus cæcis igitur natura gerit res,' immerito *Lambinus Gif.* succenset quod *geri* interpretatur moveri. Sine motu enim nihil Natura vel agit, vel administrat. *Creech.* Ita omnes libri, ut et inf. vs. 472. 'res in quo quæque gerantur.' Et mox, vs. 479. 'Perspicere ut possis res gestas.' *Geri*, i. e. moveri. Hanc rem ita confirmat *Laërtius*; ubi ait Epicurum docuisse: τὸ δὲ κενὸν ὄντι ποιεῖν, ὄντι τὰ δὲν δίδουσι, ἀλλὰ κίρησιν μόνον δὲ ζῴων τοῖς εὐφραστὶ παρέχεται. Hæc propter *Lambini* auctoritatem adnotavimus. vid. et inf. 2. 166. *Preig.*

449 *Nec, ratione animi quam*] *Nec* ulla tertia natura est, quam quisquam *ratione animi*, i. e. intelligentia, *apiaci*, i. e. comprehendere, possit, verbo *apiaci* utitur et lib. 6. 1234. 'Quippe etenim nullo cessabant tempore *apiaci*,' &c. *ratione animi* autem, i. e. intelligentia, et cogitatione. quod loquendi genus *Lucretio* usitatum est. *Lamb. Ratione animi, Διανοία, cogitatione, intelligentia. Fab.*

*Apiaci*] Apprehendere. Gr. *ἄρρασκου. Fab.*

450 *Cluent*] Videntur, nominantur, sunt, aut dicuntur esse præter corpus et inane. *Lamb.* Cum vero plurima dicimus esse præter corpus et inane, ut bellum est, pax est, calor est, &c. ne ex communi hoc unum loquendi erronee nascerentur, monet vs. 10. hæc omnia conjuncta tantum esse, vel eventa corporis et inanis: conjunctum (*συνβεβηκός*, sive propriam accidens) est, quod non potest abesse sine interitu subjecti; quale est calor in igne, humiditas in aqua, &c. Eventum vero (*συνβεβηκός*, sive accidens commune) quod potest abesse vel adesse sine subjecti interitu; quale est bellum, paupertas,

concordis, &c. *Cresch.*

451 *Horum eventa*] *Τούτους συμβεβηκότα*, quæ vulgo accidentia appellantur: quæ sic definiuntur: *Συμβεβηκότα* ἑστίν, ἃ γίνονται καὶ ἀπογίνονται χωρὶς τῆς τοῦ ἐπινοομένου φθορᾶς: i. e. 'Eventa sunt, quæ adsunt, et abant sine ejus, quod eis subest, interitu.' M. Tull. 2. de N. Deor. 'Epicurus ita dividit, omnium quæ sint, naturam, esse corpora, et inane, quæque his accidant.' *Lamb. Conjuncta, Eventa*] Gr. *συμβεβηκότα, καὶ συμπεράματα*. Intellige autem accidentia. Ex illis vero quæ sunt inseparabilia (*ἀχώριστα* Stoicis) ea conjuncta dicuntur Lucretio, alii propria vocant; sed quæ eventa dicuntur hinc nostro, ea vulgo accidentia communia vocitantur. Conjunctum, ut τὸ *συμβεβηκός*, notat aliquid extraneum, et a casu, *σύμπτωμα*. Quod notio verbi attentius considerata suadet. *Fab.*

452 *Conjunctum est*] Declarat, et definit, quæ dicat conjuncta. Sunt igitur ea conjuncta (inquit) quæ rei aliquid, sive sit corpus, sive inane, ita adherescunt, ut sine ejus interitu separari non possint: ut pondus conjunctum est saxi, neque ab iis segregari ullo modo potest salva saxorum natura. nam si pondus saxo demas, jam desinat esse saxum. *Lamb.*

*Sine perniciat*] Intellige inseparabilia, ut pondus a saxo separari nequit, &c. sed eventa possunt. Mox fusius explicabit; et res nota est. *Fab.*

453 *Discidio*] Sic habet cod. Vaticanus, quem secutus sum. *Discidium* autem a verbo discindo ductum est: ut excidium, seu excidium, ab exciando. *Lamb.*

*Potis est*] Potest. Priscianus lib. xv. tradit, 'hic et hæc potis' dici et 'hoc pote.' Unde Persius l. 70. 'Qui pote? vis dicam?' i. e. quomodo possibile est. Hinc fit comparativum potior et superlativum potissimus: et adverbium potissimum. *Pius. Neutraliter.* De quæ ad alium quemdam

poëta nostri locum. *Fab.*

*Seque gregari*] Quod interpositum gratia metri pro *segregari*, hoc est, abinvicem secerni. Quale illud apud Virgilium libro nono *Æn.* 388. 'Inque salutatam linquo.' pro *Insalutatam*: et est tmesis, ut *Æn.* 10. 794. 'Inutilis inque ligatus Cedebat.' *Pius.*

454 *Pondus uti saxi, calor ignibus, liquor aequi*] Sic restitui ex auctoritate codicis Bertiniani, et vulgatorum Vicetinarum, cum in ceteris vulgatis omnibus legatur, *Pondus uti saxi, calor ignis.* *Lamb.*

*Saxi*] *Ald. Saxi.* non placet. *Gif.*

455 *Tactus corporibus*] Nam tactus sensus est maxime omnium corporis proprius. *Lamb.*

*Intactus*] Mira compositio, seu junctura. nam *intactus* contrarium quiddam est *tactus*, καὶ τὸ ἀνὰ πρῶτον, quemadmodum incultus apud Sallustium de bello Jugurth. cultui opponitur, et apud omnes probatos auctores Latinitatis, injussus, jussui: quamquam hoc vix alibi præterquam in septimo casu reperitur, ut cum dicimus, 'injussu imperatoris de præsidio decedere,' et apud Plantam *Trinummo*, l. 2. 130. 'inconsulta meo.' *Lamb.*

*Tactus, intactus*] Tactilitas et intactilitas. Ita enim intelligi debet ut supra. *Fab.*

460 *Tempus item per se non est*] Vult tempus esse à ratione tantum, non re. Sed præstat unam (sunt autem plures) rationem adscribere, per quam possit negare aliquis tempus esse: quam refert Arist. lib. 4. φυσικ. "Ὅτι μὲν ὅν ἕως οὐκ ἔστιν, ἢ μὲν γὰρ ἀμυδρῶς, ἢ τῶνδ' εἰς τὸ ἄνοητόν. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ γέγρασι, καὶ οὐκ ἔστι: τὸ δὲ μέλλει, καὶ ὅσον ἔστιν." *Ex δὲ τούτων, καὶ ὁ ἕκτιστος, καὶ ἀεὶ λαμβανόμενος χρόνος στήκεται. τὸ δ' ἐκ μὴ ἔστιν συγκείμενον, ἀδυνάτων ἂν δέξασθαι κατέχει ποτε οὐσίαν, &c.* i. e. 'Non esse igitur omnino tempus, aut vix,

et obscure, ex his suspicari quispiam possit. Nam alia quidem ejus pars præterit, et non est: alia futura est, et nondum est. Ex his autem et infinitum, et quod semper sumitur, tempus constat. At quod constat ex partibus, quæ non sunt, fieri non posse videatur, ut essentia locum obtineat, &c. Idem eodem lib. tempus definit esse numerum motionis ex eo quod est prius et posterius. Tempus igitur (inquit Lucretius) per se non est, sed ex rebus olim gestis et præteritis, tempus præteritum cognoscimus: ex iis rebus quæ hodie sunt, ac fiunt, præsens: ex iis quæ sunt futura, et quas futuras suspicamus, aut divinamus, aut quas cogitamus, futurum. *Lamb.* Dixeris, esse aliud quid in rerum natura, quod nec agit, nec patitur; nec locum præbet gignendis rebus; ergo minus vere aiebas modo, &c. Falleris, inquit Lucretius, nam tempus, cum nec agat nec patiatur, nihil esse potest; ergo, &c. nam sine moto et movente non est. *Fab.* Qui paupertatem, bella, pacem, &c. inter eventa poni haud graviter ferebant, magnificentius de tempore sentiebant. Pythagoras, Heraclitus, alii (vide Empiricum adv. Phys. lib. 21.) corpus esse, Stoici vero incorporeum aliquid esse docuerunt: his omnibus Epicuri sententiam vs. 5. opponit Lucretius, quam accipe lector Gassendi verbis luculentius explicatam: 'Tempus est eventum cogitatione duntaxat seu mente attributum rebus, prout concipiuntur in eo, in quo sunt, statu perseverare, aut desinere et longiorem aut breviorum existentiam tueri; ac ipsam habere, habuisse, aut habituræ esse.' *Creech.*

461 *Consequitur*] Colligit, cognoscit, percipit. *Gif.* et *Lamb.*

*Sensus*] Cogitatio: nam per memoriam amplectimur præterita, de futuris autem ratiocinamur. Item memoria sublata tempus præteritum

nihil est; futurum nondum est; præsens quoque, nisi de eo cogites, non magis est quam utrumque. *Fab.*

*Consequitur*] Συλλογίζεσθαι, colligit. *Fab.*

462 *Porro*] Pars edidit Fayus, eodem judicio quo vs. 476. clara interpretatus est notissima. *Creech.*

463 *Nec per se quæquam*] Idcirco eodem lib. Aristoteles ait tempus esse numerum eum, qui numerari potest, aut qui numeratur, non quo numeramus, i. e. ἀριθμὸν ἀριθμητὸν, ἢ ἀριθμομένου, οὐχ ἢ ἀριθμοῦμεν. *Lamb.* Sensus est: Tolle motum, tolle quietem, nulla temporis notio est. Istud autem per se jungi debet non cum *quamquam*, sed cum *tempus*. *Fab.*

465 *Tyndaridem*] Helenam Tyndari filiam. Denique (inquit) cum dicant vulgo: Helenam olim raptam esse, et Trojanos devictos esse: videndum est, ne forte hæc cogant nos fateri tempus esse per se, quod est falsum. *Lamb.* Helenam Tyndari filiam. Ceterum tam alio exemplo uti poterat: ut Philippi, Epaminondæ, Xerxis, &c. quam Helenæ; sed hoc illustris visum est, καὶ ποικιλιώτερον. *Fab.*

466 *Cum dicunt esse*] Uti vet. quidam libri. *Gif.* Secutus sum codicem Bertinianum, et Memm. manuscr. et Florentinos, et quosdam alios impressos. Nam ceteri manuscripti et impressi habent, ut *dicunt esse*, plane, mea quidem sententia, mendose. Suspiciatus sum autem aliquando ex hac codicum varietate legendum, qui *dicunt esse*: quod nunc quidem displicet. *Lamb.* Haud scio an facile explicare possim, quid sentiam, sed ego, ut potero, dicam. Hæc objectio Latine fieri posse videtur, Græce non ita. Nam sermonis Latini inopia cogit, ut utamur verbo sum, es, est, in re temporis præteriti, ubi quid factum dicere volumus. Itaque si quis dixerit, Victum est Ilium, extemplo arguator aliquis responderit, Victum est? ergo est.

quod falsum. At Græcè hic lusus sophisticus in nebulam abiret; nam diceremus ἐπιπέδη, παρεπλήθη neque opus haberemus verbo ἐστὶ ad enunciationem illam formandam. Hunc locum sic necessario intelligendum arbitror. Si fallor, hoc habeo soletii, me aliorum opinionem non ignorare. Certe quæ addit Lucretius, huic explicationi maxime favere videntur. Fab. Hæc Faber, quo nemo melius: versu igitur 7. captiosum Sophisma solvit, ex communi usu loquendi, quo dicimus res præteritas gestas esse, ductum: et huc spectare existimo omnia illa, quæ de accommodandis temporibus familiaribus sermonis formis Epicurus scribit in Epist. ad Herodotum: *ὄψε διαλέκτους, ἢς βελτίους, μεγαλύτερον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ταῖς ὑπαρχούσας κατ' ἀκροῦ χρησίων.* Qui vero dixerit has esse magis dialecticas, verissimum dixerit. Nec nugaretur Lucretius, nisi Stoici, (inter quos et Epicurus immortalis odium,) futilissimi hominum, hisce argutiis ineptire cõgissent. Creech. Ego Lacerum Poëtam non existimo, (ut Creechius putat ad vs. 469.) verum ita esse explicandum: Dicunt Trojungenas gentes esse subactas bello, et Tyndaridem esse raptam; at cave ne, dum hæc audias, interpreteris, quasi illud 'esse' præsens etiam denotet tempus, quum (ex versu 461. et 462.) probe inter tres temporis articulos sit distinguendum; et tempus quidem sit, sed non per se (versu 461.) neque ita semper idem; nam quidquid evenerit, sive actum erit, poterit dici EVENTUM, sed alia ratione rebus, alia ratione regionibus. id est: hoc est eventum, Rapta est Tyndaris et subacti sunt Trojungenæ, estque hoc eventum rei, idque adhuc est et manet, diciturque in præsentem; at eventum regioni seu regionibus, jam est eventum temporis, seu temporibus; atque adeo transactum, et de eo debemus dicere

quod fuerit, non quod sit. Quæ cuncta planiora, atque nullo modo obscura erunt, si pro regionibus legere licet temporibus; quomodo tempus opponitur rebus, supra vs. 440. Hav.

467 *Ne forte hæc per se cogant nos, esse fat.*] Sic habent quattuor libri manuscr. sine ulla varietate. Excusi autem inter se dissentiunt: In aliis sic est, *Ne contra hæc per se cogant nos forte fateri*: in aliis hoc modo, *Ne contra hæc per se cogant nos esse fateri.* quem ego scripturam omnibus antepono, cum præsertim eam confirmet cod. Memmianus. In Paris. et Venetis antiquiorib. *Ne forte hæc per se cogant nos cuncta fateri.* Lamb.

468 *Quando*] Quoniam. Lamb. *Sæcla hominum*] Genera hominum. Lamb.

*Quando et sæcla*] Quasi dicat, Qui tandem hæc sint, cum illi homines non sint amplius, quorum eventa fuerunt illæ seu historiæ, seu fabulæ? At eventorum natura nota est; ergo, &c. Hi vero duo versus intra parenthesis includendi. Fab.

469 *Præterita ætas*] Post hunc versus hiatum in Interpretatione reliqui, nec temere: quis enim non videt omnes istos excidisse versus, qui solutionem Sophismatis continebant? Lacerum vero poëtam esse testor versus quosdam a veteribus laudatos. Nonius in voce Torpor, 'Tantus conduxerat omnia torpor. Lucret., quas tamen voces in Lucretio hodie ne quæras. Creech. At vide sup. ad vs. 466. Hav.

470 *Namque aliud rebus*] Sic legendum, non, ut vulgo, *aliud terris.* hoc enim significat, quidquid actum est, eventum esse vel rebus, id est personis, vel regionibus. neque vero est quod quemquam moveat syllaba *bus* brevis, quæ hic longa fit. Lamb.

471 *Denique materies, &c.*] Sophisma iterum aggreditur, et vs. 12. demonstrat res olim gestas non per se constare, sed inanis et corporis eventa

esse: quoniam si nullum corpus et inane olim extitisset, istæ res nunquam fuissent gestæ. *Cresch.*

472 *Res in quo quoque geruntur*] Si vulgatam scripturam sequimur, ac probamus, intelligendæ sunt res bellicæ, laboriosæ, ac præclaræ, quæ *geri* dicuntur ab imperatoribus et regibus; vel, *geruntur* accipiendum est pro aguntur, ut sit tractatio ab imperatore et principe res gerente. Sin *geruntur* malimus, (quod ego quidem magis probo,) referendum est ad res naturales, quæ fortuito primordiorum concursu et conflictu in spatio et inani gignuntur. Quoniam autem in omnibus libris *geruntur* scriptum reperi, et ex hac scriptura probabilem sententiam elici posse arbitrator, ita excudendum curavi. *Lamb.*

475 *Ignis*] *Æstus*, cupiditas, libido, quæ est instar ignis et flammæ. sic Horat. Od. 14. lib. Epod. 13. 'quod si non pulchrior ignis Accendit obsessam Ihon,' &c. *Lamb.*

*Alexandri*] Paridis, qui nomen παρά τὸ ἀλάττω, h. e. ab expellendo defecit, quod abacta armenta latronibus interemptis recuperavit: propterea cœcinit Ovid. in Epist. circa fin. 'Pene puer victis abducta armenta recepi Hostibus: et causam nominis inde tuli.' *Pius.* Paridis, qui cur ita dictus sit, docebit Eustath. et Apollod. in 3. *Fab.*

*Gliaceno*] Gliacens sub Phrygio Paridis pectore. *gliacere*, crescere est, et ita Festus, et Nonius Marcellus. Sallustius: 'Gliacente vento.' Plaut. 'Gliacit prælium.' Virg. *Æn.* 12. 9. 'Haud secus accenso gliacit violentia Turno.' Cic. in Hortens. 'Gliacunt voluptates.' Lucr. 4. 1062. 'Inque dies gliacit favor, atque ærumna gravescit.' Idem 3. 479. 'Nant oculi? clamor, singultus, jurgium gliacunt?' et 6. 1060. 'Cum motus, aut dolor est, et, cum jam gaudia gliacunt.' *Lamb.*

*Phrygio sub pectore*] Sub pectore

Paridis, qui Phryx fuit. Ita: 'Tyrrhenam hastam vibrabat,' Virg. l. e. ipse Tyrrhenus *hæ* hastam vibrabat, &c. hac figura delectabatur Virgilius. *Fab.* Crescens, coalescens, sed non id quod Gallice significat, labi, insinuare se, influere: alioqui grave in oratione vitium sit; et tamen hunc errorem erravit vir omni admiratione major in physiologia, cum scripsit: 'Videtur Epicurus existimasse corpora illa minorâ, rotundâ, lævia, gliacencia, fuisse,' &c. item, pag. 672. 'Horizontem quoque deflexum haberent, ac supra eum magis magisque gliacerent, donec consistere omnino non possent.' *Fab.*

476 *Accendisset*] 'Accendere bellum' Virg. etiam dixit *Æn.* 12. 864. Claudian. in Ruff. 1. 300. 'accendit prælium.' in Ruff. 2. 173. 'accendit vocæ cohortes.' *Preig.*

477 *Nec clam*] Quod si non Paridis amor pellexisset Helenam Pergamum ad Trojanas arces, equus ille celeber, qui alvum armatis plenam gerebat, non Trojanis irrepisset fatalis machina muris. Hanc historiam exequitur Maro libro *Æneidos* secunde: de quo Plautus in *Bacchidibus*, et *de Epeo* ejus artificem quendam: de quo Ovidius: 'Sit licet antiquo manibus collatus Epeo.' Vitruvius captam Trojam affirmat tormento ligno, cui nomen equus: unde Homero fabulandi datur occasio. Ter ob equum periit Troja: cum Herculi Laomedoh denegavit equos; cum est equo epeio capta dolo. Tertio cum Cianæ ter consuli portas claudere voluisset, equus valvis interceptus claudendi facultatem ademit. Servius. De hoc equo varia in historiis lecta sunt: ut Hyginus dicit, machinamentum bellicum fuit: ut alii, porta, quam eis Antenor aperuit, equum pictum habuisse memoratur: vel certe domus Antenoris, quæ equum pictum habuit, quo posset agnosci. Aut equestri prælio victa est Troja, aut monte

Hippio, post quem se absconderant Græci. *Pius*.

*Duratus*] Ligneus: dictio ex Græcia sumpta. hic equus dictus est *δοῦριος*, hoc est *ligneus*: unde nonnulli *duræus* hic legant. sed *duratus* scribendum auctore Homero, qui in octavo *Odysseæ* *δοῦρᾶτος* vocat non semel. Aristophanes *durion* lingua communiore dicitavit: unde sunt qui in Flacci Argonauticis legant, 'Manet immotis nox durica fatis,' *δοῦρᾶτος ἵππος καὶ δοῦρᾶτος* ait Snidas, h. e. 'duratus et duratus' indiscriminatam. Subdit: 'Durius ligneus equus Græcorum: de quo Aristophanes: *μέγιστος δὸν ὁ δοῦριος*. de quo sic inquit Lucillus poeta Græcus: *Ὀδῆος δούριον ἵππον, ὃν εἰ φρόγες εἴδον ἄκωντες σὺν Δαρδάνιος Σκυῶς οὐκ ἔκ ἐφῆλε πύλας*.' *Pius*. Duratus, seu durius equus, i. e. ligneus: cujus opifex fuit Epicus, seu Epeus. Lege Hom. *Ὀδυσσ.* θ. et Virg. *Æn.* 2. 401. 'Instar montis equum,' &c. et 6. 516. 'Cum fatalis equus,' &c. Festus, 'Epeus nomen fabri, qui equum durateam fecit.' Equum Trojanum interdum appellant scriptores: et ita semper M. Tullius: 'equum Minervæ' Horatius: 'quasi arte fabricatum, et ligneum.' Quo nomine eum appellat Plantus in Bacchidibus. sed de hoc equo plura diximus in commentar. Horatianis ad illum locum, 'Ille non inclusus equo Minervæ,' &c. *Od.* 4. 6. *Lamb.* Ligneus. *δύρας, δοῦρας, δόρυ, δούρυ*, lignum. *Dureus, Durius, &c. δοῦριος*. Euripid. in *Troad.* rem explicat. *Fab.* *Δουρᾶτος* Hom. *Odys.* 8. ex trabibus compactus. *δοῦριος* Euripid. *Troad.* *Ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ἕστερον κληθήσεται Δούριος ἵππος κρυπτόν ἀμπίλων δόρυ*. *Creech.* Adde Politian. *Observ.* cap. 5. *Hav.*

*Trojæi Pergamæ*] Sic reposui reclamantibus quidem omnibus exemplaribus antiquis, sed tamen certissima conjectura fretus. Nam primum vox *Trojanis*, quæ est in libris vulgatis,

non videtur huc loco convenire; deinde *Trojæi*, i. e. *Trojæ*, Pergama, olet nescio quomodo antiquitatem. Sic enim Stesichorus *ὀδ' Ἴσο Πέργαμα Τροίης*, i. e. 'neque isti ad Pergama Trojæ.' *Lamb.*

*Trojanis*] Ita omnes libri, Lambinus *Trojæi*. etiam recte: sed contra vet. libros. *Gif.* *Trojanis* omnes Codd. præter B. *Creech.* *Trojæi Pergama*. Ita restituit *Lamb.* nec post fruges glandibus vesci debuit *Giffæ*. præferendo *Trojanis*, ut enim Stesichorus dixit *Πέργαμα Τροίης*, ita etiam Euripides usurpavit in *Helena* vs. 390. *Πέργαμα Δαρδανίας*. *ὄλεσεν, ἔλεσεν Πέργαμα Δαρδανίας*. 'perdit, perdit Pergama Dardaniæ.' Quod ita jungitur, quum vox *Pergama* primo Ionii areæ significaret. Imo inter Latinos, ex nostri imitatione, 'Urbem Patavi' dixit Virgil. *Æn.* 1. 26]. *Hav.*

*Partu*] Virg. *Æn.* 6. 516. 'gravis attulit alvo.' et alibi. *Fab.*

479 *Res gestas*] Si supra vs. 478. *res in quo quæque gerantur* scripsisset, nonne et hoc loco *res genitas* dicere debuisset? *Preig.*

481 *Eadem*] *Χωλῆσις* fit in ea, duæque vocales, quarum altera brevis est, altera longa, pro una syllaba habentur. *Lamb.*

483 *Corporum atque loci*] Sic supra sæpissime; et ita Veteres nostri. In aliis: *Corporis*; pessime. *Gif.* *Corporis*. Sic habent quattuor libri manuscripti: quibuscum congruunt Parisienses, et Lugdunenses. Alii, *Corporum atque loci*. Neque vero hæc scriptura damnanda est, quod fit a Thrasone quodam barbaro. Confirmat enim eam vel ille versus, qui non ita longe ahest supra, 'Non ita uti corpus per se,' &c. Et item is, qui est infra nihilo longius, 'Stringere. nam solido vincunt ea corpore domum.' *Lamb.* Sed mox *corpora* dicit vs. seq. *Hav.*

*Gerantur*] Quidam libri hic: *rogen-*

tur. Lambinus: *genantur*. male. Gif. *Res in quo quæque gerantur*] Etiam hoc loco legi fortasse potest *genantur*: verumtamen nihil muto. Lamb. *Genantur*; *Genantur* alii, alii *Rogantur*: utrumque vitiose. Creech.

484 *Corpora sunt porro*] Corporum (inquit) alia sunt primordia rerum, nempe corpora individua, simplicissima, et solidissima, i. e. *ἁπλοῦς*: alia, quæ sunt ex atomis concreta, confata; ut arbor, saxum, aqua, terra, et similia. Hac de re sic Laërt. in Epic. *τῶν σωματικῶν τὰ μὲν ἔστιν ἀσύνθετος, τὰ δ' ἔξ ἑῶν αἰ ἀσύνθετος κωλύεται*. Lamb.

*Corpora*] Corporum alia sunt simplicia, alia concreta. Fab. *Corpora sunt porro, &c.*] Demonstratis jam duobus naturæ principis, corpore viz. et inani, et explicata etiam inanis natura, de corpore fusius disputat: Corpora autem dividit in simplicia et composita. Sic Epicurus ad Herodotum, *τῶν σωματικῶν τὰ μὲν ἔστιν ἀσύνθετος, τὰ δ' ἔξ ἑῶν αἰ ἀσύνθετος κωλύεται*. Docet insuper vs. 20. corpora ista simplicia, seu compositorum principia, solidissima esse, perfecte plena, nullum inane continere, ideoque nulla vi dividi aut diffringi posse: fatetur interim opus esse validissimis argumentis, quibus persuaderi possit, corpora aliqua esse perfecte solida et plena, cum aurum, æs, saxa, reliquaque omnia, quæ solidissima putamus, perosa esse, et aliis corporibus pervia sentimus. Creech.

487 *Stringere; vincunt demum*] Ita malim ex quibusdam vet. et omnibus vulgatis; i. e. avellere, deminuere. ut inf. vs. 607. In quibusdam vet. *stringere evincunt damnum*. Ita et inf. variatum fuit vs. 667. et apud Nonium: *Glubere, destringuere*. vulg. *distinguere*. Gif. Kadere, vulnerare. Lamb. Virg. *Æn.* 9. 577. 'hunc primo levis hasta Camillæ Strinxerat.' Cod. Vatican. et Bertin. tamen habent *stringere*, id est, extinguere. de quo verbo infr. lib. 2. ad illum locum.

*stringere colorem*. Lamb.

*Nam solido vincunt ex corpore demum*] Sic habent omnes libri vulgati, et tres manuscripti, nisi quod quidam habent *vincunt*: et *damnum*, non *demum*: in quibus est Memmianus. Lamb.

488 *Credere quicquam*] Ita fere libri Vet. et vulgati. In aliis: *fors ita*. pro *forsitan*. Gif. Sic habent quatuor lib. manuscr. Bertinian. Fæörn. Tettian. Memm. et vulgati Florentini. Vaticanus autem et vulgati Veneti utriusque et Parisiens. et Vicetini. et utriusque Lugdun. *videtur fors ita quicquam*. quam scripturam si quis probabit, *fors* accipiendum erit pro *forsitan*, ut particula *ita* conjungatur cum voce *solido*. neque vero assentior iis, qui *forsita* positum volunt pro *forsitan*. Lamb. *Forsitan* Nard. Et quidam Codd. *Fors ita* exhibent; monetque Lambinus, si ista lectio admittatur *Ita* debere attribui *Solido*. Creech.

489 *In rebus*] *In rerum natura*: *Fayus*, *In rebus ipsis concretis*: et idem dixisset Lucretius, si fuisset *Fayus*. Creech.

490 *Fulmen cæli, &c.*] Lectio non improbanda, quam ipse Lucret. confirmare videtur lib. sexto. Bas. tamen *fulmen cæli per septa domorum Clamor ut it vocis*. Quare etiam scribere possis: *Transit enim fulmen cælum: per septa domorum Clamor et it vocis*: Præfero tamen vulgatam. Hav.

*Transit enim fulmen*] Sic 6. 226. 'Transit enim valide fulmen per septa domorum.' Cur autem hoc fiat, docebit 6. 531. 'Perfacile est jam animi ratione,' &c. Lamb. Parenthesis est, quæ novem versus amplectitur. Fab.

491 *Clamor ut, ac voces*] Sic legendum, et ita habent codices emendati. neque tamen rejicienda est scriptura alterorum Venetorum, *Clamor item, ac voces*. sic 6. 226. 'Clamor ut, ac voces; transit per saxa, per æra.'



*Lamb.* 'Quidam Codd. *Clamor item ac voces*. Nard. vero, *Clamor ut et vocis*. Creech. Sic supra vs. 355. 'Inter septa meant voces et clausa domorum Transvolitant.' *Preig.*

492 *Dissiliuntque fero ferventi Saxa vapore*] Quattuor codices manuscripti habent, *Dissiliuntque fero, ferventi saxa vapore*: quæ scriptura si probabitur, duo erunt epitheta *δωνδέρως* posita: quod est usitatum et Homero, et aliis poetis. Horat. Sat. 1. 8. 85. 'habere insuavis, acerbus.' Idem Sat. 7. 7. 'Confidens, tumidus, adeo sermonis amari,' &c. Memmianus autem, *Dissiliuntque fere ferventia Saxa vapore*. Unde licet legere, *Dissiliuntque fero ferventia saxa vapore*. *Lamb.*

*Fero ferventi*] Ita vet. libri plerique. In quibusdam: *fero ferventia*, ut in vulgatis. *Gif.* Duplex Epithetum est, quod nec clarissimi poetæ refugerunt. alii tamen lib. *ferventia* habent, *Fab. Ferventia*. Alii *Ferventi*. Nihil muto, at si per otium ridere liceat, Nardius ridendi materiam præberet: ille enim suspiciatur Poëtam respicere Anniabalem Alpes aceto rumpentem. *Creech.* *Fero*. Fortasse scribendum: *fere*. *Preig.*

493 *Conlabefactatus*] Sic optime in vet. quibusdam. In quibusdam: *cum labefactatus*. Quidam vulgati: *Tum*. Marullus, ut vulg. *Quin labefactatus*. male. *Gif.* *Rigor auri*, id est durities auri, *æstu*, i. e. calore, labefactatæ, solvitur. Sic autem legendum, non, ut vulgo, *Quin labefactatus, &c. conlabefactatus* autem, i. e. victus, ut 4. 701. 'Omnia quod contrita, quod igni conlabefacta.' quamquam hic quidam legunt *concalecta*. *Virg. Æn.* 8. 390. 'Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit.' *Lamb.*

*Rigor auri*] Aurum solidum, durum; *glacies æris*, eadem metaphora. *ἄλλ᾽*, forte et aliter, aurum frigidum, æs frigidum. prius malo. *Fab.*

494 *Tum glacies æris*] Sic restitui,

secutus quinque librorum manuscriptorum auctoritatem: neque vero dubium est, quin hæc sit recta et vera scriptura: vulgata contra, quæ habet *glacies æri flamma devicta*, depravata et mendosa. Nam quid ineptius, quam propositum exemplo uno de auro, deinde altero de argento, inculcare tertio loco exemplum de glacie? præsertim cum glacies non modo sine acriore flamma, verum quavis flamma, et vel frigore remisso, vel solis tepore liquescere soleat? Nunc autem quemadmodum paullo ante dixerat *rigor auri*, sic hoc loco glaciem æris per translationem sermonis posuit. qua de re lege *Adr. Turneb.* *Advers.* 6. 14. *Lamb.*

*Æris*] Sic recte *Vet. libri*. *Marullus*, et vulg. *æri*. *Gif.* *Glacies æri*: *Nard.* At, ut recte *Lambinus*, inter *Aurum*, *Argentum*, reliquaque *Metalla Glacis* quis locus? *Glacies æris*, dnrum et compactum æs. *Creech.*

495 *Penetrabileque frigus*] *Virgil. Georg.* 1. 93. 'penetrabile frigus adurat.' et *Æn.* 10. 481. 'Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.' *Lucret.* hoc eod. lib. vs. 536. 'Nec penetralem ignem.' *Lamb.*

496 *Utrumque*] *Calorem et frigus*. Hujus loci hæc sententia est: *Calor et frigus per argentum permanent, quoniam nos poculum argenteum manu tenentes, aqua frigida, aut calida infusa, statim utrumque sentire solemus. Adhibebant autem frigidam veteres, atque adeo nivem ad refrigerandum vinum: calidam, ad tepesciendum. Jam utrumque legitur in quattuor codicibus manuscriptis, et item vulg. Paris. utrisque Venetis, Florent. Lugdun. in aliis utrimque, minus recte. sic 6. 948. 'Frigus item transire per æs, calidumque vaporem Sentimus: sentimus item transire per aurum, Atque per argentum, quom pocula plena tenemus.'* *Lamb.* Quidam Codd. *Utrumque*, improbe. Hic multa de calida frigidaque aqua

in vinum olim infundi solita garriunt Interpretes, quæ solis imperitis placebunt. *Creech.*

497 *Lympharum rore*] Aquis calidis, aut frigidis, minutim et guttatim roris instar infusus: vel rorem lympharum translate dictum intellige. *Lamb.* Ros pro quavis aqua; res nota est. Sed utinam per otium ridere possem; Gifanius enim ad eam rem choragus foret. 'Horat.' inquit, 'maris rorem dixit pro aqua marina.' Verum ubi ille 'ros maris' apud Horat. pro aqua marina? docebit Pareus ὑποφῆρης Gifanii, homo ligneus lib. 3. inquit, Od. 23. vs. 16. Videamus itaque. En tibi ipsissima poëtæ verba. 'Parvos coronantem marino Rore Deos, fragillique myrto.' Bene! aqua marina coronantur Dii. O me hominem! nihili, qui olim putabam rorem marinum esse fruticem illum seu arbusculam notissimam, quæ Gall. *romaris*, Ital. autem *Ros-marino*, dicitur. Græc. *λεβανωρίς*. Sed tamen in hoc Ovid. ex 3. Artis, aquam etiam marinam esse dicent? dignum factis suis facerent: 'Sylvæ nemus non alta facit: tegit arbutus herbam, Ros maris et laurus, nigraque myrtus olent.' *Fab.*

498 *Usque adeo*] Epiphonema, seu acclamatio. *Lamb.*

499 *Rara*] Subintellige, hæc narratio, et explicatio, cum a raris sit tacta. Alii scribunt *vera*. Pius.

*Vera ratio*] Ἀληθὴς λόγος. *Lamb.*

*Naturaque rerum*] Supp. 'ut jam est composita.' *Fagius*. Imperite. In sequenti versu quidam Codd. *Cognita de paucis*; nullo sensu. *Creech.*

500 *Ades*] Animo. Sic Cic. pro Milone: 'Adeste animis, iudices, et timorem, quem habetis, deponite.' Idem pro Sylla: 'Adestote animis, qui adestis corporibus.' Admonendus est autem lector minus in litteris exercitatus, mendose legi in quibusdam libr. vulgatis, . . . *naturaque rerum Cognita de paucis*, cum sit le-

gendum ita, ut habent manuscripti, *Cogit, ades, paucis, &c.* *Lamb.*

*De paucis*] Lego ex antiquis exemplaribus *ades paucis*, pro *adsis* et *faevas* cognita a me rerum natura, dum paucis versibus explico, quod ex lectione tua percepi. *Ades* pro *adsis* usurpari quis nescit, vel ex illo Maronis exemplo Georg. 2. 44. 'Ades et primi lege littoris oram.' Ovidiana Sappho 15. 96. 'Huc ades, inque sinus formose relabere nostros.' Ovid. Trist. 5. 3. 43. 'Huc ades, et casus releva pulcherrime nostros.' *Pius.*

504 *Principio quoniam, &c.*] Jam probaverat duo esse rerum principia dissimilis prorsus naturæ, corpus viz. et inane; ista vero dissimilia per se vel a se invicem separata mutuo, et distincta existere quis neget? Quæcumque enim inane est, ibi qui dicit corpus esse absurde dixerit, et vice versa. Unde infert vs. 8. prima corpora perfecte solida et plena esse; ibi enim existant ubi nullum est inane. *Creech.*

505 *Dissimilis rerum longe*] *Longe dissimilis.* *Fab.*

506 *Corporum atque loci*] Ita vet. libri. Marullus et Lambinus: *Corporis*. pessime. *Gif. Corporis, &c.*] Sic habent libri manuscripti, et item impressi, Paris. Veneti antiqui, Florent. Alii excnsi, Veneti recentiores, Lugdun. Vicetiani, *Corporum, atque loci*; quæ lectio non est rejicienda, ut supra ostendimus. *Lamb.*

*Res in quo quaque geruntur*] Videtur etiam hoc loco *geruntur* legendum, non *geruntur*. *geruntur* autem i. e. gignuntur, ut supra diximus. infra paucis post vs. 'Præterea quoniam genitis in rebus inane est,' &c. Verumtamen receptam scripturam, *geruntur*, non censo loco movendam. *Lamb.*

507 *Esse utramque, &c.*] Quoniam duæ naturæ repetitæ sunt multum inter se dissimiles, corpus et inane, in quo inani corpora prima sunt et mo-

ventur, et res quæque gignuntur, seu geruntur: necesse est, hanc utramque naturam esse per se meram, et puram: i. e. et corpora prima, quæ dicimus esse principia rerum, esse inanis expertia: et contra inane esse incorporeum, et ab omni corpore vacuum. Sed dicit aliquis, in inani feruntur et moventur corpora prima; ergo non est ullum purum inane. respondeo, ea ratione inane sua natura, et per se purum, ac merum intelligi, quod sedem, et locum, et viam præbet corporibus. Quod si aliter esset, id est, si nullum esset inane per se, et a corporea natura separatum: corpora prima non haberent ubi consistere, aut qua moverentur. quod autem corpora prima in inani, seu per inane moveantur, non iccirco minus inane purum intelligitur. Quin eo ipso, quod in inani corpora prima moventur, ipsius inanis natura pura declaratur. Hoc enim vacui atque inanis proprium est, corporibus locum et viam suppeditare, et corpora in se recipere, et corporibus cedere: contra corporum proprium est obstare, nullumque aliud corpus in se recipere. *Lamb.* Observanda Latinitas, 'Utraque sibi per se est:' arbitror autem istud *sibi* jungendum esse cum *se*; uti dicebant mens mihi, tuis tibi, suis sibi, &c. pro eo qui maxime propius *καὶ διατράτος* esset. Exempla e Plauto Terentioque peti possunt. *Fab.*

508 *Quacumque vacat spatium; et ea vacuum, &c.*] Hoc ipso refelles quod asserit Gifaninus in illo suo Indice ad locum quemdam Ovidii in voce *ut*. Testimonia multa collegit Ciofannus ad Eleg. 1. lib. 1. Ponticorum. *Fab.*

509 *Corpus ea non est*] Corpus ea quidem parte non est, qua parte est inane: sed tamen nihil vetat, quo minus per inane ferantur corpora prima. Hæc igitur verba, 'Corpus ea non est,' sic intellige: ea parte, qua parte est inane, non est corpus,

*Delph. et Var. Clus.*

nempe spectata ipsius inanis natura per se, et separatim, ut principio separato. Pergit autem, et conatur ostendere hoc argumento Lucretius, corpora prima esse simplicissima, et solidissima, utpote inani carentia: quemadmodum inane alterum principium mollissimum est: utpote corporis omnis experti, et corporibus omnibus cedeus. *Lamb.*

510 *Vacuum Inane*] Quod otiosum alias epithetum addidisse notat Turnebus Adv. 5. 24. cum alias aer quoque inane vocetur. Virgil. *Æn.* 12. 906. 'Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus.' quæ nostri est imitatio. *Hav.*

511 *Sunt igitur solida, &c.*] Ergo (inquit) corpora prima, quæ sunt primordia rerum, ab inani separata, eique plane adversa, ab inani sunt plane vacua. *Lamb.*

*Sine inani*] I. e. *ἀνεροῦ καὶ κενῶ,* seu inanis expertia. *Lamb.*

512 *Præterea*] Altera ratio, per quam probat, corpora prima esse inanis expertia. Res genitæ (inquit) habent in se inclusum inane: alioqui non interirent, neque dissolverentur. Quod si ob id intereunt, quia in eis est inane: materiam igitur aliquam solidam et inanis expertem constare necesse est, ne res omnes ad nihilum redigantur. *Lamb.* Vss. 7. supponit in rebus concretis, quas genitas vocat, varia spatiola inania intermixta; et tum adjicit corpora prima, seu simplicia, esse perfecte solida: congeries enim istorum simplicium corporum inania illa continet, et quid Inane potest continere præter solidum, nisi quis fingat inane posse inania complecti? Et demum vs. 2. monet ista solida nulla vi diffringi posse, ideoque indissolubilia esse, et æterna. *Creech.*

*Genitis in rebus inane est*] Alioqui nunquam dissolverentur: imo nunquam creatæ fuissent. *Fab.*

514 *Nec res ulla potest, &c.*] I. e.

*Lucret.*

3 Q

nemo est, qui vera ratione probare possit, ullam rem suo corpore inane continere et celare, nisi id, quod continet et celat ipsum inane, solidam esse fateatur. At hoc solidam nihil aliud esse potest, quam primorum corporum congressus. *Lamb.*

516 *Si non*] Pro nisi. quod amat *Lucretius. Freig.*

*Quod cohibet*] Id quod continet ipsum inane in se inclusum. *Lamb.*

518 *Concilium*] Cætus, congressus, *συναδουσι. Lamb.*

*Quod inane queat rerum cohibere*] Ita libri vet. *inane rerum*, i. e. in quo res geruntur. supra vers. 440. Et ita semper loquitur. vulg. *teotum*. pessime. *Gif.* Secutus eram olim libros excusos Parisiensis, Venet. recentiores, Florent. Lugdunensis, in quibus scriptum est, *quod inane queat teotum cohib.* Nunc manuscriptos omnes, quibuscum consentiunt Veneti antiq. et Vicet. qui habent, *quod inane queat rerum cohibere*, sequi malui: cæjus scripturæ rationem exputare non possum, nisi forte dicamus, *inane rerum* dici a *Lucretio* alteram naturam rerum, quæ appellatur *inane*. supra enim dixit, duas esse naturas duntaxat in rebus, corpus et inane: et quæ iis accidunt. *inane rerum* igitur, i. e. id principium, seu eam naturam, quæ est in numero rerum: vel inanitatem rerum, quomodo usurpavit *Persius* Sat. 1. 1. 'quantum est in rebus inane?' vel potius *inane*, quod est in omnibus genitibus, ut supra, non longe: 'quoniam genitibus in rebus inane est.' Non placet autem quod *sycophanta* quidam, et germanus *Zollus*, *inane rerum* sic explicat: inane, in quo res geruntur. i. e. feruntur, seu moventur, inquit ille. *Lamb. Inane queat rerum.* Hic vero naviter ridiculus est *Gifanius*. Sed jam a *Lambino* vapulavit. *Fab. Inane rerum.* Id inane quod in rebus genitibus est, ut vs. 512. *Gifanius*, Illud inane in quo res geruntur vel moventur:

absurde. Quidam *Codd.* pro *Rerum* habent *Teotum*. *Creech.* Ita probatioribus *Mss.* et editionibus meliores, quomodo et ex veteribus membranis restituit *Turneb.* Adv. 19. 15. *Hæc.*

519 *Materies igitur, &c.*] I. e. corpora igitur prima æterna esse possunt, cum cetera, nempe genita omnia, intereant aut dissolvantur. Sic *Diogen. Laërt.* ταύτα δὲ τὰ σώματα ἔστω ἄχροα, καὶ ἀμετέβλητα, ἕτερον μὴ μέλει πάντα εἰς τὸ μὴ ἂν φθορῶσιν. id est, hæc autem corpora sunt individua, et immutabilia, nisi velimus, omnia in id quod non est interire. *Lamb.*

520 *Esse æterna potest*] *Melioris.* vult enim dicere, debet. *Exempla* alibi. *Fab.*

*Dissolvantur*] Tertia vocalis separatur a sequente metri gratia, ut in illo patet *Horatiano*, Od. 1. 23. 4. 'Auratum et sylve meta:' pro 'sylvæ.' Est enim trisyllabum in *Horatio*. In hoc licentiosus est quam maxime *Tibullus*, Græcos poetas imitatus. *Pius.* Vel dicendum est versum esse spondiacum, vel fieri *διάρσιον* hoc modo, *dissolvantur.* *Lamb.*

521 *Tum porro, &c.*] Alio vs. 8. argumento soliditatem principiorum confirmat. Ut enim, nisi *Inane* foret, omne (quod olim absurdum esse demonstraverat) esset Plenum: sic nisi Plenum aliquod foret, ideoque perfecte solidum; totum quacunque patet universum esset spatium *Inane*, quod non minus incongruum et absurdum. Huc spectant *Epicuri* verba apud *Plutarchum* de *Placitis Philos.* 1. 3. ἔτι δὲ ἔστω Ἄχροον, σαφές· καὶ γὰρ ἔστι στοιχεῖα ἀεὶ ἔστω, καὶ ἀπὸ τοῦ κενῆ διορίζεται. ut emendat *Gassendus.* *Creech.*

522 *Certa*] Ita *Vet. libri* fere omnes, ut et *mox. Marullus: cæca.* et ita quidam libri, et omnes vulgati fere. Quod tamen inrepsit ex aliis locis. Vide *Cæcus* in *Indice*, et *inf.* vs. 527. et 4. 85. *Gif.* Si legemus corpora cæca, ut habent omnes libri

valgati, *cæca* interpretabimur, sub aspectum non cadentia, et oculorum obtutum effugientia, *ἀδραρα*. Sin, ut manuscripti, Vaticanus, et Bertin. et Memm. *corpora cæta* (quam lectionem nunc magis probo) dicemus, corpora finita non numero, sed ratione. *Lamb. Cæca. Certa* rectius: ut et vs. 527. *Creech.*

523 *Quæ loca complerent*] Quæ complerent spatia, seu *διωρθήματα* a se occupata, et possessa. *Lamb.*

*Quæcumque*] *Quæcumque* veteres quidam. *Gif.*

524 *Omne quod est spatium, vacuum consistat inane*] Hæc verissima inter-junctio. Vacuum, inane semper vocat. *Gif.* Parum admodum refert, utro modo distinguas, hocne modo, *Omne, quod est, spatium vac. const. inane.* an illo, *Omne, quod est spatium vacuum, &c.* ego tamen priore modo malo. Nam per *omne* significare videtur, τὸ πᾶν, i. e. universum. *Omne* igitur quod est, inquit, i. e. universum, esset *spatium* vacuum, atque *inane*: neque præter inane quicquam esset in natura rerum. Hæc est hujus loci sententia, quantumvis reclamant licet similiti. *Lamb.*

525 *Alternis*] *Alternatim.* *Lamb.* Corpus inani distinguitur, inane autem corpore. miscentur, temperantur, alternatim coalescunt, si ita licebit loqui. *Fab.*

526 *Quoniam nec plenum naviter*] Quoniam nec plenum est duntaxat in natura rerum, nec inane. *Lamb.*

*Naviter*] Prorsus, *ἀπὸβῆς*. Sed ne quis erret, non dicit Lucretius, id, quod est plenum, id est corpus solidissimum, et *ἄροπος*, non esse naviter plenam. nam contra supra probatum est, et id, quod est corpus seu plenum. esse sine inani, et merum corpus: et inane, esse merum inane, ac sine corpore: sed docet, hoc universum neque esse prorsus plenum, et corpus merum, nec vicissim prorsus inane, sed corpore, et inani distinctum.

Nam et in inani corpora prima assidue moventur; et inane corporibus locum præbet, ubi moventur. Vel hoc dicit, nihil esse motum, quod vel prorsus plenum, vel prorsus inane sit. *Lamb.*

*Nec plenum naviter*] Nil est quod ait plenum naviter, neque quidquam est quod sit plane vacuum sine omni pleni mixtione. Loquitur autem de rebus genitis seu concretis, non autem de principiis rerum. Quamquam principia dici non possunt plena, sed solida. *Fab.*

527 *Corpora cæca*] Corrige tota. hoc est, corpora solida: quæ undecunque penitus plena, sunt meatus nullos habentia. *Pius.*

528 *Pleno*] Recte, ut liquet e vs. 526. quoniam vero in Ms. Cod. necio quo *parva* legitur, aliquis legendum conjicit, *Quæ spatium parva possunt distinguere inanis*: i. e. efficiendo ne sit inane. *Creech.*

*Pleno possit distinguere inane*] Cum in Gottorp. cod. atque aliis nonnullis libris Mss. reperiretur: *parva possunt dist. &c.* Vossius legendum conjicit: *Quæ spatium parva possunt distinguere inanis.* ut *parva inanis* q. d. *damno inanis*, significet: *efficiendo ut sit Inane.* Et Vossii autem Mss. quidam liber penitus habebat, unus autem pro *inane*, *inanis*. *Preig.*

529 *Hæc neque dissolvi, &c.*] Res omnes genitæ dissolvuntur atque intereunt vel injuria externa, et ictibus extrinsecus inflictis, vel interno aliquo vitio. Corpora prima autem (inquit Lucretius) neutro modo dissolvi, aut labefactari, aut perfringi possunt, neque ullo alio modo. *Lamb.* Postquam soliditatem corporum primorum demonstraverat, eorum eternitatem adstruit vs. 12. Solida enim sunt perfecte plena, nullum inane continent, ideoque dissolutioni minime obnoxia; omne enim corpus quod divisibile exsolubileque est, tale est, propter Inane interceptum, par-

tes dissocians, et ingressum præbens virtuti externæ, ad eas sejungendas : Id vero quod inextricabile indivisibileque est, tale est, quia omnino plenum solidumque, quod nullum Inane habeat ex quo partium separationem timere possit. Epicurus ad Herodot. definit Atomum Πλήρη τῶν φύσιν, καὶ οὐκ ἔχουσαν ἄπλη, ἢ ὅπως διαλυθῆσεται. *Creech.* Neque extrinsecus. Quia plagæ nil possunt sine inani, qua scilicet penetret. *Fab.*

530 *Nec penitus*] Quia, cum sint solida, nullus locus plagis internis esse potest. *Fab.*

*Retexi*] Ἀναλύεσθαι, resolvi. *Lamb.* Dissolvi, ita ut textura pereat. Notum est τὸ Re habere aliquando vim ἀνασκευαστικῆν, ut refixit, revelare, &c. *Fab.*

531 *Nec ratione alia*] Nulla enim esse potest, nisi ex utraque superius posita constaret. *Fab.*

*Tentata*] Sic dicimus Latine, *morbō tentari.* idem 6. 1114. 'Atthide tentantur gressus, oculique in Achæis Finibus.' Idem hoc eod. lib. vs. 682. 'Quæ nondum clueant ullo tentata periculo.' Horat. *Epiat.* 1. 6. 28. 'Si latus aut renes morbo tentantur acuto.' *Lamb.*

532 *Id quod jam supera*] I. e. supra. sic autem habent quattuor libri manuscripti, quibuscum consentiunt Parisienses. *Lamb.*

*Capere*] Δέχεσθαι, recipere. *Lamb.*

535 *Manabile frigus*] Quod Virgil. dixit penetrabile : i. e. quod facile in parteis intimas penetrat. sed mirum nomen 'manabile,' a verbo manandi, cum sit absolutum. tale est interibile ab interire, apud Arnobium lib. 2. 'Quod et illis argumenta sunt præsto, quibus eas passivas atque interibiles invenitur ; et his contra non desunt, quibus esse divinas immortalisque monstratur.' *Lamb.*

536 *Nec penetr. ign.*] I. e. qui in res omnes, quibuscumque adhæserit, sese cito insinuat. *Lamb.*

*Conficiuntur*] Perficiuntur, consummantur, absolvuntur : juxta illud Ovidianum *Met.* 1. 432. 'Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat, et discors concordia factibus apta est.' In alia significatione conficere idem est quod enecare et occidere : unde ferarum confectores appellati, qui conficiant bestias : hos multi bestiarios appellant. *Pius.*

537 *Et quam quæque magis*] Sic est legendum, reclamantibus omnibus exemplaribus, et libr. vulgatis. Sic enim loquuntur Latini : quo magis, hoc, vel eo magis : quanto magis, tanto magis vel tam magis : quam magis, tam magis, seu tanto magis. Itaque cum hoc loco ita scriptum esset, *Et quo quæque magis,* et cætera, *Tam magis,* &c. ego et ab aliis locis admonitus, et consuetudinis Latinorum memor, scripturam vulgatam emendavi. *Lucretius* 2. 197. 'nam quam magis mersimus (al. ursimus) altum Directa, &c. Tam cupide sursum revomit magis.' Idem 4. 249. 'et quanto plus aëris ante agitur, Et nostros oculos perterget longior aura, Tam procul esse magis res quæque remota videtur.' Licet et alia ex hoc scriptore exempla colligere. sic *Virg. Æn.* 7. 787. 'Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.' quem *Virgillii* locum *Quintilianus* ait esse ex illo versum, 'Quam magis ærumna urget, tam magis ad malefaciendum viget.' Idem *Virg. Georg.* 3. 309. 'Quam magis exhausto spumaverit nberè mœstra, Læta magis.' quo in proximo exemplo subintelligitur *tam.* *Terentius Adelp.* 4. 5. 63. 'nisi quia quam Miserè hoc cupio esse verum, tam vereor magis.' *Plaut. Bacch.* 5. 1. 5. 'quam magis id repeto, tam magis uror.' Idem *Pœnulo* 1. 2. 135. 'Quam magis aspecto, tam magis est nimbat, et nugæ mera.' *Lamb.* *Lambinus* *quam.*

contra libros omnes. *Gif. Quam. Quo Omnes Codd.* Lambinus tamen multis aliis exemplis monitus *Quam* edit. *Creech.*

538 *His rebus*] Videtur legendam, *Tam magis* ictibus hæc penitus tentata labascit. Scio quidem esse, qui per ista verba (*his rebus*) ignem, humorem, &c. intelligant; sed hoc loco agitur de *plagis* in universum, æstu, humore, frigore, &c. Tamen vide Emendationes. *Fab. Ictibus hæc* legit *Faber*, et addit, se quidem scire esse qui per ista verba (*his rebus*) ignem, humorem, &c. intelligant (*Lambinus* notat) sed hoc loco agitur de *plagis* in universum. Ingeniose fateor, at quis non videt *his rebus* aptissime respondere istis verbis vs. 536. 'Quibus omnia conficiantur?' *Creech.*

541 *Præterea nisi, &c.*] *Præterea* (inquit) nisi materia fuisset æterna, res omnes genitæ ad nihilum redactæ essent: et quæcumque videmus, ex nihilo renata essent. *Lamb.* Alio vs. 11. pugnat argumento e communi illo Epicuræorum effato, De nihilo nihil, et in nihilum nihil, deducto. Si enim prima rerum semina interirent seu dissolverentur, in nihilum reciderent: nulla enim sunt priora primis principia in quæ resolvi possint. Ideoque res quotidie natæ e nihilo orientur. Æterna igitur esse semina, vel res e nihilo oriri, quo nihil absurdius dici posse philosophi crediderunt, concedatur necesse est. Epicurus ad Herodotum, τὰυτὰ δὲ τὰ σώματα ἴστων ἔτομα, καὶ ἀμετάβλητα, ἔπειρ μὴ μᾶλλον πάντα εἰς τὸ μὴ ἐν φθαρῆσθαι. Versu autem 549. et duobus sequentibus hanc Principiorum immortalitatem solidæ istorum simplicitati deberi breviter ostendit. *Creech.*

543 *De nihilo quoque nata*] Ita recte quidam libri. In quibusdam vet. *quæ nata, quæ tanta, quæ rata.* sæpe *que* pro *quoque* positum est ob notas: et r pro n. Nec mutanda scriptura est

ex loco inf. vs. 675. Similia vide inf. 3. 710. 716. *Gif.* Sic restitui a codicibus manuscriptis ad hanc scripturam quasi manu ductus: in quibus scriptum est partim, *De nihiloque nata*: partim, *quæ rata*: partim, *quæ nata.* ex qua postrema scriptura alii fecerunt, *De nihilo quæ nata*, ut habent omnes fere vulgati codices: alii, *De nihilo quoque nata*: quæ tamen probabilis lectio est. alius, nescio quis, in cod. Bertiniano reposuerat, *De nihiloque creata.* Sant et qui legunt, *De nihiloque parata forent.* sed ita legendum esse, ut excudendum curavi, evincit locus similis infra eod. lib. vs. 675. 'De nihiloque renata virescat copia rerum.' Quod autem quidam sycophanta negat ex illo loco hunc sic esse scribendum, ego mendaci et perjurio non credo. *Lamb.* Quod necessario sequitur. al. *de nihiloque renata.* *Fab. Quæ nata.* Nard. vitiose *Quidam Nihilo quoque nata.* Alii *Nihiloque creata.* *Gassendus reducta.* *Creech.*

547 *Dissolvi quo*] I. e. in quæ primordia res quæque genitæ sui interitus tempore dissolvi queant. *Lamb.*

547 *Supremo*] Ultimo. *Horat. Epist. ad Torqu. 1. 5. 3.* 'Supremo te sole domi Torquate manebo.' Idem ad *Alb. Tib. 1. 4. 13.* 'Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.' *Lamb.*

548 *Suppeditet*] *Suppetat*, satis sit, *ἐπαρκείν*, vel parata sit. Nam *suppeditet*, hoc loco absolute accipiendum est, ut sæpe alibi. *Lamb.*

549 *Sunt igitur solida*] Concludit hunc locum hoc modo: Constant igitur corpora prima solida simplicitate, i. e. sunt solidissima et simplicissima: atque ita sunt æterna, quod si non essent solidissima, interirent tandem, neque æterna essent. Si corpora prima interirent: vel non haberent res naturales, semel peremptæ, unde reficerentur, vel ex nihilo reficerentur: quod fieri non posse probatum est. *Lamb.*

550 *Nec ratione queunt*] *Lego queant*, possint, possent. *Fab.*

552 *Denique si, &c.*] Perperam Marcellus hunc ordinem contra veteres libros omnes mutaverat; quod et alii male sunt secuti. *Gif.* Scio hos quatuordecim versus, qui deinceps ab hoc numerati sequuntur, in codicibus vulgatis ordine converso infra versum, cujus principium est, *Innumerabilibus plagis, &c.* collocari. Ego tamen, quem ordinem in quinque codicibus manuscriptis, et in Venetis antiquis, in Paris. in Vicetinis reperi, servavi. *Lamb.* Sic habent libri manuscripti. sententia autem hujus loci hæc est: Si non essent aliqua corpora solidissima, quæ numquam ulla vi frangerentur; et si non esset tam rerum frangendarum finis, cum ad ea corpora perventum esset: jam corpora prima, i. e. primordia rerum, ita ad nihilum essent redacta, ut nihil ex illis conceptum et concretum ad justam magnitudinem pervenire posset, &c. *Lamb.* Nobilis quæstio. Senans est: Nisi finem certum frangendis seu dissolvendis rebus natura statuisset, ita jam deminuta corpora primordialia essent, nihil ut ex iis posset maturescere: at nunc, uti sese res habere videmus, finis aliquis rebus frangendis est, ultra quem nullus progressus datur. Itaque solidam aliquid et *ἀβραστον* in natura sit necesse est, unde omnia revirescant. *Fab.* Iterum vs. 14. monet reram omnium incremento statutum esse certum et definitum tempus; ideoque semina e quibus istæ res augentur certæ esse molis, indissolubilia etiam, nec frangi posse: aliter enim per infinitum illud, quod abiit, quod fracta et dissipata in tam exiles minutias redacta fuissent, ut nullis unquam, ideoque non paucis annis reficerentur, et in molem coalescerent. Et hæc omnia agnoscet qui res citius dissolvi, quam refici posse cogitat. *Creech.*

556 *Finem*] Codices fideiiores reseruant *forem*: quam lectionem maxime probe. *Florem* expone absolutam crescendi perfectionem. *Pius.* Ita omnes fere. veteres quidam tamen *forem*; quod etiam rectum est, sed ex aliis locis inrepsisse videtur. *Vid.* similia inf. §. 771. *Gif.* *Finem* Quidam libri manuscripti, et nonnulli typis excusati habent, *pervadere finem*: quos ego sequor. *forem* tamen, quod in aliis libris reperitur, non improbo. sic enim sæpe alibi, ut *infra*. statim 565. 'quibus possint ævi contingere *forem*.' et §. 771. 'capitum ætatis tangere *forem*.' et §. 845. 'Nec potuere capitum ætatis tangere *forem*.' *forem* autem, i. e. ἀκμῶν, justum et perfectum vigorem. *Lamb.* *Florem.* *Finem* G. *Lamb.* alitque, istamque etiam vocem *Fayus*, qui aliorum errores semper approbat, tuetur. At *Finem* vel prorsus enervat argumentum, vel saltem infirmis reddit, et obscarius. *Flos* ætatis, ἀκμῆ, justus perfectusque vigor. *Creech.*

557 *Nam quidvis citius diss.*] Facilius est diruere, quam ædificare. sententia vulgata. Sic *Isoc.* πρὸς Φίλιππον Ἐπιστολῆς, ἐπι σποσθησὶ μὲν ἄνω ἔργα χυλῶν, διαλῦσαι δὲ βέβαιον. i. e. 'Scientes componere quidem in rebus omnibus esse difficile, dissolvere vero, et diruere, facile.' *Plutarch.* περὶ τοῦ ἀκοῦσαι Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμετέροις ἀκοῦσαι, ἐπι Φίλιππον Ὀλυμπον κατέσκαψεν, ἀλλ' οὐκ ἀναστῆσαι γὰρ ταύτην, ἔφη, πόλις ἐκείνη ἐν συντομίᾳ. i. e. 'Quemadmodum Lacedæmonius ille, cum audisset, *Philippum* *Olyntium* funditus evertisse: at talem urbem (inquit) de integro excitare non possit ille.' *Lamb.*

558 *Quapropter longa diei infinita ætas anteacti temporis omnia Quod frangisset adhuc disturbans dissolvensque, Nunquam reliquo reparari tempore posset.* Rem vero admirabilem, scilicet! 'Ætas longa diei infinitæ anteacti temporis!' quid hoc? Si serio lo-



quendam, et libere, dicam, Nūgæ et mera *ἀπαθία*. Legendum enim, *quæ propter longa dies, et Infinita ætas anteaçii temporis omnis, &c.* Notum illud: *Longa dies homini docuit parere leones.* Et hoc Lucretii in 4. 201. 'hæc pacto cernantur lapsa diei.' i. e. temporis. Neque unquam aliter scripsere, qui pure et Romano ore locuti sunt. *Fab.* Faber legit *Longa dies, et Infinita ætas*, et hanc emendationem hujus libri vs. 224. *Infinita ætas consumas, anteaçia ieque* egregie confirmat. *Creech.* Iterum hic adjectiva duplicat. *Hæc.*

559 *Infinita ætas*] Infinitum tempus præteritum. Si legis *infinita*, jungæ cum diei. *Pius.*

*Anteaçia temporis omnis*] Sic habent libri manuscripti. *Lamb.*

560 *Adhuc*] *Est rō rō in hunc usque diem.* *Fab.*

561 *Numquam reliquō*] Ita veteres quidam. *Fab.* In aliis quibusdam: *Reliquō id numquam.* *Vulg. Id numquam reliquō.* *Gif.* Sic habebant etiam nostri libri veteres: quod cum in prima editione non observassem, admonuit me *Adr. Turnebus.* *reliquō* porro quattuor syllabarum est. *Lamb.* Ita *Mss.* uterque *Lugd. Bat.* nisi quod *relicuo* scribatur in *Sec.* et quum ita quoque manu prima in primo existisset, mutatam deinde atque interpolatam est. Ita quoque *Turnebus Advers. 19. 15.* et ipse *Lucretius 4. 972.* 'Reliquās tamen esse vias in monte patentes.' *Hæc.*

562 *At nunc mirum*] Concludit, certum finem esse rerum frangendarum, ad quem cum perventum fuerit, tum res frangi desinant. Ex que efficitur, ut sint quædam corpora minima et solidissima, inanis expertia, quæ numquam frangi possint: ex quibus res quæque et reficiuntur, et ad ætatis florem, justamque magnitudinem perveniunt. *Lamb.*

564 *Generatim*] Itaque genera seu

species non minuuntur, *οὐδ' ἀλλοιοῦνται.* *Fab.*

565 *Contingere*] Consequi, adipisci. *Lamb.*

566 *Huc accedit*] Alia ratione probat, primordia rerum solidissima esse oportere, nempe quod, quamvis sint talia, possint tamen in concilio et congressu, id est, in rebus gignendis, effici mollia, inanis interventu, ut ita ex iis fiat aer, aqua, vapores, et similia. at si essent sua natura mollia, non possent ex iis fieri silices, ferrum, adamas, et similia. *Lamb.* Alii *Hæc.* quod idem est. *hoc*, pro *huc*, *isthoc*, pro *isthuc*; *titivillia* grammaticæ. Sententia est: Sed cum solida sint prima corpora, unde mollities, *ὀψόρη*, et liquidum concretum, &c. Ex admistione inanis. *Fab.* *Huc accedit uti, &c.* Atomorum soliditatem vs. 12. confirmat. Quia enim manifestum est esse in rerum natura corpora dura ac mollia, declarat, si principia quidem assumantur solida, posse ex illis fieri non modo res duras, ut perspicuum est, verum etiam molles; quoniam quod concrevit ex ipsis mollescere poterat ex intermestione inanis. Sin autem mollia supponantur; tum poterant quidem res effici molles; at nulla ratio suberit cur possint dici duræ effici; soliditate viz. quæ est fundamentum duritiei, nulla extante. *Gassendus.* *Creech.*

567 *Cum constant*] Sic legendum, et ita scriptum est in quattuor libris manuscriptis: quibuscum faciunt aliquot typis impressi, ut *Parisiens.* *Venetici antiqui.* *Vicetini.* quod annotavi, ne quis semidoctus putet repouendam, *cum constant.* illo enim modo potius loquebantur antiqui. *Lamb.* Pro, *cum constant.* Ita scilicet loqui mos erat. Istud enim *cum* eandem vim habet ac *rō quamvis*; sed *quamvis* apud *Horat.* *Ovid.* *Sallust.* cum primo modo junctum videas. exempla ex iis peti possunt. *Fab.*

568 *Aer, aqua, terra, vapores*] Vapor, ignis est. Dices, ergo elementa non sunt prima corpora; non sunt, neque adeo possunt. quid ita? quia concreta, quia *συστήματα*, &c. Elementa enim sunt principia secundaria, ut vulgus loquitur. *Fab.*

569 *Quo pacto fiant*] Scribe interrogative: quomodo fiunt mollia, scilicet cum e solidissimis principiis oriuntur? Et qua vi? Qua potentia? *Quæque gerantur. Lego gerantur?* per interrogationem. Mirum est, inquit poëta, ex solido corpore genita, fieri corpora meatibus plena. Interrogat quomodo hæc, quæ contradictionem inferre videntur, geruntur. *Pius.* Tmesin, quocunque modo fiant, et quacunque vi gignantur illa, nempe aër, aqua, terra, vapores; proinde quasi dicat, Non est enim hujus loci docere, quomodo ex primordiis solidissimis fiant aër, aqua, et cetera mollia. Mendose in aliis libris legitur, *Quæ vi quæque gerantur.* legendum enim, *Qua vi quæque gerantur.* quantumvis reclamant quidam *βέλους σικοφόρου.* *Lamb.*

*Et qua vi quæque gerantur*] *Quæque.* ut et supr. vers. 130. Lambinus *gerantur.* male, contra libros vet. *Gif.* Isthuc *cumque* jungi cum *pacto* debet, ut et cum *vi.* *Gerantur* autem, optime Lambinus. At *Gifaninus* qui male istud ab illo introductum queritur, nimis nugator est. Deinde quid discriminis inter *rd genere* et *gerere*, non viderat. *Fab.* *Quæque gerantur Nardius. Gerantur Gif. et Parens* amant. *Gerantur* tuetur Lambinus. Totum vero hunc versum tanquam importunum, et malæ fidei possessorem, ex hoc loco amovendum esse censeo: at si quis retineat, cum Lambini explicatione abeat contentus. Hæc enim ille: Quocunque modo fiant, et quacunque vi gignantur illa, nempe aër, aqua, terra, vapores; proinde quasi dicat, &c. *Creech.* Sic

cum *Gifanio* legimus. Quicquid aliter post Lambinum statuant viri docti. *Preig.* Ex consensu optimorum codicum Mss. *gerantur*, quod mihi satis aptum videtur, hoc loco retinui. *Hav.*

570 *Semel*] Ita præclare legunt Mss. quum etiam Ed. Bas. hanc vocem in marg. ut ex Ms. haustam agnoscat. *Simul* enim, quod hactenus locum occupavit, plane hic est inconveniens. Veteres vero eleganter hac voce *semel* sunt usi. Lucan. 3. 147. de Cæsare: 'semel omnia victor Jusserat.' et de Pompeio 8. 705. 'Pompeiusque fuit, qui nunquam mixta videret Læta malis: felix nullo turbante Deorum, Et nullo parcente miser. Semel impulit illum Dilata Fortuna manu. pulsatur arenis,' &c. et alibi. Quod ipsum verbum Tertulliano in Apologetico, et aliis auctoribus suo tempore restitimus. *Semel.* omnino, *eens voor al.* *Hav.* *Simul.* Cur *simul?* Nonne sufficit *admistum* dixisse. *Legere* cum *Lib.* Mss. *semel.* quo sensu Lucanus etiam: alibi, et lib. 6. sine: 'Nequeunt animoni sibi reddere fata Consumpto jam jure semel.' *Preig.*

572 *Unde queant validi*] Hunc versum producit testem Nonius Marcell. in voce *silex.* *Lamb.* *Validi silices.* Huo respexit Servius ad Virg. *Æn.* 8. 233. 'Stabat acuta silex,' ita scribens: 'Pene omnes hunc silicem dixerunt. Nam et Varro et Lucretius ita dixerunt. Tanta tamen est Virgillii auctoritas ut persuadeat nobis, etiam hanc silicem dici.' *Hav.*

573 *Nam funditus omnis Principio fundamenta*] *Fundamentum* cujusque rei debet esse firmissimum ac solidissimum. At si principia rerum essent mollia, fundamentum rerum naturalium esset infirmum, imbecillum, fragile, et caducum. Ergo primordia, seu principia rerum non sunt mollia, sed potius solidissima. *Lamb.*

*Omnis. Omni G. P. recte. Creech.*

*Porro si nulla est]* Quod est falsum Epicureorum sententia: sed Peripatetici volunt esse verum. Sciendum est autem, hæc duo, nullum esse finem rebus frangendis, et res in minimas partes non resolvi, ratione, et sententia unum esse, vel se mutuo consequi, atque inter se congruere. nam si res non resolvuntur in minimas partes; ergo nihil erit minimum: ergo erit aliquid minus: ex quo consequetur, ut res omnes in partibus infinitas dividi possint. *Lamb.* Ut isti volunt, non Epicurus. *Fab.* Ultimam, quo utitur, argumentum vs. 7. jam probatis nititur. Olim demonstraverat, vel semina quædam ab æterno indissoluta et infracta esse, aut nullas res omnino nasci, vel e nihilo oriri potuisse: res nasci ipsi sensus demonstrant, et nihil e nihilo oriri fatentur omnes; si vero nullum esset solidum quod frangi et dissolvi nequeat, ubi inveniremus corpora illa ab æterno indissoluta et infracta? Cum enim fragiles moleculæ infinitis occuribus ictibusque obnoxie sint, fieri non potest, ut tam diuturno tempore non sint exsolutæ. *Creech.*

*Porro si nulla est, &c.]* Hi 7. versus non inveniuntur in B. v. 630. pro *Tempore* Fayus legit *Corpore*; et pro *quædam* alii *Quæque*. utrumque imperite. *Creech.*

579 *Quædam]* Sic legendum, non *quæque*, nec *quæquam*: quæ duæ scripturæ vitiosæ natæ sunt fortasse ex illa depravata *quæquam*, quæ reperitur in duobus manuscriptis: depravata est autem ex recta *quædam*, cum a librario d littera esset inversa. Sed hujus loci sententiam explicemus. Demus (inquit) nullum esse rerum frangendarum finem, quod tamen est falsum. verum tamen demus. certe nihilo minus necesse est aliqua corpora *superare*, i. e. superare, et *pervivere* rebus gignendis, quæ corpora nullo periculo fuerint tentata. alioqui

consumpta materia, et rebus ætate confectis, vel corruptis, vel nihil renasceretur, vel res ex nihilo reficerentur: quod est *δδύρατος*. *Lamb.*

*Tamen]* Pro *tandem*. Plaut. Terent. *Fab.*

581 *Clueant]* Sint. *Fab.* An ex Mss. ductu scribendum? *Quæ nodum cicant nullo t. p. i. e.* quæ densam et stipatam efficiant materiam. Non tamen temere mutandum, sæpe enim *cluere* a poëta pro *esse* dicitur. *Har.*

582 *At quoniam]* Argumentum est a repugnantibus. Si quis dicat, corpora prima esse fragili natura prædita, nequeque esse solidissima, hæc pugnant inter se, et illa esse fragilia, et eadem ab æterno tempore ad hunc diem integra et salva remanere potuisse, cum assiduis ictibus fuerint verberata ac vexata. atqui salva et incolumia remanserunt: alioqui res ex nihilo reficerentur. ergo corpora prima sunt solidissima, neque fragili natura prædita. Est igitur in rebus aliquid minimum: et frangendarum rerum modus, et finis est aliquid. *Lamb. Et quoniam.* Falsa suppositio ex assertione Peripatetica. *Fab.*

585 *Denique jam quoniam]* In duobus cod. manuscript. et in aliquot excusis etiam hoc loco, ordine mutato, deinceps sequebatur hic versus, cum aliis sex, *Porro si nulla est frangendi redd. fin.* ego secutus sum plerosque typis excusos, neque tamen meum esse puto hunc vel illum ordinem probare, aut improbare. *Lamb.* His vs. 15. aliam subjicit rationem Lucretius ductam ex multiplici naturæ constantia, ut in provehendis semper animantibus ad certas usque virium, incrementi, ac vitæ metas, in imprimendis semper iisdem singulorum generum discriminibus et notis; quæ præstitura sane non esset, nisi principiis uteretur certis, et constantibus, atque adeo dissolutioni, mutationique non obnoxiiis. Unde enim seminibus quotidie mutatis ista

tam pertinax constantia? profecto non eadem hominibus, aliisque animalibus, constaret forma: quædam immensis viribus et longævitate fruerentur, dum alia ejusdem generis pusilla nimis essent, et brevissima ætatis: frequenter albos corvos, et aliquando nigros cygnos videremus. Creech.

586 *Vitamque tuendi*] Quidam libri habent *tenendi*, minus recte: quamvis non me fugiat, Latine dici *vitam retinere*, et simplex pro composito interdum usurpari solere. Lamb. Rebus etiam inanimatis vitam hoc loco, ut supra ævi ætatisque finem ac florem cuique suam tribuit. vid. vs. 556. 565. *Preig.*

587 *Fœdera naturæ*] Senec. in *Medea* non minori elegantia 'fœdera mundi' dixit. Sic enim ille vs. 335. 'Bene dissepti fœdera mundi Traxit in unam Thessala pinus Jussitque pati verbera pontum.' et vs. 606. 'Vade qua tutam populo priori: Rumpæ nec sacro, violente, mundi Fœdera sancta.' adde Claud. 1. in *Raff.* in princ. *Preig.*

589 *Nec commutatur quicquam*] Et quando nulla res genita suam nascenti conditionem mutat, aut a suo naturali ordine discedit, immo vero constantissime legem a natura descriptam, ratumque ordinem servat, usque adeo, ut corvi nigri ex corvis nascantur, et e cygnis cygni candidi gignantur: nimirum dicendum etiam est, prima corpora, ex quibus cetera constant, et quidem multo magis, esse immutabilia. legendum autem est, quia omnia constant, potius quam, ut vulgo, quando omnia constant. Lamb.

*Quin constant*] Imo constant. iu al. quando. male. *Fab.* et *Creech.* Constant. Suam naturam, suumque ordinem servant, *Usque adeo, ut variæ volucres, &c.* Lamb.

590 *Variæ volucres*] Varios colores habentes. Propertius: 'Aut variam plumæ varicoloris avem.' *Pins.*

*In ordine*] Ex ordine, vel ordine, ἰσότης, vel ἰσότης, una serie, perpetue. *Plant. Terent. Virgil. Fab.*

591 *Ostendunt*] Sic habent libri manuscripti, nam vulgati habent *ostendant*, mendose. Lamb.

*Maculas generalis*] Sic legendum, non *genitales*. et ita mox: *generatim*. *Gif.* I. e. sui cujusque generis proprias. quidam legi volunt *genitalis*, i. e. a natura insitas, atque a primo statim ortu tributas: non probet. Lamb.

*Corpori inesse*] *Mss. Corpora.* Fortasse etiam *esse*. ut *supr.* vs. 387. et *inf.* vs. 658. *Gif.* Alias *corpore inesse*, i. e. in corpore esse. Lamb.

592 *Materiæ*] *Primordiorum. Fab.*

594 *Revicta*] Ita veteres. Alii: *revincta*. *Gif.* I. e. vicissim victa, et superata. sic restitui secutus libros manuscriptos, et nonnullos typis excusos, in his *Paris. Venet. antiq. Vinctin. Lamb.*

597 *Utque alts terminus hæreat*] Vide supra vs. 78. et *inf.* 5. 91. *Gif.* I. e. terminus firmus, ac stabilis, et qui nullis viribus convelli potest. hic verus, et superior, supra positi sunt non longe a principio. Lamb. *Terminus hæreat.* Ita *Mss.* omnes; quomodo cum etiam omnes membranz quas Lamb. inspexit habeant, merito damnes licet *Gifanii*, *utque alts terminus hæreat.* vel, quod *Faber* et *Creech.* receperunt, *atque alts terminus hæreat.* sumptum a termino qui finem agri cuiusque signat. *Olympius Nemesianus Ecl. 1.* 'Sub te raris amor, sub te reverentia justi Floruit; ambiguos signavit terminus agros.' *Han.*

598 *Generatim sæcla*] I. e. genus omne animantium quodque suam naturam, &c. referre possent. *generatim-sæcla*, hic et passim *Lucretius* dixit; ut 'semper-lenitas' apud *Ter.* et 'semper-deus' apud *Virg.* et similia. *Preig.*

*Sæcla*] I. e. animantium genera.

*Lamb.* Pro singularibus cujusque generis. *Fab.* Simpliciter hoc loco pro omni animantium genere ponit. Staius Lucretium imitatus l. 11. p. m. 497. pro hominibus, vel potius hominum, ut apud Inferos, simulacris: 'Interea longum cessante magistro, Crescat opus, totisque exspectent sacrae ripis.' *Preig.*

. 599 *Natur. motus*, v.] Quod fieri usus docet, et iterum Lucretius 4. non longe ab extr. *Lamb.*

*Motus*] Gesticulationes referunt filii quae sunt in parentibus. Causa est quod sicuti aves colorem in peninis eundem referunt; similiter mores parentum filii representant. quoniam natura primi principii est immobilis. cum idem sit ipsum in filio, quod fuit in patre, neque mutari queat; necessarium est igitur eadem genitiva signa inesse filio, quam inerat patri. De similitudine Plinius haec graphice describit libro septimo naturalis historiae. Similitudinem quidem in mente reputatio est: et in qua credantur multa fortuita pollere; visus, auditus, memoriaeque haustae imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animae subito transvolans effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoque plures in homine quam in ceteris omnibus animalibus differentiae. quoniam velocitas cogitationum animique celeritas, et ingenii varietas multiformes notas imprimit, cum ceteris animantibus immobiles sint animi: et similes omnibus singulisque in suo cuique genere. Haec Secundus. Aristoteles vero libro de generatione animalium secundo de similitudinibus et earum causis enixissime disputat opiniones praesecorum confutans: qui hoc asseriebant semini ex toto corpore defluenti. *Pius.*

*Vultum*] Sic Codices, at *Vultum* non incommode substituitur. *Cresch.*

*Tum porro quoniam*, &c.] Hoc dicit; Quoniam usque ad eum apicem, seu

ad id punctum, et *caecumen*, quodvis corpus minui potest, ut id jam cernere nequeamus: nimirum id caecumen, quod jam sub aspectum non cadit, partibus caret, et minimum est, i. e. non potest esse minus, quam est. Verum ut totius hujus loci sententiam usque ad verum, *Quapropter qui materiam*, &c. facilius consequamur, sciendum est, Peripateticos et Epicureos cum in aliis multis, quae ad hanc disputationem non pertinent, tum in his maxime inter se dissidere: primum quod illi volunt omne corpus in partibus infinitas secari posse, neque ullas corporis partes usque adeo parvas esse posse, ut non possint fieri minores: id est, infinitam nihil esse quidem re et usu, seu functione, et (at vulgo loquimur) actu; sed τῆ δυνάμει, i. e. potestate: quod item sensit Empedocles: Epicurei autem contra, cujusque corporis censent minimas esse partes, id est ejusmodi, quibus nullae possint esse minores, ad quas cum deventum sit, divisioni nullus jam amplius sit relictus locus: deinde quod illi negant inane, ut et Empedocles, et tamen motum recipiunt: Epicurus autem et inane ponit, ac mordicus retinet, et sine inani motum esse non posse contendit. Horum duorum versuum scripturam vulgatam paullum immutavi, partim veterum codicum auctoritate fretus, partim conjectura ductus: quam adjuvat locus, qui sequitur infra vs. 750. 'Cum videamus, id extremum quousque cacumen Esse, quod ad sensus nostros minimum esse videtur.' Saepe autem in hac voce, et *quousque*, et *quos*, peccatum a libraribus est, cum in hoc scriptore, tum in aliis. Venit nunc unius loci in mentem, qui est hoc eodem in libro, infra non longe, vs. 617. 'Quoi quoniam ratio reclamat vera,' &c. pro quo libri aliquot vulg. habent, *Quod quoniam*, &c. *Lamb.* Nunc ager de Minimo, (Epic. δαχτυλον vocabat,) ultra quod nulla de-

tur fractio, contra Peripateticos. Inde probabit atomos suas. Cacumen autem vocat Lucretius punctum illud corporis, ad quod ubi deventum est, nulla sectio datur. *Fab.* Alio vs. 16. utitur argumento, subtili equidem, et quod pauci perceperint: *Semina* secundum Epicurum sunt aliqua quantitate prædita, quod vero quantum est extremum habet. Id autem extremum minimum est quod potest concipi; neque unquam existit ab aliis partibus sejunctum et separatum, atque ex istis minimis tota cunusque seminis moles construitur. Cum vero partes constituentes a se invicem separatæ existere nequeant, a se invicem divelli non possunt: quodcumque enim Corpus ab alio disjungi potest, sine illius ope et auxilio suum Esse tueri valet. Ideoque quodlibet semen simplex necesse est, et indissolubile: quoniam constat partibus concepta minimis, et quas nulla vis potest disjungere, quoniam nulla est vis quæ in nihilum valeat redigere: in nihil enim nihil. Alii legunt: *Quoniam est extremum quodque cacumen Corporis illius, quod nostri, &c.* Creech. Nescio cur veterum lectionem immutaverit Lambin. et qui enim postea secuti sunt editores, cum illa quæ in Mss. etiam L. B. inveniatur et omnib. fere impressis, ferri possit, *Tum porro quoniam est extremum quodque cacumen Corporis illius, quod nostri, &c.* quomodo et Ed. Bas. nisi quod ita distinguat: *Corporis: illius, quod, &c.* Hav.

*Quojuisque cacumen*] Ex quojuisque fecerant quodque. ut ex quo, quod. vs. 617. Vide et inf. 2. 17. 3. 998. *Gif.*

608 *Nec fuit unquam per se secr.*] I. e. neque id corporis cacumen, quod jam oculi nostri cernere nequeunt, fuit unquam a suo toto secretum, aut per se: neque posthac esse poterit: quoniam ipsum alterius pars est. *Lamb.* Sed *ἄρ* et *δωδου* tantum. *Fab.*

605 *Alterius quoniam est ipsum*] In aliis vett. libris: *Alterius quoniam sunt ipsum primaque et ima.* In quibusdam: *Alterius.* Omnia, nisi fallor, mendose. *Gif.* Secutus sum cod. Bertin. et Memm. et quosdam typis excusos. *Lamb.*

*Primaque et ima, &c.*] I. e. et prima, atque ultima, deinde aliæ, atque aliæ partes corpus constituunt. *Lamb.* Non contemnendum, quod unus ex Vossii codd. habet: *primaque et una.* Preig.

607 *Agmine cond.*] Quidam legi volunt, *Augmine condensio, &c.* *Lamb.* Alii leg. *augmine,* melius. Intelligit autem moleculas, quas alibi glomeramina vocavit. *Fab.*

*Naturam corporis*] Quidam veteres: *corporum.* *Gif.* Tandem corpus constituunt. *Fab.*

608 *Necesse est hæere, ut nequeant ulla*] Sic restitui, primum injecta mihi mendæ suspicione ex veterum codicum scriptura, quæ est, *Unde queant ulla,* cum vulgati habeant *Unde queant nulla:* deinde conjectura auguratus ita esse legendum, ut ego excudendum curavi; cum præsertim hanc scripturam ad oram codicis Memm. annotatam reperissem. sententia autem verborum apertissima est. necesse est (inquit) ita hæere, ut nequeant, &c. *Lamb.* Vet. libri quidam; *unde queant ulla.* Forte: *ut nequeant ulla.* et ita Lambinus. *Gif.*

611 *Quæ minimis stip.*] Atqui statim negabit, prima corpora ullis partibus esse prædita. Et certe si partibus constant, ergo possunt dividi. respondet ipse huic objectioni versu proximo. *Lamb.*

*Minimis partibus*] Quod tamen falsum. unde mox addit *non ex ullorum conciliatu, Sed magis æterna pollutia simplicitate.* Itaque est correctio sen emollitio audacioris dicti. *Magis* autem significat *potius;* idque ni foret, sensus absurdus esset. Catull. 'Id, Manli, non est turpe, magis mi-

serum est.' *Fab.*

612 *Non ex ullorum*] Est διόρθωσις, seu επιθεωρήσεως, per quam declarat, quod superiore versu dixerat, proinde ac si ita dicat: sed ne erres, audi quo pacto sit hoc intelligendum, quod dixi, prima corpora minimis partibus stipata arte cohærere: non enim hoc sentio, prima corpora ex ullarum rerum cœtu atque congressu esse concreta, cum sint simplicissima: sed hoc significare volui, ea esse solidissima, et ita compacta, et stipata, ut neque frangi, neque dissolvi nullo modo possint. *Lamb.*

*Non ex ullorum*] Gortorp. cod. *illorum*. Lego: *illarum*, sc. partium. Id puto sensus postulat. *Preig.*

613 *Sed magis*] Ἄλλὰ μᾶλλον, sed potius. *Lamb.*

614 *Reservans semina jam*] Sic cod. Bertinianus et Memmianus et Veneti antiq. quos secutus sum. atque ita legendam. *Lamb.*

615 *Reservans semina rebus*] Nam si daretur fractio ad infinitum, necessario species deminuerentur. *Fab.*

616 *Minimum*] I. e. aliquid, quo aliud minus esse non possit. *Lamb.* Modo statuerat semina ex partibus conceptu minimis componi, talia vero minima esse vs. 13. notissimo illo, quo omnes fere philosophi utuntur, argumento confirmat. In his versibus explicandis non tam interpretis quam patroni partes agit Gassendus, et Lucretii sententiam corrigit et emendat, potius quam explicat. Si qua enim sit in hoc argumento vis, siquid ipsa verba valeant, minima hæc, e quibus sua principia componit, Lucretius plane mathematica esse voluit: 'Quæ nullis jam prædita partibus extent.' vs. 619. Semina enim Epicuri magnitudine, et figura, ideoque partibus prædita esse quis dubitat nisi qui in illius philosophia hospes sit, neque Epicurum περί γυρίων Ἄρθρων scripsisse noverit? Hoc igitur voluit Lucretius: Semina pri-

ma sunt indissolubilia et æterna, non quia partibus carent, sed quia perfecta soliditate pollentia nulla vi diffringi, aut divelli possint. Si vero quis roget, Quales sunt istæ partes e quibus Semina prima tanquam composita concipiuntur? Resp. Eas nullas habere partes, et esse mathematicas: nisi enim talia minima darentur, nulla esset inter Rem maximam et minimam inæqualitas, quoniam utraque res infinitas partes pariter contineret; ideoque utraque esset infinita. Epicurus Epist. ad Herodotum, οὐ δεῖ νομίζεω ἐν τῷ ἁρισμένῳ σώματι ἀπειρους ὄγκους εἶναι· ὅτι γὰρ σάφως, ἐπειδὴν ἅπασι τις εἴπηθι ἀπειροὺς ὄγκοι ἐν τῷ ὑπάρχουσιν, ἐστὶ νοῆσαι πῶς ἀνέτι πεπερασμένον τοῦτο εἶη τὸ μέγεθος. *Creech.*

617 *Ex partibus infinitis*] Quod absurdum; nam ubi ad ἀλαχιστότατον devenero, tum licebit Peripateticis porro pergere; unde fiet ut bis millesima pars in totidem partes æque dividi possit, ac universa corporis moles. *Fab.*

618 *Quippe ubi*] I. e. quippe cum, sen, quippe quia. *Lamb.* Quandoquidem. *Fab.*

*Dimidia partis pars*] Suspecta mihi est littera postrema. Nam cur *dimidia partis partem* potius, quam ipsam illam partem dimidiam dixit? deinde: *quotam dimidia partis partem* potissimum velit intelligi non addit. Quid si legamus: *dimidia partis par* pro quavis parte dimidia. Dimidia quæque pars habet *par suam*; *par* autem *dimidia* cujusque *partis* nihil aliud quam partem dimidiam efficit. *Preig.*

619 *Perfinit*] Ita et cum vet. quibusdam malui. In aliis: *præfinit*. Gif. *Perfinit ulla*. Sic habent duo libri manuscripti, quos sequor: alii, *præfinit*. *Lamb.*

620 *Escit*] Ita ex Vet. libris restitui. Vide Indicem. Quidam Vet. codex: *Quod escit*. Gif. Secutus eram initio lectionem vulgatam, *quid esset?*

ejus hanc sententiam esse scripseram, Ergo quid interesset inter summam rerum, et minimam? nihil scilicet. Sed cum aliquot in lib. manuscriptis scriptum reperissem, *minimamque quid escit?* atque hanc scripturam iudicio lectoris ingeniosi permisisset, eam non longo post tempore in editione secunda, quæ sine commentariis prodiit, representavi, et secutus sum. *escit* autem, ut docet Festus, valet *erit*, quemadmodum *superescit*, eodem auctore et doctore, *supererit*. Ennius, p. 66. 'Dum quidem et unus homo Romæ totæ superescit.' Nonnulli tamen *escit*, et *superescit*, &c. et sine c scribendum existimant. Lamb. Erit; e veteri Latio. Hujus loci emendatio Lambino, non Gifanio, debetur. Arbitror autem corruptos esse veteres codices, et Festum ipsam; neque enim temporis futuri terminatio est *scit*, sed *scer*, ut a lego, leget, condo, condet, &c. Inde est quod apud Festum alibi legas, *onxscer*, oberit. Fit autem a Græco *ἔσο* sum, unde *ἔσσο*, et *ἔσσω* toties apud poëtas pro *eram*. Ita ex eo, esco, ut a floreo, floresco, &c. Pro *erit* autem dicendum fuit more veterum *escit*, *ἔρα*: unde in 12. Tab. *nec escit pro nec erit*. Fest. in Nec. At in futuro modi subjunctivi dici oportuit, esse, is, it, ut a prohibeo prohibesso (i. e. prohibuero) ab expugno, expugnasso (i. e. expugnvero.) Fab. Seu *Escet*, ut Festus, Obescet pro Oberit: seu *Eait*, ut veteres pro *Erit*; et hanc lectionem probat sequens versus: Alii *Esset*. Creech. Sic habent omnes Editiones. Rerum summam quam dicat, nequaquam obscurum est. Verum quo illud adjectivum *minimam* referendum sit, non patet. Scribe: *Ergo rerum inter Summam Minimumque quid escit?* unaqueque res seu corpus habet summam suam, ac *minimam suam*; *Summam* Lucretius τὴν σὺνκρίσιν, *Minimum* τοὐλάχιστον vocat. Lambinus vocem *minimam* æque ac

*summam* pro substantivo accepisse videtur. Sed nullo exemplo; et ipse Lucretius neutro genere jam *Minimum* disorte dixerat, id quod in quaque re *minimum* esse cum Epicuro statuit, in illo vers. 616. 'Præterea nisi erit *Minimum*.' *Preig*. Satis hæc sunt speciosa, sed quæ Poëta versu 617. dixerit *partem dimidiam*, non video cur hic *summam* et *minimam*, scilicet *partem*, vituperemus, quibus videlicet tribus tota res absolvitur. Possis ita etiam legere, ducibus *Mss*. Ergo, *rerum inter summam minimamque quod escit, Nil erit ut distet*. i. e. nihil distabunt, omnia erunt æmilla. *Hæc*.

621 *Non erat, ut distent*] *Ὁκ ἔρα* *ἔρος διαφέρει*, i. e. non poterit fieri, ut *summa* et *minima* res distent: non distabunt, nisi (inquit) erit aliquid *minimam*, nihil intererit inter rem summam, et *minimam*. nam ratione eorum, qui quodvis corpus infinite dividi posse volunt, etiam res minima, æque ut res maxima, in partes infinitas dividetur, et æque ex partibus infinitis constabit. Lamb. *Ὁκ ἔρα ἔρα ἔρα διαφέρει*, &c. *Fab*.

624 *Quoi quoniam ratio*] Ita vet. quidam libri supra vers. 593. *quejusque*. In quibusdam libris: *quod*. Gif. In uno cod. manu exarato reperi scriptum *Qui quoniam*, non sine litura. nam audacius aliquis ex voce, *Quoi*, conatus erat facere *Quod*, ut est in plerisque libris vulgatis, ita tamen ut adhuc appareant rectæ et veræ scripturæ impressa vestigia. Lamb.

*Negatque Credere posse animum: victus, &c.*] Cum in quattuor codicibus calamo exaratis reperissem scriptum *negatque*, consentientibus quibusdam exensis, et item manuscriptis *animum*, non, ut in vulgatis, *animi*; ego sic restitui, existimans hanc esse veram, et germanam scripturam. Quod si quis, mutata distinctione, legi mallet: *negatque Credere posse: animi victus fatiare necesse est, &c.* non repugnabo, *animi victus* autem ita dictum intelli-



getur, ut 'falsus animi,' 'aeger animi,' 'exercitatus animi,' 'saucius animi,' et similia. Sententia autem horum verisum hæc est: Cui (inquit) quia vera ratio reclamatur, et quia negat se credere posse, necesse est, ut tu animi, seu animo victus, fateare esse corpora quædam, quæ nullis partibus constant: vel ut nos excidendum curavimus: Cui quia vera ratio reclamatur, negatque animum credere posse, necesse est ut tu victus, &c. *Lamb.*

625 *Credere posse Animum, victus]* Aliqua prisca exemplaria victum habent. 'Animi victus' pro 'victus animo' consueto poetæ loquendi more. *victus.* superatus argumentis veræ philosophiæ. *Pias.* Hæc est antiqua et vera scriptura, quam Marullus mutavit temere. Ita et inf. alibi loquitur. *Gif.* Recte, dum alii legant *Credere posse: Animi victus, &c.* *Creech.*

629 *Denique sic minimas, &c.]* Sic omnes libri recte. I. e. Si omnia porro semper secantur, nihil regni poterit. Quia omnia segmenta semper habebunt aliquas partes, cum rerum principia non habeant, ut vs. 747. *Gif.* Denique nisi (inquit Lucret.) natura res omnes creatas in partibus minimas (minimas autem partibus appellat eas, quibus aliæ non possunt esse minores, et ad quas cum perventum est, res dividi posse desinunt) dividi ac resolvi cogeret, nihil ex illis partibus reparare posset; quælibet harum partium rursus constaret ex partibus infinitis. at quæ multis, aut omnino aliquibus partibus constant, non possunt eas res habere, quas materies habere debet, plagas, pondera, connexus, &c. *ni minimas* autem repositi, hanc scripturam sententia ipsa postulante, cum libri vulg. habeant *si minimas*, plane mendose. quam scripturam qui tæuentur, cæcitant. Nam Epicurus, et cum secutus Lucretius, volunt aliquid esse in rebus minimum. Itaque infra paucis post paginis, ve-

teres philosophos reprehendit Lucretius; primum quod motum constituant, exempto inani, deinde quod faciant non esse finem rebus secandis, neque esse quicquam in rebus minimum. *Lamb.* Explicata de minimo mathematico sententia, ad minimum suum physicum redit Poëta, quod propter soliditatem, non vero propter exilitatem, indissolubile fingit, et æternum: quod vs. 7. iterum confirmat: Nisi enim ad extremam resolutionem natura perveniret, nisi omnes, etiam minutissimas, moleculas explicaret; inepta foret rerum materies innumeris illis quibus debet subijci mutationibus, atque formis; moleculæ enim ex variis partibus connexæ, et inane inter se, ex sententia Epicuri, continentes, non æquabili pondere, non uniformi motu donarentur; aliorum ictibus maligne obsequerentur, ideoque minime connecti possent. *Creech.* *Denique ni.* Ita sententia ipsa postulante edidit Lambinus. *Denique si,* Nardius, Gifanius, Pareus. Quos omnes merito negligimus; reclamatur enim vs. 625. *Creech.*

*Propterea quia quæ ullis sunt partibus aucta]* Nos ita. Lambinus: *multis.* In omnibus libris: *nullas.* Ex hiati mendum. Sic et variatum sup. vs. 602. *Gif.* *Multis s. p.* Sic legendum est, reclamantibus omnibus exemplaribus, in quibus est *nullis sunt partibus.* hoc enim significat Lucretius: omnia in minimas partibus resolvi solent natura, non infinitas. hæc autem partes minimæ sunt corpora prima, et primordia rerum, quæ in nullas jam amplius partibus secari possunt. Hujusmodi autem corpora ad res gignendas sunt aptissima. quod contra si essent multis partibus aucta, et si in multis partibus secari possent, ea, quæ materies genitalis habere debet, habere nullo modo possent, videlicet varios connexus, pondera, plagas, &c. Licet etiam legere, *Propterea quia quæ sunt ullis partibus aucta, &c.* verum-

tamen sicut edidi, legi malo. Quod autem *φορηώτατοι* quidam legi volunt, *Propterea quia quæ ullis sunt partibus aucta*, taleis versus sibi habeant: Lucretio vero politissimo scriptori ne affingant. *Lamb. Multis*. Optime a Lambino restitutus hic locus est, in vitis omnibus *Mss. Fab. Quæ multis* recte Lambinus contra omnes libros. *Codd. Quæ nullis*: vitiose. *Gif. Par. Quæ ullis*: quos qui sequitur, Lucretium et sensum communem deseret. *Creech*.

633 *Non possunt ea* Subaud. *habere*. non possunt habere, quia concreta sunt, determinata, affecta, &c. Itidem ut metalla se habent ad lapidem chymicum, ut vocant; sunt enim mortua. *Fab.*

635 *Geruntur*] I. e. a natura administrantur: vel, ut videtur hic legendum, *genuntur*, i. e. gignuntur, ut sæpe alias. *Lamb. Lambinus: genuntur*, contra veteres libros. *Gif. Genuntur* Lambinus, Gassendus, eamque lectionem contra Gifanii et Parei atreptus vs. 626. probe defendit, et tuetur. *Creech*.

636 *Quapropter*] Cum tractatum sit copiosissime principia prima esse æterna, indivisibilia, immobilia; quæ tamen corpora cogunt habentia varios connexus, pondera, concursus, motus; per quas res quæque geruntur; illi maxime falluntur qui principium rerum omnium ignem esse putarunt: cuius opinionis et princeps et auctor habetur Heraclitus: sed fallitur: quod evidentissimis rationibus demonstrabitur. Quod autem Heraclitus ignem crediderit esse principium rerum docet Macrobius et omnes ernditi. hic est ille Heraclitus, qui tenebris quibusdam sensus suos diligenter involvit: qui propter obscuritatem desertus est: ob quam caliginem *σκότεινος*, hoc est *tenebricosus* est dictus a Græcis: de quo Hieronymus primo contra Jovianum: 'Heraclitum quoque, cognomento *σκό-*

*τεινος*, sudantes philosophi vix intelligunt.' Extat elegantissimum poemata Græcum, quo lector admonetur volumina Heracliti ne temere attrahat; quoniam primo obtutu offendent se ei caligo et tenebræ; verum deinceps cum sensum perceperit inveniet lumen sole splendidius. Græcicos subscripsi verans: *Μη ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀφθαλμὸν εἶλεε βιβλὸν τοῦ φεσίου. μᾶλα τοι δίσβατος, ἀτραπίτις. Ὁρφέη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπερον. ἢν δέ σε μύστης εἰσαγάγῃ, φαιεροῦ λαμπρότερον ἥλιον.* Hic est ille Heraclitus, quem Plato Cratylo asserit censuisse cuncta fluere semper, nihilque consistere: unde fortasse manavit illud ejusdem Platonis sexto de republ. 'Multo magis quam sol Heraclitius extinguantur.' Adde quod ait Symmachus in epistolis: 'Heraclitum physicum summam laudis arbitratum esse uni placere.' Innitit quoque Cic. l. tert. de N. Deor. ignem esse principium, sic: 'Sed omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes: quem ipsum non omnes interpretantur uno modo: qui quoniam quid diceret intelligi noluit, enim omittamus.' *Pius*. Nunc aliquot suis rationibus, quæ principiorum instar sunt, confirmatis, ac stabilitis, incipit aliorum, eorumque clariorum, philosophorum opiniones refellere, ac labefactare: atque ab Heraclito initium facit: qui dicebat (ut scribit Laërtius) *πάντα ἐκ πυρὸς συνεστάναι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι: τὰ πάντα, ἀραιώσκει, καὶ πυκνώσκει γινόμενα, εἶναι τὰ πολλὰ ποταμοῦ δίκην· πυκνούμενον τὸ πῦρ ἐξυγραινέσθαι καὶ ἄερα γίνεσθαι: συνιστάμενον ἄερα γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι, καὶ ταύτην ὀδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι· πάλιν τε αὐτὴν τῆν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι: ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ ὁμοίως, ἕως αὐτῆ δ' ἐστὶν ἡ ἄνω ὀδὸς*, i. e. 'Omnia ex igne constare, et in ignem resolvi. Cum autem omnia rarefactione, et condensatione fiant, fluere magna ex parte

fluminis instar: ignem, cum densatur, humescere, et ita aërem fieri: aërem, cum cogitur et congregatur, aquam fieri: aquam concretam in terram verti: atque hanc esse viam ad locum infimum. contra terram ipsam fundi: ex qua fieri aquam: ex aqua autem reliqua similiter, &c. hæc autem via est ad supremum locum.' De eodem sic Vitruv. 2. 2. 'Heraclitus Ephesius, qui propter obscuritatem scriptorum a Græcis σκοτεινός est appellatus, ignem principum rerum posuit.' Eadem fere sunt apud Plutarch. de Heracl. lib. 1. *περὶ τῶν ἀρεσκ.* quem locum mox testem producemus. *Lamb. Quapropter qui, &c.*] Positis et stabilitis Epicuri principiis, aliorum sententias convellit; omnia argumenta in duo distribuens Capita, impugnat primum eos, qui elementum unicum, ac deinde eos qui plura assumunt. Inter priores deligit Heraclitum, vs. 70. qui ignem constituerit; reputat nempe quicquid contra illum argumentatus fuerit, contra cæteros valiturum; quandoquidem nihil opponi adversus ignem valet, quod non pari jure et de aëre, et de quolibet alio concludatur. Et certe ad rem attendenti illa opinionum varietas merus esse ludas videtur; quatenus cum earum authores diversa supponant, circulatione tamen utuntur, qua in idem cadant reciduntque omnes. Sortiatur enim quis elementam quodcumque tandem lubnerit, is nihil aut minus consequatur, aut amplius, quam quivis alius, a quo aliud occupatum fuerit; siquidem uno habito, illud condensans ac rarefaciens statim habebit cætera: adeo ut nihil plane intersit, sive hoc sive illud primum usurpetur. *Gassendus. Creech.*

638 *Lapsi sunt a vera ratione*] Eraverunt a via militari: per calles et semitas Heracliti fallaces et laciniosas. *Pius.*

639 *Heraclitus*] Blythonis, vel Herdelph. et Var. *Clus.*

raciyontis filius, Ephesi natus, circa LXIX. Olympiad. Forinit: Ἰδοὺς αὐτῶ πάντα ἐκ τῆς συνστονίας, καὶ ἐκ τοῦ ἀναλίθου. *Creech.*

640 *Clarus ob obscurum*] Ex quo dicitur est σκοτεινός, ut testatur Vitruvius, et item M. Tull. lib. 2. de Finibus, his verbis: 'Epicurns ita loquitur, ut non intelligatur: quod duobus modis sine reprehensione fieri potest: si aut de industria facias, ut Heraclitus cognomento σκοτεινός: aut cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio.' Idem lib. 3. 'Sed omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes: quem ipsum non omnes interpretantur uno modo. Qui quoniam quid diceret, intelligi noluit, eum omittimus.' *Lamb.* Notissimum illius cognomentum, σκοτεινός, et αἰκνής, de quo Laërtius. *Fab.* 'De industria, et consulto occulte dixit Heraclitus.' Cicero de Finibus lib. 2. et in 3. de N. Deor. 'Intelligi noluit.' Inde σκοτεινός, Tenebrosos dicitur: Author Homericarum Allegoriarum: ὁ γοῦν σκοτεινός Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά, &c. Menagius ad Laërtium Vit. Heracliti. Naturam viz. imitabatur: Φύσις γὰρ καθ' Ἡράκλειτον κρύπτουσαι φιλεῖ. Themistius Orat. 12. *Creech.* Inde tenebrosus appellatus a Tertulliano de Anima c. 11. 'Ut merito Heraclitus ille tenebrosus vastiores caligines animadvertens apud examinatores animæ, tædio quæstionum pronunciaris, terminos animæ nequaquam invenisse omnem viam ingrediendo.' *Hav.*

*Inanes*] Obscurus enim hic Scriptator, et qui intelligi noluit, multos habuit interpretes, Sectors etiam plurimos Ἡρακλειτείου dictos. Laërtius Vit. Heracliti. *Creech.*

641 *Quamde Grajjs qui inter Grajjs*] Hæc eradenda sunt, et in eorum vicem ista substituenda: *Quam gra-*

vel *Grajos inter, qui vera requirunt.* Sensus est: Hic Heraclitus, qui credidit se aliquid esse dum tenebris lucem involveret, hoc est, philosophiam obscuritati, plus auctoritatis habet in cœtu illorum, qui sunt inanes, et philosophicæ fragis ignari, quam retulerit gratiam novitatis inter illos, quorum finis est veritatem inquirere. Ordo talis est: Heraclitus est clarior inter inanes, quam sit gravior inter illos, qui vadam veritatem indignant. *Pins.* *Quamde graves.* Ita ex vet. libris et Festo restitui, etiam ita restituendo. *Quamde,* i. e. *quam,* et *gravis* pro *graves.* *Gif.* *Quamde graveis inter Grajos.* Secutus sum quisque librorum manuscript. auctoritatem; quibuscum consentiunt nonnulli typis excusi. Denique hanc scripturam agnoscit Pompeius Fest. his verbis: '*Quamde* pro *quam* nos esse antiquos cum multi veteres testimonio sunt, tum Livius in primo: 'Jupiter ut muto fretus magi, quamde manu stat:' et secundo, 'Quamde tuas omnes legiones, ac populareis:' Et Laeret. l. 1. 640. 'Clarus ob obscuram linguam magis inter inaneis, Quamde graveis inter Grajos,' &c. Sententia autem hæc est: Clarus ob obscuram linguam inter Græcos vaneos atque inaneis, magis, quam inter graveis, eos dico, qui veri studio ducuntur. *Lamb.* *Quamde,* quam, ut alii probavere. Addo ego et olim dictum fuisse, *quodde,* a Græco *ὄντι δέ.* (nam quod Latinorum natum est ex *ὄντι*.) Versum itaque Lucilli apud Nonium lego, 'Quodde tuas laudes culpas, nil proficis hilum.' Dicebant etiam *quode* pro *quo* movendi adverbio. Plaut. *Most.* 'quod' ego eam an scis?' *Fab.* Nardius vero legit, *Quam de Grajis inter,* &c. imperite. *Cresch.*

Qui vera requirunt] Virg. *Æn.* 6. 100. 'Obscuris vera involvens.' *Preig.*

643 *Inversis qua sub verbis]* Verba

inversa, verba immutata: i. e. ab eodem, in qua proprio locum habent, ad aliam translata: et ita interdum obscura. nam talis inversio parit fere obscuritatem. Cic. *Partit.* 'Genus loquendi alterum sua sponte factum, alterum versum atque mutatum. Idem in Bruto hujusmodi verborum immutationes *ῥηθρως* ait a Græcia appellari. Alii per *inversa* verba significari putant, verba præestere pronuntiata, ut *vola, lato.* Terent. *Heaut.* 2. 3. 181. 'inversa verba tua, cervices eversas tuas.' quem locum declarans Turnebus, 'inversa verba' (inquit) 'i. e. inflexa, tropoque immutata, quibus plerumque amatores uti solent, verbi gratia, cum amicam appellat, vitam, animam, cor, mel merum, delicias, et similib. nominibus.' *Lamb.* Notus Terentii locus. ex eo probat Turneb. inversa verba esse inflexa et tropo mutata. Quod verum est. *Fab.* 'Inversa verba,' inflexa et tropo immutata. 'Inversi mores' apud Horatium mores a recta Virtutis norma defectentes. *Immeris* Gassendus. *Cresch.*

644 *Belle]* Eloquenter, generaliter, amene. Hic est ordo. Leves philosophi existimant illa verba factata esse vera, quæ possunt belle tangere aures, hoc est, captare modulatione sua interiora animi, et mentem demulcere: juxta illud Persiarum 1. 35. 'Tremulo scalpuntur ubi intima versu.' Bellum festivum et elegans dicimus. Varro. 'Græci belliores quam Romani nostri.' Catullus. 'Nec qui enim bella poëlla cubet.' Tibull. 1. 10. 71. 'Non tibi sed juveni cui-dam vult bella videri.' Bellatula in eodem significato dictum a Plauto. *Pins.*

645 *Et lepido qua sunt suo, sen.]* Virg. *Georg.* 3. 466. 'Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.' Et 'Lana nec Assyrio mutabit vellera fuce.' *Pins.* Translatio ab oculorum sensu ad auditum. *Fucata* enim oculis cœrou-

tur: soni auditu sentiuntur. Virg. Georg. 4. 334. 'Milesia vallera Nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore.' Lamb. *Fucata*] Audax translatio: sed tam egregiæ audaciæ quis non indulgeat? Creech.

646 *Nam cur tam varia, &c.*] Primum vs. 10. contra Heraclitum proponit argumentum: Concipi non potest quomodo tanta varietas rerum, imo quomodo unica res varietate quadam partium prædita, ex uno quodam simplici ac uniformi principio constet. Esto ignis, at nisi quidpiam aliud admisceas, nihil unquam habebis præter ignem: quoniam quomodocumque tandem partes illius transmutatæ commistæque inter se fuerint, perinde semper futurum sit propter eandem omnium naturam. Et ne evadat condensatiois rarefactionisque beneficio (*ἀραιώσει καὶ πυκνώσει ἐκ τοῦ πυρὸς τέρτα* Lærtius Vit. Heracliti,) monet: intelligi quidem posse ex condensatioe partium solidarum ignis evadere quidpiam calidius, ex rarefactione quidpiam minus calidum; at evadere frigidum, imo et frigidissimum, qualla in rerum natura multa experimur, qui intelligi possit? Creech.

647 *Ex uno si sunt*] Sic legendum est potius quam, ut vulgo, *Ex vero si sunt, &c.* uno autem, id est, solo, sequitur deinceps *paræque*, id est, *meroque*. Lamb. *Ex vero*. Lamb. uno, i. e. solo. Fab. Quid moverit viros doctos, cur a Lambini lectione, *Ex uno si sunt igni*, recesserint, non video, Nisi forte auctoritas alicujus Libri defecerit. At vero jam Cod. Gottorp. (monstrante nuperrima Ed. Lond.) habet ejus vestigia: *Ex uno si*. Quod idem Gottorp. Cod. habet in hoc versu, *vereque creata*, non est contemnendum. *Preisig*. Imo et Lugd. Bat. Codd. ut ex V. L. nostris patet, confirmant editam a nobis lectionem *ex uno*, sed cum iidem constanter *paræque* retineat, ego quoque retinui. *Hæv.*

648 *Nisi prodesset enim*] Hæc est hujus argumenti via. dicit Heracl. ignem esse principium rerum: hæc autem varietatem rerum ex condensatione et rarefactione existere. id fieri non potest (inquit Lucretius); nam ignis condensatus ac rarefactus vel desinit ignis esse, vel ignis naturam retinet: si ignis esse desinit, ignis igitur non est principium. sin ignis naturam retinet: hoc tantum efficit condensatio et rarefactio, quod contractis partib. ignis erit acrior: disjectis et dissipatis, remissior. Itaque in natura rerum nihil erit præter ignem. Lamb.

*Denserier*] Sic habent lib. manuscr. et aliquot typis impressi. *Denseri* autem usurpabant veteres pro *densari*, et *densere* pro *densare*: quod supra jam indicavi. Lamb.

*Nil prodesset enim*] Quasi diceret, Quod enim ait Heraclitus, ut uno dogmati consulat, ignem, dum densatur, humescere, &c. nil agit: quanto enim impensius densabitur ignis, tanto et ignis amplius fuerit; quin rarefactio nil efficiet; nam, ignis quantumvis rarefactus, ignis tamen est. Fab.

650 *Super ignis*] Corrige ex præcis exemplaribus, *suis ignis*, h. e. in se coactus et stipatus. Sunt qui legunt *separ* pro *separatus*. Syllabæ: mensurae annuam facit. Pius.

*Quam totus habet super ignis*] Ita vet. libri, manu formisque descripti; alii vulg. *suis*. quod Marcellus est commentus. Vide Indicem *super*. Gif. Lib. vulgati habent, *quam totus habet suis ignis*: manuscripti autem, *quam totus habet super ignis*: quam scripturam et in prima editione et in secunda annotavi. hanc nunc sequor. *Super* autem hic pro *superius* sive *superior* accipi debet. Lamb. Lambinus de igni supero seu ætherio intelligit; (nam et *infer* et *super* olim dicebant, uti ex Catone Censorio cap. 149. constat.) Eadem Gifeni

mens est. Sed istud *Totus* ne quid tale potem efficit. Quare existimo hoc loco *Super* esse adverbialis formæ, ita ut *lotus super ignis*, sit *reliquus ignis*, seu alii ignes. Exemplum cuperes. En tibi, nec longe abeo. Virg. 3. 499. 'O mihi sola mei super Astyanactis imago.' imago quæ reliqua es. *Fab.* Ita Codices, *Super* i. e. *Superior*. Lambinus. Et hæc interpretatio forsitan admitti potest ex vs. 782. At *Totus*, ne quid tale putet *Faber*, efficit. Hæc ille: 'Existimo hoc loco *Super* esse adverbialis formæ, ita ut *lotus super ignis*, sit *reliquus ignis*, seu alii ignes. Exemplum cuperes, En tibi, nec longe abeo. Virg. *Æn.* 3. 499. 'O mihi sola mei super Astyanactis imago: imago quæ reliqua es.' Servius vero ad Virg. *Super* valde, vehementer. Alii legunt *Suus*, et ista vox non incommodè respicit *Partes* in vs. 649. *Creock*. *Super ignis*. Cælestem cum Lambino putant Turneb. Adv. 19. 15. et Voss. de Analogia 2. 25. quo pacto per hyphen deberet scribi; sed recta videtur *Fabri* explicatio, hic pro illo igni, qui est reliquus, poni. *Hav.*

651 *Conductis partibus*] I. e. contractis et congregatis. *συγγυμένω* *των μερών*, ut supra. *Lamb.* Condensatis. *συνδεδωμένω*. *Fab.*

*Esset*] Scribendum *esse*: subintellige 'videmus': par est credere cum videamus majorem esse partibus ardorem ignis concretis quam separatis: immo necesse est concedas quod peto. *Pius.*

652 *Seque paratia*] *Que* conjunctio interposita est gratia metri. In codicibus manuscriptis legitur *disque sipatis*, h. e. dissipatis et divisis. *Pius.*

*Disque supatis*] I. e. et dissipatis, seu *dissipatis*. Tmeais. Sic reposui commotus scriptura primum trium librorum veterum aliquantum illa quidem depravata, sed tamen germanæ et rectæ proxima. Sic enim illi, *desjectis, disque superatis*:

deinde Bertiniani et Memmiani; id quorum altero scriptum est plane, *disque supatis*; in altero, *deque supatis*. Fuit tamen cum putarem legendum, *disque paratis. disparare* autem idem fere valet quod diducere, et disjungere. *Cæs.* lib. 7. de Bello Gallico: 'Disparandos, diducendosque ad suos curaret.' Vitruv. 2. 2. 'Ex his ergo congruentibus cum res omnes coire nascique videantur, et eæ infinitis generibus rerum, natura essent disparatæ,' &c. *Lamb.* Et dissipatis. *Supare*, jacere est. unde insipare pro injicere, obsipare pro objicere, (ut 'obsipa puellis escam,' objice Varr.) i. e. *καταβάλλε*, Aristophani. Exempla autem hujus divisionis, sectionis, tmeais in verbis et nominibus afferam. apud Lucil. est, 'deque petigo,' pro depetigoque: Noni. 'deque totondit agros.' Enn. at vero apud eundem plane mirabile est, 'Cere comminuit brum,' pro Corebrum comminuit: apud Varr. R.R. 2. 9. 'consue quoque faciunt.' at 1. 9. 'perferve ita fit,' pro ita perfervefit. 3. 4. 'Excande me fecerunt cupiditate.' Ita in quibusdam precationibus, 'ob vos sacro,' pro obsecro vos, et 'sub vos placo,' pro supplicio. Fest. Ita Enn. p. 77. 'Annibal audaci dum pectore de me hortatur,' pro dehortatur me. Ex Calpurnio. Exempla bene multa apud Lucretium reperies, quibus emolliendis hæc erunt. *Fab.*

654 *Talibus in causis*] Si tales causas ponas, quales et Heraclitus et alii induxerant. Notanda Latinitas. *Fab.*

*Nedum variantia rerum*] I. e. tantum abest, ut tanta rerum variantia esse possit. *Nedum* negationem continet, et in extremo membro periodæ aut sententiæ ponitur. *Variantia* autem, i. e. varietas, nomen est ex participio factum, varians: cujus generis sunt illa apud eundem, retinentia, repetentia; et apud M. Tull. decentia, negantia, repugnantia, cohærentia: et hæc omnibus usitata, dis-

tantia, affluentia, abundantia, convenientia, &c. *Lamb.*

656 *Atque hi si faciant*] Vulgati: *Id quoque, &c. Gif.* Sententia horum verborum perspicua est. hoc enim significat Lucret. *Atque si hi faciant*, i. e. si ponant, et statuunt, inane rebus admistum esse: procederet eis ex animi sententia, quod volunt: et possent ignes nunc densari, nunc rareferi. Nunc autem cum densationem et rarefactionem fingant sine inani: longe aberrant a vero. nam ut nihil rarum esse potest sine inani; ita nihil densari, quod careat inani. *Lamb. Facient.* Ponent, supponent; *fac ita esse. τίθει. &c. Fab.* Instat vs. 10. Physicos Heracliti fautores ad condensationem et rarefactionem ignis confugere non posse, prout inane non admittunt, sine quo nihil rarum fiat aut densum, ut supra demonstraverat vs. 396. Aliqui legunt *Id quoque si faciant.* Creech.

658 *Contraria esse*] Sic ex veteribus scripsi; in quibus erat: *inesse, imesse, mussant, musse, mu.* Vulg. *multi.* Ita supr. vs. 367. 'corporum esse.' quidam, *corporum inesse.* quidam *corporis esse.* Gif.

*Contraria, mussant*] Secutus sum libros manuscriptorum, aut eorum certe vestigia: quorum alii habent, *contraria inesse*: alii, *musse*: alii, *mu*: alii, *mussant*: quod retineo. *mussant* autem, id est, tacent, muti sunt, hærent, neque habent quod dicant. eodem verbo usus est idem scriptor 6. 1177. 'mussabat tacito medicina timore.' et Virg. 11. *Æn.* 454. 'Flent mæsti, mussantque patres.' Idem 12. 667. 'mussat rex ipse Latinus.' Idem valet apud Græcos *μύζω*. Homer. *Il.* 3. 20. *Αἱ δ' ἐπέμυζαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη.* Est enim verbum natum et factum ex littera *μῦ*, mutorum propria, utpote quam solum proferre possunt. Ex eadem *μῦ*, *μυστήρια*, mutio, tis, tit, et proverbium. 'Ne *μῦ* quidem facere andere.' *Lamb.* Ita omnino legendum;

sed *παγγελολος* fecit Gifanius, qui legerit, *sed quia multa sibi cernunt contraria esse.* o versum admirabilem! Verum metrum omitto. Nonne videre oportuit loco *τοῦ esse*, debuisse ibi verbum aliquod fuisse, cum id orationis vinculum probet: *et fugitant*; ergo *mussant, et fugitant, &c.* *Fab.* Recte Lambinus, et ibi verbum aliquod debere esse ad vinculum orationis, *Et, probat. Et fugitant.* Negligamus autem illos qui amant *Multi: Contraria inesse.* Vel *Amusæ. ἄμουσοι.* Nævius: 'Odi summusos, proinde aperta dice quid sit.' Terentius Mussare pro Tacere posuit; Sile, cæla, occulta, tege, tace. *Mussa.* Festus in voce 'Summusi.' Creech. Vossius ex *Musa* quod in Cod. quodam suo repererat, fecit *amusæ* i. e. *ἄμουσοι*, quales a scriptis suis arcebat Heraclitus, juxta illud epigramma, quod apud Diog. Laërt. exstat: *Ἡράκλειτος ἐγώ τί με ἐν κέτω ἔλκερ', ἄμουσοι; Ὀχθὴν ἔπίνον, ἀλλὰ μ' ἐπισταμένους. Εἰς ἐμοὶ ἄνθρωπος τριγράβριος οἱ δ' ἀνάριθμοι Ὀδδῆς τὰτ' ἀδῶ καὶ παρὰ Περσεφόνερ.* 'Sum Heraclitus ego: quid me vexatis, inepti? Non vos, sed doctos tam grave quærit opus. Unus homo est nobis id quod ter mille: sed unus Vix sunt innumeri: et Manibus hæc recito.' Sic in ipsam qui solebat omnes alios *ἄμουσους* vocare, retorqueret hoc convicium Lucretius, et ex vero, si audiamus Diog. Laërt. *Μεγαλόφρων δὲ γέγονε κατ' ἔκτασιν καὶ ὑπερόπτη: ὅς καὶ ἐκ τοῦ στήγγραμματος αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησί. Πολυμάθη νόον οὐ φέει.* 'Fuit autem præ cæteris elato animo, omnesque alios contemnebat, ut ex ipso ejus opere patet, ubi ait: Multifaria scientia mentem non juvat.' Rursus: *ἤκουσέ τε ὀδδῆς, ἀλλ' αὐτὸν ἐφη διδάσασθαι, καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ.* 'Neminem audivit; verum semet investigandæ veritati dedisse, omniaque ex semet didicisse, ait.' Quod dictum tamen in sensum longe meliorem

accipit Cassubonus, et postea Menagius. *Preig.*

659 *Et fugitant*] Sic habent lib. manuscripti. hoc verbo sæpe utitur, ut 6. 1237. 'fugitabant visere ad negros.' *Lamb.*

660 *Ardua dum met. am. v. v.*] Sic fere M. Tull. Acad. lib. 4. 'Alterum est, quod fallacibus et captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti quidam, cum eas dissolvere non possunt, desciscunt a veritate.' Talis fere sententia est apud Aristotel. libr. 7. *ἠθικ. Νικομ. λεχ. β.* non longe admodum ab extr. *Lamb.*

*Vera vias*] Notavimus alibi hoc loquendi genus, 'vera vias,' 'promta emli,' 'ultima natural,' et cetera. *Lamb.*

662 *Denseri*] Sic legendum, et ita habent libri veteres omnes. *Lamb.*

663 *Mittereraptim*] Libri scripti habent partim *raptis*, partim *raptim*: cum quibus concordant Veneti antiq. et Parisienses: ceteri excusi omnes *natum*, præter Vicetinos, in quibus legitur *raptum*: ego *raptim* puto rectam esse scripturam, eamque esse depravatam ab imperitis librariis, qui scripserant *raptis*. per *r*, in extr. syllaba, *s* pro *m*: ex quo factum est postea *raptis*. si quis tamen malit *raptum*, non rejicio. *natum* puto esse appositum et adulterinum: *raptim* autem interpretor celeriter: quomodo et alibi usurpat. *Lamb.* Ita veteres quidam. In aliis vett. *raptis*, non recte, ut opinor. Vulgati: *raptum* et *natum*. *Gif.* *Raptim*. Alii *Raptis*; *Ab se raptis*, id est, *Ab se constipatis*. Alii *Natum*. Alii *Raptum*. Sed *Raptim* sequenti versui maxime convenit. *Creech.*

664 *Lumen jacit atque vap.*] *Lumen* jacit et calorem. Sic lib. 2. de sole vs. 149. 'At vapor is, quem sol mittit, lumenque serenam.' *Lamb.* Calorem, jam antea. Varro. 'ut ciconiæ Quorum bipennis fulminis plenas vapos Perussit alte.' Ita 'vapore

flammeo,' Pacuv. apud eundem in Æt. R. R. 1. 2. Ita 'vapore solis,' apud Curtium, ubi de Cydno et Cilicis terris ingenio. Ovidii locum in 1. Amor. Eleg. 2. videor emendare posse. Ibi Cupidinem alloquens, scribit, 'Non possunt, licet ipse velis, cessare sagittæ; Ferrida vicino flamma vapore nocet.' Legendum, *nativus*, non *vicinus*; nam propter illud licet ipse velis, debuit dicere, *nativum est flamma*, ut semper urat; hoc ei naturale est. *Fab.*

666 *Quod si forte ulla credunt*] Quidam libri: *una*. quidam, *dissent*. *Gif.* Altera pars: *Si vero Ignis ita stingatur* (al. male *stringatur*) &c. *Fab.* Porro quia posset quoddam patere effugium, si quis diceret Ignem extingui, et converti in aliud corpus, ea propter urget vs. 10. fieri id non posse, nisi admittitur abire ignem in nihilum: quia res simplex et inconcreta, quale debet esse illud Elementum, si prima quidem et unica rerum materia fuerit, mutari non potest, quin omnino pereat. Nam res quidem composita sic mutari potest, ut desinens esse quod erat, relinquat partem superattem, quæ, veteri statu amisso, novum subeat; verum quod incompositum est, naturam suam perdere, quin plane intereat, non potest. *Creech.*

*Potesse*] *Posse*. *potesse* autem integrum est, et eo utebantur veteres, ut Plantus, et Ennius, et Lucilius, et similes. unius Lucilii versus in præsentî proferam, ex lib. 5. 'Nam si, quod satis est homini, id satis esse poteset; Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porro Divitias ulla animum mi explere potesse?' *Lamb.*

667 *Ignis in cætu stingui, mutareque*] Sic vet. libri nostri, nisi quod pro *mutare*, feci: *mutare*. vulgati: *cætus stringi massareque*. Et supra versu 882. &c. variatum. *Gif.* Secutus eram initio libros vulgatos, in quibus ita impressum est, *Ignis in cætus*



*stringi, massareque corpus*: quam sic declarabam, *igneis stringi*, i. e. densari, et contrahi, et, quod subsequitur, *massare*, i. e. solidare, et constringere corpus. Dicebat autem Heraclitus, ut refert Plutarchus. *ὅτι τὸ παχυμερέστερον τοῦ πυρὸς εἰς ἀπὸν συστέλλεσθαι γέεται γῆ· ἔπειτα ἀπαχλωμένη γῆ ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὕδωρ ἀποτελεῖται· ἀναθυμιάσεων δὲ ὕδωρ ἐπὶ γίνεσθαι*, &c. i. e. 'Id ignis quod sit crassissimis particulis præditum, cum in se contrahitur, terram fieri: deinde terram, cum ab igni laxatur, aquam: exhalantem autem aquam et extenuatam, ætherem.' In secunda autem editione sic excudendam curavi, *Igneis in cætustringui, mutareque corpus*, quam scripturam nunc item amplector, et retineo. Ejus autem sententia non est obscra: 'Igneis in cætustringui,' i. e. igneis in congressu et concretionem rei genitæ extingui, et corpus igneam mutare, &c. *Lamb.* Alii *Stringi*: imperite. *Mutareque*, Alii *Massareque* i. e. *Solidare* et *Constringere*: at *Mutare* probabit qui vs. 671. legit *Cresch.*

668 *Facere id*] Igneis mutare corpus. *Lamb.*

*Pararent*] In exemplaribus legitur *receptat*, hoc est, concedat. ponit inconvenientia quam sequerentur si corpus ignis in massam conflaretur. Sunt qui legunt *parcere porcent*. Quidam *parte repercent*. *Porcco* significat *prohibeo*: de quo Marcellum lego in dictione *porcet*. Pompeius. 'Porcet quoque dictum ab antiquis quasi porro arcet: et pro eo quod est continet ponit. A quo porcæ in agris pulvini et areolæ: in quibus sulcatim grana cujusque generis seruntur: de quibus lege Minium, Varronem, et Columellam quoque. *Pius. Repercent*. Ita ex vet. omnibus restitui. quidam *reporcent* mutant teste Pio. Marullus et Vulgati: *receptent*. *Pararent* quidam vulgati, male. *Gif.* Dabunt, concedent, probabunt. codices vete-

res hoc loco depravatos esse imitio putabam, in quibus lectori significatam legi *reporcent*: non etiam probaram, sed fallebar. Itaque et in secunda editione *reporcent* edendum curavi: et nunc item hanc scripturam probo, Turnebo assentens: atque hoc verbo utitur et Plautus in *Truculentis* 2. 4. 25. 'Utinam a principio rei item parsissem meæ, Ut nunc repercis suavità.' Sic autem compositum est *reparco*, ut resero, retego, rociundo, revelo, refigo, et similia. *reparco* enim idem valet quod non parco, largior: ut resero, aperio, &c. *Al. reporcent*. male. *Reparco* autem eandem habet vim propter illud *ovum Re*, quam multa alia verba, ut *reliuo*, refigo. Nam *reliuo* non est iterum *liuo*, sed id quod *lium* erat detergo, picem seu ceramentum abrado, &c. Ita 'reparcutere mammam,' Tertullian. At Latine 'parco id dicere,' significat, 'nolo dicere,' caveo ne dicam. 'Parce pius scolarare manna.' Virgil. *Æn.* 3. 42. Itaque *reparco facere*, significabit libenter facio, aut quid tale. Ceterum τὸ *facere*, in hoc versu pro *reddere*, accipio; ut cum dicimus, fac ita esse; pone illum esse victum, &c. *Fub.* Turnebum cui hic assentitur Lambinus, vid. *Adv.* 7. 2. ubi ad verum etiam præcedentem monet *stringi, massareque corpus* scripturam depravatam esse ex illa antiquorum Codd. *stringui massareque, &c.* *Massare* verbum infandum Lucretio, neque ei unquam eloquendum dicit. Clodio Thucæ tamen, ut et Servio *Massare* facere est. ut monet marginalia nostra. *Preig.*

671 *Nam quodcumque*] Hi due versus iterantur infra eod. libr. et lib. 2. *Lamb.*

672 *Mors est*] I. e. resolutio, dissolutio. Virg. Georg. 4. 225. 'Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri Omnia: nec morti esse locum.' Ubi Servius hunc poetæ locum in partes adducit; cujus Grammatici verba

quoniam vitiose circumferuntur, emendata reponere placet: 'Locum morti: i. e. perditioni. Nihil enim est quod perire funditus possit, cum sit τὸ πᾶν, i. e. omne in quod redeant universa resoluta. Res autem hæc, quæ mors vocatur, non est mors: quippe quæ nihil perire facit, sed resolutio; unde mors (ita lege cum Maasvicii Ed. non ut vulgo mire) plerisque bene interitus dicta est, quasi interveniens, et mistarum rerum connexionem resolvens. Lucretius: 'Continuo hoc mors est illius quod fuit ante Connexum.' ut ultimum illud Servii sit explicatio, non principium novi versus. *Hav.*

*Hoc*] In quod mutatum est scilicet. *Fab.*

673 *Proinde aliquid superare, &c.*] *Vss.* 18. concludit, si extincto igne generari quidpiam debeat, necessarium esse ut superit aliquid, quod deperdita ignis forma rel. istius generata formam induat: Perspicuum est autem hoc esse communem materiam: quam Lucretius supponit esse incorrupta Corpuscula, quæ adjectione, detractatione, transpositione sui varia, nunc formam ignis, nunc alicujus alius rei exhibere valeat. Quod autem illa Ignea ex natura sua non sint, merito arguit ex eo, quod additio, detractio, transpositio nihil operaretur; cum ex ipsa ignis natura remanente Incolumi nihil fieri præter Ignem posset: Deinde sententiam Epicuri exponit: Quædam viz. Corpuscula nulla forma, quam sensus percipere valeant, prædita, rerum esse principia, et ex iis diversimode coëuntibus tam ignes, quam reliqua omnia oriri. *Creech.*

*Superare*] Superesse, *weprybeoas*, ut supra. 580. *Lamb.*

*Olli*] Illis. sic loquebantur antiqui, ut, 'olla centuria,' et 'ollus letho datus est,' ex Varrone de L. L. 6. Virgil. etiam usurpat interdum, ut lib. 1. 'Olli subridens hominum sator atque

Deorum;' et M. Tull. de Leg. *Lamb.* Illis. Virg. sæpe. sed ille locus ('Olli subridens hominum sator atque Deorum Oscula libavit gnatae') improspere a Dionysio allatus est; *Olli* enim significat *Tunc. Illi*, pro *illuc* apud Terent. et Plaut. alioqui unquam dixisset Virg. 'illi gnatae sum.' *Fab.*

676 *Corpora*] Primordialia. *Fab.*

681 *Quædam decedere, abire*] Sic reposui a tribus codicibus manuscriptis, et excusis Parisiensibus et Venetis antiquis admonitus atque adjutus: in quibus scriptum reperi, *descendere, abire. decedere, abire*, antem dictum est *ἀνωθέντος*: cui opponitur id quod statim sequitur, *atque alia attribui*, i. e. alia accedere. *Lamb. Descendere.* Ita ex veteribus legendum. In quibus omnibus est: *descendere*. Hinc Marullus: *descendere*. Lambinus: *decedere*. vide et simile infr. 3. 76. *Gif.* Alii legunt *Adire, atque alio*. Creech. Quod Ed. Bas. habet *adire*, insulsum non videtur, quam ipse auctor supra vs. 678. dicat: *Quorum abitu, aut aditu m. o. m.* *Hav.*

688 *Si tamen*] Quidam libri veteres, et omnes vulgati, *tantum*. *Gif.* Sic emendavi fretus auctoritate duorum codicum manuscript. aliis invitis, in quibus est, *Si tantum*: sententia quidem banc scripturam postulat. Hoc enim sentit Lucret. *Nil referret*, i. e. nil prodesset, seu nihil attineret, quædam ex igne decedere, et quædam ad eum accedere, et quorundam ordinem mutari, si nihilominus omnia naturam ignis retinerent. *Lamb.* Ita Lambinus ex quibusdam Codd. Alii Codd. *Si tantum*: unde alii *Si tandem* libenter legunt. Creech. Nuperrima Lond. Ed. in variantib. lect. notat: *si tandem* quidam. *Tantum* alii. Prius illud ex *Ms.* et *Marginalia* nostra referunt, sed pro *ardoris, arboris*. Lege igitur: *Si tamen ardoris, &c.* mire enim id genus vocabus ludere solet Auctor; idque æquius, licet non ubique notamus. *Preig.*

684 *Omnimodus*] Scribo *unimodus*. Hoc enim ad omnes ignes se haberet uno modo: esset unicum principium ad singula, etiam si cuncta crearet. *Unimodus* dicitur simplex: *omnimodus*, omnifarius: *multimodus*, multiplex. Si legis *omnimodus*, interpretare ignem non tantum calidum futurum: sed habiturum omnem proprietatem: cum diversæ naturæ gigantur ab eo per Heraclitum: sed cum ignis *omnimodus* esse nequeat: sequitur ut principium rerum esse nequeat. *Pius*. Ita ex veteribus scripsi. In quibusdam tamen: *omnimodus. unimodus* Gif. Id est, omnibus modis ignis esset. Atque ita legebat Turnebus noster: et ita habent libri aliquot manuscripti alii. *omnimodus*, manente eadem sententia. vulgati plerique habent *unimodus*: quibusacum consentit Memmianns, quæ lectio etiam probabilis est. *Lamb*.

*Crearent*] Nempe ignea corpora: quodcumque crearent corpuscula, et primordia rerum ignea, id esset ignis *omnimodus*, seu *unimodus*, seu *omnimodis*, i. e. omnino, et omnib. modis. *Lamb*.

688 *Neque ulla*] Sic habet codex Vaticanus, quam scripturam secutus sum. ita enim loquebantur antiqui: Plaut. ex Varronis libro sexto de ling. Lat. 'gannit odiosus totæ familiæ.' Terent. Heaut. 2. 3. 30. 'hæc ipsa in itinere, alteræ Dum narrat, forte audiui.' M. Tull. de Divinat. lib. 2. 'Sed si eadem hora aliæ pediculis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum et exile, quod declarari possit habitu extorum?' sic idem Lucret. l. 3. 931. 'Aut aliæ ejus desiderium insideat rea.' Idem 6. 392. 'Et potius nullæ sibi tarpis conscia' rei,' &c. *Lamb. Ulla rei*. Ita dicebant, totæ, illæ, ipsæ, alteræ, &c. in dandi casu. *Fab*.

689 *Rei*] Olim, ut Priscianus docet lib. 1. scripserunt *rji* et *cji*, unde passim producitur. *Hæc*. Vid. Turn.

Adv. 19. cap. 12. *Preig*.

690 *Adjectu*] Jactu ad sensus: apulsu, seu coniectu, qui ad nostros tactus perveniat: nam 'adjicere telum,' est plus quam jacere: nempe ita jacere, ut ad eum locum, quem jaculator petit, perveniat. Cæs. lib. 2. de Bello Gall. 'Et quia non longius hostes aberant, quam quo telum adjici posset; prælii committendi signum dedit.' Idem lib. 4. 'Atque ita montibus angustus mare continebatur, ut ex locis superioribus telum in litus adjici posset:' sic Lucret. dixit 'adjectum odoris:' 4. 677. 'Nunc age, quo pacto nareis adjectus odoris Tangat, agam,' et 'lumina adjicere,' 5. 568. 'Nam quibus e spatiis cumque ignes lumina possunt Adjicere,' &c. et M. Tull. 'adjectæ voces,' lib. 2. de N. Deor. 'Extra autem eminent quæ appellantur aures, et tegendi causa factæ intantur sensus, et ne adjectæ voces laberentur atque errarent, priusquam ab his pulsus esset.' *Lamb. Ελαβολῆς*, jactu, ut dicimus, telum adjicere. *Fab*.

*Tangere tactus*] I. e. ad tactus nostros pervenire, eosque efficere. *Pulchre dictum, tangere tactus*. *Lamb*. Bene. Nam omnis sensus necessario tactus est. *Fab*.

691 *Dicere porro, ig.*] Porro autem (inquit Lucret.) dicere unum esse rerum principium, ignem, nihilque omnino in natura rerum esse præter ignem, quod idem Heraclitus facit, valde delirium esse videtur. *Lamb*. 'Dicere porro ignem res omnes esse, neque ullam Rem veram in numero rerum constare, nisi ignem,' &c. In secundo versu lego, non *rem veram*, sed *naturam*: *neque ullam Naturam in numero rerum constare, &c.* Quippe concoqui istud non potest, *Nulla res vera in numero rerum constat*. Non enim hic de iis agitur quæ sint et existant vere et *ἄρως*; quod fusius explicare non est necesse. Ceterum apud Lucretium *τὸ natura* passim po-

nitur pro re creata, id est, producta, genita, at *φύσις* in lib. de Mundo. *Fab.* His 11. vs. Criterium sensus advocat, ut non constare omnia ex ignea natura confirmet, fatetur Heraclitus ignem sibi ope sensuum uotum esse; monet Lucretius sensus non minus percipere plura alia diversæ omnino ab igne naturæ, quam ipsum ignem; eandem autem semper, aut nullam unquam fidem sensui adhibendam esse; et deinde Epicuri sententiam de Criterio breviter exponit. *Creech.*

*Res, Rem*] Scribendum, ansam dantibus priscis exemplaribus, *ignem*. Si dicas res omnes ignem esse falleris. hic est ordo: perdelirum esse videtur dicere res omnes ignem esse: et est perdelirum sentire rem nullam constare veram in numero rerum nisi ignem. *Pius. Rem veram. Naturam.* Quippe istud concoqui non potest. *Nulla res vera in numero Rerum constat.* Faber: Delicias Stomachi! *Res veras* nos jejuni non contemnimus. Res aliquas præter ignem Apparere nunquam negavit Heraclitus: at Esse nunquam concessit: Hanc opinionem convellit Lucretius, ideoque probare debuit Res esse veras, et quas sensus vere cognoscant, vs. 697. *Creech.*

693 *Hic idem*] Heraclitus. *Fab.*

*Perdelirum*] Valde delirum et fatuum. Delirare significat a recta ratione discedere. Metaphora deducta est a liris, h. e. sulcis: qui sunt in agro. Unde errores et exorbitantia deliramenta dicuntur. *Pius.* Qui pro *delirum* scribi volunt, *deletrum* quasi a *λῆπος*, falluntur. Nam *delirus* vox est terræ Italiæ, Varr. *Fab.* Desipere est, et similia in promptu habet Lucretius; ut *ματαιζουσι* Epicurus apud Diog. Laërt. 10. 67. quales loquendi modos ante oculos habuisse videtur Sanctus Apostolus in Ep. ad Rom. cap. 1. versu 21. *ματαιζουσι ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν.*

Certe Lactantius, assiduus ille Lucretii perscrutator, lib. 6. de Opificio Dei: 'Epicuri sunt omnia quæ delirant Lucretius.' *Freig.*

694 *Contra sensus*] Contra eos sensus, qui alia sentiunt præter ignem. *Lamb.*

*Ab sensibus*] Pro sensib. per quos ignem cognovit. *Lamb.*

*Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat*] Sic locum hunc explicandum puto. Pugnare, seu stare ab aliquo, est pugnare pro aliquo, partes alicujus tneri, &c. Heraclitus autem qui sensus esse certos dicebat, planissime contra sensus agebat, cum diceret omnia esse ignem; nam id si verum foret sensus nostri ignem sentirent, quem tamen in pomo, in aqua, in marmore, ligno, &c. non sentiunt. *Fab.*

695 *Unde omnia cr.]* I. e. in quibus omnium rerum fides nititur et fundatur, ut supra dictum est, et infra plenus dicitur. *Lamb. Unde:* ex quibus sensibus. *Fab.*

696 *Quem nominat ignem*] Sic habent tres libri manuscripti, Vatic. et Bertin. et Memm. *Lamb.*

697 *Credit*] Heraclitus credit, sensum, verbi gratia, tactum, ignem cognoscere: et in hoc non fallitur. quid enim me docuit ignem esse calidum? tactus. *Lamb.*

698 *Cetera non credit*] Non credit, sensum cetera cognoscere, quæ nihilo minus perspicua sunt, quam ignis? verbi gratia, aërem, aquam, terram: quæ etiam sensibus cognoscuntur. *Lamb.* Sensus nostros cognoscere, aëra, aquam. *Fab.*

700 *Quo referemus enim*] Legendum ex priscis exemplaribus, *Quid.* Et hic est sensus: Quid afferemus certius et verius esse quam sunt illa, quæ sensu corporeo percipimus? *Referemus.* In medium pro exemplo adducemus. *Certius.* Cognitius et exploratius. *Ipsis sensibus.* quam sint illa quæ sensibus nostris percipimus.

Qui. Scribe quis pro quibus ; hoc est, sensibus. *Pius.* Quo referemus enim] Sic habent quattuor libri manuscript. quibuscum congruunt vulgati, Veneti antiq. et Vicet. probabantque hanc scripturam Jovianns Pontanus, et Francisc. Puccius. quo referemus enim, nisi ad sensus scilicet, tanquam arbitros et iudices? sic supra, vs. 435. 'Haud erit occultis de rebus quo referentes Confirmare animi quicquam ratione queamus.' Lib. vulg. autem sic, *Quid referemus enim, &c.* mea sententia minus recte. *Lamb.*

701 Qui terra] Sic ex Vet. libris malim. Marullus : quo. et ita vulgati. *Gif.*

702 Præterea quare quisquam, &c.] Vss. 4. supponit, Si aquam, si alia, tam multa inspexerimus tetigerimusve, aliam plane nobis naturam apparituram, quam ignem ; unde docet non esse majorem rationem, car asseramus omnia esse ignem, quam negato igne quidvis aliud. *Gassendus.* Creech.

704 Ignis] Hodie ignes. ut supra : *Efficiant ignis.* nisi repetas : naturam. Quod non puto. *Gif.* *Quam neget esse ignis.* Repete ἀνδ πορευθῆ naturam. Nonnulli tamen legi volunt *igneis,* seu *ignis,* in accusandi casu. *Lamb.* *Quam neget esse ignes.* Satius enim fuerit, cetera ponere et ignem tollere, quam contra ; Major enim, si nihil aliud, Naturæ amplitudo sit ; quamquam ex illorum positionibus nil tale stare possit ; nam manca foret natura. *Fab.*

*Summam tamen]* Quidam legunt *altiam tamen :* a quibus dissentio. *Lamb.*

705 Æqua videtur enim] Par dementia videtur, id est, æque delirum ac stultum videtur, solum ignem ponere et concedere, ceteris omnibus negatis ac sublati : atque ignem negare, ceteris omnibus rebus positis et concessis. *Lamb.*

706 Quapropter qui Materiem, &c.] Denique vs. 7. tam de igne, quam

de quovis alio singulari elemento, de quo eadem dici proportionem valeant, concludit : Omnes viz. delirant qui vel ignem, ut Heraclitus, vel æra, ut Anaximenes Milesius, vel aquam, ut Thales Milesius, vel terram, ut Pherecydes, rerum omnium principium statuerunt. *Creech.*

707 Consistere posse] Supra vs. 687. *consistere solo.* *Preig.*

708 Et qui principium gign. æra] Ut Anaximenes Milesius : de quo sic M. Tull. in Lucullo ; Anaximenes infinitum æra dixit esse, ex quo omnia gignerentur. et Plutarchus τῶν περὶ ἀρεσκ. 'Αναξίμανος ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀποφύηται. ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναλύεσθαι. i. e. 'Anaximenes Milesius principium rerum ærem pronuntiavit. Ex hoc enim oriri omnia, et in eum resolvi.' Archelaus item Atheniensis æra infinitum principium rerum dixit, ut refert Plutarchus eodem loco : 'Ἀρχέλαος ὁ Ἀπολλοδόρου Ἀθηναῖος ἀέρα ἔταρον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πικρότητα, καὶ μίανωσιν. *Lamb.* Et qui principium. Anaximenes Milesium præter ceteros intelligit. Videndus omnino libellus Plutarchi de placitis Philosophorum ; in quo hæc et plura. *Fab.*

709 Aut humorem quicumque] Aut quicumque aquam putarunt esse principium rerum : ut Thales Milesius, de quo Marcus Tullius libro primo de natura Deorum, et in Lucullo : et Vitruvius libri secundi capite secundo, et præcæmio libri octavi. *Lamb.* *Aut humorem.* Uti a Thalete factum est. *Fab.*

710 Terramve creare omnia] Aristoteles libro primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ scribit nullum ex physicis principium rerum terram possuisse. *Lamb.* *Terramve.* Quod mirandum : est enim tellus elementum iners et brutum, quodque alienam opem, unde excitetur, expectat. Neque ullam omnino nominatim reperio qui id de terra dixerit ; nam quod Pherecyden aiunt ejus opinionis auctorem fuisse, haud scio an de uno

Pherecyde intelligi debeat, cum et alii multi, qui Theogonias scripserunt, a terra originem rerum repetierint. Locum Aristotelis alii notavere; itaque describendo parcam. *Fab.*

712 *Longeque errasse*] Quidam codices: *longe deerrasse*. Haud scio an verius hic. *Gif.* Codices duo manuscripti habent, *longe deerrasse videntur*. Lamb. *Longe deerrasse* quidam Codd. et an hoc sit verius adhuc dubitat Gifanuis. *Creecb.*

713 *Adde etiam qui conduplicant, &c.*] Inter posteriores Empedoclem deligit, vs. 116. adversus quem quatuor elementa asserentem quicquid objicit, etiam adversus cæteros, duo, vel tria asserentes intelligi objectum potest. Nimirum si ne quatuor quidem sunt reputanda sufficere, longe minus pauciora sufficiunt. Non sufficere autem quatuor, imo et longe plura corporum genera, ad tantam rerum varietatem, quanto in mundo cernitur, ex infra dicendis clarius percipietur. Interea vero concipere potes, uti ex una litera non nisi unam faciem habes, ut *A*; ex duabus, nisi duos, *Am, Ma*; ex tribus nisi sex, ut *Amo, Aom, Mao, Moa, Oam, Oma*; ex quatuor, nisi viginti quatuor, ut *Amor, Amro, Mora, &c.* ita ex uno corpore simplici, quantumvis versetur, non posse unquam fieri nisi unum, ex duobus commistis nisi duo, hoc est, unum compositum, quod prout erit rarius aut densius, aut habebit amplius ex uno, quam ex altero, ad unius magis, quam ad alterius naturam accedat: ex tribus pari ratione, nisi sex: ex quatuor, nisi viginti quatuor. Et commuta situs, commuta gradus, versa ac reversa quantum voles omnia; semper tamen erunt eadem genera; ac omnino denique ad varietatem rerum innumerabilem, necessaria esse elementa seu principia varietate innumerabilia. *Gassendus. Creecb.* Verbi gratia, *Archelaus*, qui aërem et eam, quæ circumfusa est, densitatem, et eam, quæ circumdata est, raritatem, i. e. ignem,

et aquam vult esse principia rerum. *Conduplicant.* Quales fuerunt, *Xenophanes*, qui terram et aquam statuit; *Parmenides*, ignem et terram; *Cenopides Chius*, et ignem et aërem; *Hippo Rheginus*, ignem et aquam. Quæ omnes opiniones stare possunt; nisi argutari libeat. Sed non semper veteribus æqui sumus. *Fab.*

714 *Aëra jungentes igni*] *Cenopides Chius: Terramque liquori, Xenophanes. Armenides autem Ignem Terræ junxit; Hippo Rheginus, atque Archelæus Ignem junxerunt Aquæ; et Onomacritus Ignem, Aquam, et Terram simul posuit rerum Primordia. Fagius. Creecb.*

*Terramque liq.]* Ut *Parmenides. Lamb.*

716 *Ex igni, terra, &c.*] Apud *Servium* ad *Ecl. Virg. 6. 81.* ut et ad *Æn. 1. 127.* legas, *Ex igni, terra, atque anima nascuntur, et imbri.* pro *procreare*. Sed ita Grammatici nonnunquam testimonia veterum Poëtarum adducentes, aliquod verbum pro iustituto suo et commodo mutant, suæque orationis filo accommodant. Hinc locum respicit *Lactant. Inst. Div. 11. c. 13.* ‘*Empedocles, quem nescias utrumque inter poëtas an inter philosophos numeres, qui in rerum natura versibus scripsit, ut apud Romanos Lucretius et Varro, quatuor elementa constituit, i. e. ignem, aërem, aquam, et terram: fortasse Trismegistum secutus, qui nostra corpora ex his quatuor elementis constituta esse dixit a Deo.*’ *Hav.*

*Atque anima*] Atque ex aëre *Virg. in Sileno, 81.* ‘*Namque canebat uti magnam per inane coacta Semina terrarumque animæque marisque fuissent.*’ *Lamb.*

*Imbri*] Post hoc verbum octodecim veruum hyperbaton est, usque ad, ‘*Hic tamen,*’ &c. *Fab.*

717 *Agrigentius*] Quidam libri: *Agragantius*, quidam: *Agragentius*. *Gif. Aeragantius.* Dno cod. Manuscripti habent, *Agrigentius: Bertin.*

et Memm. *Agragantinus*: Vatic. *Agragentinus*. *Acragas* fluvii et oppidi nomen est. dictum autem oppidum a fluvio est. *Lamb.* *Acragas* in meridiana Siciliae parte, hodie *Grigenti*, *Gergenti*, &c. *Fab.*

*Empedocles*] Vixit Olympiad. 80. *Epipharmo* æqualis. *Laërt.* *Gyraldus*, et nos in poetis Græcis, qui mox Gallico sermone prodibunt. *Fab.* *Metonis* filius, ut aliis placet, *Archinomi*, ut aliis, *Exeneti*, sed omnes fatentur *Acragantinum* esse: floruit Olymp. 84. eleganti carmine de rerum natura scripsit, docuitque omnia e quatuor elementis igne, aqua, aëre, et terra componi, et in ea iterum resolvi. 'Ἐμπεδοκλῆς Μέγιστος Ἀκραγαντῖνος τέτταρα μὲν λέγει στοιχεῖα, Πῦρ, Ἄερα, ὕδωρ, γῆν δὲ δύο δὲ ἀρχικὰς συνάμειν, φύλλαν τε καὶ νεῖκος, ἃν ἡ μὲν ἔστω ἐνωστική, τὸ δὲ διασπυρική. *Plutarchus* de *Placit. Philos.* 1. 3. *Creech.*

718 *Triquetria*] *Triquetra* Sicilia vocatur a Latinis quoniam habet tria promontoria. Dicitur enim *triquetra*, ut placet *Quintiliano*, quasi *triquadra*. *Trinacria* seu *Trinacris* quod habeat tria ἄκρα, hoc est, promontoria, vocatur a Græcis: et, ut inquit *Plinius*, 'a triangula specie.' *Ovid.* lib. 4. *Fast.* circa medium: 'Trinacris a positu nomen adepta loci.' *Pins.* *Siculis* *Sicilia* enim dicta est *Triquetra* a tribus promontoriis, *Peloro*, *Pachyno*, *Lilybæo*. *Triquetram* dictam esse quasi *Triquadram* a tribus sedibus indicat *Quintilianus* 1. 6. dicitur et *Θρωακία* a Græcis, quasi *θρῠνακία*; seu a *Thrinaco* quodam Siciliae tyranno. *Horat.* Sat. 2. 6. 55. 'militibus promissa, *Triquetra* Præmia Cæsar, an est *Itala* tellure daturus?' *Lamb.* Notandum genus dicendi, *Quem* insula gessit in oris triquetris terrarum. pro, insula *triquetra* gessit, &c. *Sicilia* autem *triquetra* dicitur quasi *τρηκῆτρα*; est enim ad figuram τοῦ Δ. accedens, et tria ἄκρα habet, *Pelorum* ad septentrionem, *Pachynum* orientem ver-

sus, *Lilybæum* ad meridiem et occidentem. *Fab.* His vs. 18. *Sicilliam*, *Empedoclis* patriam describit, illumque egregia laude ornat. *Creech.* Ad locos quos collegit *Lamb.* addi potest *Justin.* 4. 2. 'Siciliæ primo *Trinacria* nomen fuit.' *Plin.* Nat. Hist. 3. 8. 'Trinacria pluribus, aut *Triquetra* a triangula specie.' *Isidorus* Orig. 14. 6. et alii. *Hav.*

718 *Gessit*] Vide *Ind. Gifanii: Gerere*. Sed cave credas. *Preig.*

719 *Amfractibus*] *Circuitionibus* fractis. *Cicero*, 'Longo amfractu circumscripta oratio.' idem, 'Solis amfractu.' *Virg.* 11. 522. 'Est longo amfractu valles accommoda fraudi.' *am* enim in junctura significat plerumque circum, ut *inquirere*, *ambire*, *ambustus*, *ancilia*, *hostiæ* *ambaruales*. *Lamb.*

720 *Ionium glaucis aspergit littus ab undis*] Ita hunc locum interpungendum putavi, ex quibusdam libris. *Quidam: virus ab undis*. *Quidam: Ionio*. *Gif.* *Ionium glaucis asp. virus ab u.* Hic versus varie scriptus est in veteribus exemplaribus, et vulgatis codicibus. Nam libri *Faër.* et *Tett.* et *Bertin.* habent, *Ionium glaucis aspergit virus ab undis*, aut *in undis*. *Vatic.* et *Memm.* *litus ab undis*. quibuscum consentiunt *Ald.* antiq. *Paris.* *Vicentini*. *Veneti* autem recentiores, et utrique *Lugdunenses*, et *Florentini*, *Ionio et Libycis aspergit litus ab undis*. ego hanc scripturam proximam adulerinam esse puto: illam superiorem, germanam, eamque jam in secunda editione secutus sum. *Virus* autem significat enjusque rei humorem et virtutem naturalem, ut docet *Nonius*. *Lamb.* *Majorem* enim *Siciliæ* partem mare *Ionium* alluit. *aspergit* autem positum pro *adfundit*. *Fab.* *Ionio*. *Magnam* enim *Siciliæ* partem *Mare Ionium* alluit. *Quidam* legunt, *Ionio, et Libycis aspergit littus ab undis*. *Alii Ion. g. a. Littus ab undis*. *Optimi Codd.* *Virus*. *Virus* autem non *Hu-*

mores, ut Lambinus et Faber sentiunt, sed Salem denotat; sic 5. 475. tetrum virus, 'Linqvit enim supera tetri primordia Viri Aspera.' *Creech.* Sic 2. 475. 'Tetri primordia viri,' et 5. 270. 'Percolatur enim virus,' &c. *Lacanus* 10. 124. 'Tyrio quorum pars maxima succo Cocta diu, virus non uuo duxit abeno.' Adde *Virg. Georg.* 3. 281. 419. *Preig.*

*Virus*] Recte; adstipulantibus optimis membranis ut et L. B. non *littas*. significare vero salsedinem et amarorem maris dudum docuit *Turneb.* 19. 15. *Hav.*

721 *Fretu*] *Freto*. Figura loquendi priscorum. qui *lauru*, pro *laurō* dicebant et multa hujusmodi. hunc locum citat *Priscianus* in *Ma.* sic: 'Multa præterea vetustissimi etiam in principalibus mutabant syllabis: gumgrum pro chongrum, chumchim pro cœchim: huminem pro hominem, proferentes, funtes pro fontes, frundes pro frondes. unde *Lucretius* in primo libro: Angustoque fretu rapidum mare dividit undis: pro fretu.' *Gellius* 12. 20. Nocturnam Atticarum. 'Marco Ciceroni mollius teretiusque visum est in quinta in *Verrem*, fretu scribere quam fretu: perangusto, inquit, fretu divisa. Erat enim crassius vastiusque perangusto fretu dicere. Itidem in secunda simili usus modulamine, Manifesto inquit peccatu: sicuti *Ennius* rectos cupressos dixit, contra receptum vocabuli genus p. 135. hoc versu: 'Capitibus nutantes pinos: rectosque cupressos.' Firmior ei credo et viridior sonus esse vocis visus est rectos dicere cupressos quam rectas. Contra vero idem *Ennius* ære fulva dixit, et *Homerus* κῆρα βαθεῖον. *Pius*. Producit hunc versum testem *Prisc.* lib. 1. atque fretu positum esse pro fretu: ut *Acheronta* pro *Acheronta*, et frundes pro frondes, et ita *M. Tull.* *Ver.* 5. 'Sicilia perangusto fretu divisa,' Sicilia autem erat olim *Italix* continens, et

agro *Brutio* annexa: post vi *maris*, quod nunc *Siculum* dicitur, abscissa, atque abrupta est ad *Rhegium*: quod a verbo *φῆρυμα*, i. e. frango, dictam est. Sed tamen fretus, us, in usu est. idem *Lucret.* 6. 363. 'Nam fretus ipse anni permiscet frigus,' &c. *Arnob.* lib. 1. *Advers. Gent.* 'Et tamen, & isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini: stribiligines et vos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis? Nonne aliud hæc utria, aliud dicitis hos utres? cælus, et cælum? non item filas et filum? non item crocus et crocum? non item fretus et fretum?' &c. *Lamb.* *Fretu*, Ita hunc locum legerunt veteres magistri; quos inter *Priscianus*. quin et eadem flexione usus *Cicero* est. *Fab.* Pro fretu, ut docet *Voss.* de *Anal.* 2. 17. Imitatus hunc locum nobilis *Geographus Pomponius Mela* lib. 2. 7. 'Id angustam et anceps alterno cursu modo in *Thuseum*, modo in *Ionium pelagus* perfluit, atrox, sævum, et *Scyllæ Charybdisque* sævis nominibus inclutum.' *Hav.*

*Rapidum mare*] Fretum *Siculum*, *Italiam* ab insula dispescens. *Fab.*

722 *Italia terræ oras*] Sic legendum, non *Italia terrarum*. Sic enim loquuntur Latini, 'Italia terra,' 'Campania terra,' 'Gallia terra,' &c. Verumtamen alteram scripturam non damno. *Lamb.* *Italia terrarum oras*] Ita omnes libri *Vet.* *Lambinus*: *terrai*, bene quidem, sed libros posco. *Gif.* *Italia terræ*. Terra *Italia*, terra *Gallia*, terra *Umbria*, terra *Græcia*, terra *Apulia*; sic fere semper veteres. Exempla passim apud *Plautum* et *Varronem*, *Lucretio* σβυρρον. *Fab.* Ita *Lambinus*, *Italia* enim *Terra*, *Campania* terra, *Gallia* Terra, apud *Veteres* occurrunt; *Terrarum* *Codd.* Quidam e *Mss.* legit *Æolia*, ea enim, quam *Jocastes* *Æoli* filius ad fretum *Siculum* habitabat, pars olim dicta est *Æolia*. *Creech.* *Italia. Hæta* ex *Gottorp.* *codd.* refert nuperrima



Lond. Ed. in Var. Lect. *Æolus* ex Mss. Marg. nostra: addita hac nota: 'Sic et in iisdem Mss. terrarum repperi;' ut et ed. Giffanii. Additur: 'Ea, quam Jocasles Æoli filius ad Fretum Siculum inhabitabat, pars dicta *ÆOLIA*.' Nansii, Voasii an alterius cujusdam viri docti sit, non liquet. *Preig. Æolia terrarum*. Ita scribi debere docent constanter Mss. Lngd. Bat. quorum auctoritate ita reposuimus. adde Creechium. *Hav.*

723 *Æjus*] Siciliæ nempe, quæ circa tempora Josuæ, uti in Epistolis nuper ostendimus, vi Superi maris a reliquo Italiæ corpore divulsa fuit. *Fab.*

723 *Hic est vasta Charybdis*] In freto Sicule ad oram Siculam; nam erravit Ovidius qui ad oram Italicam statuit; in enim errorem a Virgilio inductus est, quem non satis attente legerat, immemor describi a Marone navigationem a Græcia in Italiam; tunc enim Charybdis ad latus sinistrum jacet. *Fab. Vasta charybdis*, quæ fuit aquarum vorago. Homer. *Od. μ, 104. Ἡ δὲ χάρυβδις ἀναβοῦσθεὶ μέλαινα ὕδωρ*. Virg. 3. 'ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus.' *Lamb.*

*Ætnæa min.*] De Ætna, et ignibus ac murmuribus Ætnæ, lege l. 6. Lucret. ibi: 'Nunc ratio quæ sit,' &c. *Lamb.*

724 *Murmura flammæ, &c.*] Unius vocabuli *erum* ingrata ista repetitio, ac per *iterum* reciprocatio, miram si nullius paulo Elegantioris aures offenderit. Præsertim quam multa suppeditent variantes, quas præ manu habemus, lectiones. Tentemus aliquid. Lego: *Et hic Ætnæa minantur Murmura flammæ erum ac conligere iras, Faucibus eruptas vis omnis ut evomat ignis, Ad colunq; ferant flammæ fulgura cursum. sursum-iras*, ut apud Terent. 'Semper-lenitas.' *Minantur* h. e. movent, neque fulgura in vel ad *Colum cursum suum ferre* minori elegantia dicantur, quam 6. 326.

'Magnum conamen eundi sumere.' *Preig.*

*Rursum se con.*] Nam Ætna aliquando vicinas urbes cineribus et favillis obruisse dicitur: aliquando tantam vim cineris et favillarum eiecit, ut vicini biduum tenebris sepulti viderentur. M. Tull. de N. Deor. lib. 1. 'Nos autem tenebras cogitamus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per triduum nemo hominem homo agnosceret: cum autem tertio die sol illuxisset, tum, ut revixisse sibi viderentur.' Idcirco dixit *rursum*. Alii legunt *sursum*: quibuscum non pugnabo. *Lamb.* Propter tot exempla antiquarum cladum quas Ætnæ incendium importaverat. *Fab.*

725 *Faucibus*] Crateribus: sic enim eas fauceis appellant Græci. idem Lucret. 6. 701. 'In summe sunt ventigeni crateres, ut ipsi Nominant, nos quæ fauceis perhibemus, et ora.' *Lamb.*

*Eruptos*] Emissos. Notandum participium 'eruptos,' ab absoluto verbo erumpo. *Lamb.* Notandum, inquit Interpres, 'eruptos' ab absoluto verbo. Tamen exempla alibi sunt, quæ vel unus Virgilius multa dabit. 'Erupti nubibus ignes,' 'Proruptus corpore sudor.' Deinde, quod nec Lambin. nec Giffan. cogitarunt, erumpo et prorumpo, ab origine prima non minus activa fuerunt, quam abrumpo et corrumpto. *Fab.* Sic Virg. *Æn.* 8. 199. et 7. 459. 'Erupti nubibus ignes.' 'Proruptus corpore sudor.' *Creech.*

*Iterum vis*] Ita vet. libri elegantissime. Vulgati: ut *vis*. Gif.

726 *Ferant*] Hoc elegantias. Et ita quidam libri. In aliis: *ferat*. Gif.

*Fulgura*] Fulgores. Nam apud hunc poetam *fulgur*, et *fulgor* pro eodem ponuntur. *Lamb.* Sæpe alibi pro fulgores. *Fab.*

*Magna modis mult. miranda*] Magna, miranda, duo epitheta ἀσυνδέτως posita. *Lamb.*

*Videtur*] Sic legendum, non, ut in vulgatis, *videntur*. *Lamb.*

*Cum videtur, cum fertur*] Ita loquebantur pro, cum feratur, videatur, &c. sæpe alibi Lucretius. *Fab.*

729 *Rebus opima bonis, &c.*] Multis Codd. hic versus desideratur. *Fayus.* Ille viz. summæ industriæ et perspicacitatis vir multos evolvit libros, quos neque Lambinus, neque Gifanius, neque alii viderunt. *Creech.* *Isidorus Orig.* 14. 9. 'terris frugifera, anro abundans.' *Hæv.*

730 *Nil tamen hoc habuisse*] Vide apud *Diog.* *Laërt.* multa de *Emped.* quæ hoc loco referre longum sit. Non possum tamen mihi temperare, quin versus ejus gravissimos, quibus poëtas insectatur, qui membra humana Diis affinxerunt, ponam, a me apud *Ammonium* repertos, commentario περί ἐρμηνείας, τμήμ. δ. ubi ostendit Deos esse meras energias, natura, et essentia sua, non ex potestate et habitu proficiscentes, ut humanas. sic autem ille tandem: Διὰ ταῦτα δὲ ὁ Ἀκραγαντίος σοφὸς ἐπιβραβίλων τοὺς περί Θεῶν, ὡς ἀνθρωποειδῶν ὄντων, παρὰ τοῖς ποιηταῖς λεγομένους μύθους, ἐπήγαγε προηγουμένως μὲν περί Ἀπόλλωνος, περί οὗ ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περί τοῦ θεοῦ παντὸς ἀπλῶς ἀποφαινόμενος· Ὅτι γὰρ ἀνδρομέη κεφαλὴ κατὰ γυνὴ κέκασται, οὐ μὲν ἀπαι νότων γε δύο κλάδοι ἀτσουσι, οὐ πόδες, οὐ βοᾶ γούν', οὐ μήδεα λαχνηέντα, Ἄλλὰ φρήν ἱερή, καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μόνον, φροντίσι κέσμων ἅπαντα καταύσσουσα θεοῖσι. i. e. 'Propter has causas *Agrirentinus* sapiens insectans et exagitans poëtarum fabulas, quæ de Diis narrantur, tanquam humana forma præditis, subjicit præcipue quidem de *Apolline*, de quo institutus ei erat sermo, sed eodem modo de omni essentia divina simpliciter et absolute pronuntians,

*Ὅτι γὰρ,* &c. Quorum versuum hæc fere sententia est: Deos neque caput humanum habere, neque brachia ex humeris apta, neque pedes, neque genua, neque inguina hirsuta, sed mentem sacram et divinam duntaxat, et cogitationibus celeribus universum mundum moventem. *Lamb.*

731 *Carumque*] Plurisque faciendum: τιμώτερον; repetendum enim ἀπὸ κοινῶ magis. Alii libri habent, *clarumque*. *Lamb.* Al. *carum*. id erit Græc. τίμων. sed malim *clarum*. *Fab.* *Carumque*. Pluris faciendum, τιμώτερον. *Clarumque* alii legunt, et probat *Faber*, quasi *Lucretius* dixisset, Nihil habuit præclarus, et magis clarum. *Creech.*

*Videntur*] *Scribe videtur*; h. e. *Sicilia* ejus carmine. *Pius.*

732 *Quinetiam*] Ὀμηρικὸς Ἐμπεδοκλῆς, καὶ δειὸς περί φράσων γέγονε, μεταφθικὸς τε ἄν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περί ποιητικῆν ἐπιτεύγμασι χρώμενος. *Aristot.* ἐν τῷ περί ποιητικῶν. *Laërtius.* *Creech.*

733 *Vociferantur*] Ostendunt. probant. Ita *Aristoph.* αὐτὸν χροῖμα βοῆ, quod alii imitati sunt. *Fab.* Quia sublime et grandiloquum dicendi genus in poësi sua secutus eat *Empedocles*. Hujus fragmenta collegit in poësi philosophica *Henricus Stephanus*. *Hæv.*

*Reperta*] Εἰρήματα. Inventa, seu inventiones. *Fab.*

734 *Ut viz hum.*] Immortale divini viri testimonium, tanto magnificentius, quod ab illo profectum, qui hoc in loco contra ejus sententiam ire parat. Nec absimile apud *Jamblichum* de *Pythagora*. is p. 120. Ed. *Kuster.* Ταῦτά τε ὄν λέγουσι πρὸς πίστιν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. ὡς δὲ τοῦτων ἀπολογουμένων, καὶ ἀδυνάτου ὄντος περί ἄνθρωπον ἔνα ταῦτα συμβῆναι, ἤδη οἴονται σαφὲς εἶναι, ὅτι ὡς περί κρείττους ἀποδέχσθαι χρὴ τὰ περί ἐκείνου λεχθέντα, καὶ οὐχὶ ἀνθρώπου. i. e. 'Hæc igitur, aliaque id genus commemorant, fidei

conciliandæ: cumque ista in confesso sint, nec fieri possit, ut in unicum hominem congruant; hinc jam liquere autmant: quod dicta de illo, non tanquam de homine, sed tanquam de Numine quodam accipiendæ sint.' *Hav.*

735 *Hic tamen et supra, &c.*] Vss. 8. Egregium fuisse philosophum Empedoclem fatetur, Heraclito, et aliis quos supra refutaverat, maximis licet quot viris, et quibus tutius quam ulli Deorum oraculo credamus, majorem: hunc tamen principia rerum non recte statuisse plurimis argumentis demonstrare aggreditur. *Creech.*

*Inferiores*] Empedocle. *Lamb.*

736 *Egredie multis*] Valde, impense, &c. Rhetor ad Herennium lib. 3. 'Nec egregie magnam esse utilitatem audacter pronuntiauerunt.' Paulo post: 'At si quid videmus aut audimus egregie turpe aut honestum.' Itaque 'egregie turpe' idem ferme fuerit, quod paulo post 'unicam turpitudinem' vocavit. Notanda hæc fuerant ab interpretibus. *Fab.*

738 *Ex adyto tanquam cordis*] Ex animi recessu: ex animi penetralibus. *ἔδωρον* vox Græca, composita a privativa particula *a*, et *ἔδω*, quod valet 'ingredior.' Sunt enim *ἔδωρα* eæ templi partes, quæ sunt abstrusæ, et quas intrare profanis non licet. Dixit autem, 'tanquam ex adyto,' ut sit *ἐκείν.* *Lamb.* Lucanus Phars. 9. 565. 'Ille deo plenus tacita quem mente gerebat, Effudit dignas adytis e pectore voces.' *Preig.*

*Responsa dedere*] Sic M. Tull. 2. de Fin. loquens de Epicuro: 'In alio libro, ubi breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur.' *Lamb.*

740 *Ex Phæbi*] Quidam veteres: *διο.* Gif. Cod. Memm. habet, *tripode ex dio.* de tripode Apollinis, et de lauro, lege interpretem Aristoph. ad illum locum, in Pluto vs. 39. *Τί δ᾽ἄθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;* ubi

*Delph. et Var. Clas.*

ille, 'laurum,' inquit, 'gerebat Pythia, et tripodes ipsi coronati erant.' et Diodorum Siculum l. 16. pag. 523. *Lamb.*

741 *Fecere ruinas*] Sic Arist. l. 1. *φυσικ.* *Ἰστοῦντες γὰρ οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων, ἐξεργάσαντο.* i. e. 'Primi illi philosophi veritatem et naturam rerum quærentes, eversi sunt, seu graviter ceciderunt.' nam verum proxime sequentem, 'Et graviter magni magno cecid. ibi casu,' puto esse declarationem, seu *ἐπιμύθειαν*, hujus versus, *καὶ ἐπεξήγησεν.* Sed cur non dixit 'magnum cecidere ibi casum,' ut s. 390. 'Sensiferos motus movere?' *Lamb.* *Κατεσφάλησαν.* corruerunt, ceciderunt. *Fab.*

742 *Ibi*] Circa illam quæstionem, illud argumentum. *Fab.*

743 *Primum, quod motus, &c.*] Aggreditur refutationem primo vs. 4. Quod tam Empedocles, quam cæteri plurium elementorum assertores inane perinde ac superiores rejiciant, et motum tamen, raritatem, mollitudinem, quæ sine inani esse nequeunt, admittunt. *Creech.*

746 *Admiscet in eorum Corpus*] *Admistum rebus:* et *Admistum in rebus:* Sæpe Lucretius: Quidni igitur legamus, *Corpore?* *Creech.*

747 *Divide quod omnino finem, &c.*] Secundo vs. 7. quod velint omne corpus esse infinite dividuum, secus quam Lucretius ante ostenderit, et nunc eodem, quo usus est Argumento vs. 593. probat. Alia Plutarchus de Placit. Philos. 1. 13. *Ἐμπειδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θρασυμάτα ἐλάχιστα οἰοῦν στοιχεῖα, πρὸν στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα. Ἡράκλειτος ψηφισμῶν τινα ἐλάχιστα, καὶ ἀμερῆ εἰσάγει.* cap. 17. *Ἐμπειδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτέρων ἔγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ὅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα, καὶ οἰοῦν στοιχεῖα,* Et 4. Empedoclem cum Epicuro jungit: *Ἐμπειδοκλῆς δὲ, καὶ Ἐπικούρου, καὶ πάντες ὄσοι μετὰ συνδροσίμον τῶν λεπτομέρων*

*Lucret.*

*συνίτων κοσμοποιούσι.* *Creesh.*

748 *Pausam*] I. e. quietem, finem, *παύλας, παύσιν.* Lucill. Sat. l. 1. 'Hæc nbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.' Ennius apud Var. l. 9. de L.L. 'pausam fecere fremendi.' Lucret. 3. 872. 'Inter enim jecta est vitali pausa.' et 4. 1109. 'Parva sit ardoris violenti pausa parumper.' Plant. Ruden. 4. 6. 1. 'Aliquando osculando melius est uxor pausam fieri.' Arnob. lib. 5. Advers. Gent. 'Sed quid terrenis obvolvisse vos sordib. Denm loquimur matrem, cum ab Jovis ipsius maledictis nullam pausam facere vel exigui temporis quiveritis?' A. Gell. 9. 13. ex Q. Claud. Quadrigario: 'Is maxime prælio commoto, atque ntrisque summo studio pugnantis manu significare cœpit, utrique ut quiescerent pugnare. pugnæ pausa facta est.' *Lamb.* Finem; A. Gellius 9. 13. 'Pausa pugnæ facta est,' Ennius p. 108. 'Hæc nbi dicta dedit, Pausam facit ore loquendi.' *Creesh.*

*Faciunt*] Supponant, constituent. *Fab.*

*Fragori*] I. e. frangendis corporibus. *Lamb.*

*Neque pausam stare fragori*] Itaque fractionem dari ad infinitum: quam non admittebat Epicurus. Ceterum, non est finis secundis corporibus, et, pausa fragori non stat, idem significant. Frago autem a frago, unde fragesco apud Accium duobus locis, pro frangor, ut a tago, tagax, attingo, &c. *Fab.*

749 *Nec prorsum in rebus minimum*] *Minimum* intellige, quo nihil minus esse potest, et ad quod cum perventum sit, tum fiat cujuslibet corporis secandi finis, ut supra diximus. Ad hunc locum pertinent ea quæ a Cicer. disputantur sub Varronis persona, l. 1. Acad. Quæst. 'Ex materia putant Peripatetici omnia expressa atque efficta; quæ tota omnia accipere possit, omnibusque modis mutare, at-

que ex omni parte: eoque etiam interire non in nihilum, sed in suas partes, quæ infinite secari ac dividi possint, cum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat.' Idem l. 1. de Finib. disputans adversus Epic. 'Ne illud quidem physici est, credere aliquid esse minimum,' &c. Vult igitur Epic. aliquid esse in rebus minimum, nempe corpora prima: quæ scilicet jam secari aut dividi non possunt, eorumque sententiam nunc refellit Lucret. qui negat quiequam in rebus esse minimum. Lege, si tibi commodum est, quæ hac de re supra diximus. *Lamb.*

750 *Cum videamus id extremum*] Confer hunc locum cum illo superiore 593. 'Tum vero quoniam extremum quojusque cacumen,' &c. *Lamb.*

752 *Conjicere ut possis*] Locus est aliquantum obscurus: quem sic declaro. *Conjicere ut possis* ex hoc extremo cacumine, quod jam cernere non potes, et quod ad sensus nostros videtur esse minimum, id extremum esse in rebus minimum, quod extremum ipsæ res habent. Secutus autem sum scripturam duorum codicum manuscr. cum quibus congrunt Parisienses, et Veneti antiq. Nam cæteri codices habent. *Conjicere ut possis ex hoc, quæ cernere non quis, &c.* quam scripturam si quis probabit, ita erit explicanda: *Conjicere ut possis* ex hoc extremo, quod extremum habent ea, quæ cernere non quis, esse aliquid minimum in rebus. *Lamb.*

*Quod*] *Quæ Gifanias.* Et in sequenti versu inter *minimum* et *consistere* Lambinus legit *in*. Qui probant *Quæ* ita explicant: *Conjicere ut possis* ex hoc extremo, quod extremum habent ea quæ cernere non potes, esse aliquid minimum in rebus. *Creesh.*

*Quæ cernere non quis*] Ita omnes veteres fere, quod omnino rectum

est. Quidam veteres, Marullus, et Vulgati: *quod. Gif.*

753 *Extremum*] Extremum illud esse *ῥὸ δαχῶρον*, de quo antea in rebus *ῥοτος* consistere. *Fab.*

*Minimum in cons. r.]* I. e. minimum consistere in rebus, seu minimum esse in rebus. Sic autem sæpe loquitur Lucretius, *κατ' ἀναστροφῆς. Lamb.*

754 *Huc accedit item, quod jam*] Sic restituendum existimavi certissimis conjecturis ductus. alii libri habent, *quoniam primord.* *Lamb.*

*Quoniam primordia]* I. e. *quod. Iri.* Lambinus: *quod jam. Gif.*

*Huc accedit item]* Tertio vs. 6. quod mollia, ac proinde mutabilia, et in nihilum abitura elementa faciunt: prima enim corpora, si mutarentur, in nihilum recidunt: at e nihilo nihil, et in nihilum nihil, supra demonstratum est. *Creech.*

755 *Mollia]* Ignem, aquam, terram, aëra. *Fab.*

*Nativa]* Ergo perennit; quare principia esse nequeunt. *Fab.*

756 *Atqui]* Gryphil Ed. *at qui.* ut et Heinsiana collatio altera. In Marg. autem Ed. Gryphiense, nec non Heins. collatione prima, cod. Ms. Bodleiano, et Ed. Pii: *ut qui.* Forsan scripsit Lucretius: *ut que;* et vers. 754. illud *quoniam* retineri poterit, quod ex Lambini conjectura in *quod jam* mutatum; Gifanio autem idem valet, quod *ῥri*, apud Græcos, sed soli procul dubio. Optimum enim sensum hi tres versus fundent, si ita distinguas: *Huc accedit item (quoniam primordia rerum Mollia constituent, quæ nos nativa videmus) Esse et mortali cum corpore funditus, utque Debeat ad nihilum jam rerum summa reverti, De nihiloque, &c. Preig.*

758 *Vigescere]* Ita hic malui ex quibusdam in Vet. nam *virescere* (quod in quibusdam libris est) videtur inrepsisse ex loco supr. vs. 675. *Gif. Virescere.* sic supra, 'de nihiloque virescat copia rerum.' non dissimu-

lato tamen, in quibusdam libris legi *vigescere.* *Lamb. Vigescere, Gif. Nard.* alii. Quibus non repugno. *Creech.*

759 *Quid a vero, jam, distet, habebas]* Ordo est: quorum utrumque, nempe et rerum summam ad nihilum reverti, et ex nihilo res gigni aut renasci, quantum a vero distet, jam habebas, i. e. jam cognovisti, vel paullo ante didicisti. Sic autem restitui. mendose enim legitur in vulgatis codicibus, et in nonnullis manuscriptis, *habebis.* Est autem hic sermo implicatus, *Quorum utrumque quid a vero: jam distet, habebas.* sic enim dictum oportuit, si versus pateretur: *Quorum utrumque quid a vero distet, jam habebas:* ut paullo ante diximus. quomodo interdum etiam loquuntur Græci, et vero liberius, et sæpius. *Soph. in CEd. Tyr. Μη νῦν ἀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἰ σέ τι δέδρακα, ἔν ἑσταιτιῆ με ῥῥην.* Nam hoc ordine verba collocari debuerant, *Μη νῦν ἀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος ἀλοίμην, εἰ σέ τι δέδρακα ἔν ἑσταιτιῆ κακῶν.* Sic iterum *Lucret. 2. 250.* 'Sed nihil omnino recta regione via Declinare, quis est, qui possit cernere, sese?' Idem 6. 175. 'Fecit, ut ante, cavam, docui, spissescere nubem.' *Lamb.*

*Habebas]* Quidam veteres, et nos ter, et Lambini quidam libri *habebis.* Et ita quoque vulgati. *Gif.* Didicisti. ut apud *Plaut. Ter. 'habes,'* i. e. didicisti. *Do, pro doceo. Accepi, pro didici. Fab.*

760 *Deinde inimica modis multis s. atque venena]* Deinde (inquit Lucret.) hæc, quæ Empedocles, et qui ejus sententiam sequuntur, principia rerum esse volunt, sunt inter se inimica, et quasi venena, i. e. mortifera, et letalia. aqua enim cum sit humida et frigidissima, cum igne maxime pugnat sicco et calidissimo: aër cum sit humidissimus et calidus, cum terra pugnat aridissima et frigida. præterea ignis cum aëre et terra pugnat: aër cum aqua: aqua cum terra. Sic

autem Catull. Rufum quendam 'vitæ venenum' dixit. *Lamb.* Quarto, vs. 4. quod elementa contraria, ac proinde se mutuo peremptura, aut nunquam certe inter se coalitura inducant. Horum enim elementorum fautores, veluti patres familias singulis suas qualitates attribuunt, calorem et siccitatem alteri, alteri vero humiditatem et frigus, humiditatem et calorem tertio, quarto denique siccitatem et frigus. Ita hæc elementa in mutuam perniciem armant, ab iis tamen nihil præter pacem, concordiam, et fœdera expectant. *Creech.*

761 *Ipsa inter se se sunt venena*] Alla aliis adversa, Varro lib. 1. R. R. 'Ejus enim salivam fructus esse venenum.' Paulo autem superius, plane ut Lucretius: 'Quædam enim pecudes culturæ sunt inimicæ ac veneno.' Alibi item c. 45. 'venenum enim gelum radicibus tenellis.' Ut alio nescio quo loco, 'talparum venenum.' Sed 'venena formosarum mulierum' in admirandis illis Afranii versibus, longe aliud dicas. *Fab.*

762 *Ut tempest. coorta*] Sic legendum, non *coacta*, nam sic loquuntur Latini M. Tull. Verr. 3. 'Tantæ subito tempestates coortæ sunt.' Lucret. 2. 552. 'Sed quasi naufragiis magnis, multisque coortis.' et 4. 929. 'Usque adeo tetra nimborum nocte coorta.' Cæsar lib. 4. non longe ab extr. 'Tanta tempestas subito coorta est.' idem lib. 5. non longe a principio. 'Qui nuntiarant, superiore nocte maxima coorta tempestate prope omnes navis afflicta.' Idem eod. lib. 'Maximo coorto vento.' *Lamb. Coacta.* Sic recte omnes libri. Male ergo Lambinus: *coorta*. Gif. Male Gifanius, cui placeat legi *coacta*, male, inquam, nam etsi dixerit Virgilius, *in nubem cogitur aër*; non continuo dicemus *tempestas coacta*. *Fab. Coacta* Mss. rectius: *Coacta* vero non *co* Tempestate, sed *co* Fulmina conjungas. *Creech.* *Coacta* etiam complures

Libri tam Mss. quam excusi in nuper Lond. Ed. indicati, sed et Marg. nostra habet addita notula: 'recte sic Mss. et alii Libri. male *Lamb. Coorta.*' Nos tamen Lambino ac Fabro hic facile accedimus. *Preig.*

764 *Denique quatuor ex rebus, &c.*] Quinto, vs. 18. quod aut dicere debent elementa amissis naturis mutari in res, quæ deinde rursus in ipsa mutantur, quo casu, non ipsa potius rerum, quam res ipsorum principia sunt: aut naturis servatis acervos solum quosdam ex iis fieri, quo casu nulla unius speciei uniusque nominis res oriretur; sed tantum ignis, aëris, aquæ, et terræ, rudis quædam et indigesta moles; ut ex auri, argenti, stanni, ærisque ramentis nihil unquam præter auri, argenti, stanni, ærisque acervum efficias. Concludit denique rerum principia sensibili aliqua qualitate prædita ad rerum generationem prorius inepta fore. *Creech.*

766 *Qui magis illa qu.*] Mutat genus; dixit enim quatuor ex rebus, deinde in eas res; nunc: 'Qui magis illa,' i. e. illæ res, et illa elementa, ex quibus omnia nasci, et in quæ omnia dissolvi volunt Empedocles, et qui eum sequuntur. Quod si quis vocem *illa*, referet ad voces *cuncta*, et *omnia*, videbitur legendum *Quo minus, &c.* *Lamb.*

767 *Retro*] Interpretare rursus retrocedendo et vicissim succedendo: ex cadavere fiet *retro*, hoc est, rursus elementum. Quidam corrigunt, *retroque putari*: cui si arrides, expone conventiones aut decreta ex illis principiis. Scimus enim pacta et conventiones Græcos *retros* appellare: unde Laconum leges illæ notissimæ dictæ. nunc idoneo verbo res ex successione elementorum per vias genitæ vocantur *retros* tanquam leges decretæ ex primis legibus elementariis; prior expositio simplicior. *Pius. Retroque putari.* Ita ut principia dici queant. *Fab.*

768 *Mutantque colorem*] Ita sæpe filium pro qualitatibus legas. (est autem vox pictoriæ artis filium) ita et *xpoidv* usurpant Græci. *Fab.*

771 *Roremque liquorum*] Elementum aquæ liquidum. Quidam legunt: *roremque liquentem*. Pius. *Roremque liquorum*. Veteres fere libri: *liquoris*. Gif. *Liquoris* habent tres lib. manuscr. alii, *liquorum*. Lamb.

772 *Nil in concil. naturam ut*] I. e. ut nihil eorum in congressu naturam immutat. *Lamb.*

*Concilio*] Congressu, cœtu, mixture. pœne peculiaris Lucretio vox est in ea notione. *Fab.*

*Ut mutet*] *Vossii* cod. alter ut et *Marg. nostra*: et *mutet*. F. et *mutat*. ut constructio sit: *si ita forte putas, et, juxta illam opinionem tuam nil naturam mutat, &c.* *Preig.*

774 *Non exan. q. corp.*] I. e. non quicquam corpore exanimo constans, seu non quicquam exanimus. *Lamb.* *Cum corpore*. Ita libri. *Lambinus*: quid. Gif.

775 *In casu*] Quidam veteres: *casum*. Gif. *In casu* var. I. e. in concilio et congressu varii acervi. *casus* idem significat quod *coitus*: immo vero *coitus* et *casus* idem sunt. *Lamb.*

777 *Atque ardor cum rore m.*] Sic repositi non dubiis conjecturis ductus: nam libri omnes habent, et *quodam cum rore man.* plane mendose. sententia autem perspicua est: Si quatuor illæ res (inquit) ita congregabuntur et coibunt, ut naturam suam non mutant: primum nihil ex illis creari poterit, deinde videbitur aër cum terra confusus, et *ardor*, i. e. ignis, cum *rore*, i. e. cum aqua: quod natura non patitur. Sic supra *ardorem* pro igni posuit vs. 669. 'Occidet ad nihilum nimiram funditus ardor.' et infra eod. lib. 901. 'Verum semina sunt ardoris multa,' &c. *Lamb.* *Atque ardor*. Ita *Lambinus* non dubiis conjecturis ductus, sententia

enim ipsa postulat. *Ardor* pro *igne* vs. 669. *Creech.*

779 *Cæcam*] I. e. latentem, et obscuram. Idem 2. 126. 'Quod tales turbæ motus quoque materiai significant clandestinos cæcosque subesse.' *Lamb.* Non obscuram et latentem, ut alii, sed sensibus non apparentem. *Creech.*

780 *De numero nequid*] Subintelligatur *sit*. ne ex numero illorum principiorum sit aliquid quod invicem repugnet et generationem impediatur. Nam elementa nisi essent tenuissima, ignis aquæ repugnaret, et alterum succumberet. sed cum sint simplicia valde, non possunt exercere vires ob tenuitatem adversatrices. Quidam codices non *de numero* habent: sed *diminuat* hoc sensu. Sint primordia tenuissima, ne quid, id est, aliqua virtus intrinseca diminuat, hoc est, corrumpat quod contra pugnet, id est, elementum contrarium tollat, et obstat aqua, verbi gratia, igni; ne possit ad generationem coire, altero naturali vi in alterum obruendum nitente. Pius. *Emineat ne quid, quod*. Vera lectio procul dubio. Pro qua *Heinsiana* collatio prima, ut et *Marg. nostra* suppeditant *deminuat*. In *Pii* ac *Gryph.* Edd. erat: *de numero nequid*. Quo sensu? nescio: nisi forte scribendum, *de numero ne quidquam, contra, &c.* *Preig.*

781 *Quominus proprie*] Ita ut illud concretum non sit aqua, ignis, &c. sed proprietatem suam specificam habeat. *Fab.*

*Proprie quodæ.*] Forte: *proprium*, i. e. suæ propriæque naturæ: non mixtum ex omnibus elementis. *Gif.*

782 *Quin etiam rep. &c.*] Sic item *Aristot.* ait enim elementa inter se commutari, et alterum ex altero igni. Sed ea (ut dixi) appellat elementa non principia. Inter principia autem et elementa multum vult

interesse. *reputant* autem, i. e. initi-um ducunt. *Lamb.* Agit de circula-tione seu permutatione elemento-rum; quamquam Peripatetici recte distinguunt elementa et principia. *Fab.* Sexto, vs. 21. quod admittentes mutnam Elementorum transmuta-tionem, admittere debent commu-nem, atque adeo priorem materiem, quæ varias eorum formas successive induat: Empedocles enim, ejusque sectatores docuerunt elementa mu-tuas prædas agere, modo ignem par-tem aliquam aëris abripere, modo aërem quasdam ignis particulas de-trahere, et idem facere alia Elemen-ta. Πυκνούμενων τὸ πῦρ ἐξυγραινέσθαι, καὶ ἀέρα γίνεσθαι: συνιστάμενων ἀέρα γίνεσθαι ὕδωρ· κρηγνόμενων τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέψεσθαι· καὶ ταύτην ὕδωρ ἐπὶ τὸ κέντρο εἶναι. πάλιν δὲ αὐτὴν τὴν γῆν κείσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τοῦτου τὰ λοιπὰ ὁμοίως· αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν ἑω ὕδωρ dicebant: Laërtius de Heraclito: et eadem de Empedocle affirmari possunt. Urget autem Lu-cretius, mutantur principia, et in ni-hillum recident, ideoque cum elemen-ta mutari omnes fatentur, ista non sunt rerum primordia: e nihilo enim nihil. Quaedam igitur est materia immutabilis e qua diversimode mota et disposita modo aër, modo aqua, mo-do ignis, modo terra conficitur. *Creock.*

783 *Ignem se vertere*] Hesychius tamen Ἀγέννητα: στοιχεῖα παρὰ Ἐμπεδοκλεῖ. Quod si non fallitur Gramma-ticus, frustra disputat Lucretius. Falli autem non patitur Plutarchus, qui toties affirmat Empedoclem agnos-cere στοιχεῖα τῶν στοιχείων Principia elementorum, et de his primis prin-cipiis intelligendus est Hesychius. Inter Empedoclem igitur et Epicu-rum probe convenit, nisi quod Em-pedoclis sententia sit operosior, sim-plicior Epicuri: Empedocles enim ex primis suis principiiis elementa com-ponit, et ex iis elementis constituit

res omnes; Epicurus autem e primis principiiis res cunctas immediate con-ficit. *Creock.*

*Auras*] Spiritale elementum aëris. infra vs. 801. 'Ordine mutato et mo-tu facere aëris auram.' *Pius.*

786 *Calorem*] I. e. ignem, ut supra *ardorem* dixit. *Lamb.*

787 *Mutare, meare*] Prisci codices: *mutando meare.* h. e. ire et redire per superiorum corporum transmutatio-nem. *Pius.* Sic habent quinque libri manuscriptorum, quibuscum vulgati con-sentiant, Paris. et Vicet. alii habent, *inter se mutando, meare, &c.* quam scripturam tamen non improbo: sed antiquam ei antepono. *mutare inter se* autem sic dictum, ut *amare inter se, &c.* *Lamb.* Marullus *mutando*, con-tra vet. libros omnes. *Gif. Mutare, meare.* Ovid. Met. 15. 244. 'Omnia sunt Ex ipsis, et in ipsa cadunt. resolutaque tellus In liquidas rorascit aquas: tennatus in auras Aëraque humor habet, dempto quoque pos-dere rursus In superos aër tenuissimus emicat ignes: Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.' *Hav.*

788 *Ad sidera mundi*] Quidam libri habent *ad sidera cæli*: et ita Virg. Georg. 4. 58. 'Hinc ubi jam emis-sum caveis ad sidera cæli Nare per metastem liquidam suspexeris agmen,' &c. idem Æn. 10. 176. 'cæli cui si-dera parent.' *Lamb.* Cæli, jam alibi. ita Virgil. Manil. sæpissime. *Fab.* *Ad Sidera Cæli*, quidam Codices: mu-tatur viz. hic versus ab iis qui *Mundus* pro *Cælo* sæpissime poni ignora-runt. *Creock.*

790 *Superare*] Περὶγίνεσθαι, super-esse, reliqua esse. *Lamb.* Perpetuo remanere, superesse. *Fab.*

792 *Nam, quodcumque fuit, &c.*] Hic versus cum eo qui deinceps sequitur, jam supra positus est. Ad hunc au-tem locum, atque ad sententiam per-tinent, quæ scribit M. Tull. 3. de N. Deor. his verbis: 'Præterea omnia



hæc tum intereunt, cum in naturam aliam convertuntur: quod fit, et cum ex aqua oritur ær, et cum ex ære æther, et cum eadem vicissim retro commeant.' *Lamb.*

794 *Quæ paullo dix.*] Sic habent tres libri manuscripti, non, ut alii, quod paullo dix. Sed quæ sunt illa? ignis, ær, aqua, terra. *Lamb.*

795 *In commutatum veniunt*] I. e. in commutationem. Venire autem in commutationem, nihil aliud est, quam in naturam aliam converti et esse commutabilia. *Lamb.* In commutationem, &c. id est commutantur. Hujusmodi verbalia in us amabant veteres. Virg. *Æn.* 12. 95. 'o nunquam frustrata vocatus, Hasta, meos.' Varro siliubi dixit, 'agitatus,' Cato, factus, (in singulos factus, a *chaque façon*, vel *pour chaque façon*) c. 67. 'factoribus det in singulos factus olei sextarios.' Ita *occasus* pro occasione. *Enn.* 'occasu' juvat res.' Ita 'conciliatus' in hocce libro. Et sane multo melius quam posteriores Latini; aliud enim est commutatus, aliud commutatio: illud passionem significare debet, hoc vero vel actionem, vel agendi modum. *Fab.*

*Constare necesse est Ex aliis ea, quæ*] Ordo est: necesse est ea, nempe ignem, ærem, aquam, terram, constare ex aliis, quæ nunquam commutari possunt. *Lamb.*

796 *Convertier*] I. e. converti. Virg. 4. 493. 'Magicas invitam accingier artes.' *Pius.*

796 *Quin potius tali, &c.*] Hos quatuor versus, qui deinceps sequuntur, quidam legunt cum interrogationis nota, hoc ordine, et sensu: Cur non potius constitutas quædam corpora tali natura prædita, ut, si forte ignem crearent, possint eadem paucis detractis, paucisque additis, &c. ærem facere? Sed fortasse præstat sine interrogatione pronuntiare, et conjungere cum versu superiore, hoc modo: Ne tibi res omnes ad nihilam redi-

gantur, immo potius, ut quædam corpora tali natura prædita, i. e. immutabilia, et quæ nequeant alio tempore converti, constitutas; i. s. statuas et existimes posse, si forte ignem crearent, eadem paucis demtis, i. e. detractis, et paucis tributis, i. e. additis, atque attributis, ordine et motu mutato, facere ærem. *Lamb.* 'ἄλλὰ μᾶλλον, sed potius. *Fab.*

801 *Facere æris auras*] Sic habent libri manuscripti, melius, quam quidam vulgati, *æris auram*. sic et paullo post, 803. 'At manifesta palam res indicat (inquis) in auras Aëris,' &c. *Lamb.*

802 *Sic alias altis rebus mutarier omnes*] Aliquid ulceris hic lateat necesse est: Latini enim sermonis consuetudo postulabat, ut scriberetur: *Sic alias aliis rebus res mutarier omnes*. At, inquis, error in metro fuerit: scilicet; glossema enim in versu et germanæ lectionis locum invasit. Neque dubitandum putem quin pro *mutarier* olim scripserit poëta *vertier*: *Sic alias aliis rebus res vertier omnes*. Frequenter enim usurpat *vert* pro *vertere* in ea significatione. ita in hoc ipso libro: 711. 'et in rerum natura vertier omnes.' 2. 307. 'Naturam rerum mutare et vertere motus.' Iterum, 873. 'Præterea cunctas itidem res vertere se se,' Ibid. 821. 'in ignes omnia versat.' et 926. 'in pullos animales vertier ova.' Sic 4. 136. 'Et cujusque modi formarum vertere in ora.' Omitto cetera exempla quæ legenti occurrerent. Illud autem *rebus res*, ut *rerum res*, *rerum res*, præterquam quod necessarium est hoc loco, nisi Lucretium, lectissimæ et tersissimæ dictionis scriptorem, *βαρβαρισμῶν* dicemus, tam crebro usurpatum ab eo est, id ut amasse videatur. Exempla fidem fecerint. 'Multarum rerum in rebus primordia mista.' 'Res putet immixtas rebus latitare.' 'Scire licet non esse in rebus res ita mistas.' 'Multarum rerum in rebus communia de-

beat.' 'Postremo ante oculos rem res finire videtur.' Sed hoc satis neque alia exempla huc concessisse attinet. *Fab.* Faber legit, nec absurde, *Sic alias aliis rebus res vertier omnes.* Creech.

803 *At manifesta palam, &c.*] Alia objectio. At res omnes (dicit aliquis) e terra crescunt, et terra ipsa nihil fere gignere potest, nisi imbris irrigetur, et solis calore foveatur. Ergo ignis, sēr, aqua, terra, sunt principia rerum. *Lamb.* Objectio est: Omnia e terra crescunt, quod nemo neget; sed tamen nisi benignus aëris tepor, lux solis, et opportuni imbres accedant, nihil quidquam terra ex sese progignet; ergo fatendum est, aquam, ignem, &c. esse principia. Ad eam objectionem respondet, ea non magis esse principia quam vinum, triticum, et alia, queis vitam sustentamus. *Fab.* Tandem vs. 20. objectionem proponit et solvit: Plantæ, cæteraque animalia nutritionem et incrementum suum quatuor elementis debent. Omnia enim e terra crescunt, quod nemo neget; sed tamen nisi benignus aëris tepor, calor solis, et opportuni imbres accedant, nihil quidquam terra ex sese progignet: ergo fatendum est aquam, ignem, &c. esse principia. Respondet vs. 809. Ea non magis principia esse quam vinum, triticum, et alia quibus vitam sustentamus. Quæ enim nutriunt non sunt illico principia, sed illa potius ex quibus ipsa sic contextuntur ut rebus alimento sint. Creech.

806 *Focillant*] Recreant, foveant, maniant contra aritudinem. Dicimus focillo: unde focillare passim: et focillor: qua forma deponentis usus est Varro lib. 2. de Vita patrum. Reperitur et foculare unde focula pro nutrimentis foveantibus et instaurantibus vires: qua dictione Plautus usus est in Persa. Legendum tamen est hoc pacto: *Imbribus et tabe membrorum arbusta vacillant:* ut

sic hic sensus: nisi tempestas sit fansto tempore exoriens *arbusta vacillant:* nutant et diruantur tabe membrorum: ruentibus videlicet eorum flagellis. Sic Priscianus legit lib. vii. p. 768. loquens. 'Vetustissimi tamen etiam in quibusdam Latinis: quæ nominativum in *es* productum terminant, pares cum genitivo habent syllabas: in hac declinatione solebant producere ablativum more quintæ declinationis vel supra dictorum Græcorum: ut a mole, fame, tabe: quod adhuc etiam profertur. Virg. vi. 421. 'Offam objicit: ille fame.' Lucanus in 10. 158. 'Non mandante fame multas volucresque ferasque Ægypti posuere deos.' Juven. in 15. 102. 'Membra aliena fame lacerabant, esse parati Et sua.' Lactertius. *Imbribus et tabe membrorum arbusta vacillant.* Pius. *Et tabe nimbi.* Ita et vet. libri, et Priscianus lib. vii. Sic inf. 3. 503. Quidam veteres, Marullus, et Vulgati: *focillant*, male. Vid. et inf. 6. 553. *Gif.* *Et tabe nimborum arb. vacillant.* Hanc scripturam agnoscit Priscian. lib. 7. confirmant quattuor codices manuscripti, Vatican. Faërnus, Tettianus, Bertinianus: quibuscum consentiunt Veneti antiq. et Lugdunenses alteri. neque est quod quisquam patet legendum *tabi*, veritas, ne secunda syllaba *tabe*, brevis sit: nam fortasse eadem ratione producitur, qua secunda vocis fame. Virgil. *Æn.* 6. 420. 'medicatis frugibus offam Objicit; ille fame rabida tria guttura pandens Corripit.' *tabe nimborum* autem, i. e. liquore nimborum, quod totum valet imbribus. *Lamb.* *Tabe nimborum.* Hic vero turpissime, si unquam alias, se dedit Gifanius; quod a Lambino animadversum non fuisse miror. 'Tabes nimborum,' inquit in Indice, 'i. e. nimbi noxii et pestiferi, elegante metaphora. Tabes veteribus nihil aliud quam pestis valet seu pernicies. Vide Festum,' inquit.

Eam certe κατὰ κερμὸν elephanti corio circumtectum esse oportent, qui talia scribat. Lucretius ex sensu illius qui contra ipsius principia aliquid objiciebat, dicit, ni tempestas fausto tempore et imbris indulgeat, ni arbor quandoque uberrimis pluviiis ita recreata sit, ut folia graventur, ni sol foveat, ni calorem tribuat, &c. fruges, arbusta, animantes crescere nequibunt. Ibi, ut vides, omnia fausta, commoda, opportuna adscribit Lucretius: ibi autem homo noster de pestilentibus et noxiis imbris narratum advenit. Deinde falsum illud est quod apud Festum legitur, Tabem nil aliud quam pestem apud veteres valere: sed ex pluribus significationibus cum unam modo annotasset Festus, existimavit Gifanius nullam aliam præterea esse; cum tamen hic Lucretii locus (si vel tantilulum modo eum intellexisset,) satis ostendere potuerit aliud omnino cogitandum fuisse. Tabes enim humorem, fluorem, seu liquefactionem significat; unde in 6. 787. 'tabificis radiis so' omnia lustrans;' et 'tabida nix' apud Liviam, quæ jam μαρῶνται, et τρεῖδων apud Diodorum lib. 1. ubi de Nili incremento agit, idem est, pag. 36. edit. Rodomaniæ. Τὸ δὲ πλεθὸς τῆς σεσωρευμένης χύβος ἐν τοῖς Βορρῶσι μέρσι περὶ μὲν τὰς τροπὰς μέγαν πεπηγὸς, ἐν δὲ τῷ θέρει διαλυομένων ἀπὸ τῆς θερμότητος τῶν πόγων, πολλὴν τρεῖδων γίνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο, &c. Ibi πολλὴν τρεῖδων χύβος, significat, multam tabem nivis. Inde itaque factum ut trahere et tabescere pro diffuere, minui, &c. usurpent veteres. Unde et μεταφορικῶς in Andromacha Ennil, p. 241. 'Quid fit? æditio tabetne, an numeros augeat suos?' Fab. Si hæc, quæ Faber attulit, non placeant, Fayam lege, et egregium interpretem admirabere: quidam legunt *Focillat*, quæ vox Lucretii sententiæ non absurde convenit. Creech. Eleganter: vide notas Fabri, qui adducit Diodori

locum, quem plane expressit Lucanus 10. 225. 'Adde quod omne caput fluvii quodcumque soluta Præcipitat glacies, ingresso vere tumescit Prima tabe nivis.' ubi tabes nivis est distillatio nivis. Diodorus similiter de Nilo agens, vocat τρεῖδων χύβος. Hav.

806 *Vacillent*] Ita recte Mss. Alii minus recte *focillant*. significat gravatos inflexosque arborum ramos præ pondere guttarum. Vide Var. Lect. Hav.

808 *e possint fruges*] Ita vet. libri. Ne autem pro non quod sententia postulat. Gif. Non. Uti Fayus, qui vim et argumenta poetæ optime intellexit. Ne pro Non e Codd. Gifanius. Creech. Non possint. Turnebus Adv. 19. 15. probat, quod in antiquis instrumentis se invenisse ait, non possunt, idque nulla addita nota recepit Creechius. Atqui si quid mutandum, melius ita reponas supra vers. 805. *Ut nisi tempestas, &c. possint* enim, cui exsolventur mox respondet, mutari non debet. Vide Var. Lect. Hav. Non possunt. Sic Angl. sed nullo fundamento. Ego omnino *possint* retinendum puto. Sic solet Lucretius. v. gr. 1. 674. 'Jam tibi res redeat ad nilum funditus omnis.' Mox etiam: 'exsolvatur,' &c. &c. Cæterum *Imbribus* versus præced. dative casus est: et indulgere imbris eleganter *Tempestas* dicitur; et quidem tempore fausto, quasi dicat justo. Nam *Tempestates* pro variorum procreandarum usu variæ suo quæque tempore adesse debent, ut loquitur alibi Lucretius. Adeoque et illa, quæ imbres afferre, sive imbris locum præbere potestatemque facere solet. Quod monendum fuit, nequis Fabri illa Paraphrasi: 'ni tempestas fausto tempore et imbris indulgeat,' a vero hujus loci sensu abducatur. Cujus editio etiam male post vocem *fausto* distinguit. *Tabes* autem, non *tabi*, ut et *vacillant*

pro *vacillant*, retinendum omnino putamus. Ibi cœsura sufficit. Hic sensus nimis est manifestus. *Preig.*

810 *Adjuvat*] Post alias editiones, etiam Fabri illa, Salmuriensis, *adjuvet* præferebat, male. quidni enim sibi constet poëta? præcessit enim: *nisi indulget, vacillant, fovent, &c.* *Preig.*

*Amisso tam corpore*] Sic loquitur M. Tull. epist. quadam ad Gall. lib. 7. 'Vireis et corpus amisi.' iterum Laer. inf. cod. lib. 1039. 'Nam veluti privata cibo natura animantium Diffiuit amittens corpus,' &c. *Lamb. Amisso corpore.* Quemadmodum dicebant facere corpus, uti apud Phædrum optimum et purissimum scriptorem, ita et illum corpus amittere dicebant, cui succus corporis defluit, *φθώρας, ῥήραρα.* Contrarium est *συναρροσίδ.* de quo aliquid olim dixi. *Fab. Vires et Corpus amisi* Cicero. Pro *Corpore B.* exhibet *Tempore.* Creech.

812 *Adjutamur*] Frequenter et multipliciter adjvamur. Sensus est: cum non uno alatur cibo et alimento, hoc est, monophagia: sed vario et diverso, hoc est, polyphagia: hoc indicat corpora non ab uno principio, sed multiplici esse compacta. *Adjuto* est adjuvo. Marcus Tullius ex poëta prisco: 'O Tite, si quid ego adjuto curamque levasso.' Gellius hoc verbo utitur. *Pius.*

814 *Nimirum quia multa modis, &c.*] Sic legendum, et ita scriptum est in duobus cod. manuscriptis, non, ut in vulgatis, *multi modis.* Cur alius aliis animantibus sit cibus, copiose et uno loco disputat lib. 4. 637. 'Nunc aliis alius cur sit cibus,' &c. *Lamb.*

815 *Mista*] Gotthorp. Cod. *multa.* ut et Cod. Ms. Voss. quod non ab aliis forsan proscriptum, quam quibus verus præced. illud: *multa modis* nimis placuit pro *multi modis*; quod omnes fere libri habent. Poëta autem manifesto captat hoc loco omnimodam vocis hujus multiplicationem,

et valde exaggerat quod dicit; nimirum quia multa multarum rerum primordia in rebus multis multimodis communia sunt. Illud *mista* autem ex vs. 822. transsumere in promptu fuit. In *multis* autem *rebus* ita se rem habere dixit, quod tamen ex ipsius hypothei in rebus quibusvis, omnibus et universis se ita habet; quemadmodum paulo inferius: 'Passim nostris in versibus ipsis *MULTA* elementa vides multis communia verbis,' dicere contentus est, quam vere potuisset dicere: *QUEVIS* elementa; nullum non elementum. Ne ullum quidem quod non multis verbis commune sit reperias. *Preig.*

816 *Multimodis*] Sic omnes vet. fere, et omnes Vulgati; recte. ut inf. vs. 894. quidam veteres tamen: *multa modis*, non male. *Gif.*

818 *Continentur*] Collatio Mas. Voss. prima: *continentur*. Non male: sed nihil muto. *Preig.*

823 *Quia etiam passim nostris in versibus ipsis*] Utitur eadem similitudine, atque adeo iisdem versibus lib. 2. *Lamb.* Ea, qua sæpe utitur, similitudine vs. 7. sententiam suam egregie illustrat. Eadem litteræ vario tantum ordine dispositæ innumera componunt verba, et forma et sono plurimum diversa: quid igitur dubitemus eadem semina, quæ longe plura quam litteræ sunt, quæ diversas etiam habet figuras, ignem, terram, aquam, omnem denique varietatem posse constituere? *Creech.*

824 *Elementa*] Literas, characteres, quæ et Gr. *στοιχεῖα.* *Fab.*

825 *Inter se vorans*] Ita hic veteres quidam. *Gif.*

826 *Sonitu distare sonanti*] *Sonitu sonanti* sic dictam, ut lib. 8. 'anxius angor' (nisi forte ibi legendum est, *anxius agror*) apud Plautum 'amœnitas amœna,' Captivis: 'pretio pretioso,' Epidico: 'nitoribus nitidis,' Casina: 'pulchram pulchritudinem,' Milite glor. 'acrem acrimoniam,' apud

Næviam in Lycargo ex Nonio. *Lamb.* *Sonitu sonanti.* Ita 'cavas cavernas' Virg. Ennius autem, 'cupienter cupit;' et alia id genus. *Fab.*

827 *Tantum elementa queunt*] *Επιφώνημα*, seu acclamatio. *Lamb.*

828 *At rerum*] *Marg.* *Et rerum.* quod non caret elegantia. *Preig.*

829 *Unde*] *Ex quibus.* Sensus est: Primordialia corpora debent suppeditare plura, ex quibus, &c. *Fab.* Aliquando legi *Passimus*: sed jam nihil muto admonitus vs. 778. 'At primordialia gignundis in rebus oportet Naturam clandestinam, cœcamque adhibere.' *Creech.*

830 *Nunc et Anaxagoræ*] *Nunc* contra Anaxagoram accingitur. 'Anaxagoras' (ut scribit M. Tull. lib. 2. Acad. Quæst.) 'materiam infinitam dixit esse, e qua omnia gignerentur: eamque, particulas simileis inter se minutas, primo confusas, postea in ordinem adductas a mente divina.' Hic librum suum sic orsus est: *ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν νοῦς ὃ ἀτὰρ διίφρε, καὶ διακόσμησε* i. e. 'Simil erant res omnes: mens autem ea distinxit, et in ordinem redegit.' Quæ videntur esse a Mose sumta. *Lamb.* Refutata Heracliti, Empedoclis, et aliorum Philosophorum de rerum principis sententia, Anaxagoram vs. 92. impugnat: Anaxagoras autem Clazomenius, Hegesibuli vel Ebnli filius, viginti annos ante Xerxis trajectionem natus, teste Laërtio. Ille docuit materiam infinitam esse, e qua omnia gignerentur, eamque particulas simileis inter se minutas, primo confusas, postea in ordinem adductas a mente Divina: Cicero Acad. Quæst. 1. 4. Librum suum de Rerum Natura sic orsus est, *ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν νοῦς ὃ ἀτὰρ διίφρε, καὶ διακόσμησε.* Plutarchus 1. 8. Ex partibus vero inter se similibus res omnes componi asseruit, ex Ossiculis Ossa, Sanguinem ex Sanguinis Guttulis, &c. *ἔλεγε ἀρχὰς τὰς ὁμοιομερίας καθόπως γὰρ ἐκ τῶν ψηγημάτων λέ-*

*γομεν τὸν χρυσοῦν συνεστῶσαι, ὅπως ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν μικρῶν σωματίων τὸ πῶν συγκεκρίσθαι;* Laërtius: Fusinus Plutarchus C. 3. de Placit. Phil. 1. 1. 'Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰς εἶναι ὁμοιομερίας ἀπεφώνητο: ἰδὲναι γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι, πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναται τι γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν τροφῆν γούιν προσφερόμεθα ἀπλῆν, καὶ μονοειδῆ' ὅλον τὸν Δημήτριον ἔρπον, τὸ ὕδωρ κίνουντες καὶ ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρεξ, φλέψ, ἀρτηρία, νεῦρα, ὄστα, καὶ τὰ λοιπὰ μέρια. Τοῦτων οὖν γυνομένων, ὁμοιοσητῶν ἐστίν, ὅτι ἐν τῇ τροφῇ τῇ προσφερομένῃ πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα, καὶ ἐκ τῶν ὄντων πάντα ἀίχεται' καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ τροφῇ ἐστὶ μόρια αἰματος γενεητικὰ, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων, καὶ ἄλλων τῶν ἃ ἦν λόγῳ θεωρητὰ μέρια: οὐ γὰρ δεῖ πάντα ἐπὶ τὴν αἰσθησιν ἀνάγειν, ὅτι ἔρπος καὶ τὸ ὕδωρ ταῦτα κατασκευάζει, ἀλλ' ἐν τοῦτοις ἐστὶ λόγῳ θεωρητὰ μέρια. ἀπὸ τοῦ ὄντος οὖν ὁμοία τὰ μέρη εἶναι ἐν τῇ τροφῇ τοῖς γενομένοις, ὁμοιομερίας αὐτὰς ἐκάλεσε, καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφώνητο: καὶ τὰς μὲν ὁμοιομερίας, ὅλην, τὸ δὲ ποιῶν αἴτιον, τὸν νοῦν τὸν τὰ πάντα διαταξάμενον. *Creech.* *Anaxagoræ.* Ad ea, quæ collegit Creechius, addi potest locus ex commentario Nicetæ ad Gregorii orationem in laudem Basilii p. 519. edit. Leunclav. In quibusdam vero codicibus aliter olim fuisse scriptum, dicitur ex Servio, qui ad vs. 625. *Æn.* 4. ita legit: *Nunc ad Anaxagoræ veniamus homoeomeriam.* docens respectu illius doctrine dixisse Virgilium 'Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor!' De iis in quibus magistrum Anaxagoram secutus est Euripides videri potest Schottus Nodor. Cicron. 2. 15. *Hæc.*

'*Ὅμοιομερίας*] Hoc nomen scriptum est litteris Latinis in aliquot lib. manuscriptis. nos vulgatos secuti, Græcis excendendum curavimus, non pugnaturi, si quis Latinis scribat. 'Ὅμοιομερῆ' autem dicantur, quorum partes appellantur nomine totius: ut os, sanguis, lapis. Nam quæ omnia hæc

sint inter se dissimilia, constant tamen singula partibus similibus. *Ἵππομεπίας* igitur, quam Anaxagoras principium rerum esse dixit, licet interpretari vel similitum partium naturam, vel partium similitudinem. *Lamb.* *Ἵππομεπίας*. Græca excudendum curavimus, contra quam Anglicæ Edd. saltem nuperrima; ut sibi constet Poëta, qui id genus plura coacervat circa finem libri quarti: Imprimis quoniam rem ipsam patria dicere lingua nequit, ut ipse fatetur, adeoque nec scribere, ut par est, Latine voluit. Nec video, cur Lucretio potius quam cæteris auctoribus Latine scribentibus Græcorum vocum Græcam scripturam denegemus. *Preig.*

832 *Egestas*] Hoc refer ad copulandas diversæ naturæ dictiones: in qua quidem re belliores sunt Græci quam Romani nostri. Livius, cum de Androgyno loquitur, tradit Græciam copulandis dictionibus aptissimam. Nec tamen concedo linguam Latinam esse Græca pauperiorem in necessariis; quod non æquis auribus admitteret Cicero. modestiores fuerunt Latini: Græci licentiores: ut qui entelechian dixerant esse animam: nostri non minus perfecti habitiam dixissent: sed peregrinis favemus; et in nos legem sancimus iniquam. Hemicyclon quod illi dicunt, idem munditer Apulejus semirotondum. Quod illi *ἰδύπορδων*, Ovidius concinnius gemelliparam: nec minus excolte noctilucam Horatius: et eum magnus Albertus imitatus libro de animalibus 23. Audi quam ingrati in nosmet simus: et alienis favemus: idque homine Græco Theodoro Gaza Latinissimo a nobis stante. 'Sed enim sufficit,' inquit Theodorus, 'lingua Latina singulis Græcæ orationis sive vocabulis sive sententiis: quamquam nonnulli quæ Latine exprimere nequeunt: hæc inopiæ linguae tribuunt Latinæ: suamque pauperiem vitio dare linguae lo-

cupletissimæ audent: quos satis convinci a Marco Tallio puto, cum ille linguam Romanam ne copia quidem verborum a Græca superari autmet. Exclamat ille aliquantulum quidem importune, O inopem interdum linguam Græcam: sed non sine causa: quoniam nonnulli ita contendunt, ut Græcis nihil deesse, Latinis permulta desiderari pronuncient.' Hæc ille Græcorum omnium doctissimus: qui, ut maxima veritatis vis est, latinissimus latinatatem tuetur adversus nos Græculos ne dicam græculos propugnans: qui incedunt suffarcinati cum libris cum sportulis: et aperto capitulo in thermopolio calidum bibunt: meræ alaudæ: ne dicam meropes: quando paucissimi sunt illa vetere Græcia digni. Hieronymus quoque magnorum maximus ad Sunniam et Fretelam: 'Nec quis,' ait, 'Latinam linguam angustissimam putet quod non possit verbum de verbo transferre: cum etiam Græci pleraque nostra circuitu transferant: et verba Hebraica non interpretationis fide, sed linguae suæ proprietatibus nitantur exprimere.' Rufinus tamen lib. 1. contra Hieronymum: 'Unde et nos propter paupertatem linguae et rerum novitatem: et, sicut quidam ait, quod Græcorum et sermo latior et lingua felicior sit.' Sed cuidam hoc Rufinus ascribit ut apud se suspectum. Seneca *Controversiarum* libro sexto. 'Græcas sententias in hoc refero: ut possitis æstimare primum quam facillè Græcæ eloquentiæ in Latinum transitus sit: et quantum omne quod bene potest dici commune omnibus gentibus sit: deinde ut ingenia ingenis conferatis: et cogitetis Latinam linguam facultatis non minus habere, licentiæ minus.' Fronto tamen apud Gell. 2. *Noctium Atticarum* ait: 'Non inficias imus quin lingua Græca prolixior fusiorque sit quam nostra.' Frontoni Cicero reclamant his Tusulanarum quæstio-

nam secundo : 'Hæc duo Græci illi; quorum copiosior est lingua quam nostra, non nomine appellant. Itaque industrios homines illi studiosos vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. aliud est enim laborare, aliud dolere.' O verborum inops interdum quibus abundare te putas Græcia, aliud inquam est dolere, aliud laborare. Terentianus tamen alienis magis favet sic: 'Quo probarem planius et simul quam multa Græcis nostra non respondeant: quæque respondent ab ipsis esse nobis tradita.' *Pius.*

834 *Principium rerum*] Sic restitui, cum in omnibus libris vulgatis legeretur, *Principio, &c.* atque hoc idcirco nunc annotavi, quod Thraso ille, quem sæpe describo, meam emendationem secutus, tacitam præterit, quamquam quid in hoc queror, cum idem fecerit in aliis innumerabilibus? *Lamb.*

834 *Homoiomeriam*] Sic libri veteres litteris Latinis: quod novum non est. Sic *ipf. harmonia*, 4. 1242. *Gif. Homoiomeriam.* Quenam dicantur *ἁμοιομερῆ* mox explicabit; ea autem sunt, quorum vel minimæ partes nomen totius sui habent, ut lapis, ut aurum, ut sanguis, &c. Latine *similaritatem* dicere possemus. *Fab.*

835 *Ossa, &c.*] Servius *Æn.* 4. 625. 'Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.' secundum Anaxagoram qui homiomeriam dicit. i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis. Ergo sicut ex ossibus, sic ex sanguine et medullis. Nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. De homiomeria Anaxagoræ lege Aristotelem lib. 1. de generatione animalium. *Pius.*

836 *Ossibus, sic et de]* Ita veteres nostri. Marullus; ut Valgati: *Ossibus etni de.* contra veteres libros omnes. *Gif.* Sic habent duo cod. manuscr. quæ scriptura perspicue recta est. Nam vulgati vitiose habent, *Ossibus,*

*et sic de, &c.* *Lamb.*

.. *Paucillis atque minutis]* Paucissimis, et parvissimis, optimus interpres Fayus: Os viz. maximum et paucissimis et parvissimis ossibus conficitur! §. 330. 'Scire licet perquam paucillis esse creatam Seminibus, quoniam fugiens nil ponderis aufert.' *Creech.*

837 *Viscus]* *Visceris* facit in patrio casu. Hoc carmen citat Servius. Marcellus: 'Viscus positum pro viscere. Lucret. Visceribus viscus, et reliqua. Virg. Georg. lib. 1. 139. Tum laqueis captare feras et fallere visco Inventum. i. e. tractis visceribus. Lucil. An quod pane et viscere privo?' Idem carnem inter corium et ossa *viscus* appellabant. Viscerari prisci dicebant viscus populo dividere: quare visceratio, carnis distributio. Romani prope sollemniter Latinis in Albano viscerationem dabant: de qua Gellius, Livius, Servius meminerunt. Seneca: 'Visceratio sine amico leonis ac lupi vita est. Visceratum, per viscera. *Pius.* Vir industrius, sed quem, propter ordinem florentissimum, non appellabo, in eo libro, quem homini Germano surripuerat, negat viscus unquam pro omni carne sumi quæ sub cute sit: atque in eo ceteros imperitissimos esse et nugacissimos dicit: vellem probasset. Id certe, qui illi favent, si probare volent, Lucretium, Virgillum, Ovidium, atque adeo omnes bonos scriptores adversatores, faxo, habebunt. *Fab.*

*Sanguen]* Sanguis. antiqui pro sanguine, voce notissima, hoc *sanguen* dicebant. Author Priscianus lib. 6. advocat super hac re testimonia priscorum. lege commentaria nostra in Plautum. Est et sanguen arbor: quæ virga sanguinea vulgo. A Columella sanguinaria herba dicitur a sanguine sistendo: quam polygonon Græci dicunt. Gell. lib. 3. 'Eumque inter mortuos defatigatum vulneribus, atque spirantem, quod sanguen de-

finxerat, cognovere.' Sunt tamen non Gellii verba, sed Catonis. *Pius. Sanguenque creari.* Profert hunc versum Non. Marcell. in voce sanguen, et in voce viacus. profert et Fl. Sospiter Charisius lib. 1. his verbis, 'Sanguis masculino genere dicitur: et facti, hunc sanguinem. Sed Cato de habitu ait, sanguen demittatur, et Lucr. 'Visceribus viscus gigni, sanguenque creari.' Utitur eodem nomine et Ennius l. 2. Annalium: 'O pater, o genitor, o sanguen Diis oriundum.' Et idem Ennius apud M. Tull. l. 5. de finib. 'Non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu?' testatur et Priscianus lib. 7. Denique A. Gellius lib. 3. cap. 7. hæc Catonis verba profert: 'Eumque inter mortuos defatigatam vulneribus, ægreque spirantem, quod sanguen defluserat, cognovere.' Probris quoque grammaticis in Catholicis hunc locum spectavit, cum scripsit, 'Lucretium posuisse hoc sanguen, novo more, cum sit hic sanguis.' Iterum Lucret. paulo infra, 'sanguen an ossa?' *Lamb. Sanguen.* Ita omnino primi Latini loquebantur. Nam *sanguis* natus junius est; itaque a sanguen sanguinis, ut a flumen fluminis, &c. *Fab. Sanguenque.* Servius citat ad Virg. *Æn.* l. 215. adjiciens: 'Sanguen autem ideo dixit, quia sanguinis facit, ut carmen carminis. Si enim sanguis diceret, par esset nominativus genitivo, ut anguis, pinguis.' Exstat apud eundem ad *Georg.* l. 1. 139. ubi quæ præcedunt legas, *idem ipse*, non, ut est vulgatum, *item ipse*. Hav.

839 *Ex aurique putat micis*] Sic hæc de re Laërt. *Καθάπερ ἐκ τῶν ψηγμάτων λεγομένων τὸν χρυσὸν συναστάναι, οὕτως ἐκ τῶν ὀμοιομερῶν μερῶν μικρῶν τὸ πᾶν συγκεκρίσθαι, καὶ τοῦν ἀρχὴν κινήσεως,* &c. i. e. 'Quemadmodum ex auri micis, quæ appellantur, aurum constare: ita ex multis partibus similibus parvis universum concretum esse: et mentem, motionis principium esse.'

*Lamb. Granis, particulis, &c. ut mica thuris, χόνδρος.* ut mica salis. auri mica Hispani *pípitais* vocant, i. e. grana, *ψήγματα χρυσοῦ*, Lat. *ramenta auri*, quasi *rasimenta*. Fab.

841 *Ignibus ex ignem*] Ita ex vet. libris scripsi. Qui tamen habebant: *ex ignes*, seu *ignes*. *Ignem* ego malui. Vs. 'Sic ignem inter se,' &c. quia ab libris veteribus aberat, circumscripti. In quibusdam libris vet. *humorem humoribus*. Gif. Admoneram in prima editione, versum hunc, qui reperitur in omnibus libris vulgatis, *Sic ignem inter se parvis coeuntibus nasci*. abesse ab aliquot lib. manuscript. eum autem, qui deinceps sequitur, sic legi in nonnullis vulgatis, *Ignem ex ignibus; humorem ex humoribus esse*; in manuscriptis autem sic, *Ignibus ex ignis, hum. ex hum. esse*. Unde ortam mihi suspicionem, versum *Sic ignem, &c.* non esse Lucretianum: proximum autem sic esse legendum, *Ignibus ex ignem, humorem ex humoribus esse*. Itaque in secunda editione versus illo deleto, sic edendum curaveram, *Ignibus ex ignem, humorem ex humoribus esse*. atque hanc scripturam sycophanta omnium hominum impudentissimus sibi arrogavit, ut et alias innumerabilis. eam igitur ego nunc, ut meam, vindico. Sententia autem ita aperta est, ut declarationem non requirat. Jam vero *ignibus ex, συναστρόφῃ* est, pro *ex ignibus*. Quod si quis malet legi, ut in vulgatis, *Ignem ex ignibus, hum. &c.* equidem non pugnabo. sed antiquam scripturam malo. *Lamb.* Quidam scribunt *Sic ignem inter se parvis coeuntibus nasci Ignibus, exignibus Humorem Humoribus esse*. Hic de Lambino, Gifanio, et Pareo, quorum nec Scripta nec Nomina profecto unquam vidit, multa commentus est et nugatur Fayus. *Creech.* Amat Lucretius præpositionum postpositionem. ut jam superius notavimus. Quod Græcorum in primis Poëtarum



morem redolet. Quodque non satis animadverterunt, qui hic turbas excitant, et quasi illud, *Ignibus ex*, pro *Ex ignibus*, ferri non posset, in alia omnia abierunt. *Preig.*

842 *Putatque*] Hoc loco positum pro *Λογιστέον*, unde 'rationes putare.' *Fab.*

843 *Nec tamen esse ulla, &c.*] Quod Epicuro non placuit Anaxagoræ opinio, ideo Lucretius ipsam studiosè insectatur, et initium facit vs. 4. a duobus Argumentis adversus superiores, Heraclitum, Empedoclem, et alios allatis: Uno, quod inane in natura detur: Altero quod nullum Continuum infinite dividum sit. *Creech.*

*Ulla parte idem*] Marg. nostra *ulla idem parte*. etiam recte. *Preig.*

845 *Quare in utraque mihi pariter*] In utraque ratione, nempe et in eo, quod tollit inane, et in eo, quod vult corpora in partem infinitas secari posse: *pariter atque illi*, i. e. æque atque illi, seu ita ut illi, videtur errare. *Lamb.*

847 *Adde quod imbecilla*] Cum primordia rerum debeant esse validissima, atque ab omni injuria tuta. *Lamb.* Quæ tamen solida esse deberent. *Fab.* Tertio, vs. 12. arguit, quod cum Anaxagoras vellet constare similia ex similibus, et principia esse ejusdem plane cum compositis naturæ, sequeretur, ut composita, sic etiam principia interire posse: et nulla certe ratio est, cur, si major quædam carnis portio corruptioni obnoxia sit, non sit quoque obnoxia minor, cum etiam, tametsi consistas in aliqua minima, non appareat, quamobrem illa, dam caro sit, pati aliquid, destruique non possit: at si principia corrumpantur, in nihilum recident, quod absurdum et impossibile esse olim demonstratum est. *Creech.*

848 *Si primordia sunt*] *Ἐναρσφωοῖς* seu *διάρσφωοῖς*. *Lamb.* Si Correctio: *Ἐναρσφωοῖς*, Si tamen vocare principia

debemus, &c. *Fab.*

*Simili atque*] Itaque esse principia non possunt. Alloqui crearent aliud principium, quod ridiculum. *Fab.*

850 *Neque res ulla reframat*] Subandi, Illa principia. *Fab.*

851 *In oppressu valido*] In acri oppressione. *Lamb.*

852 *Catibus*] In congressu perniciæ. Tale apud Plantum Amph. 2. 2. 25. 'Primo cætu vicimus.' Primum tamen exemplar *dentibus* habet: per *dentes* corruptionis assiduas mutationes intellige: quæ res genitas prementes cogunt esse obnoxias perniciæ: unde vetustas ab Ovidio dicitur edax. *Pius. Dentibus*. Sic veteres libri. Optime. Quidam veteres: *rentibus, catibus* male. *Gif.* Sic habent libri manuscripti. quæ scriptura si emendata est, tractatio ducta est a feris: quæ quidquid invadunt, dentibus dilacerant, et discerpunt. In plerisque libris vulgatis legitur, *Leti sub catibus ipsis*: in nonnullis, *Leti sub dentibus ipsis*: plane mendosæ. assensus sum aliquando viro cuidam doctissimo, qui putabat hoc loco legendum esse, *Leti sub motibus ipsis*, cujus conjecturam possum confirmare exemplo ex 2. 967. 'Et quasi jam leti dominantem in corpore motum.' Ego tamen a veteri scriptura descendere non sum ausus. Confirmare eam potest Arnobius lib. 2. Adversus Gentes: 'Hæc cum ita se habeant, et cum ab summo traditum teneamus auctore, non esse animas longe ab hiatibus mortis et faucibus constitutas,' &c. tale est illud Cicerois, 'Urbs ex faucibus Fati crepta.' et illud Crassi, 'Eripite nos ex faucibus eorum.' et iterum illud Arnobii eodem libro, 'Ab Orci faucibus vindicari.' *Lamb.* Mors omnia absorbit, *ῥάβδω*, devorat, Catull. inde et Cancros et fauces Orci legas; ita hic dentes lethi. *Fab. Sub dentibus*. Alii *Sub catibus*: Quidam libri *Sub dentibus*. Muretus legit *Sub Motibus*: at

*Dentibus aptius convenit Oppressu valido in versu præcedenti. Creech.*

853 *Sanguinis ad nos*] Corrigendum, *sanguinis an ne os*: sensu tali: Quid eorum durabit cum venerit hora dissolutionis et exitii? ignis: an aqua: an anima, hoc est, aër: an ossa quæ membrorum ligamenta sunt in homine: quæ terræ repræsentant elementum? nihil ex his certe corruptioni poterit obstare. Per ignem intelligit elementum, quod in homine est; per humorem aquam, per aëtam aërem, per os terram. Reperio in codice viri docti Codri Bononiensis grammatici: cujus mihi legendi copiam fecit Bartholomæus Blanchinus, facundus et eruditus municeps meus, Musarum sacerdos intimus: *sanguis ômuos*: qua dictione significatur *similis*. posset quoque legi *ômuos* pro *similiter*. Pius. Mire corrupti sunt hoc loco codices, tum manuscripti tum typis excusi: eorumque omnium varietatem longum sit proponere. alii enim habent, *sanguinis ad nos?* alii, *sanguinis, an ne os?* alii, *sanguis, omos?* alii *sanguis ômuos?* alii aliter. Ego eam scripturam secutus sum, et quæ proxime accedit ad veterem, et quam reperi ascriptam ad oram cujusdam libri manuscripti. M. Anton. Muretus putabat esse legendum, *Quid horum? sanguis, an ossum?* *Ossum* autem ab antiquis usurpatum est pro *osse*, teste Sosipatro Charisio lib. 1. *Oso*. Varro ad Cicer. 18. *Otivo et Oso*. Idem: *Osse* scribebant, non *Oso*, quamvis Gell. lib. 22. dixerit, 'Calvariæque ejus ipsum osseum expurgarunt, inaurantque.' Idem Muretus existimat apud Terent. in Eunucho 2. 2. 34. legendum, *Viden', ossum, et cibus quid faciat alienus?* sed non est ita. nam ex librorum manuscript. vestigiis legendum, ut conjecit Langius, *Viden' os suum, et cibus quid faciat alienus? os suum autem, cibus alienus, ἀλλόθεν* est. Jam quod quidam hoc loco legi voluit, *sanguine. an ne os? verôporru*.

*Lamb. Sanguis anis os.* Sic restitit ex vestigiis vet. librorum, quæ sunt: *sanguis onos, sanguis an os, sanguinis ad nos.* Vulgati: *sanguis an, anis os.* Lambinus: *sanguen an ossa.* Non male, ut inf. sed a libris nolim discedere. *Gif. Sanguis an ossa. Sanguis, anis os? Gif. Sanguis an? anis Os? Nard. Codd. Sanguinis ad nos; Sanguinis onos: Sanguis ômuos.* Aliqui legunt *Sanguis, an Ossum?* *Ossum* enim Veteres agnoscunt. His adderem *Sanguis an? Os an?* Creech. Qui receptam lectionem *sanguis an ossa* hic sollicitare in animum induxerunt suum, nœ illi ad vs. 860. plane cæcantiassè videntur. *Preig.* Non; in scandendo *sanguis* divelli debet; et hic Poëta in sing. numero loquitur, ibi, quantum potest, in plurali. *Hav.*

856 *Aliqua vi victa perire*] Vi victa: complosio, ut apud Virg. Georg. 1. 74. 'Siliqua quassante legumen.' et Æn. 2. 260. 'ruit oceano nox.' et Æn. 4. 380. 'neque te teneo, neque dicta refello.' vel dic esse *ραφήρον*. *Lamb. ἔρριδα ἀχρον, ἀραφή γινεσθα. Fab.*

857 *Recidere*] Dilabi, cadere rursus: quidam *decidere* legunt, offensi mensura syllabica. ego nihil immuto: quoniam scilicet exemplo Homeri et Maronis potuit addere alteram consonantem, ut pro nutu syllabæ uteretur ambigua quantitate. *Pius. Recidere.* Sic legendum, non *recidere*, aut *recedere. recidere* autem dictum eadem ratione, qua *reppulit* (Virg. 4. 214. 'connubia nostra reppulit') retulit, redducere, repperit, subbigit, et simil. Cic. in Mario: 'Subbigit ipse feris transfigens anguibus anguem.' refferre apud Hor. pro refferre, in epist. ad Pison. vs. 135. 'Unde pedem refferre pudor vetat, aut operis lex:' ubi vulgo legitur *proferre*. Utebantur enim hac machina veteres ad productionem brevium syllabarum, in verbis compositis, ut primam litteram verbi simplicis geminarent. *Recidere* autem ad nihilum, i. e. ut

alibi loquitur, reverti ad nihilum. Sic locutus est et M. Tull. Phil. 7. in extr. 'Hunc tuum tantum apparatus, tamque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare.' *Lamb.*

*Neque autem*] Elegancia Lucretiana: sic inf. vs. 1078. 'Nec quod inane autem est,' &c. et passim. sic 1009. 'Et quod inane autem est.' *Preig.*

858 *Testor res*] Ad fidem et probationem argumenti satis ea fuerint, quæ ante allata sunt. *Fab.*

859 *Præterea quoniam Cibus, &c.*] Talis est vis hujus argumenti: Corpus cibo angetur, et alitur: cibus autem, quo alimur, non est unus, neque unius generis. alimur enim, verbi gratia, pane, carnibus, piscibus, radicibus, caseo, fructibus, et baccis arborum, aqua, et vino, et similibus. atqui hæc sunt alienigena et dissimilia inter se. ergo neque venæ, neque sanguis, neque cetera singula constant partibus similibus: cum omnia hæc, atque adeo singula, cibus illis omnibus alantur, et crescant. Quod si dicant cibos omnes constare corpore misto: ergo alienigenis partibus constabunt. *Lamb.* Venæ, sanguis, et ossa variis cibus aluntur; at cibi ejusdem generis esse non possunt: ergo neque sanguis, neque venæ, &c. similia sunt. Itaque Anaxagoræ homoiomeria carere possumus. *Fab.* Quarto, vs. 9. præclare disputat: Ex variis alimentis quæ dissimilibus prorsus constant partibus corpora nostra nutriuntur, unde partes nostri corporis dissimilibus constare sequitur, singulæ enim partes, ossa, nervi, venæ, &c. diversis et dissimilibus alimentis nutriuntur. Si autem dicant ista alimenta continere particulas nervorum, ossium, &c. fateantur necesse est non esse in istis corporibus eam, quam finxit Anaxagoras, Homœomeriam. Diversas et dissimiles partes alienigenas nuncupat Lucretius, quas resecta voce Græca vulgo Heteroge-

neas, uti similes Homogeneas vocamus. *Creech.*

860 *Scire licet nobis venas*] Ita rectissime in vet. libris, ut et mox vs. 893. 'scire licet non esse,' &c. *Gif.* Hunc locum nimis audaciter corrumperant arrogantes quidam homines, et, quod gravius est, versum proximum, nescio quibus causis adducti, sustulerant. Alii nuper exorti, sceleratissimi et immanissimi barbari, hanc meam emendationem sibi arrogarunt, ut alias fere omnes. *Lamb.*

*Sanguen et ossa*] Marg. nostra: sanguis et ossa: vitiose. sic forsitan remansit ex integra voce, sanguinem; quam hic restituere omnino debuissent, qui supra vs. 853. prætulerunt: sanguis? an ossa? vel sanguis (trisyllabum) ane os? vel similia. Immo sanguenque quod jam vs. 837. præcessit, quasi contractum ex sanguinemque necessario accepissent. Sed jam ex Ennio veteres etiam sanguen dixisse constat, a quo, ut multa, hoc vocabulum etiam transumpsit Lucretius. Utitur eo etiam Cato de habitu. *Preig.*

861 *Et nervos alienigenis ex partibus esse*] Quia constant ex iis rebus quibus aluntur et augetur. At ea, quibus alimur et augetur, non sunt ejusdem generis, neque similibus inter se partibus constant. *Lamb.* Hunc versum multi Codd. non agnoscunt, quod librarium negligentiam impunitandum est, illum enim sibi vendicat Lucret. *Creech.* Deesse hunc versum in omnibus Mss. monent hic etiam marginalia nostra: quum tamen omnino hic requiratur; nec non elegantiam ac morem Lucretii referat. quum dicit nobis venas ex alienigenis partibus esse. Id genus *ραφλακωρα* amat Lucret. vid. vs. 917. et sic passim. *Preig.*

862 *Sine*] Nota, ut apud Plantum et Terentium, pro 'si autem,' vel 'sique:' quod ob sententiam notandum fuit. *Fab.*

868 *Esses, &c.*] Marg. nostra: *Esses*, confusione seu conflatione duarum litterarum in unam non insolita. *Preig.*

867 *Venisque*] Quidam veteres: *ansique*. Hinc Marullus: *sansique*. Fortasse non male. *Gif.* Sic legendum, non, ut habent quidam vulgati, *nervis sansique*: quamvis Turnebus aliter sentiat. Sic enim supra, 'Scire licet, nobis venas, et sanguen, et ossa,' &c. *Lamb.* Alii legunt *sansique*: at quis non videt ex vs. 860. *vensique* retinendum? *Creech.* Turn. Adv. 19. 15. *sansique*. *Preig.*

868 *Præterea quæcumque e terra, &c.*] His vs. 6. contra Anaxagoram sextam proponitur argumentum: Si omnia quæ e terra oriuntur in terra laterint, necesse est ut terra constet e rebus dissimilibus, quoniam corpora dissimilia e terris oriuntur. Urgetque insaper, Si flamma, fumus, et cinis, quæ sunt res inter se dissimiles, in lignis sint, tum ligna e rebus dissimilibus componi; ideoque nullam esse homœomeriam. *Creech.*

869 *Si sunt in terris*] I. e. Si in terra latebant priusquam crescerent, ergo terra ipsa ex alienigenis constabit, quæ (alienigena) e terris exoriantur. *Fab.*

*Necesse est*] Ea enim omnia, si cum ligno comparentur, alienigena omnino sunt. *Fab.*

870 *Quæ terris exoriantur*] Quæ alienigena ex terris oriuntur. *Lamb.*

871 *Transfer item*] Transfer similiter ad alia. *Lamb.*

873 *Ex alienigenis consistant*] Nempe flamma, fumo, cinere. *Lamb.* Post hunc versum ex Glossemate irreperant duo versus, ut et supra, qui absunt a vet. libris. *Gif.* Quid sibi cum isto versu: 'Ex alienigenis quæ lignis exoriantur' voluerit *Lambinus*, satis mirari nequeo. Reliqui duo: 'Præterea tellus quæ corpora cumque alit auget Ex alienigenis quæ lignis exoriantur.' quos representat

nupera Ed. Lond. in var. lect. in marg. nostris etiam comparent, sed, pro lignis, terris habent: quod procul dubio ad mentem fabricatoris est, et illud quod *Lucretius* dixit clare repetit. *Preig.*

874 *Ex alienigenis quæ lignis*] Quæ 'alienigena,' nempe flamma, fumus, cinis, exoriantur e lignis: quæ ligna alio sunt genere, quam flamma, fumus, cinis. Versum qui in libris vulgatis deinceps sequebatur, 'Præterea tellus, quæ corp. cumque al. aug.' temere inculcatum, sustuli. Hunc quoque versum, 'Ex alienigenis quæ lignis exor.' *Thraso* delendum censet, *beos vps λῆρα.* *Lamb.* Post hunc versum inserit *Lambinus*, *Ex alienigenis quæ lignis exoriantur*: Et castigat *Gifanum* quò delendam esse censuit. At dnm deleatur iste versus irascatur *Lambinus*. *Creech.*

875 *Lingitur hic tenuis latitandi*] Habet (inquit) hoc loco latebram *Anaxagoras*, in quo delitescat, nempe id, quod dicit, res omnes in omnibus rebus esse mistas et confusas: sed illud vnum apparere, cujus plura sint mista, et in prima fronte posita. *Lamb.* Proponit *Anaxagoræ* sententiam, eamque vs. 22. protinus invadit. Hæc vero *Anaxagoræ* sententia in hunc modum ab *Aristotele* expressa est: 'Res et apparere, et denominari invicem differentes aiunt, ab eo, quod in infinitorum mixtura maxime abundat: non enim esse totum pure aut album, aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os; cujus autem amplius unumquodque habet, eam talis rei naturam videri.' Sensus est: Carnis nomine v. g. non esse intelligendam naturam simplicem, ac uniusmodi, sed congeriem plurium, imo innumerabilium, diversarum particularum, quæ hanc corporis speciem, quam dicimus carnem, tum faciunt, cum major quædam est copia illarum particularum, quæ ad talem speciem exhibendam idoneæ sunt,

quam cæterarum quarumque que sub illis delitescens ipsis concedant formam et nomen: facta autem exsolatione translationeque earumdem partium in aliam congeriem, tum particulae carneæ cum cæteris delitescens et nomen et formam similiter concedant aliis, quarum copia major fuerit, et species visibilibus: Adversus vs. 889. objicit Lucretius, quod si hæc vera esset sententia, tum in detritione frugum, herbarum, et similitum, oportere aliquando apparere speciem sanguinis, lactis, aliarumve id genus rerum, &c. Gassendus. Creech.

*Fuga copia*] Id quod sequitur, ut omnibus rebus res omnes immixtas sint. *Fab.*

876 *Sibi sumit*] Supponit, nec satis probat. *Fab.*

878 *Pluria*] Sic legendum: sic enim loquebantur veteres. Ter. Adelp. 1. 2. 44. 'Te pluria in hac re peccare ostendam.' Idem Phorm. 4. 3. 6. 'multa adveniendi, ut fit, nova hic compluria.' Cato Origin. lib. 2. 'Fana hoc loco compluria.' M. Tull. Protag. 'Confirmandi genera compluria.' Quia A. Gellius testimonio veterum confirmat, pluria et compluria potius esse dicendum, quam plura et complura. *Lamb.* Sic Veteres, ut 'compluria' apud Terentium. Valeant B. et Nard. cum suo *plurima*. Creech.

*Unam*] Series verborum, Cujus mixta sint plura, *ὄντως πρόματα πλείω τυχόντα*. unum, pro unicam. E-menda locum Ovidii lib. 2. *Trost.* 'Corruit hæc igitur Musis accepta sub uno, Sed non exiguo, crimine lapsa domus.' Legendum est, *Si non exiguo*. Sensus enim hic esse debet: Si grave peccatum meum est, quo familia nostra Musis accepta corruit, illud saltem unicam est; si quid graviter deliqui, id semel feci non pluries. *Fab.*

881 *Minutas*] Quidam libri manuscr.

habent *minaci*. 'Minaci' autem (ut coherereat cum voce 'saxi') interpretor, duri, rigidi. tralatio est. in uno cod. manuscr. legitur *minaci*, ut conjungatur cum voce 'robore' in quo inest etiam tralatio. In quibusdam impressis, *Fruges quoque sæpe minutas*: atque ita habet codex Memm. eamque puto esse rectam scripturam. *Lamb.* *Minaci* B. Nard. *Minaci*. Creech. Totum locum ex optimis Mss. ita puto esse legendum: *quoque sæpe minaci Robore quom in saxi fr. fr.* hic enim 'in' et 'franguntur' debet jungi, pro infranguntur, qualia multa in poeta hoc. *Hæv.* Marg. nostra *minaci*, astipulantibus variis lectionibus ed. nuperæ: ut sit epitheton roboris, sive saxi molaris. Quod quidem non ita contemnendum mihi videtur. Supra etiam dixit: 'minaci murraure' de vento. Similia forsitan alibi de rebus aliis; quæ jam non succurrant. Certe 'fruges minutas' frumentum appellare debuit. At quo exemplo potuit? Cur 'minutas'? Quia franguntur? At tum potius dixisset: *dum minuantur*. An quia ex granis, quæ parva sunt, constant? At vero id nimis otiosum atque supervacaneum est, imo præter illam rationem. Transsumptum procul dubio hoc adjectivum est, ut in promptu erat, sed inconsiderate factum est, ex vs. 889. et 891. Pari facinore ac supra vs. 815. ad vocem 'mista' notitum a me est. *Preig.*

882 *Franguntur*] Marg. nostra in *franguntur*. Quid si ergo ista conjungamus; ut fiat verbum 'infranguntur' pro infringuntur. Vide quæ ex Vossii ad Catull. obs. sup. ad vs. 71. notavimus. *Preig.*

883 *Sanguinis*] Quia ex frugibus gignitur sanguis in corpore humano. *Lamb.*

*Aut aliquid nostra*] Non dubito, quia hæc verissima scriptura, etsi in libris sit: *nostra quæ corpore*. Mendo causam dedit *nostra*. *Aliquid* sc. præ-

ter fruges. *Gif. Aut alium.* Aut aliorum, signum subintellig. quæ in nostro corpore aluntur, verbi gratia, venarum, nervorum, ossium, *alium*, i. e. aliorum. Sic esse legendum ratio et veritas advincunt. Hoc enim sentit Lucretius: Si verum esset quod Anaxagoras sibi sumit: conveniebat, fruges quoque minutas, cum moluntur, signum sanguinis mittere, aut aliarum rerum, quæ in nostro corpore aluntur, verbi gratia, nervorum, venarum, ossium, &c. Quod autem quidam legentes *aut aliquid*, ut est in libris vulgatis, et nonnullis manuscriptis, subjiciunt, *Nostra quo corpora aluntur*, modis omnibus ineptum est. Conveniebat, inquit illi, fruges minutas, aut aliquid præter fruges, quo nostra corpora aluntur, signum mittere sanguinis. Falsum posset enim signum mittere ossium, aut nervorum, aut venarum, et cetera. Præterea illud 'fruges minutas,' nimis longe distat ab hoc 'aut aliquid.' Deinde quod in 'aliquid' subintelligunt, præter fruges, fictum ad libidinem contra usum Latini sermonis. Postremo versus inconcinuus est, 'nostra quo corpora aluntur.' Quid multa? omnia ipso auctore digna, Lucretio indigna, ratione carentia, atque absurda. *Lamb.* Ceterarum rerum quæ, &c. locum hunc optime restituit Lambinus. *Fab.* Ita optime restituit Lambinus: et solus Nardius, ejusque similes amant *Aliquid nostra quo corpora aluntur*: Nec alii magis sapiunt, qui legunt *Aut aliquid, nostro in qua corpore aluntur*. Creech. Marg. nostra: *aliquid*, quod et Var. Lect. Anglicæ ed. referant. Unde vere, et recte viri docti restituerunt, *aliquid, nostra quo corpora aluntur*: quod procul dubio immutatum fuit ab iis, qui nescirent posteriorem syllabam in 'nostra' produci hic posse. Quid autem tam durum, quam: 'sanguinis, aut alium?' pro aut aliarum rerum. Deinde, quænam illa tandem

sunt, 'nostro quæ corpore aluntur?' *Preig.*

884 *Quom lapidi lapidem ter.*] Hæc scriptura probabilis est, sive 'lapidi' sit dandi casus, sive septimi pro lapide, ut 'colli' pro colle, 'contagi' pro contage, et simil. apud hunc scriptorem. *Lamb. Lapidum lapidem.* Quidam libri: *lapidem in lapidem.* *Gif. Cum lapidi lapidem, &c.* Primus ego, ni fallor, moneo, versus hunc ad alterum esse, atque adeo hinc ejiciendum. Nihil enim aliud in eo est quam quod in versu superiore lectum fuit: 'Robore cum saxi franguntur, mittere signum Sanguinis.' Illud autem 'manare crorem,' nonne idem est cum τφ 'mittere signum sanguinis?' Sed unde natum putem, si roges, dicam, ex glossemate scilicet, aut aliquo consimili loco, qui ad oram libri adscriptus a studioso lectore fuerat ad illa verba ['Robore cum saxi franguntur,'] poterat quidem hanc Virgillii imitationem significasse, *Æn.* 1. 189. 'Et torrere parant flammis et FRANGERE SAXO,' qui locus haud dubie ex hoc Lucretiano expressus est: sed maluit addere illum Plauti ex *Asinaria* 1. 1. 16. 'Num me illoc ducis UBI LAPIΣ LAPIDEM TERIT?' I. e. in pistrinum. *Fab. Cum lapidem lapidi terimus.* Hunc versus ejiciendum esse monet Faber, quoniam nihil in eo est, quod in priori versu 'Robore cum saxi franguntur, mittere signum Sanguinis' non legitur. Turnebus tuetur, et docet intelligendum esse de quodam molendi genere, in quo 'lapis lapidem terit,' ut est apud Plautum, *Asin.* 1. 1. 16. 'Num me illic ducis ubi lapis lapidem terit?' Aliquando putavit Lambinus ferri non posse lectionem vulgatam *Manare crorem* (quamobrem enim conveniebat ex lapidibus collisis et contritis crorem manare) legendumque esse *Manare calorem*, i. e. ignem seu flammam, ut sit hic Lucretii sensus, Conveniebat, si Anaxagoræ

sententia vera esset, ex lapidibus inter se contritis calorem, i. e. ignem manare. Hæc ille. Quasi ex lapidibus contritis scintillæ non exiliant: ejiciatur igitur hic versus tam importunus et inutilis, ne forsitan aliqui, quod jam Fayus fecit, ex eo concluderent Lucretium docuisse, corpora nostra saxis et lapidibus nutriri. Interpres tali ferculo dignissimus. Creech. *Cum lapidi*. Vide Var. Lect. Exterminavit (et quidem recte) Faber, defendit Turneb. Adv. 5. 24. Vossius pater testatur in suis membranæ scriptum *Cum lapidi in lapidem* f. m. c. in addendis ad c. 12. lib. 2. de Anal. Hæc. *Cum lapidi, &c.* Delendum hunc versum monet marginalis noster annotator. Recte, ut opinor: est enim ἀποσθίδυρος nec facit ad Rhombum. glossæma tantum et marginalis annotatio partim ad id, quod dixit poeta, 'Mittere signum sanguinis;' partim ad id quod de 'frugibus robore saxi frangendis' dixit. Cæterum pro *terimus* corrupte quidam liber Ms. Voss. *tenemus*. Pro *cruorem*, *cruorum* vocem nihili habebat. Preig.

*Cruorem*] Putabam ferri non posse hanc lectionem vulgatam, *manare cruorem*: (quam ob rem enim conveniebat ex lapidibus inter se collisis et contritis cruorem manare?) Legendumque esse, *manare calorem*; i. e. ignem, seu flammam: ut sit hic Lucretii sensus; Conveniebat, si Anaxagoræ sententia vera esset, ex lapidibus inter se contritis calorem, i. e. ignem, manare: sed Turneb. cui assentior, receptam lectionem retinet, et ait, verba illa, 'Cum lapidi lapidem terimus.' intelligenda esse de quodam molendi genere, in quo 'lapis lapidem terit'; ut est apud Plant. Ainar. 'Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?' ut sit hæc sententia: conveniebat, ex frugibus, cum ex lapidibus duobus et mollis contritis molantur, cruorem effuse

effluere. Cum autem ita semper ediderim, quidam barbarus calumniatur me edidisse, 'manare calorem,' ex eo, quod in errorum emendationibus scriptum fuerat, *manare calorem*: quod errore librarii factum est, qui initio ediderat *manare calorem*, pro *manare cruorem*, meo injussu: statim autem suo errore cognito, in omnibus exemplis *manare cruorem* restituerat, quod nesciens jusseram in errorum numerum hoc referri: quod fecit: idque perverse. Nam cum esset in contextu *manare cruorem*, recte: ille inter errorum emendationes posuit, *manare calorem*. Lamb. *Cruorem*. Ita omnes libri. Male ergo Lambinus: *calorem*. Gif.

886 *Latices*] Aquas, obiter aperiamus locum apud Papinium Sylv. 4. 7. 17. nondum satis obvium: ubi Domitius culpa tamen mendosi codicis, fœdissime est lapsus. 'Ecce,' inquit, 'me natum propiore terra Non tamen portu retinent ameno Desides Baiæ, laticenve notus Hectoris armis.' Scribendum ex priscis exemplaribus, *laticenve notus Hectoris armis*: et intelligit se nulla nec Baiarum nec Miseni teneri voluptifica amœnitate. Scimus etiam Misenum in Campania vocatum a Miseno illo Maroniano illic sepulto: qui fuit Hectoris laticen, hoc est, lituum, retortam videlicet tubam, inflabat; de quo Maro sexto Æn. (unde hæc Statium descripsisse aut colorasse contenderim) vs. 167. 'Et litno pugnas insignis obibat et hasta.' Pius. *Latices dulcis*. *Laticis dulcis*, male. Gif. *Et latices*. Sic legendum: et ita habent tres libri manuscripti: quibuscum consentiunt lib. Paris. Veneti antiq. Vicentini, 'consimili ratione' (inquit) 'conveniebat, herbas,' quibus pascuntur pecudes: et latices, i. e. aquas, quas potant, guttas dulcis, et lactei saporis, mittere. Lamb. *Et laticis*. *Latices* ex Codd. Lambinus, conveniebat enim latices, i. e. aquas quas po-

tent guttas dulces, et lactei saporis mittere. Hæc ille. Alii *Lactis dulces guttas* legunt: nec repugno. *Creck.*

887 *Lanigeræ*] Corrige *lanigero*, et iunge cum 'ubere,' sensu ferme tali: Si in corporibus omnia sunt confusa, simul decebat herbas mittere guttas lacteas, non dissimiles illis, quæ ex ubere sunt lanigero. *Pins.* *Quali sunt ubera lactis.* Quidam libri: *quales.* In quibusdam: *ubere.* Gif. Simili sapore quali sapore est lac ovile. *ubera lactis*, i. e. lac: *lanigera*, i. e. ovis, seu ovi. Hunc locum restitui a tribus codicibus manuscr. adjunctis, quorum in duobus scriptum reperi, *quali sunt ubere*: in tertio, *quales sunt ubera.* idem Lucret. 2. 370. 'Ad sna quisque fere decurrant ubera lactis.' sic Varro Tithono *τοπὶ γῆρας*, dixit 'mamam lactis.' *Lamb.* Ovis lac ipsum. Nam *τὸ* uber copiam significat, 'divitis uber agri,' et 'ubere glæbæ.' Virgil. Notum est, *ὄδινα ἀποβῆς*. Ita Eannus, p. 15. 'Dolciferæ fici lactantes ubere toto.' Ubi legendam est, *lactentis.* Varro etiam, uti apud Nonium legitur, dixit 'mamam lactis.' 'Ac mamam lactis eugentem pascere pupum,' ubi in quibusdam codicibus male legitur *surgentem.* *Fab.* Quidam: *Mittere, lanigera quali sunt ubera lactis.* quibus satis simplex videtur esse interpretatio, Herbas ita debere mittere humorem similem illi, quem lanigeræ pecudes ubere lactis continent, id est, lacti, quod ex uberibus suis illæ emittunt. Verum longe præstat altera lectio. 'Lanigerum' quoque, subintellecto arietis vocabulo, dixit Ov. Met. 7. 312. 'Protinus innumeris effectus laniger annis Attrahitur.' *Hav.* Varro 'mammas lactis' dixit i. e. lac. Noster lib. 2. 370. eadem versus clausula, sed absque tali metonymia utitur. *Preig.*

888 *Scilicet et*] Ut supra vs. 809. 'scilicet et nisi nos,' inf. vs. 990. 'sci-

licet et lignis non est tamen,' &c. *Preig.*

*Friatis*] Tritis, comminutis. 'Friare' significat digitis terere et dispolvere: verbum est Plinio togatorum eruditissimo peculiare. Composita affrio, et infrio, et friabile: qua dictione Plinius quoque utitur lib. 28. *Pins.*

890 *In terris latitare*] Marginalis apud nos annotatio Ms. habet: *in terra vi.* quod et Vossio Ed. nuperæ Lond. acceptum refert. Fortasse scripsit Lucretius: *Dispertita in terris vi latitare minute.* 'dispertita vi,' i. e. copia. 'minute' autem 'dispertita,' i. e. pauxillis atque minutis herbis, frugibus, frondibus. Legi etiam potest: *dispertita vi in terris,* &c. *Preig.*

*Minute*] Repete *ἀνὰ κωμῶν*, 'decebat.' *Fab.*

892 *Praefracta*] In prima fronte, et in summo quasi cortice fracta. Ex quo *praefracti* dicuntur per translationem duri, contumaces, perversi. Cic. Offic. 3. 'Cato nimis praefracte videbatur mihi ærarium defendere.' *Lamb.* *Cum praefracta forent.* Leviter et in summo cortice fracta, stricta. *Fab.*

*Minutos*] Decebat scilicet, quod sexto superiori versu occurrit. *Fab.*

895 *Multi modis*] I. e. multis modis: vel *multimodis* una vox est, et cõheret cum voce 'rebus,' versu proximo, 'multimodis in rebus.' 'Multi modis' autem pro multis modis usurpatum esse a veteribus testatur M. Tull. in Perf. Orat. 'Sed quid ego vocaleis? sine vocalibus sæpe brevitate causa contrahebant, ut dicerent multi' modis, vas' argenteis, passi' crinibus, tecti' fractis.' *Lamb.* Duos hosce versus aliunde huc translatos arbitror, (nam alibi plus semel leguntur,) atque adeo tollendos. Alioqui dicendum fuerat non *debent*, sed *debere.* *Fab.* *Verum Semina multi modis, &c.*] Duos hosce versus aliunde



huc translatos arbitror, nam alibi plus semel leguntur) atque ideo tollendos. Alioqui non dicendum fuerat *debent* sed *debere*: Faber. Sæpe leguntur: utinam indicasset! Et ista de *debere* et *debent* sententia atrox profecto et truculenta est, et quæ plurimos Lucretii versus jugularet. Creech.

897 *At sæpe in magnis*] Occupatio est, per quam adversarium ita facit disputantem atque argumentantem: Quæ ex rebus exprimuntur atque eliciuntur, ea in illis insunt. Ignis ex arboribus inter se collisus, et conflictis elicitur: ergo ignis in arboribus inclusus latet. Etiam fatetur Thucydides lib. 2. incendium oriri in silvis, sua sponte arboribus inflammatis ex conflictu, his verbis: "Ἦδη γὰρ ἐν ἔρασιν ἕλη τριβθεῖσα ἐπ' ἀέμωσιν πρὸς αὐτῆν, ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἐπ' αὐτοῦ ἀνήκε. i. e. 'Jam enim in montibus silva a ventis in sese contrita, sponte sua ex se ignem et flammam sursum extulit.' Lamb. *At sæpe magnis fit montibus.* Objectio est: At sæpe fit ut ex crebro attrita cacumina arborum subito incendio conflagent; ergo ignis in ligno est. Petium ex Thucydide exemplum notissimum est, cui addam et illos versus qui apud Manilium leguntur, lib. 1. pag. 27. quamquam ab opinione Epicuri diversus abit: 'Sunt autem cunctis permixti partibus ignes, Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes, Et penetrant terras, Æt namque imitantur Olympo, Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas, Ac silice in dura, viridique in cortice sedem Inveniunt, cum silva sibi collisae crematur.' Sed in tertio legi mallem, *Æt namque imitantur Olympum*; quod ex Virgilio adumbratum scimus. Fab. *At sæpe in magnis, &c.* Proponit, solvitque vsa. 10. quod Anaxagoras urgebat ad probandum omnia in omnibus esse, atque adeo omnia generari ex omnibus. Exemplum, viz.

ignis, qui latere debeat in arboribus collisione vehementi ignescentibus. Respondet Lucretius, Non ignem quidem esse in arbore ipsa, sed tamen semina ignis seu moleculas atomorum, quæ certa ac nova ratione dispositæ specielem ignis exhibeant: nam alioquin si ignis actu et revera in sylvis foret, is haud dubie suas vires passim ostentaret. Creech. *Arboribus, &c.* Ita et vs. 1095. 'Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans Æstuat in ramos incumbens arboris arbor. Exprimitur validis extritus viribus ignis.' Suston. in Tib. c. 6. de ipso: 'Digrediens inde itinere nocturno, diacrimen vitæ adiit: flamma repente e sylvis nudique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviæ pars vestis et capilli amburerentur.' Hav.

900 *Flamma fulserunt flore coorto*] Ita ex vet. libris scripsi. In aliis: *fulserunt flamma fulgore coorto*. In quibusdam: *fulserunt*, male. *fulserunt*, sc. arbores. Gif. *Donec fulserunt flammæ flore*. Hunc locum fautor a me esse prætermisum, qui in libris vulgatis sic legitur: *Donec fulserunt flamma fulgore coorto*, quem tamen in codice Bertiniano et Vaticano ita plane scriptum videram. Sed nescio quo modo fugit me ratio, cum præsertim eundem mihi indicasset Adr. Turnæbus paucis ante quam excederet e vita diebus. Sic igitur legendum, ut ille admonuit ex libris veteribus. Flammæ flore autem translatio est, sic Horatius Ep. 17. 23. dixit, 'Virens in Ætna flamma.' et Homer. contra D. I. 212. φλόξ ἐμαράθη, i. e. 'flamma exaruit.' Quare plura in commentariis Horat. Non dissimile est illud ejusdem Lucretii 4. 452. 'Bina lucernarum florentia lumina flammis.' Lamb. Flammæ flore. Ἄσθος πύρρος, ut aiunt, Homericum est, proferturque a multis hic versus ex principe poeta: Ἄσθαρ ἐπεί πύρρος ἔσθος ἐπέτασσε, παύσατο δὲ φλόξ,

'Sed postquam ignis flos avolat, cessavit autem flamma.' Verum id legere me apud Homerum haud sane memini; quin et illam vocem, ἀέκταρο, Homericam esse non puto. Acrotelenium autem illud, παύσατο δὲ φλόξ, occurrit Iliad. Ψ. 226. Tamen hujus metaphorsæ semen est in alio Homeri loco, ut notare poteramus, ni occupasset Interpres; idque in voce ἐμαρτύρηθῃ; qui locus legitur, Non Il. 7. ut aiunt, sed Il. 1. vers. 212. Αἰτάρ ἐπει κατὰ τῆρ ἑκάθῃ, καὶ φλόξ ἐμαρτύρηθη. Cui et locum alium addere possum, Iliad. Ψ. 226. Τῆμος πυραυῆ ἐμαρτύρητο, παύσατο δὲ φλόξ. Itaque qui magis memoriosi erunt, versum illum, ubi ἕβθος πυρὸς visitur, quæritabunt; aliorum enim scrinia compilare meum non est; hoc addam tantum, Scio ego illustrem esse et luculentam metaphoram, πυρὸς ἕβθος, 'flammai flos,' &c. tamen meminisse non abs re fuerat in vulgatis codicibus legi, *Donec fulserunt flamma fulgore coorto*. Adde amplius, ἕβθος quandoque nil esse aliud præter colorem vividiusculum. Solon apud Diogenem Laërtium, *φασὶ δὲ τῶες ὄτι κοσμῆσας ἑαυτὸν ὁ Κροῖσος παντοδαπῶς, καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον, ἤρετο αὐτὸν εἰ τι θέαμα κάλλιον τεθέσται, ὃ δὲ ἀλεκτρούρας εἶπε, φασιανοῦς, καὶ ταύς φυσικῶ γὰρ ἕβθαι κεκοσμηται, καὶ μυρὶ κάλλιον*. 'Aiunt quidam, Cræsum, quum se exquisitissimo omnium ornamentorum genere composuisset, sublimique in solio sederet, interrogasse eum, an pulchrius unquam spectaculum vidisset, illumque dixisse, gallos gallinaceos, phasianos, atque pavones; naturali eos nitore et incredibili speciositate vestiri.' Tale aliquid apud Platonem et Plutarchum legisse videor. *Fab. Fulserunt flamma fulgore coorto*. Alii *Flammai fulserunt igne coorto*: Alii e veteribus Codd. longe melius, *Fulserunt flammai flore coorto*. Creech. Sic fere edendum curavi-mus. Mas. Lamb. aliosque secuti, et

Creechium, a quo tamen nupera Londinensis editio recedit, et ex Pii Codd. antiq. vulgatam olim lectionem revocavit: *flamma fulgere*. Vid. Turneb. lib. 6. Adv. cap. 14. cæterum rem ipsam 6. 1095. exponit Lucretius his versibus: 'Et ramosa tamen quum ventis pulsa vacillans Æstuat in ramos incumbens arboris arbor; Exprimitur validis extritus viribus ignis: Et micat interdum flammam fervidas ardor, Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.' Corn. Severus in Ætna pag. m. 42. 'Haud aliter, quam cum pronò jacuere sub austro, Aut Aquilone fremunt sylvæ, sunt brachia nodo Implicitæ, hæc serpunt junctis incendia ramis.' ubi vid. Scallig. Quibus adde Senec. Nat. Quæst. 2. 22. Plin. 16. 40. Vitruvius quoque: 'Interea, inquit, quodam in loco ab tempestatibus et ventis densæ crebritatibus arbores agitæ et inter se terentes ramos, ignem excitaverunt.' Virg. 2. Georg. 310. idem innuere videtur, his verbis: 'Præsertim si tempestas a vertice sylvæ Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.' denique et Statius 6. Theb. pag. m. 262. 'Non grassante noto citius nocturna peredit Flamma nemus.' Preig.

901 *Scilicet*] Respondens Lucretius concedit adversario, verum esse, ex arboribus inter se collisis flammam excitari: non tamen iccirco in arboribus ignem insitum esse: sed quædam ignis semina inesse: quæ ubi terendo concurrerunt, et congregata sunt, silvas incendunt, Scilicet hoc loco affirmat, aut comprobat, proinde ac si ita loquatur, verum est illud, quod dicis, neque tamen, &c. in quibusdam libris legitur, *Scilicet: at non est*. Lamb. Quidem libri: *at. Gif.*

902 *Terendo*] Junge cum inferioribus: et expone per ramorum attritum: et dum teruntur: ut est illud Maronianum iu Bucolico ludicro vulgatissimum, Ecl. 8. 71. 'Frigiden

in pratis cantando rumpitur anguis.' Pius.

903 *Qua cum confuzere*] Quidam libri typis impressi habent, *Qua tum cum fluxere*: quidam, *Qua cum confuzere*. Lamb.

904 *Facta*] Illud *facta* cum Lond. Var. Lect. tum et nostra marginalia suppeditant. Optime, ut opinor. Nam factam flammam et semina ardoris seu flammæ sic distinguere debuit; semina flammæ sunt, unde flamma creari debet, nondum flamma ipsa, h. e. flamma jam facta ejus ignis naturam induerunt. Preig.

906 *Conficerent*] Depopularentur, prosternerent. Similiter Lactantius lib. 2. Div. Inst. 'Ignis quidem permisceri cum aqua non potest: quia sunt utraque inimica: et si comminus venerit alterutrum quod superavit conficiat alterum necesse est.' Unde 'confectores ferarum' vocati: quos bestiarios appellant. Pius.

*Vulgo*] Passim, indiscriminatim. 5. 930. 'Volgivago vitam ducebant more ferarum.' Pius.

907 *Jamne vides igitur*, &c.] Hæc hujus loci sententia est: Jamne igitur perspicuum est id, quod paullo ante dixi, multa in rebus communia rerum primordia, quæ alio atque alio ordine locata, et aliter atque aliter mota, res dissimiles ex se creant? Id ostendit a similitudine litterarum, quam et sæpe alibi usurpat. Utitur item hoc eodem versus principio, aliis locis, ut 2. 277. 'Jamne vides igitur, quamquam vis extrema multos,' &c. et eodem lib. vs. 882. hanc eandem sententiam iterat, iisdem pæne versibus: 'Jamne vides igitur magni primordia rerum Referre in quali sint ordine quæque locata?' et 5. 562. 'Jamne vides igitur,' &c. Lamb. Semina multa ignis in lignis latere supra affirmaverat, illa autem ligna ista non consumere, quia aliis diversæ signæ seminibus impedita speciem

formamque ignis induere non poterunt; et inde vs. 8. supra positam Epicuri sententiam egregie confirmat: Communia viz. esse multarum rerum in multis rebus semina, eadem principia cælum, terras, mare, omnia denique constitutere; ideo autem res diversæ esse quia alia semina aliis diversæ figuræ diverso ordine junguntur, et diversimode moventur, ut in vocibus LIGNA et IGNIS communes sunt literæ, at voces ipsæ sunt diversæ. Creech.

909 *Contineantur*] Alii *Conjungan- tur*: *Contingantur* B. *Contignantur*. Creech. *Contineantur*. Marg. nostra *conjugantur*. quod et Variæ Lectiones Edit. Lond. tanquam ex Fabri Emendationibus referunt: sed in iis nusquam apparet. Vulgata lectio omnino vera est et jam sup. vs. 718. sic expressa. Preig.

911 *Atque eadem paullo inter se mutata*] Non est hoc ita accipiendum, quasi primordia rerum mutantur, sed ad ordinis, posituræ, motionis mutationem referendum: quod satis declaratur ipso loquendi genere 'inter se mutata' vel intellige primordia rerum aliquantum inter se dissimilia ac diversa: nempe aliis in aliorum locum substitutis, vel aliis adjectis. Lamb. Non respicit substantiam ipsam; sed ordinem, situm, &c. *Fab. Mutata*. Recte Lambin. ad motum refert, quod multis etiam exemplis demonstrat J. Fred. Gronovius Obs. lib. 3. c. 1. *Hav.*

912 *Quo pacto*] Quemadmodum: sic sæpe alibi: ut 2. 800. 'Pinna columbarum quo pacto in sole videtur:' et sup. vs. 85. 'Aulide quo pacto Triviai virginis aram,' &c. Lamb.

*Verba quoque ipsa*] Argumentatur a pari. Mutatio aut diversa positio litterarum res plane diversas efficiunt iisdem literis manentibus, ut, AMOR, MORA, ROMA. vel demptis aut additis, AXOX, dolor, AKOX, remedium, KOINOX, communis, KAINOX, novus, KE-

NOX, inanis, KEINOX, ille, XHNOX, asseris, et alia sexcenta. *Fab.*

914 *Cum ligna atque igneis*] Quemadmodum (inquit) cum res dissimiles, nempe lignum, et ignem, paullum mutatis literarum elementis, aliis additis, aliis detractis, distincta voce notamus. *Lamb.* Sonitu non valde distant; atque adeo paullulum tantum mutatis elementis. *Preig.*

915 *Denique jam quæcumque, &c.*] Ultimam argumentum contra Anaxagoram subjicit ex absurdo vas. 6. Sequeretur enim *quosquepulas* ridentes, fientesque, et alias id genus constitui, ut omnia ex similibus fieri probaretur. *Creech.*

917 *Consimili natura*] I. e. Homœomeria consimilibus partibus, seu consimilium partium principiis. *Lamb.* Respicit Anaxagoræ homoimeriam. *Fab.*

918 *Rerum*] Aliquid deesse aut inverti suspicatur Gassendus, aut certe particulam et interserendam esse post 'rerum.' Alia Lambinus; et Hi disputent: sive interponas *et*, sive re-jicias, eadem est argumenti vis, et qui nullos in Lucretio hiatus patitur, ille est nimis elegans, et morosus. *Creech.*

919 *Fiet uti risu tremulo*] Quidam putant, inter hunc versum et superiorem, aliquot versus deesse: ego non puto. Itaque hunc locum sic explico: Si quis existimabit, nihil eorum quæ cernuntur oculis, aliunde quam ex principiis consimilibus nasci posse, hac ratione primordia rerum peribunt, neque jam erunt primordia, sed res concretæ, et genitæ, atque etiam animatæ, et rationis participes. Nam cum homines nascuntur ex aliquibus principiis, et cum iidem interdum cachinnentur, interdum lacrymentur; fiet, ut ea principia, ex quibus homines constant, cachinnari quoque et lacrymari possint. quod erit absurdissimum. *Lamb.* Ita abrupte sup. 133. et alibi sæpe. *Gif.*

Reductio ad absurdum. Nihil est in rebus creatis, ex Anaxagoræ effato, quod ex consimili natura non sit; itaque cum homines rideant, illud a principiis ridentibus habeant necesse est. Id autem ridiculum: Ergo. *Fab.*

*Cachinnent*] Cachinnos tollant. Utitur hoc verbo etiam 4. 1169. 'Quam famulæ longe fugitant, fartimque cachinnant.' *Lamb.*

920 *Genasque*] Genæ oculi sunt, aut saltem ea pars vultus quæ sub oculis est. Ennius p. 143. 'Pandite sulti genas et corde relinquit somnum.' Ovid. lib. 2. A. A. 61. 'Nec patriæ lacrymas continuere genæ.' *Fab.*

921 *Nunc age quod superest, &c.*] Fatigatum longa de rerum principiis disputatione Memmium ad majora et sublimiora ducit, de suo carmine vs. 931. magnifice loquutus: Horridam esse Epicuri philosophiam, nec ad vulgi gustum fatetur; promittit vero se veribus suis suavibus et decoris ita illam perfusurum et ornaturum esse, ut speciosissima tandem et dulcissima videatur: saltem id effecturum quod medici faciunt, qui ingrati potionem pueris dantes poculi oras melle contingunt; enjus sapore decepti pueri amara etiam pharmaca absorbent. Improbus quidem hic labor, sed futuræ gloriæ spes incitat, et ut Memmio suo totam naturam rerum explicet, aggreditur opus difficile, arduum, et a nullo hactenus Latino carmiue tentatum. *Creech.*

922 *Nec me animi fallit, &c.*] Hæc repetivit initio lib. 5. *Gif.* *Nec me animi fallit.* Hunc locum imitatus est Virg. Georg. 3. 289. 'Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem: Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis Raptat amor: juvat ire jugis, qua nulla priorum Castaliam molli divertitur orbita cli-

vo.' Jam hoc genus loquendi, 'animi fallit,' simile illis est, 'victus animi,' 'maturus ævi,' 'sancius animi,' &c. sic et 5. 96. 'Nec me animi fallit, quam res nova miraque menti Accidat,' &c. Sic sup. vs. 137. 'Nec me animi fallit, Graiorum obscura reperta.' et cetera. *Lamb. Animi fallit.* Hos versus cum Virgiliiana imitatione confert Macrob. Sat. 6. 2. Plautus ita dixit 'falli sermonis,' Epid. Act. 2. 2. 55. 'Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen, Quæ loquerentur.' *Hav.*

*Sed acri Percussit thyrsu]* *Θυρσοπλήγης*, i. e. 'thyrsu percussit,' appellantur *of de τοῖς Βακχίοις ἐπιθεσόμενοι*, i. e. 'qui in sacris Bacchi furore divino concitantur:' et Bacchi sacerdotes thyrsos gestabant in Orgiis. Sunt autem thyrsi, hastæ pampinis involutæ atque implicatæ. Horat. Od. 2. 19. 8. 'Enæ: parce Liber, Parce gravi metuende thyrsu.' *Lamb. Thyrsu.* Veluti furore quodam; notum quid thyrsus, *θυρσοφόρος, θυρσοπλήγης*, queis omnia plena. *Fab.*

923 *Percussit thyrsu]* Summe elegans! quodque pulcherrime illustrat illud Ovidii in epist. Laodamiæ ad Proteilaum: 'Ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta Creditur, huc illuc qua furor egit, eo.' Exempla talia apud Nonnum passim sunt obvia. Quare Musa nostri Statio notata, ut 'Docti furor ardens Lucretii.' 2. Sylv. 7. 76. *Hav.*

924 *Incusit amorem]* 'Incutere amorem' dixit, ut 'incutere metum,' 'bellum,' et simil. sic sup. princip. vs. 20. 'Omnibus incutiens blandom per pectora amorem.' *Lamb.* Ait in Proemio: 'Omnibus incutiens,' &c. *Præig.*

925 *Quo nunc instinctus]* Quo nunc incitatus, ac stimulatus. Instinguo compositum est a verbo stinguo, ut prætinguo, restinguo, existinguo, distinguo. *Lamb.*

926 *Avia Pieridum, &c.]* Producit tanquam teatrem hunc locum Quintil. 8. 6. de tropis, et ait esse allegoriam. Sic certe hanc eandem sententiam lib. 5. videtur Lucretius propriis verbis, et sine tropo expressisse vs. 337. 'Denique natura hæc rerum, ratioque reperta est Nuper: et hanc primus cum primis ipse repertus Nunc ego sum, in patrias qui possim vertere voces.' sic et Hor. Epist. 1. 19. 21. 'Libera per vacuum posul vestigia princeps: Non aliena meo pressi pede: qui sibi fidet Dux, reget examen.' et Virg. Georg. 3. 10. 'Primus ego in patriam mecum, modo vita supervisit, Aonio rediens deducam vertice Musas, Et viridi in campo templum de marmore ponam.' idem ibidem. vs. 391. 'Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis Raptat amor,' &c. Nam paullo ante retulimus, et Oppianus *βιβ. α. κυρηγετικ. vs. 30. "Ἐγρσο, καὶ τρηχίαν ἐπιστρέβουσα ἐταρπύνη, τὴν μερόπων ὄψω τις ἐπὶ ἐπύργω δοδαῖς.* i. e. 'Eia age, flectamus deserta per aspera currum, Qua nondum proprio callem quis carmine trivit.' sic Eusebios non longe a principio historis Ecclesiasticæ dicit, se primum ingressum tale argumentum, tanquam desertam quandam viam, et a nemine tritam, iuire ausum esse, &c. Verba ejus hæc sunt: 'Ἐρῶ καὶ πρῶτοι γῶν τῆς ὑποθέσεως ἐπιβάτες, οὐδὲ τῶν ἐρήμην καὶ ἀτραπὴν ἴσταν ἔγχευόμεν, &c. Iterantur hi aliquot versus initio lib. 4. *Lamb.* Tam illustria hic locus, ut passim sint imitati, qui Parnassum calcarint. Virgilius præterquam in notissimis istis versibus, ubi totum locum ab Lucretio translatus Servius notat, etiam Georg. 3. 8. 'Tantanda via est, qua me quoque possim Tollere humo, victorque virum volitare per ora. Primus ego in patriam mecum (modo vita supervisit) Aonio rediens deducam vertice Musas: Primus Idumæ-

as, &c. Phædrus. Propert. Ausonius. Nemesianus. Plinius. aliique. *Hav.*

*Avia Pieridum, &c.]* Vide quæ ad vers. 419. *Preig. Pieridum.* Musarum. *Pieria* Bœotia mons, in quo Musæ genitæ dicuntur. *Lamb.*

927 *Solo]* Solea, pede. Itaque recte apud Varr. 4. de L. L. legit Scaliger F. *quæ solo teri possunt sola terræ.* *Lamb.* Planta pedis. Varr. de R. R. 1. 47. 'Solum enim hominis exitium herbæ, et semitæ fundamentum,' i. e. vestigium impressum. *Fab. Loca.* Suspicio olim nobis oriebatur legendum *sola*, ut ita poëta luserit in 'solo' et 'sola.' Contra tamen faciebat repetitio horum versuum alibi apud poëtam nostrum, ut et infra 2. 144. 'Et variæ volucres nemora avia pervolitantæ Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.' Sed tamen nihil non est, quod confirmatum invenimus apud Vossium patrem lib. 1. de Anal. qui c. 41. manifeste ita citat, ut appareat ita eum vel in Ms. quodam invenisse, vel eam lectionem probare. Noster quoque 'Sola terræ' lib. 2. usurpavit vs. 692. Denique par fere lusus in his vocabulis est apud Flavium Vopiscum, qui narrat in vita Probi, imperatorem devictis Gallis, iisque coactis Romanis ex agris suis frumentum, equos, jumenta suppeditare, ita inter alia scripsisse ad Senatum: 'Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus.' *Hav.*

*Integros]* Nondum a quoquam libatos, seu degustatos: vel sinceros, i. e. limos, et puros, *ελευκροῦς.* *Lamb. Integros.* Hinc Horatius ad Musam, 1. 26. 6. 'o quæ fontibus integris gaudes,' &c. *Fab. Integros.* Sic eleganter Jcti terram vocant *integram*, in quam nondum pecus injicitur, et quæ depasta non est a grege, in L. Sylva Cædua de verb. appell. ut notat Scalig. in Epist. p. 416. *Hav.*

928 *Atque haurire]* E fontibus integris. intellige autem, hos esse Musarum fonteis. Sic Lucill. Satyra tricesima ex Nonio; 'Quantum haurire animus Musarum e fontibus gemit.' Quidam tamen subintelligi volunt illa eadem duo, *integros fonteis*, ut ait, atque haurire integros fonteis: idque hyperbolicè dictum intelligatur. Quorum sententiam adjuvat versus ille, qui est supra, ut in quibusdam libris legitur: *Usque adeo largos hauritis e fontibus amneis, &c.* Nam *haustos* legi malo: ut habent libri emendatiores. *Lamb.*

929 *Insignemque meo capiti petere]* I. e. et ex ea re meo capiti coronam expetere, ex qua re Musæ neminem corona donarint. *Lamb.*

*Inde]* Junge cum versu sequenti, 'unde prius.' Ex eo loco scilicet, unde poëtarum flores decerpserit. *Fab.*

930 *Velarint]* Ornaverint. Velare, auctore Servio, est redimire et exornare. Maro *Æn.* 11. 100. 'Jamque oratores aderant ex urbe Latia Velati ramis oleæ.' *Pius.*

931 *Docere de rebus]* Cicero Orat. pro domo, 'Docere Pontificum Collegium de Rebus divinis.' *Creech.*

932 *Religionum]* Superstitionum. 'Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum: quod hominem Deus sibi religaverit et pietate constrinxerit: quia nos servire ei ut domino et obsequi ut patri necesse est. Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est, qui ait: religionum se nodos solvere.' Hæc Div. Inst. lib. 4. Lactantius. *Pius.* Videtur significare 'religionem' dici a religando: quamquam M. Tull. ducit a relegendo; a quo dissentit Lactantius libro quarto de vera sapientia, capite vigesimo octavo, probans a religando dici. Idem Lactantius lib. 1. de falsa sap. 'Magnum hoc opus, et homine dignum: Religionum ani-

mos nodis exsolvere pergo, (ut ait Lucretius,) qui quidem hoc efficere non poterat, quia nihil veri afferebat. Nostrum est hoc officium, qui et verum Deum asserimus, et falsos refutamus.' *Lamb.*

*Animos]* Marg. nostra: *animam*. Quod etiam ex tribus editis libris seu editionibus suppeditant Var. Lect. Londonenses; vulgata lectio unde manarit nihil moramur. sufficit, quod et in Princ. lib. 4. compareat. *Preig.*

*Pergo]* Ita ex vet. quibusdam manui. In aliis, ut et vulgatis: *pergo*. Fortasse: *ex solere pergo*. Quid sit, *exporgo*, vide Indicem. *Gif. Pergo*. Codex Bertin. *porgo*: et item Memmianus, mendose, opinor. *Lamb.* In quibusdam Mss. *porgo*; quo usus est et Ennius, ut ex Servii excerptis in 1. *En.* constat. *Fab.*

933 *Pango]* Ut supra, 25. 'versibus esse, Quos ego de rerum natura pangere conor.' *Lamb.*

934 *Contingens]* Tingens, non a verbo tingo seu tinguo, sed a tango. Idem inf. 947. 'Et quasi Musæo dulci contingere melle.' Itaque paullo post malim legi, *Tali tactu recreata valescat*. quam, ut scriptum est in libris omnibus, *tali facto*. *Lamb.*

*Lepore]* Duo lib. manuscr. habent *liquore*. *Lamb.*

935 *Non ab nulla ratione]* Hoc loco 'ab' non tollit, aut privat: sed adiungit, atque adjuvat, ut 'locus a frumento copiosus,' et 'a vero sensu iudicas. 'non ab nulla ratione' igitur, i. e. ab aliqua ratione, quod valet *εὐλόγως*, merito, cum aliqua ratione, non temere. *Lamb.*

936 *Sed veluti pueris, &c.]* Consimiliter Hieronymus in Rufinum 'Iccirco,' inquit, 'te veneni calicem circumlinere melle voluisse ut simulata dulcedo virus pessimum tegeret.' Huic Lucretianæ sententiæ sic in epistolis Symmachus allusit. 'Ubi vero chartulam pono: et memetipsum

interrogo: cum absinthium meum respicio: et circumlita melle tuo pocula deprehendo.' Quintiliani lib. 3. Inst. verba sunt hæc: 'Sed ut hoc ipso alliceremus magis juventutem ad cognitionem eorum quæ necessaria studiis arbitrabamur: si ducti jucunditate aliqua lectionis libentius disce- rent ea: quorum ne jejuna atque arida traditio averteret animos, et aures præsertim tam dedicatas raderet, verebamur. Quæ ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine complexum. Namque hac ut est notum similitudine utitur: 'Ac veluti:' et reliqua: sic nunc nos veremur ne parum hic liber mellis, et absinthii multum habere videatur: sitque salubrior studiis quam dulcior.' *Pius.* Sed *veluti*. Testem producit hunc versum Nonius in voce 'absinthium,' et in voce 'tætra.' Quintilianus porro lib. 3. in princip. hunc locum respiciens ita scribit: 'In ceteris enim admiscere tentavimus aliquid nitoris, non jactandi ingenii gratia, &c. sed ut hoc ipso magis alliceremus juventutem ad cognitionem eorum, quæ necessaria studiis arbitramur, &c. quæ ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum. Namque hac (ut est notum) similitudine utitur: Ac veluti pueris,' &c. Utitur eadem similitudine et Themistius in oratione quadam ad Nicodemensem, *Μιμητόν ἡμῶν τοῦ σοφωτέρους τῶν λατρῶν, οἷ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων μέλει τὴν κίλικα περιχρίσαντες, πίνω διδάσκει*. Quem locum Themistii protulit Muretus Var. lect. lib. 6. §. 'Imitandi' (inquit Themist.) 'nobis sunt sapientiores medici: qui medicamenta amariora ægris dant ebibenda, oris pocull melle circumlitis.' 'Tætra' i. e. amara, ut Non. Marcellus interpretatur. 'Medentes' i. e. medici. *Lamb.* Hos versus ita convertit admirabilis poeta Torquatus Tattius, *Coæt à l' egro fanciul porgiamo aspersi Di soavi liquor gli orti*

*del vaso; Succii amari, ingannato, intanto ci beve, E da l'inganno suo vita ricene.* Fab.

*Medentes*] Ἀκοήμων, Medici. Fab. L. e. medici. Ovid. Met. 15. 629. 'Nihil artes posse medentum.' et ipse Laeret. lib. 6. 'ædituentes,' pro ædituis: 273. Hav.

937 *Conantur*] Cogitant, sibi proponunt. Jam antea. Fab.

938 *Contingunt*] Quidem libri *Aspergunt*. quidam: *Aspirant*. Gif. In quibusdam lib. legitur *Aspergunt*: in nonnullis, *Aspirant*, et ita apud Quintilianum, sed sine dubio mendose. Nam 'aspirant' factum ex aspergunt: aspergunt autem credibile est fuisse interpretationem verbi 'contingunt,' ab aliquo litterarum studio ad oram libri adscriptam: deinde postea in contextum translata. 'Contingunt' enim compositum verbum est a verbo simplici tango, non a tinguo. ex contactu autem rerum, maxime liquidarum, et coloratarum, et similium, contrahitur similis liquor, et color, aliæ talis qualitas. Lamb. Varro R. R. 'Levi tectorio contactus paries.' Non potuit melius. Fab. Mox, 'Musæo contingens cuncta lepore,' imitatur Virgil. Georg. 3. 402. 'Et parco sale contingunt.' Hav.

*Mellis dulci*] Ut Sibylla apud Virg. 4. 486. 'Spargens humida mella soporiferumque papaver.' i. e. offam melle illitam. Facit et huc locus Gellii 11. 29. 'Æeopus, ille e Phrygia fabulator, haud immerito sapiens existimatus est; quum quæ utilia monitu suasque erant, non imperiose præcepit et censuit, ut philosophis mos est, sed festivos delectabilesque apologos commentas, res salubriter ac perspicaciter animadversas, im mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit.' Hav.

*Dulci flavoque*] Epithetis usus est valde accommodatis. mel enim dulce et flavum est. Lamb.

939 *Puerorum atas*] Pro pueris ipsis. Ita, 'væ ætati tuæ,' i. e. tibi. Plaut. Ter. Fab.

940 *Interea perpotet, &c.*] Græci dicerent: *ἢνα παραπολάσῃ τοῦ μύθου, καρασίῃ δὲ, &c.* Preig.

941 *Deceptaque non capiatur*] Ὀψίμυρον. quale est illud: 'cum tacent, dicunt.' Quomodo enim qui deceptus est, non capiatur? Nisi dicamus, deceptam quidem esse puerorum ætatem laborum tenuis: sed iccirco non capi, quia absinthii succo perpotato convalescit. Lamb. Ὀψίμυρον. Tale illud Terentii: 'At enim cave me, priusquam acceperis, amittas.' Ita ingeniose ab Eanio de Pergamis Trojæ, p. 94. 'Quæ neque Dardaniiis campis potuere perire, Nec, cum capta, capi, nec, cum combusta, cremari.' Quod in Æneidem suam transtulit, more suo, Virgilius. Fab. Donatus ad Ter. Eunuch. Act. 3. Sc. 3. pag. 146. 'Quia est et bonus dolus, quo a medentibus falli ægros, non tamen decipi poeta Laeretius testatur.' Turneb. Adv. 6. 14. a feris tractum putat quæ superstratis frondibus deceptæ, in perniciosas foveas cadunt, non vero ita pueri qui amaro poculo sed mellito epoto, convalescunt. Hav.

942 *Tali tactu recr. val.*] Sic malo legi, *tali tactu* inquam, i. e. tali tactu, quam, ut vulgo legitur, *tali facto recr. val.* quia libro quinto, ubi hi versus iterantur, ita scriptum est, non, ut hoc loco, *tali facto. valetat*, autem i. e. convalescat, valida fiat. Lamb. *Tali facto. Al. tactu.* minus placeat. Fab. *Tali tactu* Lambinas. ex voce *Contingunt* in vs. 936. Non placet. Creech. Ita sup. vs. 780. *Mas. facto pro pacto.* Hav.

943 *Hæc ratio*] Hæc philosophia: ita sæpe Cicero et noster alibi passim. Fab.

944 *Retroque*] Ita vet. lib. vulg. *ideoque.* Gif. Sic habent omnes libri ma-



manuscripti: neque video quamobrem hanc scripturam rejicere debeamus. Nam *retro abhorrere* nihil aliud esse puto, quam horrendo retro cedere, refugere, et reformidare. ut *En. 2. 378.* 'Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit; Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit,' &c. *Hom. Il. 7. 33.* *παλιωροσ ἀπόστη.* et *panlo post. 35.* *Ἄψ ἀπὸ χόπρω.* libri fere omnes typis excusi habent, *ideoque Volgus, &c.* *Lamb.* Rectius quam *Ideoque*, quod *Codd.* nonnulli exhibent. *Creech.*

946 *Et quasi Museo dulci contingere]* Quidam libri habent *contingere*. Ego *contingere* magis probo, a verbo *tango.* *Lamb.*

949 *Dum perpicis omnem Naturam qua figura sit compta]* Hellenismus *Plauto* et *Terentio*, *Lucilloque* familiaris; 'nescio illum qui sit,' pro nescio quis ille sit. Sed hoc exemplum in *Poenulo* arbitrari esse singulare, certe exsuperat cetera: 5. 2. 106. 'Patrem atque matrem vivere vellem tibi.' Pro, pater atque mater viverent. *Compta* autem, prædita, ornata, culta, &c. *Fab. Lib. 4.* in quibusdam *Edd. percipis*; sed male, ut opinor. *Preig.*

950 *Qua constat comta figura]* *Comta*, i. e. prædita atque ornata. Atque ita scriptum est in quattuor libris manuscriptis, et in *Parisiens.* *Venetis antiquis*, *Vicentinis*, et quibusdam aliis impressis. In uno scripto, et nonnullis excusis, *Qua constat cuncta figura.* Hoc autem 'constat comta,' tale est, quale illud supra, 344. 'Privata carent.' *Lamb. Lib. 4. 25.* hoc hemistichium imitatur in: 'ac præsentis utilitatem.' *Preig.*

951 *Sed quoniam docui, &c.]* Corpora esse, eaque perfecte solida et indissolubilia, inane etiam multis argumentis affirmaverat; ex iis vero universam constare, nec tertium esse rerum genus docuerat *Lucretius*. Jam vs. 7. nobilem questionem proponit, 'An

universum hoc infinitum sit, an terminis aliquibus inclusum?' variisque argumentis evincere conatur omne ex nulla parte terminatum esse, sed tam multitudine corporum, quam inanitas magnitudine prorsus infinitam. *Creech.*

953 *Nunc age summa equaniam sit finis eorum, necne sit, evolo. item, quod inane, &c.]* Hunc locum in omnibus libris vulgatis depravatum, in quibus est, *Nunc age, summa audi, quæ nam sit, &c.* restitui germanæ scripturæ vestigia secutus, in vetustis exemplaribus non leviter impressa. Sic enim habet *codex Vatican.* *Nec si te voloamus: Tettianus, Faërn.* *Nec si te voloimus.* *Bert. et Memm.* *Nunc age summa quam sit finis eorum. Nec sit evolovamus.* Ex his igitur vitiosis scripturis ad rectam et veram quasi manu ductus sum: cujus hæc sententia est: *Nunc, explicemus, 'ecquæ,' seu 'ecquæ,' i. e. utrum aliqua sit finis summæ corporum primorum, necne sit.* *Lamb. Nec sit evolovamus.* Sic libri veteres. Forte: *Necne.* vel *Nec stet.* *Gif.* Questionem ponit, an summa primordialium corporum infinita sit an finita; dein, utrum inane sit immensum et interminatum, an contra. *Fab. Summa equaniam sit finis eorum, Necne sit evolovamus B. Nard. Summa audi. Summa quam Fayus. Nec si te voloamus. Hæc sic voloamus Nardius. Creech. Summa equaniam.* Ita edidit *Lamb.* ex conjectura: recensens itidem varias codicum scripturas. Secutusque hunc *Faber* et *Creechius.* *Gifaninus* reposuit, *summa quam.* quomodo in antiquis libris invenisse se testatur *Turneb. Adv. 19. 15.* Sed omnino hic est præferenda lectio *Membr. L. B.* quæ solæ veram *Lucretii* manum servarunt, nempe *summa* (nam calami vitium est *summa*) *quædam.* Jam enim incipit disputare hoc ne totum an sit finitum an vero infinitum. *Hav. Equaniam. Marg. nostra: ex Voss. Emendd. Quædam an. Turn. adv. 19. 15. quam.* *Preig.*

954 *Reperitur est*] Antea probavimus. *Fab.*

955 *Res in quo quæque gerantur*] Sic omnes quidem habent libri vulgati; sed videtur legendum *gerantur*, non *gerantur*. Verumtamen nihil mutandum censeo. Similiter (inquit) pervideamus, utrum inane, sive locus ac spatium, in quo res quæque geruntur seu gignuntur, sit prorsus finitum, an infinitum. *Lamb. Gerantur*. Ita legendum. supra. *Gif.* Sic edendum curavimus, contra quam est factum in Ed. nuperrima, quæ *gerantur* habet; cum aliis rationibus, tum *Mss.* omnium auctoritate freti; quibus et *Gottorpiensis*, et tot alii ut et *Codd. Vossii* accedunt. *Preig.*

957 *An immensum pateat vastæque prof.*] Duo lib. manuscripti habent, *vel ad usque prof.* ut et vulgati. *Vatic. pateat ad usque Bertin.* et *Memm. pateat, vastæque* quam scripturam sequor, nam vulgata *pateat vel ad usque prof.* supposititia est: quamvis eam nonnulli veteres confirmare videantur. Nam ratio, præter alios codices antiquos meliores, eam refellit. Quod enim patet usque ad profundum, finitum est. Nunc autem evolvere et explicare parat, utrum summa rerum sit finita, 'an pateat immensum, et vaste profundum,' i. e. an sit infinita. nam quod vaste est profundum non habet fundum. *Lamb. Vastæque profundum.* Ita veteres quidam, recte. In aliis vet. *pateat ad usque prof.* Non male *Lambinus*: *vel ad usque. Gif. Pateat ad usque Nardius.* Sed rectius legendum; *pateat vastæque. Creech.* Sic retinendum putavimus. Licet nuperrima *Lond. Ed.* vulgatam olim lectionem, *pateat vel ad usque profundum*, revocet. *Turn.* etiam *Adv. 19. 15. vastæque. Preig.* Ita *Mss. L. B.* ita *Vossius Pater* ex suis restituit 2. de *Arte Gram. c. 29.* Ita *Turneb. Adv. 19. 15.* ita in secunda *Ed. Gifan.* ita olim *Carus* scripsit. Pro eo quod in nonnullis est pa-

teat ad usque, *Petrus Candidus* in *Florentin.* *Ed. reposuit pateat ad usque*, quod sequitur *Ed. Bas. Hæc.*

958 *Omne quod est igitur*] 'Omne quod est' (inquit) i. e. τὸ πᾶν, seu τὸ ὅν, ipsam universum est infinitum, sive spectes magnitudinem atque infinitatem vacui, sive primorum corporum multitudinem infinitam. Cuius rei hanc rationem afferebat *Epicurus*. Nam si inane quidem esset infinitum, corpora autem finita, numquam copulari aut coherescere possent; sed perpetuo in infinito inani dispersa ac disjecta ferrentur, cum, ubi niterentur, aut quibus fulcirentur, aut unde coercerentur, plagis, et verberibus iteratis, non haberent. sin corpora quidem essent infinita, inane autem finitum, non haberent corpora infinita, ubi continerentur. Ad hunc locum pertinente quæ scribit *M. Tull. lib. 2. de Divinatione*: 'Videsne *Epicurum*, quem hebetem et rudem dicere solent *Stoici*, quemadmodum quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse concluderit? Quod finitum est, inquit, habet extremum. Quis hoc non dederit? Quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus, hoc quoque est concedendum. At quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. ne hoc quidem negari potest. Nihil igitur cum habet extremum, infinitum sit necesse est.' Verba *Epicuri* hæc sunt ex *Laërtio*: Ἄλλὰ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἄπειρον ἐστὶ. τὸ γὰρ πεπερασμένον, ἄπειρον ἔχει. τὸ δ' ἄπειρον παρ' ἑτέρου τι θεωρεῖται. παρὰ τὸ πᾶν δ' οὐδὲν ἐστίν. Ὅστε οὐκ ἄπειρον ἔχει. τὸ δὲ οὐκ ἔχον ἄπειρον, πέρας οὐκ ἔχει. πέρας δ' οὐκ ἔχον, ἄπειρον ἂν εἴη. i. e. 'At etiam omne infinitum est. Nam quod finitum est, extremum habet, extremum autem ex alio quodam, seu præter aliud cernitur, at præter omne nihil est. Quare extremum non habet. At quod non habet extremum, finem non habet, quod autem finem non habet, infinitum sit oportet.' *Lamb. Omne quod est igitur.* Hæc est et es-

ries et sententia loci hujus: Quod est omne, sen, quod est univ-  
ersum, τὸ πᾶν, id nullo modo finitum  
est: nam si finitum sit, tum non  
erit τὸ omne, cum necesse sit dari  
aliquid a quo finiatur. *Fab.* Pri-  
mum argumentum, quo universi in-  
finitonem vsa. 10. probat, explicat  
Cicero de Div. 2. 154. Quod finitum  
est habet extremum. Quis hoc non  
dederit. Quod autem habet extre-  
mum id carnitur ex alio extrinsecus.  
Hoc quoque est concedendum. At  
quod omne est id non carnitur ex alio  
extrinsecus. No hoc quidem negari  
potest. Igitur omne quod est non  
habet extremum. Epicurus ad He-  
rodotum: 'Ἀλλὰ μὲν καὶ τὸ πᾶν ἄπειρόν  
ἐστι, τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄκρον ἔχει,  
τὸ δὲ ἄκρον παρ' ἑτέρου τι θεωρεῖται, ὥστε  
τὸ οὐκ ἔχον ἄκρον πέρασ οὐκ ἔχει, πέρασ  
δὲ οὐκ ἔχον ἄπειρον ἂν εἴη, καὶ οὐ πεπερασ-  
μένον. *Creech.*

958 *Nulla regione vicarum*] Nullo  
limite. 'Regio viae,' est recta via;  
quod firmari potest sex septem ex-  
emplis apud Virgilium. *Fab.*

959 *Namque extremum debebat hab.*] *Cod. Bertin.* habet *nanquam.* ex qua  
scriptura quidam vir doctus legen-  
dum putat *nam qua.* 'qua' autem, i.  
e. aliqua in parte. *Lamb.* *Namque*  
*extremum.* *Nam qua* alii legunt quos  
negligo. *Creech.* *Debebat habere.* Le-  
go, *debebit habere,* i. e. habeat necesse  
est. Mox lego quoque *et videatur,*  
pro *ut videatur.* *Fab.* *Namque extre-*  
*rum debebat habere.* Ita huc usque  
lectum fuit et editum, putide prorsus,  
cum ita diceret Lucretius, quod-  
cunque igitur est, nusquam est finitum,  
nam si finitum esset, deberet  
esse finitum, quomodo sanus nemo  
loquatur. Verum itaque et sincerum  
sensum ex optimis Membr.  
Lugd. Bat. agnosce, emenda et lege  
cam interrogationis nota, *Nam qua ex-*  
*trum debebat habere?* ubi tamen *de-*  
*bebat* mutari debet in *debebit.* Si enim  
finitum est, ubi illud, quo finitur, in-

venies? *Haw.*

960 *Extremum porro, &c.*] Duos  
hos versus obscuros esse omnes quaerantur,  
nonnulli corruptos: *Faber*  
delet, neque ego retinerem, si sine  
illis integrum esset, quod nobis ex-  
hibet Lucretius, Epicuri argumen-  
tum. Id facit ut retineam, et, nisi  
fallor, non erunt amplius obscuro.  
Quidam legunt *Quoad non.* i. e. ultra  
quod. *Creech.*

961 *Nisi ultra sit quod finiat*] I. e. ni-  
si id quod finiat, sit ultra id, de cuius  
sine aut infinitate quaeritur. Quidam  
legendum putant *extra* pro *ultra:* quæ  
scriptura magis consentanea esset  
cum verbis Epicuri, et M. Tullii.  
*Lamb.* *Ultra sit.* Repone *Extra sit*  
ex vs. 962. *Creech.*

962 *Quo non longius*] Ita vet. li-  
bri. *Vulgati:* *quod.* Fortasse le-  
gendum: *quoad,* ut sæpe alias. *Gif.*  
Locus obscurus, atque adeo corrup-  
tus, secutus sum tamen scripturæ ve-  
teris auctoritatem: quam sic inter-  
pretor: 'ut videatur' nempe id ex-  
tremum, quod finiat: 'Quo longius,'  
&c. i. e. ultra quod, 'hæc natura sensus,'  
i. e. visus, seu aspectus, 'non  
sequatur,' i. e. non possit vim suam  
explicare atque expromere: seu non  
possit pervenire, 'hæc sensus natu-  
ra' autem *δευτικῶς.* Quidam viri  
docti legendum putant, *Quoad non*  
*longius hoc:* i. e. usque ad quod ex-  
tremum, et non longius hoc, sensus  
natura, nempe visus, perveniat. Co-  
dices vulgati habent, *Quod non*  
*longius hæc.* quæ scriptura sine dubio de-  
pravata et corrupta est. Cum hæc  
scripsissem anno 1563. barbarus quidam  
Zoilus tribus annis post hæc  
sibi vindicavit, ut alia sexcenta at-  
que adeo omnia mea, pauculis excep-  
tis. *Lamb.* *Ut videatur Quo non*  
*longius, &c.* Locum hunc obscurum at-  
que adeo corruptum esse interpre-  
s existimat; additque doctis quibus-  
dam visum fuisse, legendum, *Quoad*  
*non longius hoc sensus natura sequatur.*

Ego autem existimo hos duos versus, 'Extremum porro' et 'Esse nisi,' &c. spurios esse. Nam illud 'posse videtur' in acroteleutio prioris, et, 'ut videatur' in fine secundi, non placet, cum nulla ex similitudine figura existat. Si autem uterque versus deletus fuerit, tum vere absolutissimus sensus fuerit, et plane perspicuus, legendo et connectendo, *Namque extremum debet habere, Quo non longius hæc sensus natura sequatur.* I. e. 'debet habere aliquod extremum, quo longius' (i. e. ultra quod) 'hæc sensus natura' (i. e. sensus videndi, ut exempla ante allata suaserunt) 'non sequatur,' non pervadat. Si quis autem retineri illos velit, res jam facilis est ad explicandum. *Fab.*

963 *Nunc extra summam quoniam*] *Nunc* hoc loco vim habet adversandi, ut sæpe alias. Ex hoc loco, *extra summam*: probabilis est eorum conjectura, qui putant paullo ante legendum, *nisi extra sit quod finiat.* Jam vero mendose habent quidam libri, *extra summum.* *Lamb. Nunc.* Autem. ut alibi *jam* in eadem significatione. *Fab. Extra summam*] Nam extra totum quid sit? *Fab.*

964 *Non habet extremum: caret ergo,* &c.] Ex Epicuro sunt hæc expressa: *ὄνκ ἄκρον ἔχει, ὀδὲ δὴ πέρας ἔχει.* *Lamb.*

965 *Assistas*] *Fayus abistas.* *Creech.*

966 *Possidet*] Ita conjectura ductus scripsi. Vide Indicem. I. e. tenet. In libris: *possedit.* *Gif. Possidet.* Possidet. Omnia ferme verba secundæ et tertiæ communia erant. Ita *Catull. Virg. alii,* 'obsidet' pro obsidet: 'fervo' pro ferveo, 'strido,' strideo: sensus autem est: In quocumque loco totius, seu summæ rerum consistat aliquis, tantumdem infinitum relinquet in omnes partes. quod vero de telo jacto sequitur, rem illustrabit. *Fab.*

968 *Præterea si jam*] Liber unus scriptus habet, *Præterea sic tam.* ego

tamen nihil muto. *Lamb. Præterea si jam, &c.* Pro infinitate universi iterum vs. 16. telo suo egregie pugnat *Lucretius.* Esto omne finitum; in extrema illius universi ora colloceatur aliquis, et telum, aut ab aliquo sistetur: si evolet, ultra extremam oram patet spatium; si sistatur, aliquid extra extremum est. Ubicunque extremæ universi oræ statuuntur hoc modo instabit *Lucretius,* et telo suo minabitur. *Creech. Si jam. Ms. L. B. sic jam,* quomodo se in uno etiam invenisse *Lambinus* testatur; dicit posito, non concessa, ut loquuntur logici. *Hav. Si jam.* Egregie unus ille quem *Lambinus* vidit, *Liber scriptus: Sic jam.* concessio est: et hæc distinctio poterit fieri: *Præterea, sic jam finitum constituitur Omne quod est spatium: si quis procurrat ad oras Ultimus extremas jaciaturque, &c.* *Vulgata lectio durum nescio quid sonat: si constituitur, si quis procurrat, &c. Preig.*

969 *Omne quod est spatium*] *Universum.* Qui inane interpretantur, ineptiunt; ut patet ex vs. 972. *Creech.*

*Procurrat*] *Quidam libri Vet. et vulgati: percurrat.* Forte, rectius. *Gif.* Sic habent omnes fere libri typis impressi. Duo manuscripti, et *Aldini antiq. cum Paris. percurrat.* *Lamb. Procurrat.* Ita *Codd. optimi. Alii percurrat. Creech.*

970 *Jaciatque volatile*] *Virgil. Æn. 4. 71.* 'liquitque volatile ferrum *Nescius,*' &c. *Idem 8. 694.* 'Stuppea flamma manu, telisque volatile ferrum Spargitur.' 'Jaciat telum' autem, ab oris extremis, aut certe ab eo loco, in quo finem constituerit. *Lamb.*

971 *Invalidis*] *Utrum dicis id jaculum ab oris extremis non ad oras extremas pervenire, quoniam vires invalidæ jaculatoris obsuerunt? Quidam interpretantur invalidis summpere validis. sensu tali: vel sagitta lacertosis brachiis excussa longe volabit; quo colligemus vacuum non*

finiri. In aliquando auget: quod patet in inclyto, incano, et id genus multis: quo pacto locutum Maronem quidam volunt in Georg. 1. 373. 'Nunquam imprudentibus imber Obfuit:' et Georg. 4. 564. 'Ignobilis oci.' Pius. *Id validis utrum, &c.*] Sic restitui, hanc scripturam efflagitante sententia, et ipsa veritate. Id telum (inquit) utrum vis longe volare, magnis viribus, validisque lacertis contortum, an aliquid obstare posse censes? Virg. 2. 52. 'validis ingentem viribus hastam Contorsit.' Qui *invalidis* retinent, quod est in lib. vulgatis, et valde validis interpretantur, *τερόφωνται, καὶ τερόφωται. Lamb. Invalidis . . . Quo fuerit. I. e. valde validis. Ita vet. Lambinus: Id validis. et mox Quod fuerit. Etiam non male. Gif. Id validis. Recte Gassendus et alii invalidis pro valde validis. Creech.*

972 *Quo fuerit missum*] Eo volare et pervenire, quo fuerit missum. sic autem legendum videtur, non *quod fuerit*, ut est in aliis: quamquam etiam hæc lectio ferri potest. Sed enim ita ut edendum curavi, loquitur septimo abhinc versu, infra, ibi, 'Quo minus quo missum est, veniat,' &c. volare autem translate positum est. Virg. 9. 698. 'volat Itala cornus Aëra per tenerum.' Homer. *Il. v. 587. ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς διστός. Lamb. Quo. Quod Nard. Hunc versum non agnoscit B. Creech.*

975 *Quorum utrumque tibi eff.*] I. e. utrumcumque sumseris, effugiendi viam intercludit: utrumcumque dixeris, elabi non potes, ita ut cogaris concedere et fateri omne esse infinitum, seu sine fine in omneis parteis patere. *Lamb.*

977 *Prohibeat*] Jaculum tendere ad scopon. Notandum 'prohibeo' prima intenta a Lucretio proferri pro dictionis observante: quæ modo producit, modo corripitur: ut patet exemplo Juv. Sat. 6. 485. 'Profectura domo Sicula non mitior ara.' *H. vero*

aspirationis in hoc loco nedum vim habet, sed consonantia: ut apud Horat. Od. 1. 2. 31. 'Nube candenti humeros amictus Augur Apollo.' licet nonnulli *candentis* malint. Quantam vim habeat afflatus docet is Martiniæ versiculus in geometria. 'Tellus, quæ rapidum consistens suscipit orbem, Puncti instar medio hæserat una loco.' Hic tamen apud Lucretium potest multarum vocalium fieri collisio et *probeat* servari in extritis cæteris in scansione remaneat, longa quæ brevis erat. Tantius est tamen in hac dictione excludere vocalem antepenultimam et scandendo dicere *prohibit*: ut deinde, in duas metiendo carmen deducamus syllabas. Pius. *Prohibeat*. Synæresis esse potest, ut sit trisyllabum. ut in 'proilium,' 'proelinm,' et Festus 'proibiam.' *Gif. Quod prohibeat, officiatque, &c.* Sic legendum. *prohibeat* antem proceleusmaticus est, ut, 'Genua labent' et alibi, 'Arietat in portas.' Licet etiam legere, *proibeat*, seu *præbeat*, *τρισυλλάβως. officiat* i. e. obstat. *Lamb. Prohibeat*. Trisyllabum; quod non magis mirabile haberi debet, quam 'præbet' a præhibet, quo sæpe utitur Plautus. *Fab. Prohibeat*. Turnebus ex Mss. legit *probeat* per crasin pro *prohibeat*, Adv. 19. 15. Sed non est opus. *Lamb. et Gifanium secutus Bas. prohibeat: faciatque.* et in marg. *officiatque. Hav. Quod prohibeat officiatque. Turneb. Adv. 19. 15. quod probeat.* et 'probeat,' inquit, 'hic prohibeat confatis in unum litteris valet.' *Preig. Officiatque. Efficiatque* vet. quidam; male, ut puto. *Vulgati: faciatque; pessime. Gif.*

979 *Non est ea finis profecto*] Sic restitui, Jo. Aurato approbatore, atque adeo auctore. sententia autem perspicua est. Sive (inquit) obstat aliquid telo, quo minus eo, quo missum est, perveniat, nempe ad finem; sive foras fertur: profecto non erat is finis, quem esse posueras. Nam si quid obstat, corpua est. At

corpus est in universo, et est res genita. Si nihil obstat, non est finis. Nam si finis esset, telum ultra non volaret. natum autem mendum est ex nomine 'fini', in quo *s* elisum est, ut integrum sit 'finis,' et ex voce 'profecto': qua depravata factum est ab imperitis et indoctis, 'profec-tum,' et ex 'ea,' 'a.' Solet autem Lucret. libenter hoc adverbium 'pro-fecto' usurpare, et in extremo versu ponere, ut snp. 242. 'Tactus enim leti omnibus esset causa profecto.' et inf. eod. lib. 1022. 'Nec quos quæque darent motus, pepigere profecto.' et 3. 998. 'Nec, quod sub magno scrutentur pectore, quicquam Perpetuam ætatem poterunt reperire profecto.' ibidem 1026. 'Hæc neque sunt usquam, neque possunt esse profecto.' *Lamb.* Ita quidem Jo. Auratus, vir doctissimus, et recte, ut puto. In libris tamen est: *a fine profectum.* Gif. *Non est ea finis profecto.* Ita optime Lambinus. Alii *a fine profectum,* quod Fayus, ut solet, approbat; quasi telum quod prohiberetur vs. 977. dici possit non *a fine profec-tum.* Creech. Ita egregie restituit Lambinus probante Aurato, cui totum tribuit Gifan. ne Lambino quid concedere videatur. Mss. L. B. ut omnes, *non est a fine profectum.* Mendose. Sensus enim est, quodcumque eligis adversatur tibi, neque est profecto finis ille universi, quem tibi proposueras. *Hav.* Elegantissime hoc adverbio uti solet, quoties aliquid rejicere aut exagitare et salse ridere ipsi est animus. Sic rursus vs. 1022. 'Nec quos quæque darent motus, pepigere profecto.' et 3. 998. 'Nec, quod sub magno scrutentur pectore quicquam Perpetuam ætatem possent reperire profecto.' et eodem lib. vs. 1226. 'Hæc neque sunt usquam, neque possunt esse profecto.' Virg. *Æn.* 8. 532. 'ne vero, hospes, ne quære profecto.' Ad quem locum Servius: 'Hic 'profecto' vetuste pro expletiva conjunctione posi-

tum. ambæ partiæ ad ornatam pertinent tantum.' Ambæ puta 'vero' et 'profecto.' *Præig.*

981 *Telo*] B. *Cælo* manifesto errore. *Creech.*

988 *Effugiumque fugæ prolatet*] I. e. et fiet, ut fugæ copia, i. e. spatii infinitas perpetuum telo effugiendi atque evolandi locum præbeat. prolatare est amplificare, et porrotenus latius facere. *Lamb.*

984 *Præterea, spatium Summæ*] Aliud argumentum, quo probat, spatium esse immensum, infinitum, et, ut supra locutus est, vaste profundum. Si spatium totius summæ finitum esset, et fundo aliquo terminaretur: corpora prima suo pondere ad imum confluisissent. quo facto, nihil amplius sub cælo gigni posset. At videmus quotidie res gigni, &c. *Lamb. Præterea.* Nova ratio. Bene autem argumentatur. Id enim si foret, omnia jam pridem ad imum devenissent, propter motum ingenitum principis; quæ cum corpora sint et quidem solidissima, jam ad imum defluxissent: neque quidquam gigni posset, ita omnia obstipata, *περὶ τοὺς ἄνω* forent. *Fab. Præterea spatium, &c.* Urget opus poëta, et vs. 14. subjicit incommodum, quod evēiret si finitum, et aliquibus terminis inclusum esset universum. In isto enim sito imus aliquis esset locus, ad quem materies ab æterno subsidens innata sibi gravitate contendisset, effectumque jam pridem fulset, ut depressa in eum locum universa materia nihil generari deinceps posset: ex seminibus enim quiescentibus nihil oritur: Cam autem non sit imus locus, jugiter moventur principia, undique nascuntur res, et ex infinito universo nova semina singulis mundis perpetuo inferuntur. *Creech.*

985 *Si inclusum certis consisteret*] Conclusio. *certis si insistet.* *Gassendus. Creech.*

987 *Confluxet*] Confluxissent. eujusmodi sunt illa apud Virgil. 'vixet'

pro vixisset, 'extinxem' pro extinxissem: apud Horat. 'erepsemus' pro erepissimus, 'divisse' pro divisisse, 'evasti' pro evasisti: apud hunc eundem, 'consumse' pro consumsisse: et alia sexcenta. *Lamb.* Ut 'mansse' pro mansisse, 'invasse' pro invasisse, Lucil. 'Cesse,' infra vs. 1104. pro cessasse, 'jusse' pro jussisse. 'vixet,' et, ut necessario legendum est apud Virgilium in v. 'dejexet' pro dejecisset: locus est, vs. 542. 'Nec bonus Earytion prælato invidit honori, Quamvis solus avem cælo dejecit ab alto.' Ibi, inquam, legendum, *cælo dejexet ab alto.* Quod omnibus probatum iri confidimus, qui Latinitatis vim sentiant. *Fab.*

988 *Nec res ulla geri*] Legendum hic videtur *geni*, reclamantibus quidem omnibus codicibus: sed pervicente veritatis voce. *Geni* autem valet gigni, ut sæpe jam admovui. Veruntamen si quis pervicax *geri* retineat, 'geri' (quod sæpe jam ante dixi) tractum erit a re militari, et a munere imperatoris, qui res gerit. Nam hoc loco profecto non potest Thraso interpretari, 'res geri,' res ferri, nisi secum ipse impudentia certare volet. *Lamb.* Lambinus: *geni*, male. *Gif.* *Geri* omnes Cod. vet. ut et *Geruntur* vs. 924. eamque lectionem *Gif.* Par. Nard. Omnes præter Lambinum teneant: at contra omnes libros admittenda est ea vox quæ Lucretium sapit, et ad argumentum aptissime facit. *Creech.* *Geri* edendum curavimus, a nuperis editionibus recedentes, ob rationes sæpius jam allatas. *Preig.*

*Sub cæli tegmine*] *Sub cælo.* M. Tull. in Arato, 'Inde est ales avis lato sub tegmine cæli.' *Lamb.* *Sub cælo:* sub luna. *Fab.* Supra in præmio: 'cæli subter labentia signa.' h. e. qua patet orbis. *Preig.*

989 *Nec foret omnino cælum*] Id enim consequens est. *Fab.*

990 *Quippe ubi*] *Quippe quia.* *Lamb.* *Cum videlicet.* *Fab.*

992 *At*] *Marg. nostra:* *Aut. male.* *Preig.*

995 *Geruntur*] I. e. administrantur a natura rerum. vel lege *genuntur*, i. e. gignantur: vel potius, *cientur*, i. e. moventur. Ego tamen *geruntur* retineo. *Lamb.* Lambinus: *genuntur*, contra vet. libros. *Gif.* Idem hic quod ad vs. 987. notamus. *Preig.*

996 *Æternaque*] *Infernaque* B. et alii Codices, nullo sensu. *Creech.* *Æternaque.* Et Mss. *Lugd. Bat. Infernaque.* sed male. *Preig.*

*Suppeditantur*] *Προίferται:* suggeruntur et sufficiuntur ad res giguendas. *Lamb.*

997 *Corpora materia]* Primordia, atomi. *Fab.*

998 *Postremo*] Argumentum a dissimili, noto, et confesso. *aër* quidem montis terminat, et montes *aëra*, et ita de ceteris: sed omne nulla re extrinsecus terminari potest, cum extra omne nihil sit. Vel dic esse argumentum a simili, hoc modo: Si omne esset finitum, necesse esset, id ab aliqua re externa terminari, quemadmodum, quæ in promptu sunt, *aër* montis terminat, montes *aëra* finiunt, terra mare, et mare terram: sed nihil est extra, quod omne terminet: ergo omne est infinitum. *Lamb.* Alio his vs. 10. utitur argumento: Quicquid enim terminatur ab aliquo quod extra se est finitur, sic *aër* terminat montes, et montes *aërem*, mare terras, et terræ mare. At quis dixerit aliquid esse extra universum, quod illius terminus esse possit, cum id ipsum quod extra est, sit universi pars; universum enim continet omne quod est? Concludit igitur universum esse immensum, eamque immensitatem præclara periphrasi describit. *Creech.*

*Ante oculos*] Quicquid videmus, finitum est; at *τὸ πᾶν* non ita. *Fab.* *Ante oculos.* ut supra: vs. 63. Nam et hic *ὑπὸ πᾶσι*, vs. 856. *Ex oculis.* *Preig.*

999 *Discepi]* 'Opſa. *Fab.*

1002 *Natura loci]* Locus ipse. *Fab.*

. 1003 *Clara suo percurrere flumina cursu, Perpetuo, possint, ævi labentia tractu*] In quibusdam legitur *fulmina*; quod tamen neutri interpreti placuit; an quia *labentia* lentius et remissius visum est? at ita alibi locutus est Lucretius; dein et Virgilius accedit, *En.* 1. 398. ubi de aquila insectante *cycnos*: 'ætheria quos lapsa plaga Jovis ales aperto Turbabat cælo.' Atqui solemne celeritatis exemplum est fulmen: 'et fulminis ocior alis.' Dein 'clara' an bene cum natura fluminum congruet? Itaque legendum existimo *fulmina*, non *flumina*. Fab. *Flumina*. Aliqui libri, ut et Nard. *Fulmina*; hæc vox et Lambino et Gifanio displicuit; eam Faber amplectitur, an merito, judicent alii. Creech.

. 1004 *Perpetuo possint ævi labentia tractu*] *Tractu ævi*, i. e. productione et continuatione ætatis. sic 'longos flammæ tractus' dixit 2. 207. sic 6. 117. 'corporis tractum.' Lamb. *Possint. Possunt* vet. libri; et rectius fortasse. Gif.

. 1005 *Ut restet minus ire meando*] Nec possunt facere flumina meando, i. e. fluendo, et labendo, ut minus viæ restet. in quibusd. cod. legitur, *Percurrere fulmina cursu*. quam scripturam non probo. Lamb.

. 1008 *Ipsa modum porro*] Natura (inquit) impedit, quo minus summa rerum sibi modum, seu finem comparare possit, propterea quod inane corpore, seu pleno, terminatur: corpus, seu plenum, inani. Nam (ut dicebat Epicurus) τὸ πᾶν ὑπερὸν ἐστὶ τῷ τε κληθεὶ τῶν σωμάτων, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ κενού. i. e. 'Omne seu universum infinitum est et multitudine corporum, et magnitudine inanis.' Lamb. Iterum vs. 13. Universum esse infinitum probat Lucretius; quia corpus et inane sese mutuo terminant, ex ista autem mutua terminatione necesse est ut immensitas oriatur, quoniam neutrum, neque corpus, neque inane potest esse ulti-

mum. Cujus vero nulla pars potest esse ultima id profecto infinitum. Si autem alterutrum (corpus viz.) non finiret alterum, (inane,) inane autem esset infinitum, quod olim probaverat, corpora vero finita, ut Stoicis placuit, dissolverentur omnia; rupta enim subito compage finita semina per immensum inane dissiparentur, imo nunquam coaluissent, cum finita semina in inania infinito semel dispersa perpetuo vagarentur. Hæc omnia Epicurus ipse ad Herodotum: εἶτε γὰρ ἦν τὸ κενὸν ἕπειρον, τὰ δὲ σώματα ὁρισμῆνα, οὐδαμοῦ ἂν ἕμεσε τὰ σώματα, ἀλλ' ἐφέρετο κατὰ τὸ ἕπειρον κενὸν διεσπαρμένα, οὐκ ἔχοντα τὰ ὑπερ-εἶδοντα, καὶ στέλλοντα κατὰ τὰς ἀπικωπὰς. Creech.

. 1009 *Natura tenet*] Simplex est pro composito, ut tendit pro contentid, fert pro offert, &c. Virgil. Ita 'tenet' pro retinet, vetat, obstat, impedit: Cicero sæpius, Virgil. Plinius Secundus. sed locos afferre piget. Fab. *Et quod inane autem est.* ut vs. 857. Preig.

. 1011 *Ut sic alternis*] *Utque sit alterius B. frustra.* Creech.

. 1012 *Aut etiam alterutrum, nisi terminet alterum eorum, Simpl. natura et pateat tantum immod.*] Si quis locus est in hoc libro difficilis et obscurus, hic est: neque fortasse mendo vacat. Joannes Auratus, homo acerrimi iudicii, idemque amicus et collega meus, putabat priorem quidem versum sic esse legendum, ut legitur in vulgatis: *Aut etiam alterutrum, nisi terminet alterum eorum*: posteriorem sic, *Simplice natura pateat totum immoderatum*: (nam in vulg. legitur *tantum*): ut per 'totum' intelligamus τὸ πᾶν, quod alias appellat omne: 'immoderatum' autem 'simplice natura,' i. e. infinitum una natura, videlicet inani. Sed libri omnes manuscripti habent, *pateat tamen*: neque habent copulationem et, post vocem 'natura:' et ita vulgati Parisiens. Veneti, Vicetini. cujus scripturæ rationem explicare



non possum, nisi quis dicat ita legendum in priore versu, *Aut si, etiam alterutrum si terminet alterum eorum Simplicem naturam pateat tamen immoderatum*: hac sententia, 'Aut si, etiam si alterutrum terminet alterum eorum, pateat tamen immoderatum simplicem naturam,' i. e. inane tamen sit infinitum unica natura, h. e. corpora prima non sint infinita, sed inane duntaxat sit infinitum, &c. Sed quomodo si alterutrum ab altero usque ad infinitum terminatur, potest esse alterutrum duntaxat infinitum? Omnino locus est mihi quidem inexplicabilis, neque habeo, quod afferam, quicquam melius. scripturam igitur, quæ reperitur in omnibus libris vulgatis, quod ad priorem versum attinet videamus, eamque sic interpretemur: Aut etiam nisi alterutrum alterum eorum terminet, et si immoderatum simplicem naturam, i. e. spatium immensum unica natura tantummodo pateat, quod est dicere, si inane duntaxat sit infinitum, corpora autem prima sint finita: 'nec mare, nec,' &c. Atque hanc hujus implicatissimi loci explicationem probabat Muretus: cui hac tertia editione assensus sum. Sed velim copulationem *et* poni in fine versus prioris, hoc modo, *Aut etiam, alterutrum nisi terminet alterum eorum; et Simplicem naturam pateat tantum immoderatum*. Præterea posterior versus videtur mihi sic esse explicandus: 'Et immoderatum simplicem naturam tantum pateat:' i. e. si vel infinitam inane sit tantum sine corporibus infinitis: vel infinita corpora sint tantum sine inani infinito: si hoc ita sit: *Nec mare, nec tellus, &c.* Hæc mihi nunc tandem hujus obscurissimi loci videtur esse sententia. Sic autem usurpavit vocem 'immoderatum' M. Tull. lib. 2. de N. Deor. 'Vides sublime fusum immoderatum æthera, Qui teneram terram circumvectu amplectitur.' *Lamb. Aut etiam alterutrum, &c.*] Ita ut vulgo legitur, et ve eres quidam comprobant, scripsi.

Sententia est: Corpus terminatur inani, et inane corpore. Nam si hoc non fieret, et immoderatum seu inane simplicem naturam et impermixta seu corpore mutuo terminata tantummodo pateret; hinc efficeretur, quod nec mare, &c. Qna de re infra latius. *Gif.* Hæc ille; sed nihil dicit, quod non viderit Lambinius, et acutius multo et solertius. Sunt qui existiment versum illum, 'Simplicem naturam,' &c. prorsus esse delendum: sic enim, ut aiunt, nihil in hac ratiocinatione difficultatis superesset: Quod mihi aliter longe videtur. Existimo enim versus aliquot hinc excidisse: ita ut cum de incommodis ab inani immoderato, sine admistione corporis infiniti, et alternis misti proficiscentibus dixerit, altera pars ommissa sit, aut non satis perspicua a Lucretio explicata: eadem enim *ἀναπλα* remaneat necesse est. Deinde duæ illæ voces 'alterum' et 'alterutrum,' satis id probant quod dico. *Fab.* De his duobus versibus varia Critici: in priori *si* pro *nisi* legit P. nec agnoscit copulam *et* in posteriori versus. In posteriori pro *tantum, tamen* B. P. *Gif. Par.* Omnesque Mss. ut fatetur Lambinius, nec agnoscunt Copulam *et*. Posteriorem versus adulterinum esse existimant Gifanius et Pareus, ideoque rejiciunt: Auratus legit *Aut etiam alterutrum, nisi terminet alterum eorum: Simplicem naturam pateat totum immoderatum*. Per 'totum' intelligit *τὸ πᾶν*: quod alias appellatur 'omne.' *Immoderatum autem simplicem naturam, est infinitum una natura viz. inani.* Et hanc lectionem amplectitur Gassendus. Lambinius hæret, aliquando autem legit *Aut si, etiam alterutrum si terminet alterum eorum Simplicem naturam pateat tamen immoderatum*. Hac sententia: Aut si, etiam alterutrum terminet alterum eorum, pateat tamen immoderatum, simplicem naturam i. e. inane tantum sit infinitum unica natura, h. e. corpora prima non sint infinita, sed inane duntaxat sit infini-

tum: sed hanc sententiam absurdam esse ipse vidit et confessus est; et tandem legit: *Aut etiam alterutrum nisi terminet alterum eorum, et Simplicis natura pateat tantum immoderatum.* Existimat Faber vulgatam lectionem retinendam esse, et aliquot versus hic excidisse, ita ut cum de incommodis ab 'inani immoderato' sine admitione corporis infiniti, et alternis misti, proficiscentibus, dixerit; altera pars omissa sit, aut nonsatis perspicue a Lucretio explicata: eandem enim *ἀρετῶν* remeare necesse esse: deinde duas illas voces 'alterum' et 'alterutrum' probasse quod dicit. Displecent omnia. Integre est poëta, nullique exciderunt versus: rejectis Aurati, Gassendi, aliorumque conjecturis, admittatur Cod. Mas. lectio, et sana protinus erunt omnia et integra. Legantur itaque, *Aut etiam alterutrum nisi terminat alterum eorum, Simplicis natura pateat tamen immoderatum.* Inane viz. ut sequentes versus et vox ipsa 'pateat' demonstrant. Hæc igitur horum versuum sententia: Nisi 'alterutrum,' corpus viz. 'alterum eorum,' viz. inane, terminet, inane vero solum concedatur *ἄσπαστον*, ut olim probavi, et Stoici, contra quos disputo, fatentur: Nec mare nec tellus, &c. Epicurus ipse, fautor, alteram hujus argumenti partem proponit in Ep. ad Herodot. *Ἐστὶ τὸ κενὸν ἢ ἀπείρητον, τὰ δὲ σώματα ἄπειρα, οὐκ ἔστι τὸ ἄπειρα σώματα ἕνω ἢ ἕρη.* Sed eam neglexit Lucretius, quoniam inane esse infinitum aliiis argumentis jam probaverat. Creech.

*Nisi terminat*] Sic Vet. libri: recte, Vulgati: *terminet.* versuum proximum *simplicis,* &c. omnino adulterinum et inducendum puto. Minime necessarius est, et corrumpit cum elegantiâ sententiam. Gif.

1013 *Pateat tamen*] Ita Vet. libri. Vulgati: *et pateat tantum.* Gif.

1014 *Nec cæli lucida templa*] Ennius apud M. Tull. lib. 2. de Div. 'Quam-

quam multa manns ad cæli cæcælia templa Tendebam lacrymans.' Lamb.

1015 *Dioum corpora sancta*] Deos sanctos; sic enim ex formula loqui solebant. Ovid. Amor. 3. 7. 'A tenera quisquam sic surgit mane puella, Protinus ut sanctos possit adire Deos.' Quos ego versus potius quam allos alios protuli, quod eos a nemine usque adhuc emendatos viderim. Certe nuperrima editio hoc sphalmate, ut infinitis aliis, quæ ingenio, ut aperiantur, opus habent, inquinata est. legendum: *A tenera quisquis sic surgit mane puella, Protinus is sanctos possit adire Deos.* Notum enim est post rem Veneream *ἕρω* fuisse, ne quis ad sacra accederet, nisi ante purgatus esset; 'discedite ab aris,' inquit 2. 1. 11. amabilis scriptor (Tibullus est) 'quis tulit hesternâ gaudia nocte Venus.' Juvenalis in 6. 585. 'Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor Concubitu sacris observandisque diebus.' Quod et capitalius erat. Locum autem Ovidii, quia hilarior paulo est, et paraphrasticis explicari non eget, *χαρίερω* hominum iudicio relinquam. Fab.

1017 *Dispulsa*] *Dissipata.* C. *De cætum.* *Detectum:* B. Unde aliquis conficiat *dejectus,* sed de casu vel coitu placet. Creech.

*Catu*] Quidem Vet. libri: *coitu.* Gif. Al. *coitu.* ut *protilium,* *protilium,* *coilei,* *cæli,* *poine,* *pæna.* Fab.

1019 *Sive adeo potius*] *Διυθωκίς.* quid dixi, futurum fuisse, ut copia material de suo cætu et concilio depulsa per inane immensum differretur? immo vero nunquam quicquam congregiendi genuisset. Ratio est in promptu: quoniam si inane duntaxat esset infinitum, prima autem corpora finita; nunquam illa congregi, nunquam coherere potuissent, sed per infinitum inane dispersa vagarentur. tale est illud supra, 343. 'quæ, si non esset inane, Non tam sollicito motu privata carerent, Quam genita omnino nulla ratione fuisent.'

*Lamb.* Ino, inquit, nil omnino genitum fuisset. *Fab.*

1020 *Quoniam cogi disjecta*] I. e. quoniam cum materia esset dissipata et distracta, in unum convenire et conciliari non potuisset. *Lamb. Cogi.* Concreascere, *συνεπλοξεσθα. Fab.*

1021 *Certe*] *Occupatio.* Diceret enim aliquis: At mens, aut Deus posset materiam dissipatam colligere, et congregare, et ita res creare. hoc negat, et refellit Lucretius ex Epicuri sententia. *Lamb.* Stoicos irridens jocose propositum argumentum prosequitur vs. 14. Finita enim semina in infinito spatio dispersa nunquam convenissent, nisi, quod Stoicis placuit, mandus esset grande animal, et plane Dens: ejusque semina summa arte et consilio a spiritu, per omnia membra infuso, disposita fuissent. Prudentia hæc, et meditantia Stoicorum principia deridet, et ex placitis Epicuri docet, res omnes fortuito infinitorum corporum in infinito inani volitantium concursu tandem procreatas fuisse, et quotidie reparari ex istis seminibus, quæ infinita corporum primorum copia jugiter suppeditat. *Creech.*

1022 *Se ordine quæque suo, atque sagaci*] Hanc scripturam traxi ex quattuor manuscriptis codicibus, levi immutatione facta longe (opinor) vulgata meliorem, et, nisi fallor, veram, et rectam. Ordo autem verborum, et sententia hæc est: Nam certe neque consilio atque sagaci mente ('consilio' autem, i. e. consulto) primordia rerum se quæque ordine suo locarunt, neque pepigere, &c. Sic autem habent lib. manuscript. *Ordine se suo quæque, atque sagaci mente locarunt.* Itaque in hoc loco restituendo ordinem verborum tantum mutavi: nihil de meo addidi, nihil detraxi. Sed non dissimulabo lectori, mihi aliquando visum esse sic esse legendum, *Se ordine se quæque atque sagaci mente loc.* cum putarem 'suo' natum esse ex interpretatione

vocis 'se,' ad oram libri adscripta, deinde 'so' versum in 'se,' et ita factum 'se suo:' 'se' autem, quod erat in principio versus, quasi supervacaneum deletum. *Lamb.* *Ordine se quæque, atque, &c.* Lambinus. Vet. quidam: *se suo quæque.* quidam veteres: *se suo atque sagaci.* Marullus: *Ordine quæque suo atque sagaci.* Fortasse: *Ordine se suo atque sagaci.* Vide Indicem. et inf. vs. 421. *Gif.* Quidam libri *Ordine se suo quæque.* Marul. *Ordine quoque suo:* Giffanius, *Ordine se suo.* Aliquando etiam Lambinus legit *Se ordine suo quæque:* *Ordine se quo suo B.* Alii *Se ordine quæque suo:* proximum versum non agnoscit B. *Creech.* Margo Nostra id ipsum habuit, quod et Gottorpiensis Cod. et Vossius in Var. Lect. Ed. Lond. nempe: *Ordine se suo quæque sagaci mente locarunt.* Preig. Levissima mutatione sua feci, et post 'se' distinctionem posui; *sua,* i. e. et sua. *Hav.*

1023 *Profecto*] Vid. ad vs. 978. *Preig.*

1024 *Mutata*] Quidam *motata* legunt pro *valde mota.* Plautus Amph. l. 5. 119. 'Nec se jugula quoque in cælo motat.' Poëta in Priapicis: 'Extis altius aptiusque motat.' *Pius.*

1025 *Vexantur*] Subinde moventur. A *veho* derivatum. Maro in bucolico ludicro: 'Dulichias vexasse rates' pro agitasse inter elidendum et trahendum. lege Gellium. *Pius.*

*Vexantur percita plagis*] Democritus dicebat, *κινεῖσθαι τὰ σώματα κατ' ἀλλήλων πρῶτον ἐν τῷ ἀπειρῷ,* i. e. 'moveri corpora prima in infinito plagis mutuis ac reciprocis.' Sic M. Tull. de Epicuro lib. 1. de Fin. 'Censet in infinito inani, in quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, corpora individua ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant.' Quem locum supra protuli. Sed non dissimulabo, in codicibus duobus scriptura, Faërnei, Tettii, scriptum esse, *vexantur perc. pl.* *Lamb. Vexantur.*

*Versantur*, veteres quidam. *Gif. Percita plagis.* Intellige ἀλληλοτυπίας τῶν ἀτόμων ἐν τῷ ἀετέρω. de qua docti in philosophia Democritea seu Epicurea, quæ penitissime eadem est. *Fab.*

1027 *Tandem deveniant in tales disposituras, Qualibus hæc rebus consistit summa creata*] Quamvis ita scriptum sit in optimis et luculentissimis editionibus, constat tamen hic errorem esse: neque enim dubium est quin legendum sit, idque plane necessario, *Qualibus hæc rerum consistit summa creata.* ut et alicubi legi scio. Sensus autem est: 'deveniant in tales disposituras, qualibus summa rerum creata est.' Illud enim *qualibus* ad disposituras refertur; quod facile viderit qui vel levissime sapiat. Rerum autem summa est τὸ πᾶν, ut alibi, 'Nec summam rerum commutare ulla potest vis.' Et, 'Debeat ad nihil jam rerum summa reverti.' Sed neque aliter in toto opere locutus est Lucretius. Itaque exemplorum satis est. Nunc ad secundum librum veniamus; ibi enim occurret, opinor, aliquid quod manu medica opus habeat. *Fab.*

1028 *Rebus*] *Rerum*: Faber: nec contemnenda ista emendatio. Sensus autem est, 'Deveniant in tales disposituras, qualibus rerum summa creata est.' Illud enim 'qualibus' ad 'disposituras' refertur. *Creech.*

1029 *Magnos annos*] Fort. intelligit magnum illum annum Platonis, seu, melius, Chaldæorum: res notissima est. *Fab. Magnos.* Forsan intelligit magnum illum Platonis annum, seu potius Chaldæorum. *Fab.* Isto vero acumine non opus est, cum, ut observat Gassendus 5. 643. quorumlibet astrorum circuitus magnos vocet. 'Servata' mox, idem est, quod formata. *Creech.* Otiosum Epitheton, nisi annos pro quibusvis temporum periodis accipias. Vide quæ ad vs. 312. notavimus. *Preig.*

1031 *Avidum mare*] Horat. avarum

appellat. *Lamb. Integrent mare.* Exhanatum reficiant, renovent, &c. flumen autem, ut apud Virgil. *passim*, pro aqua, humore. Homo vero ridiculus existimavit τὸ 'integrare' hoc loco significare, integrum manere. Huic mandes si quid recte curatum velis: Pareum dico, ne nescias. *Fab.*

1032 *Integrent annes*] Sic legendum: et ita scriptum est in quinque lib. manuscript. nam vulgati quidam habent *integrent*: mendose. Accius apud Nonium: 'Nam huc venio, ut mea ope opes Trojæ integrem.' Arnobius lib. 2. adversus gentes: 'Virtutum omnium servamus atque integramus tenorem.' Idem ibidem infra: 'Columba manu missa revolare dicit ad dominicas sedes: canis, cum invenerit prædam, cobibere et continere latratum: verba psittacus et integrare, et nomina prorsus expromere.' *Lamb. Integrent annos.* Ita et veteres libri nostri. *Gif.*

*Vapore*] I. e. calore, ut sæpe alias: et ita Virg. et Horat. non semel. *Lamb.*

1034 *Vivant*] Tralatio est ab animalis ad ignem, admodum usitata scriptoribus omnibus Græcis ac Latinis. Horat. Od. 3. 21. 23. 'Vivæque producent lucernæ. Dum rediens fugat astra Phæbus.' Sic Græci scintillam, ζῶνυρον, i. e. 'ignem vivum,' seu 'ignis vitam' dicunt, et ζωνυροῦν apud illos 'ignem excitare.' *Lamb.*

*Labentes*] Supra princip. vs. 2. 'Cæli subter labentia signa.' *Lamb.* Ut in proœmio 'cæli labentia signa' dixit. *Preig.*

1036 *Ex infinito*] Infinito semper subjungit 'Inani': Fayus et alii: cum tamen nihil evidentius, quam quod infinitum non inanis magnitudinem, sed corporum multitudinem, seu potius universum denotet. *Creech.*

*Suboriri*] In locum decedentium aut pereuntium oriri, et quasi subvenire, atque in subsidium oriri. *Lamb.*

1037 *Unde amissa solent reparari in tempore quoque*] Hujus scripturæ sen-

tentia non est obscura. hoc enim per eam significatur, materiæ copia in locum ejus, quæ defluit ex corporibus compositis, et rebus genitis, suboriente, in quoque tempore ea, quæ sunt amissa, reparari, ac resarciri. Proxime autem accessi veterem. Nam in libris manuscriptis fere omnibus legitur partim, *In tempore quaque: partim, In tempore quoque*: in plerisque autem impressis, *In corpore quaque*: ex qua lectione quidam legi volunt, *In corpore quoque*, i. e. in quaque re genita corporea. Quod si quis mallet legi, *Reparari corpora quaque*, ut quidam vir doctus, non repugnabo. ego tamen vel eam, quam secutus sum, et antiquam, tutiorem esse puto; vel hanc, *In corpore quoque*. Lamb. *Quoque*] Veteres quidam: *quaque*. Gif.

1038 *Nam veluti, &c.*] Propositum modo argumentum his vs. 4. illustrat, docetque res cunctas resolutum iri, nisi materies ex infinita copia atomorum jugiter suppedicaretur, quæ damnum quod corpora patiuntur resarciret, ut animalia brevi perirent, nisi alimento indies repararentur. *Crech.*

1039 *Amitens corpus*] Sic loquitur Marcus Tullius Epist. 7. 26. ad Gallum: 'Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Nam et vireis, et corpora amisi.' Idem Lucretius supra, 810. 'amisso jam corpore, vita quoque omnis Omnibus e nervis atque ossibus exsolviatur.' Lamb.

1041 *Defecit*] Desiit. Lamb. *Recta regione aversa viai*] Sic restitui, aliorum locorum similium testimonio usus. 2. 249. 'Sed nihil omnino recta regione viai Declinare, quis est, qui possit cernere, sese?' idem 4. 265. 'Eicit enim sulci recta regione, viaque Vomere, atque locis avertit seminis ictum.' sic Virg. *Æn.* 2. 737. 'nota excedo regione viarum.' Idem 7. 215. 'Nec sidus regione viæ, litusque fefellit.' sic M. Tull. lib. 5. accus. 'Nostræ accusationis

regio et via.' *ibid.* 'Si quis tantulum de recta regione deflexerit.' Lamb. *Aliqua regione aversa viai*. Sic omnes libri. Lambinus tamen: *Recta. Regionem autem viai etiam supra dixit, et infra lib. 2. Gif. Recta regione. Aliqua ratione*. B. Nard. *Aliqua regione* Gif. Pa. e vet. libris. *Crech.*

1042 *Nec plagæ possent*] Sic habent aliquot libri typis excusi, et duo manuscr. alii *possunt*: ego *possunt* non improbo: et ita hi duo versus pendebunt ex superioribus hoc modo: Nec simul ac materia defecit, plagæ possunt extrinsecus summam conservare. *possent* etiam legere licet: eritque sententia aperta hoc modo: Nec plagæ possent, &c. nisi materiæ copia suboriri posset, i. e. si materia deficeret. Lamb. *Nec plagæ, &c. extrinsecus*. Ita omnino legendum: imperite igitur Gifanius, qui in utraque editione habet *intrinsicus*. Fab. *Nec Plagæ, &c.* Nequis vero forsitan objiciat atomos occurrentes officiose se (etiam fatente Lucretio) mutuo percutere, et ex eo conflictu fieri, ut morantes et tardatæ coalescant, et compingantur in corpora; ideoque cum, finita licet, sese mutuo percutiant; sane tantum abesse ut rebus jam concretis aliquid detrahatur, ut etiam novis semper advenientibus atomis magis ac magis auferentur: monet, atomos finitas se invicem perpetuo omnique puncto temporis ferire non posse, imo interdum debere resilire, ideoque tempus spatiumque concedere principiis compositorum (*τοῖς συνεχῶς κινουμένοις* Epicurus ad Herodotum,) quæ semper motum affectant, quæ rupta compage a se invicem avolarent. Imo nullos omnino futuros esse ictus, ut olim vs. 1019. observaverat, nisi atomi essent infinitæ. *Crech.*

*Possent*] *Possunt*, recte. Gif. *Extrinsicus*] *Intrinsicus* Gif. et V. imperite, ut patet ex vs. 1054. *Crech.*

1043 *Conciliata*] I. e. congregata,

coacta, congressa. *Lamb.* Subaudi, et adde, nisi materies suppetat, suppetitet, sufficiatur; id enim ratio postulat. *Fab.*

1044 *Cudere*] Percutere: illæ plagæ: unde vocatur 'incus:': sensus: Motus atomorum agit illa principia; quare dum materies pars per motum disijcitur, alia movetur usque dum novæ plagæ et atomorum impetus illam vexant. 'Cudere:' percutere, procudere. *Virg.* in *Georg.* 1. 261. 'Durum procudit arator Vomeris obtusi dentem.' *Pius.*

*Partemque morari*] Quidam libri habent, *Partimque morari*. *Lamb.* Junge *ἐκ παραλλήλων* cum τῶ 'interdum' versu abhinc secundo. *Fab.* *Partemque*. *Partimque* *Gif.* quam vocem et *Faber* approbat, jungitque *ἐκ παραλλήλων* cum τῶ 'interdum' versu abhinc secundo; at *Partem* melius respondet τῶ 'aliæ,' et τῶ 'animum.' *Creech.*

1045 *Suppleri summa queatur*] Sic loquebantur veteres. *Plautus* Satyrione: 'retrahi nequitur, quoquo progressa est semel.' *Cato* lib. 1. *Orig.* 'Fana in eo loco compluria fuere: ea exauguravit, præterquam, quod Termino fanum fuit, id nequitur exaugurari.' *Pacuv.* 'Si qua potestur investigari via.' *M. Tull.* *Epist.* lib. 9. ad *Papir.* 'Qui primus Papisius est vocari desitus.' Idem alibi: 'Nunc de rep. consuli cœpti sumus.' *Virg.* *Æn.* 8. 402. 'Quod fieri ferro, liquidove potestur electro.' Idem *Lucr.* 3. 1023. 'Quod tamen expleri nulla ratione potestur.' 'suppleri' autem, i. e. aliis corpusculis succedentibus redintegrari, atque expleri: ex quo verbo 'supplementum,' natum est. *Lamb.* *Queatur.* Ut poteratur, possetur, potestur, nequitur, quitum est, &c. Ita loquenti sunt *Ennius*, *Scipio*, *Plautus*, *Sallustius*, alii. *Fab.* Præter *Lambinum*, &c. vide etiam *Vossium* de *Anal.* lib. 3. 38. *Hav.*

1046 *Coguntur*] Plagæ scilicet. *Lamb.* et *Fab.*

1048 *Ut possint*] Principia rerum, et corpora prima. Non enim omnia corpora prima cum omnibus coherere et copulari possunt. ea igitur, quæ cum aliquibus coherere non possunt, a cœtu et concilio libera feruntur, et vagantur, donec cum aliis copulentur. Præterea ex rebus genitis quotidie, atque adeo singulis horarum momentis, corpora prima decedant, neque perpetuo cum iis, quibuscum semel coiverint, coherescant. *Lamb.*

*A cœtu*] A congressu. *Lamb.*

1050 *Et tamen ut*] Nam nisi corpora prima sint infinita, perpetuum plagæ suppetere nequeant. *Lamb.* *Et tamen.* Nisi enim infinita sit materies copia, perpetuæ esse nequeant plagæ. *Fab.*

1051 *Infinita opus est vis, &c.*] *Opus est vis*, genus loquendi bonis scriptoribus usitatum; sic 3. 990. 'Matories opus est,' &c. et 2. 20. 'Ergo corpoream ad naturam pauca videmus Esse opus omnino;' eod. lib. 814. 'Scire licet nil principis opus esse colores.' *Lamb.*

1052 *Illud in his robur*] Peripateticorum, et veterum Academicorum (quamquam *Plato* fortasse excipiendus est, de quo dicemus) et Stoicorum, et omnium denique qui unum mundum, eumque finitum esse volunt, hæc sententia est, omnia gravia in medium ferri, levia a medio ad extremum. *Epicurus* autem, et ceteri, qui mundos censent esse innumerabiles, et omnem infinitum: neque extremum, neque medium esse concedunt. Ita eorum ratione neque gravia in medium, neque levia ad extremum moventur. *M. Tull.* lib. 2. de *N. Deor.* 'Omnes enim partes mundi undique medium locum capessentes nituntur æqualiter; maxime autem corpora inter se juncta permanent, cum quodam quasi vinculo circumdata colligantur: quod facit ea natura, quæ per omnem mundum omnia mente et

ratione consciciens fanditur, et medium rapit et convertit extrema.' Sed Plato quoque in Timæo videtur negare esse sursum ac deorsum, his verbis: Βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον μετὰ τῆς κάτω φύσεως ἕνω τε λεγομένης ἐξεταξόμενον ἐν δηλαθείῃ σαφέστατα. Φύσει δὲ τῶναι τόπους δύο εἶναι, διελκυστῶν διχῆ τὸ πᾶν, ἑνωτῶν, τὸν μὲν κάτω, πρὸς ἐν φέρεται πᾶνθ' ὅσα τινὰ σώματος ἕκων ἔχει, τὸν δὲ ἄνω, πρὸς ἐν ἀκουσίαν ἔρχεται πᾶν, οὐκ ἔρδον οὐδαμῆ νομίζω. Τοῦ γὰρ πᾶντος οὐρανοῦ σφαιροειδοῦς ἕντος, ὅσα μὲν ἴσον ἀφεστῶτα τοῦ μέσου γέγονον ἔσχατα, ὁμοίως αὐτὰ χρῆ ἔσχατα πεφυκέναι· τὸ δὲ μέσον, τὰ αὐτὰ μέτρα τῶν ἐσχάτων ἀφεστηκός, ἐν τῷ κατ' ἀστυρὺ νομίζω δεῖ πάντων εἶναι. τοῦ δὲ κόσμου ταύτῃ πεφυκός, τῶν τι εἰρημέων ἕνω τις ἢ κάτω τυθήμενος οὐκ ἐν δικῆ δόξει τὸ μηδὲν προσήκον ἕνωμα λέγειν. ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ τόπος, οὕτε κάτω πεφυκός, οὕτε ἕνω λέγεσθαι δικαίως, ἀλλ' αὐτῷ ἐν μέσῳ. Ὁ δὲ πέρξ, οὕτε δὲ μέσος, οὕτε ἔχων διὰφορον αὐτοῦ μέρους ἕτερον θαπέρον μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον, ἦτι τῶν κατ' ἀστυρὺ' i. e. ' Grave autem et leve si cum ea natura, quæ deorsum et sursum dicitur, pendatur, planissime declarari possit. Esse igitur duo quædam loca natura inter se diversa, et contraria, quæ universum bifariam diremerint, unum deorsum, ad quem omnia quæ molem aliquam aut pondus aliquod habent, ferantur; alterum vero sursum, ad quem omnia ut subigente rapiuntur; nullo modo existimare oportet. Nam cum totum cælum rotundum sit, quæcunque a medio æqualiter distantia extrema facta sunt, ea similiter extrema oportet esse nata. Medium autem, cum paribus intervallis ab extremis disjunctum sit, cum ex adverso cum extremis comparatur, existimandum est omnium esse. Cum igitur mundus ita natura factus sit, si quis eorum, quæ dicta sunt, sursum aut deorsum ponat, injuria videbitur nomen eis non conveniens imponere. Nam medium quidem qui in eo locus est, ne-

que deorsum, neque sursum dici debet, sed hoc ipso nomine medius est appellandus. Qui autem ambit, neque medius est, neque habet sui partem alteram ab altera differentem magis, quam alteram, quod ad medium attinet, aut ullam, quæ sit e regione,' &c. Lamb. Quod extremum non habet, id habere medium non potest: at summa summarum extremum non habet; ergo nec medium. Ceterum in his versibus disponendis Lambinianam editionem sequor. Fab. Denique ne Memmius diversam sententiam amplexus centrum esse aliquod universi crederet, in quod omnia tenderent innata sua gravitate, ideoque non opus infinitæ atomorum multitudine, quæ, concursantes, ictibus externis hanc mundi compagem sartam tectam conservarent; totam illam de centro opinionem convellit pariter et deridet. Supponit autem, ut illi ipsi Stoici, qui amant centrum, supponunt, olim fuisse confusam particularum copiam, in immenso spatio undique dispersam; has vero omnes particulas in unum punctum, medium viz. universi, niti, inde terram fieri rotundam, in medio universi suspensam, omnesque, etiam adversas hujus globi partes, animalibus habitatas esse, quæ non decidunt in partes cæli sibi subjectas, quia gravitate sua in medium tendunt: inde etiam circumvolvi æthera, et solem cæli fornicem perpetuo motu percurrentem diem oppositis terræ partibus alternatim facere: nec unquam timendum imas summasque compagis partes a se invicem disjunctas fore, cum in unum idemque medium nitantur. Hæc omnia vs. 16. quæ tamen vs. 1036. et tribus sequentibus obiter deridet. Absurdum enim grave aliquod seipsum sistere et sustinere posse, aut in adversam terræ partem (cum vulgo enim sapuerunt Epicuræi) sursum tendere. Creech.

1052 Fuge querere] Sic Hor. 9. 1.

Od. 13. 'Quid sit futurum cras, fuge querere.' *Preig.*

1053 *In medium*] Strabo lib. 1. non longe a principio, ubi de Indis et Hispanis agit, illos pronuncians *τρόπον δὲ τῶν καὶ ἀντιπόδας*, 'quodammodo antipodas,' *καὶ ἐπὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φερέας, κωήσεως τὴν ἄρχην ἔχον*, 'nec non motum versus centrum vel medium summæ, principii loco habent.' *Hav. In medium, &c.*] Hinc apud Stat. 6. Theb. p. m. 278. Apollo inter alia canit: 'Imane tellus An media,' &c. *Preig.*

*Omnia*] Gravia. Nam sic definit Arist. lib. 1. de cælo, 'quod suapte natura ad medium fertur: leve, quod a medio ad extrema.' *Lamb.*

*Niti*] Incumbere, vergere. *Lamb.*

1054 *Naturam*] *Obolus. Lamb.*

*Atque ideo sine ullis*] Quod tum esset, si vera dicerent. *Fab.*

1067 *Ipsam si, &c.*] Hos quatuor versus parenthesi includendos non tam explicare, (quicquid alii sentiant,) quam convellere istam de centro opinionem contendo. *Creech.*

1068 *Sub terris*] Sub medio terrarum puncto, quod 'centrum' appellant. *Lamb.* Apud antichthonas, seu antipodas. *Fab.*

*Sursum*] Ad punctum medium: quod tamen Aristoteli est deorsum ferri. *Lamb.* Respectu scriptoris scilicet; antipodibus deorsum. Antipodas autem esse nec multi e veteribus crediderunt, neque sane e primis Christianis multi. Sed in eam rem plura a doctis congesta, et res hodie notissima est. *Fab.*

1059 *In terraque*] Sic veteres quidam. Alii: *terra*. *Gif.* Sic habent quinque lib. manuscr. et ita legendum, non, ut in vulgatis, *In terraque retro requiesce reposita*. *Lamb.*

*Retro*] Πάλιν, contra. *Lamb.*

*Retro postea*] Præpostero situ, ut *per aquas, &c.* quæ enim simulacra animantium in aquis videmus, eorum pedes versus cælum nostrum tendunt. *Fab.*

1061 *Animalia cuncta*] Habent prisci codices *animalia suapte*. Significabit hoc animalia sponte sua se moventia. quæ aurigante natura vergunt in centrum. *Pius. Animalia subtu' vagari*] Magna est hoc loco scripturæ varietas. in aliis enim codicibus scriptum est, *supra vagari*, in aliis *cuncta vagari*, in aliis *suapta*, in aliis *suapte*. Ego *subtu'* reposui: quæ lectio perspicue recta et vera est: *subtus* autem; i. e. sub pedibus nostris, et sub medio terræ puncto, in regione *ἀντιπόδων*, et *ἀντιπόδων*. *Lamb.* Lambinus ita egregie, ut opinor. Nam in libris: *suapta, suapte, cuncta, supra*. Itaque omnes vulgati. *Gif. Subtu*. In *Mss.* plerisque *supra, cuncta, suapte*, istamque vocem multæ editiones approbant, sed optime reposuit Lambinus *subtus*: nisi forsitan audiendus sit Salmasius, qui Epist. 59. hæc habet. Pro illis *Subtu' vagari*, quæ ex ingenio suo reposuit Lambinus, nota in veteribus libris esse partim *supra*, partim *suapte*, partim *suapta*; ex quibus vestigiis olim faciebam *suppa*, i. e. supina, antiqua voce. Nam illi qui pedes nobis adversos habent, *ἀντιπόδες* nobis sunt supini, et nos illis. *Suppum* porro notat Festus antiquos dixisse quod nos supinum dicimus. Liber Vossii nostri plane præfert *suppa*. Creech. *Subtu' vagari*. Egregia lectio *Mss. L. B. suppa vagari*. i. e. supina. cum enim imagines ambulantium eorum in aquis videntur, quasi supina ibi vagantur. Et sic quoque emendavit Salmas. ep. 59. probavitque hoc Creechius. Spectat huc Luciani locus in Demonacte, ubi ista de Philosopho illo inter alia narrat: *φυσικὸν τινα, περὶ τῶν Ἀντιπόδων διαλεγόμενον, ἀναστήσας, καὶ ἐπὶ φρέσιν ἀγαγὼν, καὶ δείξας αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιάν, ἤρετο· ταύτους ἄρα τοὺς Ἀντιπόδας εἶναι λέγεις*; i. e. 'Physicum quoque, super Antipodibus disserentem, surgens deduxit ad puteum, illique umbra in aqua commonstrata, quæsit: Nunquid tales confirmas esse



Antipodas? i. e. umbras hominum, nullosque in rebus humanis. *Hav.*

1063 *Reccidere*] Sic habent libri Parisien. et Veneti antiquiores, a quibus non discrepant manuscripti. licet tamen etiam legere, *Decidere*, ut referamus ad antipodas, qui videantur esse superiores ea cæli parte, sub qua habitant, si pars illa cæli ad nos referatur, tamquam illis antipodas. *Lamb. Recidere.* Alii *Decidere*: quam vocem etiam Lambinus admittit. Immerito. Non enim observavit Lucretium uti vocibus opinioni istæ quam exagitat, suisque præjudiciis accommodatis, ut enim Centripetæ gravia a circumferentia ad centrum olim decidisse existimarunt, sic Lucretius eadem gravia a centro in inferiores circumferentiæ partes recasura esse pronuntiavit. *Creech.*

*Inferiora*] I. e. quæ loca sunt nobis inferiora: sed animalibus illis antichthonibus atque antipodibus superiora. contendunt (inquit) ea animalia, quæ sub pedibus nostris vivunt, nihilo magis recidere posse in cælum, quod est nobis inferius, quam nos possimus sponte nostra in cælum nostri hemisphærii volare. *Lamb.* Nobis scilicet, at antipodibus superiora. *Fab.*

1064 *Cæli templa*] Sic supra, 'nec cæli lucida templa.' *Lamb.*

1065 *Illi cum videant solem*] Quattuor libri manuscripti habent *illi, illi* autem, si hæc scriptura placet, positum puto, pro *illic*, ut apud Ter. *Phorm.* 1. 2. 41. 'Inter ea dum sedemus illi, intervenit Adolescens quidam.' ego tamen olim in prima editione vulgatam scripturam secutus eram, suspicatus e litteram vocis antecedentis postremam a librario esse omissam propter similem primam vocis subsequenti. quod sæpe reperimus factum in libris manuscriptis; cujusmodi est illud apud Horat. *Sat.* 2. 3. 208. 'Qui species alias veri, scelerisque tumultu Permistas capiet.' ubi ego, verissima et certissima con-

jectura ductus, restitui, *Qui species alias veri*, i. e. differentiæ veri. Nunc *illi* magis placet, sive accipiat pro pronomine, sive pro adverbio. Nec quemquam vox 'animalia,' quæ antecedit, quasi ea non possit cohærere cum provocabulo *illi*, moveat. Sæpe enim scriptores mutant genus. licet igitur ita hunc locum declarare: Cum *illi*, nempe antipodes, vel cum illa animalia, quæ sub pedibus nostris habitant, videant, &c. Hoc igitur sentit Lucretius: Contendunt ii, de quibus loquimur, cum homines, qui sub pedibus nostris vivunt, 'solem vident.' i. e. cum eis dies est, 'nos sidera cernere.' i. e. nobis esse noctem. *Lamb. Illi cum videant.* Ita in veteribus libris, antique pro *illic. Gif. Illi.* Jam superius, pro *illic, oli, &c. Fab. Illi.* Idem quod *illic.* Sic Ter. *Illi* etiam pronomen admitti potest quamvis animalia præcedat; mutare enim genus æque licet placetque Lucretio, ac aliis veterum. *Creech.*

1067 *Et nocteis parileis agitare, diesque*] Sic omnes fere vulgati, et nonnulli manuscripti habent, plures tamen item manuscripti, *Parileis agitare diebus.* quibuscum congruunt Parisienses, ego tamen alteram scripturam potius secutus sum, quia videtur hoc dicere Lucr. eos homines, qui sub pedibus nostris habitant, dieis et nocteis nobis, seu nostris diebus ac noctibus, pareis atque æqualeis agere. Si quis tamen alteram scripturam magis probabit, cum eo non pugnabo. *Lamb. Diebus.* Ita fere veteres libri, manu formisque descripti. In quibusdam vet. *diesque*; ut et in vulgatis fere, et Marullus. *Gif. Parileis. Paribus B. Diesque. Diebus Gif. Pa.* alii fere omnes: sed istis omnibus sapientior Lambinus, qui legit *diesque.* *Creech.*

1068 *Sed vanus stolidis hæc omnia faxerit error*] Sic habent tres libri manuscripti; vulgati autem fere omnes, *parturit error.* quæ lectio conficta et supposita est. a duobus aliis manu-

scriptis absunt sex versus, qui deinceps sequuntur. *fixerit* autem interpretor, fingendi ansam et causam præbuerit, et præbuisse credibile est. *Lamb. Sed vanus, &c.* Explicatam de centro opinionem his vs. 25. aggreditur. Primoque docet nullum posse esse medium cum inane sit infinitum. Sic Plutarchus, universum infinitum est, infinito autem, cum neque principium neque finem habeat, medium habere non convenit: nam et ipsum medium est quidpiam extremum, et ipsa infinitio extremorum privatio est; et Chrysippum manifestæ contradictionis arguit, quod medium in infinito locum statuit: De Stoic. Reput. Deinde concessio medio, nulla suadet ratio fore, ut res graves in illa media inanis parte potius quam in ulla alia consistere et quiescerent: quoniam est natura totius inanis cedere ponderibus, neque potest ulla illius inanis pars sustinere res graves, quia inane solidum minime est, ac firmum, τοῦ κενοῦ φύσις τὴν βρέσειν οὐχ ὀλάτε οὐδα ποιεῖσθαι. *Fixerit.* Nard. et Vulg. *Parturit.* Creech. *Fixerit.* Bene. Expressit formulam: εἰς ἕκρονος ταῦτα παῖδας. *Preig.*

1069 *Amplexi quod habent*] I. e. quia *amplexi* sunt: et tenent perverse prima elementa, et primas vias naturæ investigandæ: quia statim ab initio non sunt ingressi veram naturæ cognoscendæ viam, sed longe diversam. Jam vero *amplexi habent* sic dictum, ut a Virg. *Æn.* 2. 517. 'et Divum *amplexæ* simulacra tenebant:' et ab ipso Lucret. 6. 899. 'Semina habent ignis tedæ, stuppæque tenentes:' et a M. Tulio pro Sylla, 'Illud erat genus hominum horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones *amplexi* tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi diceres. Idem lib. 2. de N. D. 'Quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamque eam, quæ res omnibus complexa teneat.' Neque enim

probo lectionem vulgatam; *Amplexi quod habent, &c.* 'prima viai' autem sic dictum, ut 'ultima naturæ,' 'abditæ templi,' 'acuta belli,' 'abditæ terræ,' 'cærnula cæli,' et similia. *Lamb.* Hellenismus notissimus, πρῆξας ἔχει, pro ἔπραξας, et alia id genus sæpe apud Atticos, Euripidem in primis. *Fab.* Notissimus Hellenismus, πρῆξας ἔχει pro ἔπραξας, et alia id genus sæpe apud Atticos. *Amplexi quod habent* Vulg. non probo. *Creech.*

1070 *Nam medium nihil*] Μέρον (inquit Arist. lib. 4. de cælo) ἀπὸ τῶν τῶ δὲ σχῆμα, i. e. 'Medium contrarium ultimo est.' itaque si non est extremum, nec medium est. *Lamb.*

1071 *Infinita*] Fortasse: *Infinita* simile inf. 2. 19. *Gif.*

1073 *Quam quavis alia longe regione*] Nec si demus esse medium, (inquit) propter hanc causam in medio potius, quam in quovis alio loco quicquam consistere queat. Corrupte habent libri quidam typis expansi, *alia longe ratione.* *Lamb.*

1075 *Concedat oportet æque*] Concedat, i. e. cedat. *æque*, i. e. æqualiter. male autem in vulgatis libris legitur, *Æquis ponderibus.* Nam præter auctoritatem veterum codicum, ex illo loco, qui est 2. 238. intelligere licet, hic quoque legendum, *Æque*, non *Æquis*: 'Omnia quapropter debent per inane quietum *Æque* ponderibus non æquis concita ferri.' *Lamb.* I. e. æqualiter cedant ponderibus, quacumque motus feruntur. Quidam legunt, *æque ponderibus motis.* At *Gifan.* in edit. 2. legit, *mota quacumque feruntur.* Elegantiam hominis! *Fab.*

1076 *Æque ponderibus*] Sic veteres libri vulgati et quidam veteres: *Æquus*, non tam recte. Scripsi: *mota, etsi Libri fere: motus.* Vide *Indicem. Gif. Æque* Gottorp. *Gif. Par. Lamb. Rectius.* τὸ κενὸν τὴν ἕξ ὁμοίαν παρέχει τῇ κορυφαίᾳ καὶ τῇ βαρυταίᾳ ἀτόμῳ εἰς τὸν αἰῶνα, Epicurus ad Herodotum. Pro *motus*, alii legunt *motis.* Alii *mo-*

tu: Gif. mota: eligat lector. *Ponderibus*, supple 'præ:' i. e. propter pondus et gravitatem. *Fayus*. Quid hæc sibi velint alii conjectent, certe Fayum sapiunt. *Creech*.

*Motu quac. fer.]* Quidam vir doctus putat legendum, *Ponderibus motis quacunque feruntur*. 'feruntur' autem, videlicet pondera. Quidam, *Motu quacunque feruntur*. *Lamb*.

1077 *Nec quisquam]* I. e. nec quisquam locus inanis est, ad quem cum corpora pervenerunt, possint in eo inani stare, tanquam pondere spoliata: nec vero inane corporibus subsistere ullo modo potest. *Lamb*.

1079 *Nec autem]* Ut sæpius jam supra. *Preig*.

*Subsistere]* I. e. fundamenti loco esse, fundamenti vicem præbere, *ὑποστῆσαι*. sic 2. 235. 'At contra nulli, de nulli parte, neque ullo Tempore, inane potest vacuum subsistere reii.' *Lamb*. Et ex adducto hoc poetæ loco patet, nos recte reposuisse ex *Mas. ulli* scilicet rei vel corpori pro *illis*. Dicit poeta contra naturam esse inanis motui ullius corporis resistere, illumque sustinere, tardare, id enim si faciat, ipsum inane fit corpus. *Fab. Eis ὑποστῆσαι* præbere, sustinere. *Hav*.

1080 *Quin sua quod nat. petit]* I. e. quin potius semper concedat, i. e. cedat, et viam ac locum det corporibus: quod ipsius natura petit ac postulat. vel. dic, *Quin sua quod nat. &c.* I. e. ut non pergat concedere, et dare locum corporibus, id quod sua natura petit, et postulat. *Lamb*.

1081 *Haud igitur]* Non possunt igitur res in concilio et cætu constare et permanere tali ratione, nempe quod medii cupiditate affectæ sint. *Lamb*.

1082 *Concilio]* Quidam libri: *conclitum*. Gif. *In concilio*. I. e. in congressu, in cætu. *Lamb*.

*Cappidine]* Hermolans in Plinium malit: *cappidine*, uti puto. Gif. I. e.

*Delph. et Var. Clas.*

cupidine, cupiditate. *Lamb*. Sic veteres pro 'cupidine' vel amore. Quid si dein legatur *vincta* pro *victa*? *Creech*.

1083 *Præterea quoque jam, &c.]* Si quis hunc locum usque ad extremum attente legeret, ut erat initio scriptus, et ut in libris vulgatis legitur, non esset ei fortasse facile, quo referatur, et quam quasi *ἁραιόδοσος* habeat, videre. Nunc autem, in ordinem versibus restitutus, et mendo ex hoc versu sublato, ut legamus, *Præterea quoque jam*, non, ut vulgo, *Præterea quoniam, &c.* omnia erunt satis plana, expedita, et facilia. *Lamb*. Quin etiam, inquit Lucretius, sibi non constant; nam ignis, qui corpus est, secundum illos naturaliter fertur a medio, non in medium. Epicurus autem existimat ignem ferri in altum per vim, per expressionem, *ἐκδιελθῶ*.

*Fab*. Perturbatos fuisse sequentes versus queritur Lambinus. In aliquem saltem ordinem redegit; sed in meliorem Gifanum, quem sequar: secundum igitur vs. 24. argumentum contra fautores centri, ipsorum viz. sententiam recitat: qui enim absurda memorat eadem refutat. Docent autem, terræ tantum et aquæ particulas ad centrum, ignis vero et aëris a centro niti, ex ignibus etiam a medio surgentibus astra stellasque fieri, et nutriri. (nt vigent animalia, et arbores virescunt, tellure succos et debita alimenta præbent.) Circum vero omnia solidos aliquos circumvolvi caelos, qui leves has et a medio surgentes particulas sistant, et contineant; nisi enim sisterentur istæ particulae, per immensum inane subito diffugerent, cælum rueret, terra se pedibus nostris subduceret, et dissolveretur totius machinæ compages. Quandocunque enim aliqua hujus mundi pars recessum facit, totius interitus sequetur. *Creech*. *Præterea, &c.* Locum perturbatum queritur Lambinus, et in ordinem redigit,

*Lucret.*

3 X

fautore Fabro et Mss. L. B. Digerit aliter Gifanius, cui Creechius favet, quem vide, his nos assensum damus. Plane vero ita exstat in Edit. Bas. Hav.

Quoque jam] Omnes præter Lambinum Quoniam, nullo plane sensu: forsan Quianam: et vox ista sit otiosa, quales apud Poëtâs sæpissime occurrunt. Creech. Ita recte Lamb. quem secuti Faber et Creechius. Gifanius inepte retinet quoniam, omnibus licet Mss. adsentientibus, nullo certe sensu. Creechius conjicit etiam quianam. Vide de varia lectione quæ ad vs. 756. Hav. et Preig.

1084 Sed terrarum atque liquorum] Tres libri manuscripti habent, Sed terrarum, atque liquoris, ut legendum fortasse sit, Sed terrai, atque liquoris. Lamb. Sed terrarum atque liquoris] Ita ex vet. libris restitui. Vulgati: terrarum atque liquorum. Posset etiam legi: terrai. Gif. Terrarum atque liquorum] Liquoris Mss. unde Gif. post Lambinum conjicit legendum terrai atque liquoris. Creech.

Liquorum] Lamb. in tribus Mss. invenit liquoris, quomodo etiam in L. B. et ferri potest. Hav. et Preig.

1086 Hunc versum non agnoscit B. Creech.

Et quasi terrene] In veteribus quibusdam versus ille: Et quasi, &c. erat ante: Humorem, &c. Gif.

1087 Exponunt] Dicunt. Lamb.

1088 Diffrerit] Dissipari, dispergi, ut lib. 3. 'Scintillas agere, et late differre favillam.' Lamb.

1089 Circumtremere] Propter scintillantem, palpitantem, ac nictantem siderum micantium ignem. Fab.

Circumtremere æthera] Cum potius ipsa signa in cælo tremere videantur. Sed ita supra quoque 267. 'Frondiferasque novis avibus canere undique silvas.' quæ ipsa novitate delectant. Hav.

Æthera] Hic pro aëre: nam omnia in æthere puræ lucis plena sunt. unde

Lucan. 2. 273. 'Pacem summa tenent.' quare Papius cum significare vellet animum sapientis non perflari perturbationibus, inquit: 'Celsa tu mentis ab arce Despicis errantes.' Pius.

1090 Cæli cæcula] Lib. 5. 'cæcula ponti,' et ibidem, 'cæcula mundi.' Lamb. Ex Eanio: 'Collei cæcula.' Fab.

Pasci] Sup. 222. 'unde æther sidera pascit?' et lib. 5. 525. 'Quo quædamque cibis vocat, atque invitat eunteis.' Lamb.

1091 Ibi colligit igneis] Marg. nota, non inelocanter: Sibi colligit igneis. Omnis calor nempe sibi calum colligit. Preig.

1092 Quippe etiam] Quidam putant esse Lucretii verba, ostendentis, philosophos illos etiam in eo errare, quod non omnia corpora singant in medium mti, sed corpora terrarum atque aquarum duntaxat: nam etiam corpora gravia (inquit Lucret.) videmus quodammodo sursum ferri, quando animalia mortalia e terra vescuntur, &c. Sed videtur potius eorum philosophorum esse ratiø, per quam dicunt levia corpora, ut flammæ et vapores, sursum ferri, hisque solem et sidera pasci. Omnino hic locus est aliquantum difficilis, atque obscurus. Lamb.

1094 Nisi a terris paull. quisque videtur] Sic visus est mihi tandem hic locus restituendus, idque ex vestigiis scripturæ veteris: quam in prima editione non satis consideraram. Quisque autem, videlicet arboris ramus, cibetur porro, i. e. alatur. Lamb. Quodque cibatur] Ita ex Vet. libris scripsi. Versus proximas: 'Terra,' &c. *παρὰ τὴν γῆν*, ob non intellectum *δρεπβαρον* longissimum. Nam istud: 'Ne volucrum,' &c. conjungi debet cum: 'Illud in his rebus,' &c. supra. et alioqui, quis dixit nunquam: terra dat cibatum a terris? Aberat etiam a quodam Vet.

Codice nostro. Vid. et sup. vs. 232.

*Gif. Cuique Cibatum*] *Quisque cibatur* Lambinus, et sequentem versam rejicit; *Quodque cibetur*, *Gif.* ex Vet. Cod. monetque versam proximum 'Terra det,' &c. insertum fuisse ob non intellectum *ἄρῳ* longissimum: nam istud 'Ne volucrum,' &c. conjungi debet cum 'Illud in his rebus,' &c. et alioqui quis unquam dixit 'Terra dat cibatum a terris?' aberat etiam a quodam vet. Cod. nostro. Sed alii Codices admittunt, et recipiendus est ut aliquis saltem ait hujus loci sensus, cui per se satis obscuro latet *ἄρῳ* majores tenebras offundit. *Creech.*

1096 *Ne volucrum ritu*] Totus hic, qui deinceps sequitur, locus miserabilem in modum perturbatus et confusus erat; ex qua ordinis perturbatione ita obscurus erat, ut nulla ex ea probabilis sententia elici posset. Ego autem versibus in suum ordinem restituiti, eadem opera eorum sententiam declaravi atque explicavi. *Lamb.*

*Mania mundi*] I. e. ambitus mundi. Metaphora. *Lamb. Mania mundi.* Ita eleganter appellat cælum, quod undique mundum ambit et coercet. 5. 455. 'Lunamque efficerent et magni mania mundi.' *Hav.*

1098 *Consimili ratione sequantur*] Secutus sum fidem quatuor librorum manuscriptorum, quibuscum faciunt eod. Veneti antiquiores, et Parisienses. nam ceteri vulgati habent *ferantur*. *Lamb.*

1199 *Tonitralia*] Sic habent quatuor libri manuscripti: quos secutus sum. nam vulgati habent *penetralia*. 'Tonitralia' autem interpretor loca, in quibus fit tonitru: *Ἀπορῳα* Græci nominant: vel in quibus habitat is, qui tonat, Deus: vel quæ observantur ab Etruscis, et haruspiciibus. *Lamb. Tonitralia*] Ita Veteres libri. *Penetralia*, Vulg. *Gif.* Recte *Lambinus*, dum B. Nard. aliique retinent

*penetralia*. *Creech.*

1100 *Raptim*] I. e. raptientium in modum, seu celeriter, ut supra, 662. 'Nil ab se quod possit mittere raptim.' Horatius Epist. 2. 2. 198. 'Exiguo gratoque fruatur tempore raptim.' *Lamb.*

*Subducit*] Subtrahat. Virg. Ecl. 3. 6. 'Et succus pecori, et lac subducitur agnis.' idem *Æn.* 3. 564. 'Tollimur in cælum curvato gurgite, et iidem Subducta ad maneis imos descendimus unda.' *Lamb.*

*Et omnes Inter permist. terræ, cœlique*] Hunc locum restitui conjectura ductus, ab uno tamen codice veteri adjutus, in quo *rerum* erat aliena manu scripta, et tota in litura mersa. sententia autem verborum hæc mihi videtur esse: Et ne omnes homines solventes inter cæli et terræ ruinas, 'corpora prima,' ex quibus constant, i. e. sua principia resoluti, abeant per inane profundum. Quidam tamen *solventis* legunt casu quarto, ut jungatur cum voce 'ruinas;' vulgata autem scriptura, *rerum, cœlique*, mihi nullo modo probatur: nam 'rerum' appellatione etiam cælum continetur. *Lamb.*

1101 *Rerum, cœlique ruinas*] Ita omnes libri. Lambinus: *terræ cœlique*. Ego si quid mutem, ita legam: *Inter mixtas terrarum*. Sæpe jungit illa duo, 'terrarum cœlique,' poëta. 5. 326. 345. *Gif.*

1105 *De parti corpora cæsse*] Sic restitui ab uno codice manuscripto admonitus: in quo scriptum erat, *corpora adcesse*, non sine litura: suspicatus primum scriptorem librarium peccasse, quod vocalem a bis scripserit, hoc modo, *corpora a cæsse*, deinde supra litteram c ab homine, qui vocem *acesse* Latinam non esse videret, sed mendam tollere nequiret, d positum esse: ut legeretur *adcesse*: deinde ex verbo illo corrupto, *acesse*, seu *adesse*, seu *adcesse*, factum *desesse*, cum esset potius *cæsse* reponendum: quod

suo fecimus. Jam hoc 'cesse' conjungo cum præpositione de, quæ antecedit, ut sit 'decesse,' pro decessisse. sic infra 3. 71. 'Propterea quia, quæ decedunt corpora, quoque, Unde abeunt minunt.' et 3. 224. 'Aut aliquo cum jam succus de corpore cessit.' *Lamb.*

*Cesse*] Ita in nostris. Vulgati: *decesse*. *Gif.*

*Nam quæcumque prius de parti corpora cesse*] Ita Lambinna, qui de Lucretio optime meritis est. B. *Quæcumque corpore decesse*. *Creech.*

*Cesse*] I. e. cessisse, decessisse. et ita recte emendavit *Lamb.* quod non (ut pleraque) debuit sublegere *Gifan*ius, quasi ex codicibus quos solus inspexerat hanstum. *Mss. L. B.* ut plurimi vulgati, *decesse*. 'Parti' vero pro parte passim utitur auctor, ut patet ex lib. 3. et 6. *Plautus* etiam, *Cicero* in pœsi, et alii usurparunt. *Hav.*

1106 *Janua leti*] I. e. causa interitus. Metaphora est: sic 3. 829. 'Haud igitur leti præclusa est janua menti.' et 5. 374. 'Haud igitur leti præclusa est janua cælo.' *Virg. Æn.* 2. 661. 'Patet isti janua leto.' sic *Arnobius* adversus gentes: 2. 'Omnis enim passio, leti atque interitus janua est,' &c. *Lamb.* Interitus causa, exitium; exprimit illas *Homeri* ἄλθον πύλας, quod in sacris quoque libris legitur, pro morte, sine, exitio. *Euripides* in *Hecuba* vocavit οὐρόν πύλας. Tale etiam aliquid apud *Callimachum* in *Epigrammatis*, opinor. *Fab.*

*Janua lethi*] Sic 3. 829. 'Haud igitur lethi præclusa est janua menti.' et 2. 958. 6. 1155. 1207. 'Limen lethi' dixit. *Preig.*

1107 *Hæc se turba dabit*] Hac se ejiciet, vel hac erumpet. *Lamb.*

1108 *Hæc si pernosces parva perf. opella, &c.*] Hæc si perspecta et per-

cepta, non magna opera insumta, neque magno admodum labore suscepto, &c. Cum in omnibus libris et vulg. et manuscript. legatur, *Parva perductus opella*, ego certa conjectura ductus, sic reponi jussi, *Parva perfunctus opella*. atque hæc est sine dubio vera et germana scriptura, a me restituta. ita enim Latini loquantur, 'perfungi opera,' 'labore,' 'periculo.' Jam vox *opella*, ab *opera* deminutum est. *Horat.* *Epist. ad Mæcen.* 1. 2. 8. 'Et opella forensis Adducit fœbris.' *Lamb.*

*Si pernosces*] Quidam veteres: sic. cui conveniret: nec tibi cæca, vera-seq. *Gif.*

*Perductus*] Sic omnes libri *Lambinnus*: *perfunctus*. *Gif.* *Perfunctus*. Melius quam *Perductus*. *Creech.*

*Perfunctus opella*] In lib. *Ms. perductus*. male. *Dionysius* itaque optime, *perfunctus opella*, i. e. labore. Nam, ductus aut perductus sum labore, οὐδ' ἄρα τὸν ἐόντι, ne dubites. *Fab.*

1109 *Aliud*] I. e. *Aliud*, ut supra. *Lamb.*

*Non tibi cæca Nox iter eripiet*] Non tibi ignoratio causarum eripiet aditum ad ultimam cognitionem totius naturæ rerum. *Lamb.* *Non tibi cæca*] *Nec* in *Vet.* quibusdam, pro *non*, antique. *Gif.* Efficacior *Mss. L. B.* lectio, *nec tibi cæca*. i. e. nec ipsa, &c. *Hav.*

1110 *Ultima naturæ*] *Ultima naturæ*, ut 'prima viæ,' supra: ultima autem naturæ intellige ultimas seu primas naturæ causas. *Lamb.*

1111 *Accendens*] Male *Gifan.* in utraque editione, *accendant*: ad ea enim tendit que in libris sequentibus, præsertim antem secundo, scripturas est: ex quo ubi emergeris, tam omnia jam tibi prona et secunda erant: post illa jam ut lubet ludas licet. *Fab.*

Interpretationem primi libri, et in illum notas absolvi: labore meo fruatur lector, et erroribus ignoscat. Sed quid ego candidos iudices exposcerem, cum acrem et iniquam forsitan in ipsum Lucretium censuram in animo instituum? Inquiram enim quid recte, quid perperam commentus est poeta, et ut non omnia rejiciam, sic non omnia probabo. Qui laudem ingenii Lucretio denegavit, artem concessit: et quis invidet illi istam honorem quem summa malignitas agnovit? Opus igitur optime dispositum asserimus; ubique nitet ordo, et ita se invicem adjuvant argumenta, ut nisi in Epicuri opinionibus quaedam fuisset deformitas, quæ nulla venustate coonestari, quaedam infirmitas, quæ nullis ingenii viribus sustentari possit; pulcherrimam simul et firmissimam philosophiam poeta exhibuisset. Felicitatis non minimam partem existimat Epicurus sine metu vivere, et hanc felicitatem sola naturæ cognitione acquiri posse: 'Terroris animi tenebrasque necesse est Non radii solis, non lucida tela diei Discutiant, sed naturæ species, ratioque:' *Lucr. Μη ἄλλο τι τέλος ἐκ τῆς περι μετέωρων γράσεως, ἐπε κατὰ συναφῆν λεγομένων, ἐπε αὐτοτελῆς, νομίζω δὲ εἶναι, ἢ περ ἀταραξίαν, καὶ πίστιν βέβαιον, καθάπερ δὲ καὶ τῶν λοιπῶν.* Epicurus ad Pythoclem. Omnium natura cognita levamur superstitione, liberamur metu, non conturbamur ignorantione rerum, e qua ipsa existunt horribiles sæpe formidines. Cicero l. 1. de Fin. Omnem istam formidinem, quæ homines molestia afficit, Epicurus existimat oriri ex opinione de providentia, et de pœnis, quæ alteram necessario consequitur, post mortem futuris. Quis enim potest, cum existimet a Deo se curari, non et dies et noctes divinum Numen horrere? Vide

Ciceronem in Lucullo. Ita iste insipientis sapientiæ consultus erro: contra quem si quis disputet, rem profecto ageret ridiculam. Communi enim sensu caret istius sententiæ fautor, et est medico committendus. Cura benevolii principis aut parentis metu et tristitia liberat, nec benignos horremus. Unde igitur iste horror cum nos a beneficentissimo et potentissimo Numine curari existimemus? Absurdam hanc opinionem in primo libro proponit Lucretius, et post præparatum artificioso exordio Lectorem, argumentum, quod infeliciter elegerat, exornat. Vs. 160. Nihil e nihilo fieri, et nihil in nihilum reverti, decem argumentis probare nititur; ingeniose fateor invenit, copiose explicat, at rem ipsam minime attingit. Concedamus enim quodlibet e quolibet oriri non posse, certis temporibus res nasci, opus esse tempore quo crescant, et materia qua augeantur; denique certos esse ætatis virumque terminos, et agros industria et cultura hominum fertiliores reddi: supponamus insuper nihil interire nisi vi aliqua dissolvatur, animalia quotidie nasci non posse nisi ex certis seminibus reficerentur; supponamus unam eandemque vim res cunctas dissolvere non valere, nec naturam aliquid producere, nisi morte aliena adjuvetur: quid efficiet Lucretius? Semina ipsa non fuisse e nihilo producta? Aut nihil Numinis nutu et providentia fieri? Neutrum concludet, ideoque decem argumenta perierunt, licet non tam ingenii sui, quam causæ vitio. vs. 266. Semina sua exilia et minuta contra illos, qui solis oculis credunt, egregie tuetur; et vs. 330. inane esse argumentis quatuor, quibus nemo unquam meliora protulit, evincit: quorum primo et quarto (secundum enim ac tertium non sunt ejusdem firmitatis) nunquam

vidi quod reponi possit. Vs. 420. Nihil esse præter corpus et inane duobus argumentis confirmat, reliquæque omnia, quæ aliæ inter res numerant, detrudit in classem accidentium, quæ sola opinione a corpore et inani distinguuntur, et subsistant. Hic vero callide supponit quod probare debuit, solam corpus agere et pati, tangere et tangi posse. Hanc enim definitionem humanæ animæ omnesque immateriales substantiæ aversantur. Vs. 484. Seminibus suis perfectam soliditatem attribuit multis argumentis, nec repugno. At vero ideo illa dissolvi non posse nulla suadet ratio. Soliditas enim seminum oritur ex partium, quæ concipi possunt, contacta; at in omnibus concretis corporibus datur partium contactus æqualis saltem isti, qui est inter partes seminum, contactui: ideoque corpora concreta essent æque indissolubilia ac ipsa semina. Reliqua argumenta quibus suis seminibus ternitatem adstruit vitiosa suppositione innituntur, assumit quod probare debuit: et cum demum ad minimum quod vocant mathematicum fugit, vs. 609. magnis difficultatibus, fatror, adversarios premit, sed ipse non minoribus tenetur. Vs. 630. De Heraclito, Empedocle, Anaxagora, aliis, triumphos agit, et demum vs. 950. universo, quod ex corpore et inani constat, infinitionem longa disputatione attribuit, ubi multa contra Stoicos in universo infinito medium statuentes copiose, multa secundum Epicuri placita ornate; sed illa fabulis suppositionibus sabinis corraunt. Deinde antipodas extorres agit, quos is veteres sedes olim restituit sanior philosophia et experientia. Utcunque tamen suis argumentis adblanditur hominum imaginationi, quæ in infinito deferri amat, nec unquam spatio fixit terminos, nec fingere audebit. *Cresch.*

## DE RERUM NATURA LIB. II.

1 *Suave, mari magno, &c.*] Videtur hæc ex illis Menandri sumpta, 'Ὡς ἢδὲ τῆς θάλασσης ἔπειθεν γῆς ἄριστος, Ὡς μήτηρ, ἔστι, μὴ πλεόντα μηδαιῖς: i. e. 'Quam suave est, mater, præcui e terra mare cernere non navigantem.' Non dissimile est illud Oppiani βιβλ. ε. ἔλιεντ. 'Ἄλλὰ θάλασσα καίρι μοι ἐκ γαίης, ἔπειθεν δέ μοι ἦπιος ἔτης. i. e. 'At mare salve Ex terra mihi, longe autem mihi propitium sis.' Eodem pertinent illa M. Tull. lib. 2. Epist. ad Attic. 'Nunc vero, cum cogar exire de navi, non abjectis, sed ereptis gubernaculis cupio istorum naufragia ex terra intueri: capio, ut ait tuus amicus Sophocles.' Καὶ ἐπὶ στήγγ πικρῆ Πικρῶς ἀκούσας ψεκίδος εἰδέουσα φρονί.

quem Sophocles locum profert Stæbæus ex Tympanist. paulo integriorem, τί τοῦτον χάριμα μῖζον ἀν λάθους ποτὲ τοῦ γῆς ἐπιπαύσασθ ἐπὶ στήγγ πικρῆ Πικρῶς ἀκούσας ψεκίδος εἰδέουσα φρονί; i. e. 'Quam majorem animo lætitiæ percipere queas, quam terra potientem sub denso tecto imbrem crebrum audire, mente quieta et tranquilla?' *Lamb.* Propter hos versus, quibus Memmianum suum ad Philosophum studium, sepositis aliis, hortatur, quidam Laetium diritatis accusant; morosi nimis et improbi. Id asserit poeta quod omnes sentiunt: qui dolore, morbo, &c. laborantem videt, pretians 'O me felicem!' *Cresch.* Stat. 6. Theb. pag. m. 272. 'Ibi corpore mix-



te, Metiri numerum, vultusque habitusque suorum Dulce Viris.' *Preig.*

*Meri magno*] Tumido, agitato. Catull. et Virgil. 'magnaque surgunt Æquora,' et sæpe alibi. *Fab.* et Turn. *Adv.* 23. 3. atque *Serv.* ad Virg. *Æn.* 5. 688.

3 *E terra magnam alt.*] Hunc verum testem producit Nominus Marcell. *Lamb.*

3 *Quemquam est*] Quidam libri: *quemquam est.* Fortasse vere. *Gif.*

5 *Per campos instructa, &c.*] Desiderabatur hic versus in Mss. Vossii, quibusdam, ut opinor, non omnibus; in aliis, uti superius notatur in Var. *Leet.* confuso legebatur ordine. Sed male. sensus plenissimus est. Sicuti non nisi a terra illum alterius laborem; ita non nisi 'tua sine parte periculi' hæc certamina videre suave est. *Preig.*

*Tua sine parte periculi*] Secutus sum scripturam quatuor libr. manusccriptorum, quibuscum consentiunt libri Parisienses, Aldini, et Vicetini: atque hanc lectionem longe anteponunt vulgatæ viri doctissimi, in his M. Antoninus Muretus: vulgati autem habent, *Tui sine parte periculi.* *Lamb.* Sic omnes Vett. optime; vid. Indicem: *Tua.* Vulgati: *Tui.* *Gif.* Ita Scipio apud Appianum Alexandrinum de Bell. Pun. pag. 39. prælium gravissimum inter Masinissam et Asdrubalem Passerem cognomento, securus cum maxima spectavit voluptate: 'Id prælium' (inquit) 'Scipio spectavit e sublimi, tanquam in theatro; aiebatque pestes, sæpe se interfuisse variis certaminibus, sed nunquam tanta cum voluptate: non aliud enim secure se spectasse, decem tum supra centum millibus inter se dimicantibus.' *Hæc.*

7 *Dulcius*] *Suavius* Gassendus, et forsitan melius. *Creech.*

*Bene quam*] Ordo verborum est: quam tenere edita templa, bene munita, &c. i. e. altas arceis bene munitas asipientum doctrina. tralatio est

perpetua. *Lamb.*

8 *Edita doctrina sapientum templa serena*] Veluti arcem et speculam philosophiæ, unde humana despicere liceat. Hunc locum ante oculos habebat Virgilius in Ciri. Sed versus non transcribam. *Fab.* Quæ Lucretius Memmio suo, olim Epicurus Menæceæ proposuit. *Μήτε νόος τις ἢν μελλέτω φιλοσοφῶν, μήτε γέρον ὑπέρχων κοινῶν φιλοσοφῶν ὄντε γὰρ ἕκτος οὐδείς ἔστω, ὄντε κάρηρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχῆν ὑγαίνειν. ὁ δὲ λόγος, ἢ μῆτις τοῦ φιλοσοφῶν ὑπέρχων ἔστω, ἢ παραληλυθῆναι τὴν ἔστω, ἢ οὐκ ἔστω τῷ λόγῳ, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μὴ παρῆναι τὴν ἔστω, ἢ μηκέτι εἶναι.* *Creech.*

9 *Despicere unde*] Ex quibus templa, seu arcibus, possis deorsum aspiciere, &c. hoc enim proprie valet verbum 'despicere.' Virg. *Æn.* 1. 228. 'Despicens mare velivolam, terrasque jacenteis.' Et 'despectare,' idem Virg. 10. 499. 'Ille sedens victor flammam despectat ovanteis,' sic et 'despectus' est e loco superiore aspectus. *Cæs.* lib. 2. de Bello Gall. 'Quod oppidum cum ex omnibus in circuite partibus altissimas rupeis, despectusque haberet,' &c. *Lamb.* Virgilius Ciri hanc locum expressit, ubi male est: *despicere.* *Gif.* Præter Virgilium, in Ciri, va. 14. 'Si me jam summa sapientia pangeret arce, Quatuor antiquis quæ hæredibus est data consors, Unde hominum errores longe lateque per orbem Despicere, atque humileis possem contemnere curas, Non ego te talem venerar munerere tali.' Ovidius quoque 15. *Mét.* va. 147. 'Juvat ire per alta Astra: juvat, terris, et inertis sede relicta, Nube vehi, validique humeris insistere Atlantis, Palantesque homines passim ac rationis egentem Despectare procul.' Et Statius 2. *Theb.* prope finem: 'Mediis urbis tibi templa dicabo Collibus, Ionias qua despectare procellas Dulce sit.' Et 2. *Sylv.* in Surrentino Põlli: 'Celsa tu mentis

ab arce Despicis errantes, humanaque gaudia rides.' *Preig.*

10 *Palanteis*] *Vaganteis*, 'palantis' enim non patrii casus est, sed accusandi, numeri multitudinis. *Lamb.*

11 *Certare, contendere, nitii, &c.*] Horum contrarium in Epicuro *ἐπιουελος*, titulo venit apud Laërtium, *ὀρερβολῆ γὰρ ἐπιουελος, οὐδὲ πολυτείας ἤφατο.* 'Nam præ summa modestia ne accessit quidem ad Remp.' Quod tamen aliter longe interpretatur Cic. 7. Fam. ep. Vid. et inf. 8. 62. *Preig.*

13 *Rerumque potiri*] Reipublicæ summam esse; quo nil infelicius homini Epicureo, et ei qui ex naturæ norma vivat. quorsum enim bellam tumultuanti vacas? tibi vive, tibi vale; τὰ πολιτικά, οὐδὲν πρὸς τὸ εἶδ. Si recte facias, male tibi a corpore erit: nam sexcenta negotia per caput inque latus salient: si male, tum metues; uno verbo, vile mancipium fueris; si quid autem in usus privatos derivabis, id omne forte cum fenore reddendum, et omnia vitæ præmia amittenda. Itaque 'fuge magna,' ait ille: καὶ λάθε βιώσας. *Fab.* Quibus adjungas illa Epicuri: "Ἐυδοχοὶ καὶ περιβλεπτοὶ τινες ἐβουλήθησαν γενέσθαι, τῆν δὲ ἀνθρώπων ἀσφάλειαν οὕτω νομίζοντες περιποίησθαι: ἴσταν εἰ μὲν ἀσφαλὴς ὁ τῶν τοιούτων βίος, ἀπέλαβον τὸ τῆς φύσεως ἀγαθόν· εἰ δὲ μὴ ἀσφαλὴς, οὐκ ἔχουσιν οὐδ' ἕνεκα δὲ ἀρχῆς παρὰ τὸ τῆς φύσεως οὐκείων ἀρέχθησαν. *Creech.*

14 *O miserus hom.*] Lutatius, seu Lactantius Firm. profert hos versus l. 1. Instit. sed legit, *O stultus hominum, &c.* Gif. et *Lamb.*

16 *Degitur hoc avi*] Apud Nonium sic legitur hic versus: *Degimus hoc avi, &c.* *Lamb.* et Gif. Respexisse videtur locum Euripidis, in quo dubitat poeta, -ea ne vita sit an mors, quam vitam vocamus. Nonius legerat, *degimus*; arridet magis. *Fab.*

*Nonne videre, &c.*] Omnes lib. vulg. habent, *nonne videtis*. Veteres autem, et manuscr. fere omnes, *nonne videre*:

quos sequor. 'Nonne videre' autem oratio est præcisa et decurtata: (adde Turn. Adv. 5. 27.) quali uti solent in perturbationibus et indignationibus, proinde ac si dixisset: Itane sunt cæci, ut non videant, 'nihil aliud naturam latrare,' i. e. poscere; 'nisi ut,' &c. *Lamb.* *Videte*] Sic ex Vet. nostris scripsi, i. e. 'Videte est.' recte. In Vulgatis: *videtis*, ut et Marull. Gif. *Nonne videre*] Licet. Ita ἐν ἐρωτηματιοῖς solent. *Fab.* *Videte*] *Videtis* B. *Videte* Mss. Opt. Cui est frustra a quibusdam adjungitur. *Creech.*

17 *Latrare*] I. e. poscere. Festus: 'Latre' Ennius pro poscere posuit. *Lamb.* et Turn. Adv. 2. 2. Clamare, *βοῶν* Aristoph. *Fab.*

Apprime hoc facit Senec. Ep. 119. 'Nec illud præcipio, ut aliquid naturæ neget: contumax est, non potest vinci, suum poscit.' Infra 6. 522. Vossii Mss. habent: 'Terraque cum fumans humorem tota relatat. Non male forsan. Vossius tamen *redhakat* pro vulgato *rehakat* ibi restituendum censet. Cæterum 'latrare' pro poscere Ennius, teste Festo, posuit, sed alio haud dubie loco, quam qui ex Varronis 6. de L.L. prodncitur. *Animus cum pectore latrat, &c.* Hic enim ex Homericis illo expressus est Odyss. T. vers. 13. *Κραδίη δὲ οἱ ἔνδον ἔδδαται.* Et Petronio placuit, in Carm. de Bell. Civili: 'Sed veluti tabes, tactis, concepta medullis, Intra membra furens curis latrantibus errat.' Ut et Statio, 2. Theb. 'Quoties hæc ora natate Fletibus, et magnas latrantia pectora curas Admoto deprendo manu!' Et 2. Sylv. Carm. 1. 'Stat pectore demens Luctus, et admoto latrant præcordia tactu.' *Preig.*

*Nisi ut qui Corpore sejunctus, &c.*] Vulgati: *utque*. Veteres: *utque, utquis. ut cui*. Ego: *quoi, vel qui, vel cui*. Græco more omissum est antecedens: ille. Ita fere supra l. 88. Gif. *Nisi ut, cum Corpore sejunctus, &c.* Hæc

est recta et germana scriptura, quam partim conjectura, partim ex auctoritate trium librorum manuscriptorum restitui. Ordo autem et sententia horum verborum est, non videre homines, id est, itane cæcos oportet esse homines, ut non videant, naturam nihil aliud sibi latrare, hoc est poscere, nisi ut, cum dolor absit a corpore, etiam mente fruatur jucundo sensu, id est voluptate, semota (ipsa natura videlicet) ab omni cura et metu? Omnes igitur libri manuscripti habent *mente*, sine ulla varietate: quibuscum congruunt nonnulli typis excusi, ut Parisienses, Veneti antiq. Vicetini. in eo autem dissentiant et hi ad illis, et illi inter se, quod alii (Confer Turm. Adv. 5. 27.) habent *nisi ut qui*: alii, *nisi ut cui*: alii *nisi utque*: ego ex cui feci *cum*. Jam participium 'semota' refero ad vocem 'natura.' Quod si quis contendet legendum esse *nisi ut cui*, quemadmodum habent nonnulli typis impressi, et Vaticanus, et Memmianus, non pugabo: sed participium 'semota' quo sit referendum, non video. Nam cum voce 'natura' non facile poterit coherere, propter relativum 'cui,' et propter ejus antecedens, quod subintelligitur, hoc modo: nisi ut is, cui absit dolor, a corpore sejunctus fruatur, &c. Itaque qui hanc scripturam probabit, necesse etiam habebit ex participio 'semota,' facere semotus, aut semotu', quod quibusdam viris doctis non displicet. Jam qui se hanc lectionem conjectura ductos probasse dicunt, triennio postquam hæc a me scripta sunt, impudentissimè et confidentissime mentiuntur. refellit enim eos ipsa prima editio. Sed infinitum sit toties lectorem admonere, quoties faciunt. Nam ubi non faciunt? Docet autem hoc loco Lucretius, finem honorum esse frui voluptate, et dolore carere. quod probabat Epicurus, ut apparet ex M. Tull. lib. 1. de Fin. ubi Tor-

quatus ostendit, Epicureos non eam solam sequi voluptatem, quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, et cum jucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam illam eis videri voluptatem, quæ percipitur omni dolore detracto: hanc placuisse, nihil esse medium inter dolorem et voluptatem: eumque, qui dolore careat, summa voluptate perfrui: denique omnis doloris privatione summam voluptatem terminari. Lamb. Al. ut cui, quæ lectio si admittatur, tum in versu tertio *cure semotu* . . . . sin secus, *semota*, leges, et ad vocem 'natura' referetur, non autem ad *τὸ cura*, ut vellet Gifaninus. Dii boni *ποῖόν τινα ὄρωθα μουσῶν!* sed, inquit, 'Antibacchius erit.' Enge, nunc omnes bene miræ eritis res, quia Antibacchium nominavit. Fab. *Nisi utque*, et sequenti versu, *Mensque* legit Fayus contra omnes Codd. Alii approbant *ut qui*, alii *ut cui*, et pro *Semota* legunt *Semotu'*: forsan rectius. *σῶματος ὄρωθια καὶ ψυχῆς ἀταραξία τοῦ μακαρίως ζῆν ἔστι τέλος' τούτου γὰρ χάριν πάντα πράττομεν ὅσπερ μήτε ἀλγῶμεν μήτε παρῶμεν.* Et rursus, *ἡδονὴν λέγομεν ἀρχὴν καὶ τέλος τοῦ μακαρίως ζῆν*: Epicurus ad Menæceum. Creech.

*Nisi ut cui*] Gifanii conjecturam probat Vossius, ut legendum sit: *Nisi ut, cui Corpore sejunctus dolor absit, mente fruatur Jucundo sensu, cura semotu', metuque.* Quid ni autem ita scripserit poeta? quum et sensus multo elegantior, nec metro quicquam metuendum sit. Expressit autem Lucretius id ipsum, quod Epicuri discipulus Metrodorus *Ζαρούς ἐβ-σθαδὲς κωρόσθημα* dixit, 'Firmam affectionem corporis' Cicero. *Preig.*

18 *Mente*] Marullus et Vulgati, *mensque*, pessime. *Gif. Mente fruatur jucundo sensu*] Vera et sincera voluptas, Epicureo homine digna, corpus turbida res, fallax, *ὄδδ' ὀσθῆρῶν, ὄδδ' ὄγιδ.* Sed dolor absit necesse

est; absque ea re sit, cetera quantumvis magna, *κύριος βυδίων, σικάλ, θρασυτομολ ἀεροβατοβόης δεξιακωσίας.* Fab. Epicurei non eam solam sequebantur voluptatem, quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, sed maxima illa iis videbatur voluptas, quæ percipitur omni dolore detracto: Tull. 1. de Fin. Et cum aliquando dixit Epicurus *πάν ἀγῶν καὶ πᾶσι ἐν ἀσθήσει*, Epist. ad Menæceum, vox ista *ἀσθήσει* latius sumenda, et opponitur morti, quæ est *στέργησις τῆς ἀσθήσεως*. Epicurus enim de voluptate a Cyrenaicis dissentit, *οὐ μὲν γὰρ τὴν καταστροφικὴν οὐκ ἐγκρίνουσι, μόνον δὲ τὴν ἐν κωήσῃ, ἢ δὲ ἀμφοτέρων, ψυχῆς καὶ σώματος*, Lært. vit. Epicuri. Et Epicurus ipse in libro *περὶ ἀσθήσεως*. 'Ἡ μὲν γὰρ ἀσθένεια καὶ ἀσθένεια καταστροφικὰ εἶναι ἴδιον, ἢ δὲ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη κατὰ κίνησιν ἐνεργεῖα βλάπτουσι.' Creech.

19 *Semotus, motusque*] Ita conjectura ductus scripsi. Nam libri habent: *semotus*, etiam non male; ut sit anti-bacchicus. Sed ex præcedentium versuum mendis puto et hanc depravatam. *Semotus a curis* dicit. vide et supra l. 45. et inf. *Gif*.

20 *Pauca videmus esse opus*] Pauca videmus esse utilia ac necessaria. ut sup. l. 1049. et 1060. 'Infinita opus est vis undique material.' *Lamb*.

*Ergo*] Notandum pro itaque adeo. Sensus est; homini tum bene esse, eam dolore caret; nam voluptas quidem corporea, si paulo vehementior erit, sui sensum amittet; dein animus hominis liber non est; unde igitur *τὸ εὖ εἶναι*? unde illa *εὖ εἶναι* boni Democriti? *Fab*.

21 *Quæ demant quemque dolorem*] Vulgatos codices secutus sum, nam manuscripti, et Parisienses, et Veneti antiquiores habent, *quæ demant eumque dolorem*. Quam lectionem si quis probabit, *eumque*, interpretandum erit, quoadocumque, et quovis tempore: vel dicamus esse *τῶν*,

*quæ demant eumque*, pro *quemque* demant. Ergo sic, ut edidi, legi male. *Lamb. Quæ demant eumque dolorem*] Ita ex libris vet. scripsi. Vulgati: *quemque*. In hac re millies variatum est. *Gif*. Magia multo placeret, *eumque*. Fab. et Creech.

22 *Delicias quoque uti nullas*] Sic legendum, non, ut in nonnullis libris est, *nullas*; neque, ut in aliis, *haud nullas*; neque, ut habebat Pontani codex, *molles*. Sententia autem hæc est: Quamvis etiam nullas delicias, nullasque voluptates supervacaneas adhibere possint, et quasi substernere; tamen ne natura quidem quicquam gratis desiderat. *Lamb. Nullas*. Ita legendum videtur. In libris: *nullas*. sic sup. lib. 1. vs. 626.

*Gif*. Lambius, Gifanius, Pareus, alii, et hanc lectionem ipse Faber amplectitur: *Nullas* alii, quod retinendum iudico, et vs. 31. 'Non magnis opibus jucunde corpora curant.' Admonitus contendo. *Creech. Nullas* omnino legendum cum Vossio arbitramur, ut sensus sit: pauca illa, quæ corpoream ad naturam opus esse videmus, multas tamen delicias continere, et substernere posse. *Præig*.

*Delicias*] Post *τὸ* dolorem minima distinctione seu *ἐπισημασθῆ* opus est, non *τελεῖ*; quippe consecutio orationis hæc sit necesse est: Etiam si nullas voluptates congeras (ex iis intellige quas natura pravis corrupta opinionibus postulat) satis bene naturæ nostræ fuerit, si nullum dolorem sentiat. Sed in Latinitate notandum maxime, quod nos fortasse primi annotamus, 'Interdum neque,' positum esse pro nunquam. Alioqui nil fere certi diceret Læretius, qui tamen certi aliquid afferre voluit. Deinde *καταρῶν* sententia foret. Sed satis est monuisse. *Fab*.

24 *Si non curis sens*] Hunc locum imitatus est Virg. in Culice vs. 61. 'Si non Assyrio fuerint bis laeta colare Attaliciis opibus data vellera: si

nitor auri Sub laqueare domus animi non tangit avarum, Picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla Cognitus utilitate manet, nec pocula gratum Alconis referunt, Bætique tormenta, nec Indi Conchea baccæ maris pretio est: at pectore puro Sæpe super tenero prosternit gramine corpus, Florida cum tellus gemmantibus picta per herbas Vere notat dulci distincta coloribus arva,' &c. Et Georg. 2. 461. 'Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutatantum totis vomit ædibus undam, Nec varios inbiant pulchra teatundine posteis, Illasque auro vesteis, Ephyreiaque æra, Alba nec Assyrio fucatur lana veneno, Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi: At secunda quies, et nescia fallere vita, Dives opum variarum: at latis otia fundis, Speluncæ, vivique lacus: at frigida Tempe,' &c. Notavit Macrob. 6. c. 2. apud quem admonendus est lector, legi *aurataque tectis*, pro *aurataque templa*. Lamb. Ut in aulis regum, principum. Lychmochos intelligit: hodie integra simulacra non sunt, sed brachia argentea, inaurata, &c. Virgilius merus Epicureus, nisi in Æneide, hos versus æquare conatus est; sed tanto conatu, tanto molimine, ut dum magistrum superare vult, cadat. Versus in Georg. et Calice cuilibet obvii sunt, neque hæc transferendi. Fab.

25 *Lampadas igniferas manibus*] Huiusmodi simulacra aurea, in ædibus divitum, candelaborum locum et vicem obtinent. Lamb. Insignis Homeri est locus de Phæacibus Odys. 7. 100. *Χρῆσις δ' ἄρα κόδοι δὲ δὲ μὴ ταν ἐπὶ βωμῶν ἔσταναν, αἰθόμενος δάδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες, φαιβορρες ῥόκτας κατὰ δῶματα δασυρόδοντες*: quæ ad verbum a Lucretio nostro expressa esse palce docuit Casaub. ad Athen. Lib. 4. Cap. 11. Hav.

26 *Lumina nocturnis*] Summeoclores et apparatus cense apud veteres

noctu factitabantur, et totam noctem producebantur. Horat. Od. 21. lib. 3. ad Amphoram, 29. 'Te, Liber, et si læta aderit Venus, Segnesque nodum solvere Gratiam, Vivæque producent lucernæ, Dum rediens fugat astra Phœbus.' ad quem locum plura. Lamb.

27 *Nec domus argento fulget*] Secutus sum quinque libros manuscriptorum, quibuscunq; consentiant Vicetini. Neque vero est quod quemquam moveat syllaba postrema brevis in verbo 'fulget.' Hanc enim licentiam sibi interdum permittunt poëtæ, ut iambum pro spondeo ponant: ut Virg. 5. 521. 'Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.' idem 12. 13. 'Congredior. fer sacra pater, et conceipe fœdus.' Horat. Sat. 2. 3. 269. 'Amator Exclusus qui distat, agit ubi secum, eat an non?' &c. Lucret. 4. 340. 'Ater iuit oculos.' Lamb.

*Fulget*] Ita in Vet. libris. Vulgati: *fulgens, renidens*. Quod Marullus induxit. Gif.

*Argento*] Lancibus, cantharis, poculis, &c. 'Ingens argentum mensis.' Virg. 'Ridet argento domus.' Hor. Fab.

*Auroque renidet*] Fortasse: *ostroque renidet* Lucretius scripsit; nam versus seq. auri satis superque meminit, imo jam 'aurea juvenum simulacra' præcesserant. Conjecturam suggerit Petronius, in Carm. de Bell. Civ. 'Ecce Afris eruta terris Citrea mensa, greges servorum, ostrumque renidens Penultitur, ac maculis imitatur vilibus aurum.' 'Ostro' autem æque ac 'argento' fulgere ac renidere domum apposite dixit, inter epulas nempe nocturnas, dum 'in ostro jaectantur,' ut vs. 35. loquitur, qui mensis accumbant. Jam vide, quam apte huic ostro 'gramen molle,' argenteo 'aquarivum,' laqueatis auratisque tectis, 'altarum arborum ramos' mox opponat. Apud Macrob. hic locus, et vulgata lectio convenienter æroque

renidet etiam legitur, sed et plura ibi a vera scriptura recedunt. *Preig.*

28 *Citharis*] 'Citharas,' 'Citharam,' in Macrob. et 'Cithara.' *Gif.*

*Reboant*] Resonant. Virg. Georg. 3. 228. 'reboant silvæque, et magnus Olympus.' *Lamb.*

*Templa*] *Tecta*, Macr. *Gif.* Longe mihi, ut debet, potior est altera lectio, *aurataque tecta*, et ita legisse Macrobius constat; neque aliter legisse Virgilium dejerare possum, uti ex Culice judico. Quin ita etiam legerat Horatius, uti infra ad illud 'curæque sequaces' videbimus. *Fab.*

*Aurataque templa*] Macrob. 'aurataque Tempe.' Sed 'templa' vox Lucretiana est, nec temere sollicitanda. *Preig.* Imitatum quoque constat Lucanum, qui non modo 'cæli templa' dixit l. 155. sed quasi Lucretianum hunc locum respiciens, ita epulas Cleopatæ descripsit 10. 111. 'Ipse locus templi, quod vix corruptior ætas Extruat, instar erat: laqueataque tecta ferebant Divitias, crassumque trabes absconderat aurum.' *Hav.*

29 *Attamen inter se*] Hanc scripturam reperi adscriptam ad oram libri typis impressi, quem mihi commodaverat Vincentius Laureus Calaber: eamque secutus sum, rejecta vulgata, *Cum tamen*: ex qua probabilis sententiâ elici non potest. quidam docti legi volunt *Tum tamen*, propius accedentes ad vulgatam. Ad hunc locum pertinet illud Varronis *Ἀρθουροπυ*. 'Non fit thesauris, non auro pectus solutum: Non demunt animis curas, nec religiones Persarum montes, non atria diviti Crassi.' *Lamb.*

*Quin tamen inter se, &c.*] Ita omnes libri et Macrob. Lambinus: *At*. vulgati: *cum*. *Gif.* istud 'Quin' hic eandem vim habet ac cum dicimus, 'Quin omitte me.' Terent. et ante illum Plautus. *Fab.* *Tum tamen: Cum*

*tamen: Quin tamen*, Alii. Quæ vox a Macrobio probatur. *Creech.*

31 *Non magnis opibus, &c.*] *Καὶ μὴ ἀ καὶ ἔστω τῆς ἀπορίας ἀποδοῦναι ἴσως.* Epicurus ad Menæcenum. Et inter *cuplas dâtas* illius legas: 'Ὁ τῆς φέως πλοῦτος καὶ θύριος καὶ ἐνθύριος ἴστω.' *Creech.*

32 *Arridet*] Idonea et opportuna est translatio. *Lamb.*

34 *Nec calidæ citius*] Sic Horat. Epist. ad Loll. l. 2. 47. 'Non domus, aut fundus, non æris acervus et auri Ægroto domini deduxit corpore febreis, Non animo curas,' &c. *Lamb.*

35 *Textilibus picturis*] Beuve. Intellegit belluata tapetia, atque adeo omnia peristromata, in quibus omnicolor lana omnia imitatur; nam *μυρὸ-χρῶρα* villiora sunt. *Fab.*

*Ostroque rubenti*] Vestibus stragulis purpureis.

36 *Jacteris*] Voluteris, decumbas. intelligit vestem stragulam. *Fab.*

*Plebeia in veste*] Petron. de Bello Civ. princ. 'Non usu plebeio trita voluptas.' Cæterum tractat hanc locum haud ineleganter etiam Claudian. in Rufin. l. 1. 197. et seqq. *Preig.*

37 *Gaza*] Ingentes divitiæ, et Persicæ. *Lamb.*

39 *Quod superest*] Nil prosunt isthæc corpori; animo autem, quid? tantumdem, inquit, fortasse etiam minus: nam mollities quidem vestis et *εὐπαρία* colorum fortasse juvant corpus: animus autem sumptu et cura lacerant. *Fab.* Huic tres optimos Varronis Epicuræi versus subjiciamus: 'Non fit thesauris, non auro pectus solutum, Non demunt animis curas, nec religiones Persarum montes, non divitis atria Cræsi.' *Creech.*

40 *Si non forte tuas legiones*] *Ἐλευρεία*. nisi forte (inquit) curæ, et religiones, et mortis formidines perterritæ legionibus, et turmis equitum, effugiunt ex animo: quod nunquam futurum est. *Lamb.* *Ἐλευρεία* loquitur. *Fab.*

41 *Fervere cum videas; classem lateque vagari, Ornatamque armis belli simulacra cientem*] Ita ex Vet. libris et Nonio, *Fervere*, scripsi. Aliorum scripturam piget recitare. Gif. *Fervere cum videas*. Nonius Marcell. testem producit versum ex hoc libro, hujusmodi, *Fervere cum videas classem, lateque vagari*: quem cum ego nusquam reperissem, ei hic locum esse existimavi. Perierat autem in exemplaribus manuscript. errore librario- rum, propterea quod duorum ver- sum idem principium esset. Habet vero hæc *ἑνωδληψις* venustatem non injucundam. Quod autem similis qui- dam impudentissimus triennio post quam hæc scripseram, ita se ex Nonio scripsisse dixit: *Fervere cum videas classem, lateque vagari, Ornatamque ar- mis, belli simulacra cientem*, deleto versu, *Fervere cum videas belli simulacra scientis*: in eo declarat, se esse et furem impudentissimum, et barbarum. *Fervere* autem a verbo *fervo*, quo sæpe utitur et Virg. ut Georg. 1. 456. 'Omnia tunc pariter vento, nim- bisque videbis *Fervere*.' Idem Æn. 4. 409. 'cum litora *fervere* late *Pros- piceres*.' Lucillius etiam indicativo 'fervit': 'Fervit aqua, et fervet: fervit nunc: fervet ad annum.' Lamb.

*Fervere cum videas, &c.*] Perperam huic loco ex Nonio intruserunt viri docti alterum illum versiculum: *Fervere cum videas classem, lateque vagari*. cum Nonius potius ex Mss. Lucretii corrigendus sit. Ingeniose autem huic Nonii apposuit Gifanius: *Orna- tamque armis, belli simulacra cientem*. Sed prior pars confata ex duobus illis versiculis, qui quo fato huic loco ad- hæserint, mihi nondum liquet, certe haud parum turbant. *Fervere* autem egregie hoc loco dicuntur legiones per loca campi, 'Cum circumvolitant equites, mediosque repente *Trans- mittunt*, valido quotientes impete campos: Fulgur ibi ad cælum se tol-

lit,' &c. ut infra vs. 325. loquitur: quemadmodum 'formicarum iste dis- cursus' appellatur apud Senec. Nat. Quæst. lib. 1. princ. 'Cum te in illa vere magna sustuleris; quoties vide- bis exercitus subrectis ire vexillis, et quasi magnum aliquid agatur, equi- tem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus affusum, libebit di- cere: It nigrum campis agmen.' De vernibus enim usurpat Noster ver- bum 'effervere' infra, vs. 926. 'Qua- tenus in pullos animalis vertier ova Cernimus altitum, vermeisque effe- vere terram.' Preig.

*Belli simulacra scientis*] Sic et inf. vs. 324. Virg. quoque Æn. 5. 585. 'Pugnæque cient simulacra sub ar- mis.' et Sil. Ital. 7. 119. 'Fertur ovans, pugnæque agitatur simulacra fu- turæ.' Preig.

43 *His tibi cum rebus*] Veteres: tum. Sic supra lib. 1. vers. 699. Gif.

*Timefactæ*] Sic omnes veteres. Ma- rullus et Vulgati, *timefacta*, male. Gif. Sic legendum, non, ut in vul- gatis quibusdam, *tumefacto*. nam ut omittam, quod libri manuscripti ha- bent *timefactæ*, sententia ipsa hac lectionem flagitat. hoc enim sentit Lucretius, divitias, nobilitatem, im- peria, potentiam, nihil neque corpori nostro prodesse, neque animo: nisi forte timores, religiones, curæ, et ce- teræ animorum pestes, perterritæ ar- morum sonitu, et telorum horrore, ex animis effugiant. quod longe aliter est. usus est eodem verbo M. Tull. de Off. 2. 'Quamvis enim sint demersæ leges alicujus opibus, quamvis time- facta libertas,' &c. Sic enim habent libri veteres, ubi vulgati *tremefacta*. Lamb. Male Gifan. in edit. 2. cum. Fab.

*His tibi tum rebus timefactæ religi- ones Effugiant animo pavida, mortisque timores*] Non possum ab animo meo impetrare, isthuc ut adprobem, *religi- ones timefactæ pavida*; cum rō

'pavidus,' et τὸ 'timefactus' idem sint, nunc quidem. quamobrem lubens legerim, *His tibi tum rebus pavefactæ religiones Effugiunt animo, pavidæ mortisque timores?* Solet enim noster conjunctiones aut transponere, aut longius paulo trahere, idque more veterum poetarum. Quin et Ovidium ipsum, qui tamen arti obsequitur maxime, idem factitasse satis ei constat, cui notior ille paulo est. Quod autem *pavidos timores* dixi legi velle, nihil me novi fecisse arbitror. Ita enim optimus quisque veterum loquitur. sic Ovidius 'pavidos metus' alicubi vocavit, in Fastis opinor; alibi 'pavidam formidinem,' in Met. ut et 'pavidum timorem,' nescio quo loco; nam hæc a memoria sunt. Qui otio abundabunt, plura his addent. *Fab. Emend.* Voce 'Timefactæ' utitur Tullius lib. 2. de Off. nec rejicimus, etsi 'pavidæ' sequatur. Alii legunt *tumefacto*. Quid ut 'tumefactæ religiones' i. e. superbæ; ut 'Dominus metus' apud Lucretium, *Δεινὸν βίης Εὐαφύτρην* apud Epicurum? Laërtius in vita Epicuri. Faber non potest ab animo suo impetrare ut approbet *Religiones timefactæ, pavidæ*, cum 'pavidus' et 'timefactus' idem sonent, quamobrem lubens legit, *His tibi tum rebus pavefactæ religiones Effugiunt animo, pavidæ mortisque timores Tum vacuum pectus linguunt, &c.* Creech. Et cur non *pavida mortisque timores* scribas? sola distinctione mutata, pro morte pavidum reddente, ut multa talia. *Hav.*

44 *Effugiunt*] Vide Emendationes. Ceterum ita existimo, tolli debere distinctionem, et hæc versum cum sequenti connectendum. *Fab. Not.*

45 *Tum vacuum pectus*] Libri quidem veteres habent, *vacuum tempus*: quod si probemus, 'tempus' accipiendum pro capite, ut apud Cornificium, qui lib. 4. ad Herennium eadem voce utitur, ad extr. ibi, 'Percutit tempus:' et apud Virgil. 9. 418. 'it hasta

Tago per tempus utrumque.' sed libris omnibus reclamantibus, *pectus* legendum arbitror. Nam etiam si *tempus* scriptum esset a Lucretio pro capite, tamen ne hoc quidem ferri posset. Pectus enim, non caput, ex omnium philosophorum sententia perturbationum sedes est. Quin rationem ipsam Epicurus in pectore, non in capite collocat. Sic enim Lucret. hoc eodem libro infra: 280. 'Tamen esse in pectore nostro Quiddam, quod contra pugnare, obstareque possit.' et 3. 140. 'Consilium, quod nos animum mentemque vocamus: Idque situm media regione in pectoris hæret. Hic exsultat enim pavor, et metus,' &c. et eod. lib. 615. 'Denique cur animi nunquam mens, consiliumque Gignitur in capite?' *Lamb. Tum vacuum tempus.* Antiquæ pro tempora seu caput. Lambinus: *pectus*, contra omnes libros. *Gif. Linguunt.* Quidam vetus mens: *linguit.* Idem: *Tum vacuum pectus.* Hæc lectio Lambini est, cum libri omnes constanter habeant *tempus*, quod Gifaninus et Lambinus ipse pro capite, (nam *tempus* in singulari *κρονος* significat, uti ex Virgilio, Catullo et aliis certum est,) sumi existimant: mea sententia pessime. 'Tempus' enim hoc loco vita est, quod facile animadvertere poterant: res enim plana est. *Fab. Tempus* Codd. Caput, si Lambinus, aut Gifanium audiamus, vitam si Fabrum. *Creech.*

46 *Quod si ridicula hæc*] Quod si hæc omnia, nempe gazas, gloriam regni, legiones, ridicula esse videmus, et si revera metus et curæ non metuunt armorum sonitus, &c. *Lamb.* Cum reges, nobiles, ditissimi et potentissimi hominum metu, cura, solitudine turbentur, nec beatiorem, quam alii, vitam agant; honorum, divitiarum, &c. cupiditatem ex ignorantia veræ felicitatis nasci vs. 15. pronuntiat: nec mirum tam crassam esse ignorantiam, cum omnes veluti in tene-



bris ambulamus, vitamque agamus Epicuræ philosophiæ luce nondum illustratam. In tenebris vero nos omnes vivere, ex vano hominum metu, et ridiculis timoribus demonstrat; ut pari enim in tenebris metuunt omnia, et ridicula sibi ipsis effingunt pericula, sic omnes opinione de providentia, et futuris post mortem pœnis (ægri, ut sentit Epicurus, somnio) terrentur. Ut has tenebras fuget, et Memmium suum omni metu et sollicitudine liberet Lucretius, opus prosequitur, et rerum naturam copiose et ornate explicat. Creech.

47 *Re utraque*] Sic Horat. Od. 3. 1. 27. 'Sed timor et minis Scandunt eodem, quo domuius: neque Decedit ærata triremi, et Post equitem sedet atra cura.' Idem Od. 2. 16. 21. 'Scandit æratas vitiosa naveis Cura, nec turmas equitum relinquit,' &c. Lamb.

*Metus hominum*] Virg. Georg. 2. 490. 'Felix, qui potuit rerum cognoscere causas: Atque metus omnes, et inexorabile fatum Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis Averni.' Preig.

*Curaque sequaces*] Horatius hunc locum in animo habebat cum scripsit, 'Scandit æratas vitiosa naveis Cura, nec turmas equitum relinquit,' i. e. *ὁδοδείκται*; ergo facile sequaces sunt curæ: unde et alibi 'alatas' facit: 'Curas laqueata circum Tecta volantes;' vides 'laqueata tecta' Lucretii et 'curas' ipsas, quod ex hoc loco hauserat, ut innuimus. Sed *ὄϊα τὰ* 'volantes' ex Theognide, quod primi, ut videtur, monemus, sumpserat. Græci scriptoribus versus sunt: *φροντίδες ὁδοδείκται ἑλαχον πτερὰ ποικιλ' ἔχουσαι*. Vides 'curas alatas:' sed hæc raptim; tamen, ut recta sint et proba. Fab.

49 *Rerumque potentes*] Qui potiuntur rerum, qui cum imperio sunt, &c. Fab.

50 *Fulgorem ab auro*] Hellenismus,

ab auro effluentem, provenientem. Fab.

51 *Quin omne sit hoc rat. eg.*] Cod. Berlin. habet *quin omni sit hæc rationis egestas*. Lamb. *Omne sit hoc*] Quidam libri veteres: *omnis sit hæc*: etiam recte. Gif. Alii: *Quia omnis sit hæc*: non probo, et multo minus *potestas pro egestas*: quod quidam Codd. agnoscunt. Creech. Jam pridem viris doctis arrisit *omnis sit hæc*; tanquam lectio hand improbanda. Utrum vero hæc *rationis egestas* potius, an *potestas* dicenda sit, non minus expendi meretur, postquam ex tantæ fidei Codd. prodiit et hæc scriptura: *Quid dubitas, quin omnis sit hæc rationis potestas?* Et: *Omnis hæc rationis egestas est*, pro: hæc omnia a rationis egestate seu inopia proficiscuntur sive imputanda sunt, nullo forsitan exemplo dictum fuerit; quum: *Omnis hæc rationis potestas est*, pro: hæc omnia potest ratio, vel hæc sola potest ratio; nempe timefacere et fugare religiones timoreaque mortis, metusque illos audaces, &c. stylum Lucretianum oleat. Nam et infra vs. 286. non aliter: 'Quare in seminibus quoque idem fateare necesse est, Esse aliam præter plagas, et pondera causam Motibus, unde hæc est nobis innata potestas.' Nec non, quod sæpius usurpat: 'Hisce est nulla potestas.' Preig.

53 *Nam veluti pueri*] Iterantur hi quinque vs. qui deinceps sequuntur, et 3. 90. et princ. sexti. Sed quod hic dicit, pueros in tenebris timere, idem fere accidit omnibus: neque id temere. Nam cum videndi census omnium sensuum sit præstantissimus, oculosque tanquam corporis dux in capite sit collocatus; in tenebris autem suo munere fungi non possit; fit ut in tenebris quasi eo, quo maxime nitimur et confidimus, præsidio nudati, et ab omni ope derelicti, paveamus. Huc pertinent illa Senecæ epist. 3. lib. 19. 'Itaque res falsa

et inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intendere: jam apparebit, quam tuta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio visa est: 'Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis In tenebris metuunt, ita nos in l. tim.' Quid ergo? Non omni puero stultiores sumus, qui in luce timemus? Sed falsum est, Lucreti; non timemus in luce: omnia nobis fecimus tenebras, nihil videmus, nec quid noceat, nec quid expediat. tota vita incursumus: nec ob id resistimus, aut circumspectius pedem ponimus. Vides autem quam sit furiosa res in tenebris impetas. At me Hercule id agimus, ut longius revocandi simus: et cum ignoremus quo feramur, velociter tamen illo quo intendimus, ire perseveramus. Sed lucefcere, si velimus, potest. Uno autem modo potest, si, &c. *Lamb.*

58 *Hunc igitur terrorem, &c.*] Hi tres versus, qui deinceps sequuntur, positi sunt sup. l. 147. *Lamb.*

*Hunc igitur terrorem*] Jam superfluis lecti sunt hi versus. *Fab.*

61 *Nunc age*] Nunc aggreditur ad disputationem de motu. Est autem motus apud Epicurum triplex: motus deorsum, omnium corporum et ponderum proprius, ad lineam, seu ad perpendicularum: motus per plagam: motus per declinationem: de quibus mox plura dicemus. *Lamb.* Triplex secundum Epicurum motus est, deorsum, per plagam, per declinationem, seu per clinamen. *Fab.* Argumentum secundi libri vs. 5. continetur: primo promittit se explicaturum seminum motus, quibus res generantur et dissolvuntur: secundo causam istorum motuum, et tertio motuum seminum celeritatem. Hæc cum perfecit, parata erunt omnia, quibus generationes et resolutiones rerum explicari possint. *Creech.*

63 *Cogantur*] Propter ingenitum

motum: qui si aliter sit, alia querenda principia sint, et ad Deos confugiendum. *Fab. Quæ sit illis.* Quidam vetus meus; *quæque*, ut supra l. 52. *Gif. Ollis.* illis, ut supra, et sæpe alibi. *Lamb.*

64 *Reddita*] *Attributa.* Sic sæpe alibi. *Lamb. Reddita*] *Tributa*, ita ut naturaliter illam habeant. *Fab.*

66 *Nam certe, &c.*] De diversis seminum motibus, et eorum causa disputaturus, viam sibi præmunis, motumque aliquem esse contra ignavos quosdam et inertes philosophos ex incremento et decremento rerum vs. 13. demonstrat: ideo enim augentur res, quod quædam materis particule advolent, et adhæreant; ideo minuantur, quod molecule quædam nexu solutæ avolent: istas vero particulas accedere vel recedere sine motu qui dixerit, absurda dixit. *Creech.*

*Stipata*] Id ni foret, res in statu manerent. *Fab.*

67 *Quoniam minni rem*] *Αιτιολογία αιτιολογίας.* Ut probet esse motum, sumit, quod supra probatum est, materiam non esse inter se stipatam, sed rebus admistum esse inane. materiam autem non coherere inter se stipatam, ex eo intelligere licet, quod res augentur, et minuantur. *αἰθρῶς* autem et *φθίσις* sunt motus κατὰ τὸ σὸν. 'Usque adeo omnibus ad rebus res quæque fluenter fertur, et in cunctas diimititur undique parteis.' et 6. 933. 'Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi.' *Lamb.* Occulte dilabi, et sensim minni. Hac voce elegantissimi antores utuntur, at non Manilius in lib. 4. 'Tunc et opes, et regna fluunt.' quod sensit Pareus. Consule locum, et apud Manilium *Fluere* aliud significare agnosces. *Creech. Iure*] Sic 4. 225.

70 *Videatur*] Non δοκῆ, sed plane videamus.

71 *Quæ decedunt corpora quoique*] Sic legendum putabam, non *corpora cuiusque*: quamvis quidam docti, in his

Turnebus, et Muretus, et Passeratius, probent, ut sit tmesis, pro quæcunque. *Lamb.* Alii *cunque*: non tanti. *Creech.*

72 *Unde abeunt, minuunt*] Id, unde abeunt, minunt. *Lamb.* Quo *venere*, &c. id, quo accesserunt, augent. *Lamb.* *Agmine* alii: quos non sequor. *Creech.*

74 *Sic rerum summa novatur Semper*] Quia quod ex uno decedit, alteri accedit, et ortus unius, alterius est interitus; ita quædam æternitas, quoad ejus fieri potest, per successionem rerum conservatur. Itaque Homerus *Il.* 5. hominum ætatem cum foliorum ortu et natura comparat, vs. 146. *Ὅση περ φύλλον γενεή, τοσηδε καὶ ἀνδρῶν*: i. e. 'Non alius multo est hominum ortus, quam foliorum.' Idem *Il.* φ. 464. de hominibus: *Ὅι φύλλοισιν ἐοικότες ἄλλοτε μέντοι Ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες*, 'Ἄλλοτε δ' ἀδ φθινύθουσιν ἀκέραιοι' i. e. 'Qui foliis similes, interdum munere terræ Vescentes, florent: interdum lumine cassi Intereunt.' Sic et Mimnermus: 'Ἡμεῖς δ' ὀλά τε φύλλα φέει πολυάνθεμος ἔρη' Ἦρος, ἔρ' ἀψ' ἀργή ἀβέρεται ἡελίου. i. e. 'Nos autem, quales frondeis fert floriferum ver, Solis fulgor eas quando alit, atque fovet.' Cum his congrunt et illa Lucretiana 5. 1275. 'Sic volvenda ætas commutat tempora rerum. Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore: Porro aliud succedit, et e contentibus exit.' Idem 3. 977. 'Cedit enim rerum novitate extranea vastatas.' Idem hoc eodem libro infra, 575. 'Nunc hic, nunc illic superant vitalia rerum, Et superantur item: miscetur funere vago, Quæ pueri tollunt visentes luminis oras: Nec nox ulla diem, neque noctem aurora secuta est, Quæ non audierit misto vagitibus ægris Ploratus, mortis comites, et funeris atrii.' 75 *Mutua*] I. e. mutuo. et ita sæpe alias. *Lamb.* *Mutuo*. Hellenismus: successive, εὐάλλαξ. *Fab.*

*Delph. et Var. Clus.*

78 *Et quasi curs.*] Sumtum a ludis, quos faciebant Athenienses, quosque ἀγῶνας λαμπάδουχους appellabant: in quibus is qui currebat, lampada tenebat, et, cursu confecto, ei qui postea cursurus erat lampada tradebat. significabatur autem per hanc lampadem, et cursum, vitæ humanæ brevitatis. qua de re vide Aristophanis scholiasten. Usurpat hoc et Plato lib. 6. de legib. *Γεννῶντες καὶ ἐκτρέφοντες παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντες ἄλλοις ἐξ ἄλλων.* i. 'Gignentes et alentes liberos, vitam tanquam lampada aliis ex aliis tradentes.' Pers. Sat. 6. 61. 'Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?' Huc pertinet illud Cornif. l. 4. Rhet. 'Non enim, quemadmodum in palæstra qui tædas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperito exercitum tradit.' Et illud Varronis lib. 3. de R.R. 'Sed, o Merula, Axius noster ne, dum hæc audit, physicam addiscat, quod de fructu nihil dixi, cursu lampada tibi trado.' Commemorat hos ludos Harpocratio in voce λαμπάδιον, his verbis: *τρεῖς (al. τρις) ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος*: Παναθηναῖοις, Ἠφαιστοῖσι, Προμηθεῖσι, Πολέμων φησὶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τοῖς προκυλαῖσι πινάκων. 'Ἰστρος δ' ἐν πρώτῃ τῶν Ἀττικῶν εἶπεν, ὡς ἐν τῇ τῶν Ἀκατουρίων ἑορτῇ Ἀθηναίων οἱ καλλίστας στολὰς ἐδεδουκίτες, λαβόντες ἡμέρας λαμπάδας ἀπὸ τῆς ἐστίας, ὁμοῦσι τὸν Ἠφαιστον, θύοντες, ὑπόμνημα τοῦ κατανοήσαντα τὴν χρέλαν τοῦ πυρὸς διδέξαι τοῖς ἄλλοις. i. e. 'Tres (al. ter) dies festos Lampadis agitant Athenienses: Panathenæis, hoc est quinquatribus, Hephæstiiis, i. e. die festo Vulcani, Prometheis, ut ait Plemo libro de tabulis quæ in templorum vestibulis positæ sunt. Ister vero in primo Atticarum tradidit, die festa

*Lucret.*

3 Y

Apatriorum, eos ex Atheniensibus, qui pulcherrimis vestibus ornati sunt, sumtis lampadibus accensis ex urbis foco, Vulcanum laudare, eique sacrificare, ad memoriam illius in mortaleis beneficii prodendam, quod ignis usum intellectum alios docuit.' Commemorat et Isæus hunc ludum ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτ. κλήρου, sub extr. ibi, Γεγυμνασιάρχικα δὲ λαμπάδι. Eodem pertinet illud ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλ. κλήρ. Γεγυμνασιάρχικα εἰς Προμήθεια. ubi vulgo legitur προμήθειαι, mendose. Nam Προμήθεια, Promethei dies festi sunt: quibus etiam hi ludi Lampaduchi fiebant, ut diximus. Admonet me hujus loci apud Isæum emendatio, ut significem lectori Græcarum litterarum studioso, me propediem decem rhetores editurum plus decies mille locis emendatos, et scholiis utilissimis illustratos. *Lamb.* Debet hic versus alio migrare; neque enim sende suam occupat. Sic igitur eum cum superioribus connectes, si me audiveris: *Nec remoratur ibi: sic rerum summa novatur Semper, et inter se mortales nutus vivunt: Et, quasi cursores, vitæ lampada tradunt.* Qui non indiligenter legerit, is ita fieri debere satis ipse per sese judicaverit. *Fab. Emend.* Vide emendationes. de his ludis abunde multa Meursius in lib. de Græcia feriata: multa ex Aristoph. Philostrato, auctore ad Herennium, Varrone, congeri possent: sed id alii præstiterunt. *Fab.* Ex Pausanis, Harpocrate, Aristophanis Scholiaste, Varrone, Scriptore ad Herennium, &c. multa corradunt Interpretes. Breviter: Athenis in quibusdam festis currebant homines accensam lampada tenentes; qui cursum perfecerat alteri cursuro lampada tradebat; inde λαμπαδεύεσθαι 'tradi successive,' ut apud Philonem, τὸ τῆς ἀρετῆς φέγγος λαμπαδεύομενον ἐπ' ἀλλήλοις διαδοχαῖς ἰσόχρονον γέρησεται κόσμῳ. Et apposite Plato l. 6. de Leg. γεννώσας καὶ ἐκ-

τρέφοντας παῖδας, καθάπερ λάμπαδα τὸν βίον παραδίδοντας ἑλλοις ἐξ ἄλλων. Hunc versus loco suo movet Faber, et vs. 76. subjungit. *Inter se mortales nutus vivunt, Et quasi cursores, &c.* Creech. Adde Herodotum, qui lib. 8. Historiarum, refert cursores Persarum perniciosissimos primum secundo, secundum tertio, et ita deinceps alium alii mandata tradere solitos; 'quemadmodum,' inquit, 'apud Græcos fax traditur, quam Vulcano per vices ferre cursores perseverant.' citat inter alia Beroaldus, in Annot. App. cap. 18. Tom. 1. Fac. Crit. pag. 308. Planius ritus hic ex Pausania discitur, qui Promethei aram in Academia commemorat, a qua ad urbem cum accensis facibus currebant. Certamen autem in eo positum fuisse, in cursu tædam servare accensam, &c. Idem in Cerealibus fieri solebat, uti auctor est Themistius unde Cereri forte a Prometheo aram illam dicatam intellexerit Pausanias. Vide Beroald. Ann. App. c. 18. et Pii Annot. post. cap. 114. Tom. 1. Fac. Crit. pag. 519. *Preig.*

79 *Si cessare putas]* Subaudiendum, enim. *Fab.* Quicumque credunt novos rerum motus, incrementum viz. et decrementum a quiescentibus atomis produci posse, eos Insanos, nec refutatione dignos existimat: insuper vs. 9. docet semina, quæ per inane vagari probaverat, motum vel suo ponderi debere, vel aliorum ictu. Quodcumque enim solidum (et soliditas est principalis seminom affectio) id grave est: gravia autem deorsum tendunt, ita seminum motus deorsum stabilitur. Cum vero solida hæc semina deorsum tendentia in corpora vel quiescentia, vel tardius procedentia impingunt, resiliunt necesse est: corpus enim solidum in alterum corpus solidum impactum non omnem suum motum alteri impertit, ideoque istis gradibus motus, quos retinet, alio feretur; sic motus sur-

sum confirmatur. Alter horum motuum est naturalis, violentus alter, uterque generationi et resolutioni rerum necessarius. Epicurus docuit κινεῖσθαι τὰ ἔτομα κάτω, τοτὲ μὲν κατὰ στέδμην, τοτὲ δὲ κατὰ παρέγκλισιν τὰ δὲ ἕνα κινούμενα κατὰ πληγὴν καὶ παλμόν. Laërtius. *Creech*.

83 *Necessus est Aut gravitate, &c.*] Loquitur hic de motibus duntaxat: quorum alter omnium ponderum est proprius, vocaturque motus deorsum, ad perpendiculum, et ad lineam: alter fit per ictum, seu plagam, vocaturque motus sursum. Est et tertius motus κατ' ἐγκλισιν, i. e. 'per declinationem,' quem infra commemoravit Lucretius: qui quamobrem ab Epicuro sit excogitatus, docent M. Tull. et Plutarchus multis locis. M. Tull. de Fato: 'Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo: id appellat ἐλάχιστος: quam declinationem sine causa fieri, si minus verbis, re cogitur confiteri.' Sed de hac declinatione dicemus suo loco. de motu autem, qui fit deorsum, sic idem M. Tullius lib. 1. de finib. 'Censet enim, eadem illa individua et solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum: deinde ibidem homo acutus, cum illud ecurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus altera alteram posset attingere, ita attulit rem commentitiam: declinare dixit atomam perpauillum: quo nihil posset fieri minus: ita effici complexionem, et copulationem, et adhaesiones atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quæque in eo essent.' Plutarchus item lib. 1. περὶ τῶν ἀραιοτέρων. duos motus duntaxat ab Epicuro positos esse refert, motum ad lineam, seu

motum deorsum e regione: et motum per declinationem. Sed dicendum est, Plutarchum, et M. Tull. in illo 1. libri de finibus loco, præterisse motum, qui fit sursum per ictum, seu plagam, utpote violentum, minimeque naturalem. Diogenes autem Laërtius triplicem atomorum motum ab Epicuro positum esse non obscure tradit his verbis: κινεῖσθαι δὲ τὰ ἔτομα κάτω, τοτὲ μὲν κατὰ στέδμην, τοτὲ δὲ κατὰ παρέγκλισιν τὰ δ' ἕνα κινούμενα, κατὰ πληγὴν καὶ παλμόν. i. e. 'moveri autem corpora individua nunc ad lineam, nunc per declinationem; ea autem, quæ sursum moventur, ictu quodam, et palpitatione, seu concussionem quadam moveri.' *Lamb.*

83 *Gravitatis sua*] Motus εἰς τὰ κάτω, deorsum. *Fab.*

84 *Aut ictu auferrit alterius*] Sic habent veteres aliquot codices. Alii, et maxime vulgati, aut ictu forte alterius. Ego illos sequor. Vulgatam lectionem tamen, *Aut ictu forte alterius*, non damno, sed alteram lectionem ei antepono. *Lamb. Aut ictu forte alterius*] Ita vulgati libri et veteres quidam. Sed in quibusdam veteribus libris: *Aut ictu auferrit alt.* Et mox: *Nam concita sæpe Obvia, confizere ita uti diversa.* *Gif. Aut ictu*] Motus εἰς τὰ ἄνω, sursum. *Fab. Aut ictu auferrit*] *Lambinus.* Et in quibusdam Codd. *Nam concita sæpe Obvia confizere ita uti diversa repente:* quam lectionem tanquam probabilem amplectitur: at istam interpretis facilitatem damnat poëta, et lectionem rejicit; nam gravia semina deorsum tendunt, ideoque consideranda sunt tanquam 'superne obvia.' *Creech.*

*Nam cita superne Obvia cum fixere, sit ut di.*] Hujus scripturæ sententia perspicua est. *fixere* autem, i. e. per concursum se mutuo contigerunt, et concusserunt. Utitur eodem verbo, aut certe ejusdem verbi supino 6. 1051. 'Pulsareque ficta Ferrea texta suo,' &c. Sic enim ibi le-

gendum conseo, non, ut vulgo, *fluctu*. Virg. 9. 667. 'Dant sonitum fluctu galeæ: pugna aspera surgit.' in quibusdam libris manuscr. reperi scriptum, *Nam concita sæpe Obvia conflixere ita, ut diversa repente Dissiliant*, &c. quæ scriptura etiam probabilis est. *Lamb.* Vide *Fayum*, et admirabile acumen hominis, qui sententiam Epicuri tot sæculis ignotam tandem invenit: Ea viz. 'sursum' regio dicatur atomis, ex quacunque advenirent, sive desuper, sive infra, sive ab ortu, sive ab occasu, sive a dextra, sive a sinistra, &c. Ea vero deorsum regio dicatur iisdem atomis, in quamcunque ferantur, sive sursum, sive deorsum, sive ab ortu, sive ab occasu, sive a dextra, sive a sinistra, &c. Et hanc sententiam Cicero in 1. lib. de Finibus rite assecutus est. Ita res omnes in tuto sunt: Epicurum explicat *Fayus*, et Ciceronis solertiam suo testimonio confirmat. Quasi Epicurus non existimasset omnia semina ferri deorsum pondere ad lineam, aut paululum declinare seminam dixisset, si gravitate sua ab ortu, ab occasu, a dextra, a sinistra ferri potuissent: aut hæc scripsisset Cicero l. 1. de Fin. 'Requiro quonam pacto semina sese assequuntur vicissim, atque comprehendunt, aut quomodo ad insertam complexumque mutuum accedent, ut subinde res alias, veluti ipse prædicat, concursu progenerent!' Alia enim semina ab ortu, alia ab occasu, alia a sinistra, alia a dextra, ad insertum complexumque mutuum accederent. 'Esse supra,' et 'esse infra' attribui posse universo agnoscit Epicurus, licet non ut sit quicquam supremum, quicquam infimum: *καὶ μὲν κατὰ τοῦ ἄνω οὐδοῦ κατηγορεύει τὸ ἄνω, ἢ κάτω, ὡς ἂν εἴη τὸ μὲν ἄνω τῶν, τὸ δὲ κατωτέρω, &c.* Epicurus ad Herodotum. *Creech.*

85 *Fluxere*] Sic 6. 1051. 'Pulsareque fictu Ferrea texta suo:' et Virg. 9. 667. 'Dant sonitum fictu

galeæ.' *Confluxere* B. et *Fluxere* Nardius. *Creech.* et Voss. de Anal. p. 112.

*Diversa repente dissil.*] Hunc motum κατὰ πλῆθῆν et κατὰ παλμὸν appellabat Epicurus: i. e. motum qui fit per plagam et palpitationem. *Lamb.*

86 *Durissima*] Quæ principalls, ut ita dicam, proprietates atomi est, durities, soliditas. *Fab.*

*Quæ sint*] Legendum omnino *quomæ sint*. Quod habent editiones nonnullæ. *Preig.* At qua necessitate? *quæ sint*. i. e. ut quæ sint, &c. *Hav.*

87 *Neque quicquam*] Nam inane non remoratur. *Fab.* *Neque quicquam a tergibus obst.*] Sic legendum, non *tergibus*. Est enim versus spondaicus, habens non solum in quinta sede spondeum, verum etiam in quarta, ut hi Virgiliani: 7. 634. 'Aut lævæ ocreas lento ducunt argento:' et Georg. 3. 276. 'Saxa per, et scopulos, et depressas convalleis.' et Hom. Il. a. 339. *Πρὸς τε θεῶν μακάρων, πρὸς τε θνητῶν ἀσθράτων*: et in catalogo 3. 658. *ὃν τέκεν Ἀστυχέια βίη Ἡρακλειῆς*. Lucr. sup. 1. 209. 'et incultis præstare videmus Culta loca, et manibus meliores reddi fætus.' *Lamb.* *Lambinianum* hoc facinus est simile prorsus isti, quod 1. 210. commisit, illis verbis: 'Et manibus meliores reddi fætus.' Vide locum. Neque *Gifanius*, quod nullo ibi successu fecit, hoc loco quicquam habet quod reponat. Veram lectionem, ex 'tergibus,' 'tergoribus,' 'tergoibus' *Vossius*, opinor, eruit, licet neque *Creechius*, neque *Londinenses* id animadvertierint. Scribe: *Neque quicquam a tergo ibus obstet.* 'Ibus' antique pro iis. Occurrit apud *Plautum* 1. 1. 74. in *Mil. Glor.* item in *Prol. Rnd.* et, ubi extra omnem controversiam ita scripsit, in *Trucul.* 1. 11. 14. 'Ibi est ibus pugnae et virtuti, de prædonibus prædam capere.' More enim solito paronomasiis ludit. Similiter *trabus* pro diis in *Inscriptionibus Gruterianis*

reperias, pag. XLVI. Num. 9. et pag. XCVIII. Num. 5. nec non FILIUS, pro filiis, pag. DLIV. Num. 4. *Preig.*

88 *Et quo jactari, &c.*] Ut melius hanc jactationem et agitationem seminum percipiat Memminus, ad primum suum librum redcit, et vs. 6. monet se olim docuisse nullum esse in infinito spatio centrum aut medium, aut imum locum, quo semina tendant. et ubi, cum semel attigerint, quiescant: ideoque cum pondere suo deorsum ferantur; et in alia impacta aliquando resiliant, quis neget illa plerumque perpetuo motu jactari? *Creech.*

*Jactari*] Agitari, volvi, ferri. *Fab.*

89 *Reminiscere totius*] Repete (inquit) memoria, nihil esse imum in summa totius, id est, in omni, sen in universo, *εἰ τῆ παντί.* Supra enim lib. 1. docuit, nihil esse extremum, nihil medium, nihil primum, ibi, 957. 'Omne, quod est igitur, nulla regione viarum Finitum est,' &c. *Lamb.*

*Totius*] Τοῦ παντός, Summæ. *Fab.*

93 *Ostendi*] Lib. 1. sub finem. *Fab.*

94 *Quod quoniam constat, &c.*] Igitur cum semina assiduo motu exercentur, cum percutiant, ac resiliant, docet vs. 14. semina ista resiliencia ad inæquales distantias reflecti; varietatem ictuum varietas reflectionum sequitur: ex iis autem quæ ad brevem distantiam reflectuntur, et arctiori spatio jactantur, ferrum, lapides, et reliqua dura et solida corpora componuntur: ex iis quæ ad longam distantiam resiliunt, et laxius vagantur, aër, ignis, et mollia ejusmodi et rara corpora constituuntur. *Creech.*

*Nimirum nulla quies est*] Mss. omnes, quos annotator noster consulit, habent: *nulla.* Unde faciendum censet: *invita.* Nimirum, quasi sensus foret: raro, nec facile, neque etiam lubenter aut sua sponte quiescere corpora prima: qui quidem an inde elici possit, alii viderint. *Vulgata*

lectioni: *nulla quies est, &c.* male respondet, quod sequitur: 'Sed magis assiduo,' &c. cur enim 'magis' dixit? ac non potius: 'prorsus assiduo?' vel simile quid? Melius forsitan erit restituere ipsam Mss. lectionem; ut sit sensus; nimirum multa quidem quiete gaudent corpora prima, sed pluribus tamen motibus magisque assiduis ac variis exercentur. *Preig.*

*Constat*] I. e. sine controversia est. *Lamb.*

95 *Reddita*] Attributa, ut sæpe alias. *Lamb.*

96 *Magis*] Imo potius. *Fab.*

97 *Consulta resultant*] Sic antiqui libri. In *Vulgatis* quibusdam: *confusa.* Marullus et Lambinus: *conficta.* Ego libros sequor, licet vix intelligam; nisi 'consilire' a *salio*; et hinc 'consulta,' *συμπερήσασθα* principia, i. e. coacta; elegantiaratione et allusione ad verbum, *resultant.* *Gif.* *Contusa resultant*] Sic reposui, partim conjectura ductus, partim veteris scripturæ vestigia secutus, cum libri manuscripti habeant, partim *consulta*, partim *conficta*, partim *confusa*: licet et legere *conficta*, ut olim edidi. Fuit et cum putarem legi posse *consuta*, ut respondeat illi quod statim sequitur, *connexa resultant.* 'Consulta' autem a verbo consilio, quod barbarus quidam probat, ineptum est, et suo auctore dignum. Nam neque consilio, is, it, in tota lingua Latina reperitur, neque si reperiretur, consultus participium ab eo fingi posset. Omnino *conficta*, aut *confusa* legendum videtur. Nam corpora prima ex conflictu aut contusione resultare probabile est. *Intervallis magnis confusa resultant.* *Μακρὰν διάστασθαι.* Sic enim Epicurus (ut refert Laërt.) *αἱ μὲν εἰς μακρὰν ἐπ' ἀλλήλων διάστασθαι, αἱ δὲ αὐτὸν τὸν πάλιν ἴσχυουσιν, ἔταν τήχουσιν εἰς τὴν περιπλοκὴν κεκλεισμένα, ἢ στεγασόμενα ἐπὶ τῶν πλεκτικῶν.* i. e. 'Aliis atomi magnis intervallis inter se distant,

aliæ palpitationem cohibent, cum casus ita tulerit, in concilium et copulationem conclusæ, aut ab atomis perplexis et hamatis retentæ.' *Lamb.*

*Conficta*] Ita Lambinus: Gifanius autem *consulta*, quod se intelligere negat: Mss. *consulta*, quod probat. Notum est quid 'confalcio,' *πικρός, πικρίζω*, &c. ita pro certo legendum. Exempla afferrem ex Plauto et aliis, ni operæ urgerent, et ratio studiorum. *Fab. Contusa*, Lambinus: *Consulta*, Gifanius: quam vocem vix intelligit, nisi 'consilire' a salio, et inde *consulta*: Mss. *Confulta*: quod probat Faber, notum est quid *Confalcio*, *πικρός, πικρίζω*, &c. ita pro certo (inquit) legendum. Sed festinantem Fabrum operæ urgebant, ideoque non vidit istam lectionem vs. 105. repugnare. *Conficta* itaque amplector. *Creech.*

98 *Nexantur ab ictu*] I. e. copulantur, et cohærescunt per plagam et ictum. quidam libri manuscripti tamen habent *vexantur*: quos non sum secutus. ne illud quidem dissimulabo, in uno scriptum esse *vexantur a victu*: quod idcirco adscripsi, ut meminere studiosi litterarum homines, librarios illos scriptores sæpe u pro b posuisse, et contra b pro u. Quis enim non videt, a victu pro ab ictu esse mendosè scriptum? Atque hic locus me admonet mendorum illorum apud Non. in nominibus 'prolucium' et 'proluvidinem,' ubi legendum *proludium* et *proludidiam*. *Lamb.* *Vexantur* quidam codices. Ut supra bis terve. *Gif.* Connectuntur per plagam. *Fab.* Quidam Codd. *Vexantur*; retineo *Nexantur*; vs. 100. admonitus. Hæc Epicurus apud Laërtium: *Αἱ μὲν εἰς μακρὰν κ' ἑλλήλων διαστῆσαι, αἱ δὲ αὐτῶν τὸν καλὸν ἔχουσιν, ὅταν τύχῃσιν εἰς τὴν περιπλοκὴν κεκλεισμένοι, ἢ στεγασμένοι ὑπὸ τῶν πλεκτικῶν.* *Creech.*

99 *Et quæcumque magis condense*] Sic habent duo libri manuscripti, Vaticanus et Bertinianus, et impressi omnes. Sed Faëni et impressi Florentini, *condense*, quam scripturam agnoscit Priscianus lib. 10. eo loco, ubi docet, a verbo tendo fieri tensum et tentum. Ego *condense* non improba. Sic et l. 567. 'Quorum *condense* magis omnia conciliati Arctari possunt.' *Lamb.* *Magis condense*. Sic veteres quidam et Priscianus. In quibusdam veteribus et vulg. *condense*, ut supra l. 576. Sed vide menda similia inf. *Gif.*

100 *Exiguus intercallis connexa*] Sic legendum potius, quam *conjecta*, aut *conjecta*. Nam ex *connexa*, vera scriptura, factum *connexa*: ex quo *conjecta*. *Connexa* autem nullo modo ferri potest. *Lamb.* *Connexa resultant*. Ex quibusdam vet. libris ita scripsi. Quidam libri: *conjecta*. *Conjecta* Marullus, *connexa* Lambinus, male. Vide Indicem, et inf. 111. 555. *Gif.*

101 *Endopedita*] Impedita, atque implicata. *Lamb.*

*Perplexis*] I. e. inter se connexis et colligatis. Festus: 'Plexa, colligata significat ex Græco: cui nos etiam præpositionem adjicimus, cum dicimus perplexa.' Ter. Eun. 5. 1. 1. 'Pergin' scelesti perplexe loqui?' Virg. Æn. 9. 391. 'perplexum iter omne revolvens Fallacis silvæ.' verbum 'perplexabile' apud Plaut. Asinar. Et in vocabulario Latino-græco, manuscripto, quod mihi commodavit Cl. Puteanus, ita scriptum est: *perplexus, περιπλεγμένος. Lamb.* *Perplexis. περιπλεγμένοι σχήμασι*, &c. *Fab.*

*Ipsa*] Cum ipsa per se naturaliter talem *σχέσιν* habeant. *Fab.*

108 *Et cetera de genere horum Paucula*] Sic distinguendum et interpungendum, ut sit hic Lucretii sensus: Ea corpora individua, quæ exiguis intervallis connexa, et suis perplexis



figuris impedita resultant, saxa, et ferrum, et cetera hujus generis pauca constituunt. *Lamb.*

104 *Quæ porro magnum, &c.*] I. e. ea porro, quæ magnum per inane moventur, et vagantur, et cita dissiliunt longe, longèque resiliunt; ea creant aëra, et solem, et similia. *Lamb.*

*Pauca*] Nam multo pauciora numero sunt solida quam rara. *Fab.*

105 *Et cita dissiliunt*] Sic legendum, non, ut valgo legitur, *Cetera dissiliunt*: quod mendum natum est ex indoctorum hominum arrogantia, aut certe inscitia, ac stultitia, qui hunc locum non intelligentes, corruerunt. Quidam vir doctus putabat legi etiam posse, *Citaque*, quod non displicet. Cum hæc scripsissem triennio post, Thraso ille, hanc emendationem sibi arrogans, scripsit, ita esse legendum ut edidi, et in vulgatis mendose legi *Cetera*. Quid flagitiosius? Quid impudentius? *Lamb.* Vulgati: *Cetera*, male. supra lib. 1. *Gif.* Vulg. Lib. *Cetera*: inepte quidam *Citaque*. Creech. Omnes libri Ms. *Cetera dissiliunt*, inquit auctor marginalium; adeoque in hunc modum distinguendos istos versiculos censuit, opinor, *Et cetera de generis horum. Pauca, quæ porro magnum per inane vagantur, Cetera dissiliunt longe, &c.* Sed contra Auctoris mentem, quantum video. *Preig.*

107 *Sufficiunt*] Suppeditant. *Lamb.*

108 *Multaque præterea, &c.*] Et præter illa corpora, quæ vel magnis intervallis, vel exiguis feruntur, ita tamen ut connectantur, et copulentur, sunt alia, quæ nondum congressi, neque connecti potuerunt. *Lamb.*

*Multaque præterea, &c.*] Præter illa semina, quæ brevibus spatiis resultantia in dura et solida corpora connectantur, et illa quæ magnis vagantia, et longe recursantia mollia et rara corpora constituunt; alia sunt

ab omni nexa et concretionem libera et irrequieta, quæ aliis incursant, et perpetuo vexant: porro ut ostenderet quasi similitudine quadam perennem illam agitationem, qua atomi extra concretionem per inane quasi exercentur vs. 16. imitatus Democritum Leucippumque est, dum Aristotele referente compararunt atomos cum vocatis illis ramentis corpusculisve per aërem, à *φαίραται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀερίων*, Quæ sunt in solis radiis per januas fenestrasve trajectis conspicua. *Creoch.*

*Magnum per inane*] Virg. in Sileno Ecl. 6. 32. 'Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent.' *Lamb.*

109 *Conciliis rerum quæ sunt rejecta*] I. e. quæ cohærere, et conciliari, et consociari non potuerunt. *Lamb.* I. e. quæ nondum inhæsum, seu adhæsum suum reperire potuerunt. *Fab.*

111 *Uti memoro*] Veteres quidam: *memorabo*. Hoc natum ad illud: 'reii.' *Gif.*

113 *Contemplator enim*] Sic idem 6. 188. 'Contemplator enim, cum montibus adsimilata Nubila portabunt,' &c. mutuatus est et Virg. Georg. 1. 187. 'Contemplator item, cum se nux plurima silvis Induet in florem.' idem 4. 61. 'Contemplator: aquas dulcis, et frondea semper Tecta petunt.' *Lamb.* Vide, inquit, &c. Pulvisculum autem illum atomos vulgus vocat: imperite ut cetera: atomus enim videri nequit, non magis quam ventus, qui tamen crassissimus est, *ὅς πρὸς ἄτροπον*. *Fab.*

*Cum solis lumina cumque, &c.*] I. e. quandocumque solis lumina, &c. Sic Aristot. lib. 2. de Anima: *ὅλον τὰ καλούμενα ἐν τῇ ἀερί ζέσματα, à φαίραται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀερίων*. i. e. 'Ut quæ appellantur in aëre ramenta, quæ cernantur in iis qui per fenestras transeunt radiis.' *Lamb.* Cum

*cumque.* Notandum in primis, pro, quotiescumque. non temere alibi. *Fab.*

114 *Insertum fundunt, &c.*] Sic omnes Vulgati et Veteres plerique ac Servius, ibi: *Namque canebat, &c.* Ecl. 6. Quidam tamen vetus meus et Lambini: *Inserti, forte radii.* Gif. Hunc locum habebat in animo Virg. cum scribebat, 'Clara per insertas fundebat luna fenestras.' De quo tot longæ *phœsis*, et quis carere poteramus, in scholiis veterum. *Fab.* Quidam Codd. *Inserti radii*: quæ lectio videtur posse aliquo modo e Servio confirmari, qui ad 6. Ecl. Virg. scribit e Lucretio hæc corpuscula 'infusis' per fenestram 'radiis' solis videri. *Creock.* Imo non aliter puto fuisse lectam tempore Virg. qui ideo 'insertas' dixit 'fenestras.' *Hav.*

*Per opaca domorum*] Per parteis domus opacas. Quidam legendum censent *per aperta domorum*: sed errant, meo quidem iudicio. Illud admonendus est lector, in uno cod. manuscripto ita legi, *Inserti fundunt radii*: quam scripturam tamen minus probo. Hunc locum spectavit Servius cum adscripsit ad illum locum Virgil. in Sileno, 'Namque canebat uti,' &c. Omne enim quod est, aut continet, aut continetur, et corpus volunt esse *ἀρούρας*, i. e. quasdam minutissimas parteis, quæ *ρομφή*, i. e. sectionem, non recipiunt. unde et *ἄρουροι* dictæ sunt. quas Lucretius minutiores dixit illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radiis solis videmus. *Lamb.* Ita lege, nec illos audi, qui *Per aperta domorum* amant. *Creock.*

118 *Nec dare pausam*] Nec ipsa cessare, nec aliis cessandi facultatem dare. Pausa nomen est a Græco verbo *παύωμαι* deductum: quod quietem et cessationem significat. utiq̄ eodem et §. 872. 'Inter enim jecta est vitæ pausa, vageque Deerrant passim motus ab sensibus omnes.'

ibidem: 948. 'Frigida quem semel est vitæ pausa secuta: et item alibi. et Lucill. 'Hæc ubi diæta dedit, pausam facit ore loquendi.' Ennius p. 146. 'Pausam facit ore fremendi.' supra l. 748. 'Neque pausam stare fragori.' *Lamb.*

119 *Conciliis, et discidiis*] Sic legendum ex auctoritate trium librorum manuscr. et nonnullorum impressorum. *Discidium* autem quid sit, supra diximus. Præter ea porro quæ ibi diximus, non pigebit me lectorem admonere, sic esse scriptam hanc vocem in vocabulario illo Claud. Puteani, eiq̄e hanc continuo interpretationem subjungi: '*discidium*, *χωρισμός*. 'Discidium' inquit, i. e. separatio, et divortium. Nam '*discidium*' etiam pro divortio inter virum et uxorem usurpat. *Lamb.*

*Exercita*] Fatigata, agitata. sic Nonius in voce *exercitum*. Terent. Adelph. 4. 2. 48. 'Ego te hodie exercebo, siticernium.' Virg. *Æn.* 8. 182. 'Nate, Iliacis exercite fatias.' Suetonius de Tiberio: 'Pueritiam habuit laboriosam, et exercitam, (al. *exercitalum*.)' *Lamb.*

120 *Conjicere ut possis ex hoc*] Ut possis ex hoc parvorum corpusculorum concursu et conflictu, quæ per opacas domorum parteis solis radiis illustratas, infusis per fenestras, jactantur, conjicere, quo pacto primordia rerum per inane jactentur. *Lamb.*

121 *Quale sit*] Sensus, Ut facile intelligas quale illud sit quod dico, scilicet, Prima corpora in magno inani agitari. *Fab.*

122 *Duntaxat*] Quære, licet, in toto Latio exemplum non reperies hujus significationis: nam τὸ 'duntaxat' hoc loco non significat *μόνον*, aut *μόνῃ*; ut vulgo, neque, ut Gifanios, scilicet: sed, usque adeo: Epiphonema est. Latini sermonis amatores notabant. *Fab.*

123 *Exemplare*] Exemplar, specimen. *Lamb.*

*Exemplare]* Exemplar. Quæ nunc nomina in AR exeunt, omnino decurtata sunt; nam olim in *are* exhibant. *Fab.*

*Et vestigia notitiae]* Et vestigia, quibus ad eorum, quæ de primordiis rerum dicimus, intelligentiam et cognitionem pervenire possis. *Lamb.*

124 *Hoc etiam magis hæc]* Sic legendum, et ita scriptum est in tribus libris calamo exaratis: neque vero est, quod quisquam hoc loquendi genus improbet, ut insolens, *advertere animam hæc*, pro *advertere animam ad hæc*. sic enim loquebantur antiqui: ejuſmodi illa sunt, 'adigere arbitram,' et 'adigere jusjurandum,' pro 'adigere ad arbitram,' et 'adigere ad jusjurandum.' Tale est illud Horatianum Epist. 18. lib. 1. 'Propugnat nugis,' i. e. 'pugnat pro nugis,' ad quem locum, si tibi commodum est, lege quæ annotavimus. *Lamb.* Marullus contra veteres libros scripserat: *hæc. Gif.*

125 *Turbare]* I. e. turbas excitare, tumultuari. Nam *turbare* hoc loco absolutum est. sic Virg. 6. 800. 'Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.' Et Terent. Hec. 4. 4. 12. 'dum ne redncam, turbent porro quam velint.' turbent (inquit Donatus) i. e. errent, et tumultuentur. Lucret. eod. lib. infr. 238. 'Aut ex offensa cum turbant corpore in ipso Semina.' ex quo illud impersonale apud Virg. Tityro, 12. 'undique totis Usque adeo turbatur agris.' ubi alii male ascribunt *turbatur*. *Lamb.* Trepidare, motari. *Fab.*

126 *Quod tales turbæ]* Hujusmodi agitatio tumultuaria nullam habere potest causam, nisi motum impressum a principiis: quid igitur de Principiis ipsis dixeris? Quæ sequuntur, rem in aperto statuent: sunt enim clarissimè perspicuitatis. *Fab.*

127 *Cæcos]* Obscuros et latentis. Virg. *Æn.* 6. 30. 'Cæca regens filo vestigia.' M. Tull. lib. 2. de Orat. ad Quint. frat. 'Res cæcas et ab

aspectus judicio remotas.' Idem Lucret. infra proximo versu, 'Plagis ibi percita cæcis,' et ita sæpe. *Lamb.*

130 *In cunctas denique partes]* Quidam libri scripti manu habent, *In cunctas undique partes*. *Lamb.*

131 *Scilicet hic a principiis]* I. e. scilicet hoc motu jactantur et errant cetera omnia, ducto a principiis, seu a corporibus primis, motionis initio. vel sic: hic vagus motus corpusculorum omnium, quæ sub sensu nostris cadunt, a primordiis et corporibus primis nascitur. hæc mihi videtur hujus vulgaræ scripturæ, quæ etiam in codicib. antiquis reperitur, sententia. Quidam autem sic legi volunt, *Scilicet hic et princip. est omnibus error*, ut sit hæc sententia: Quippe etiam 'principia,' i. e. corpora prima, hoc modo jactantur et vagantur, quo modo inuncta illa corpuscula, quæ in solis radiis inter se certare et depræliari videntur. *Lamb.*

132 *Parvo sunt conciliatu]* I. e. parva mole constaut, paucorum primordiorum congressu concreta sunt. *Lamb.* In quodam Vet. Cod. nostro: *corpore conciliata*. *Gif.* Vis ratiocinationis: Quanto minora corpora et simpliciora concreta sunt, tanto et, ceteris paribus, agilior motus est, &c. atomus per se ipsa movetur, et ab illius motu concreta minora, &c. *Fab.*

134 *Et quasi]* Libri: *Equæ. Gif.* *Et quasi proxima sunt]* Quo enim propius ad simplicitatem principiorum accedunt concreta, tanto facilius moventur. *Fab.*

136 *Ipsaque, quæ porro]* I. e. et hæc ipsa, ea dico, quæ sunt ab aliis leta et impulsæ, laceſsunt ea quæ deinceps paulo sunt majora. in duobus libris manuscriptis reperi scriptum, *Ictaque, quæ, &c.* quam scripturam non sum secutus, interpretationem verborum Lucretianorum esse suspicatus, ab aliquo studioso lectore ascriptam: deinde ab imperito librario in locum rectæ suppositam. Nam

'ipsa' intelligenda sunt ea corpora, quæ ictibus aliorum impulsæ cidentur, seu (ut tribus verbis dicam) corpora ab illis icta. *Lamb.*

137 *A principiis ascendit motus*] Ergo motus impressus et naturalis atomo: sed id jam superius. *Fab.*

*Ascendit*] Marg. nostra: *abocedit*, haud male. *Preig.*

*Et exit paul. nostr.*] Ut motum illum oculis cernamus, aliove sensu percipiamus. *Lamb.*

140 *Ne, quibus id faciant plagis*] Ita ex veteribus libris scripsi. *Ne pro non.* Vulgati: *Nec. Gif. Nec, quibus id faciant pl.*] Sic habent nostri libri veteres, quod si aliter haberent, tamen sic legendum esset. Hoc eo adscripti, quod Thraso dicat scriptum esse in suis lib. veteribus, *Ne*: idque approbans sit positum pro *non*. Quo nihil ad hunc locum ineptius esse potest. *Lamb.* Adde, nam ratiocinationi aliquid deest, addè, inquam, 'Nisi a motu principiorum.' *Fab.*

141 *Nunc quæ mobilitas*] Nunc docere parat, quanta mobilitate prædita sint prima corpora: idque argumento, sen comparatione a minori. *Lamb.*

*Reddita*] I. e. attributa: ut supra hoc eodem lib. 95. 'Nimirum nulla quies est Reddita corporibus.' ibidem, non longe a principio, 64. 'Quæve sit illis Reddita mobilitas.' et infra eodem lib. 757. 'Præterea si nulla coloris principii est Reddita natura.' et 1. 204. 'Si non, materia quæ rebus reddita certa est Gignundis.' ibidem, 578. 'Denique jam quoniam generatim reddita finis Crescendi rebus constat,' &c. ibidem, 629. 'Porro si nulla est frangendis reddita finis Corporibus.' et 3. 618. 'Si non certa loca ad nascendum reddita cuique Sunt.' et 5. 619. 'Non (inquam) simplex his rebus reddita causa est.' *Lamb.* Nunc ostendit quanta motus celeritas in principii sit. Sunt autem versus plane admirabiles. *Fab.* Ad declarandam celeritatem atomo-

rum solaris lucis trajectionem per tanta hæc spatia adeo celerem tanquam argumentum a minori vs. 26. inducit. Lucem e moleculis quibusdam ex sole, ipso fonte lucis, profluentibus constare sentiebant Epicuræi, has insuper moleculas constare et principiiis diversis motibus agitatæ, unde communis molecularum motus tardior sit et remissior, denique per ærem non invenire viam, sed facere; et ærearam particularum occurrus retardari: semina vero simplicia esse corpora, non privatis partium suarum motibus impedita, et per liberam inane deferri: et hinc concludunt radios solis cum sunt tenuissimæ quædam atomorum contexturæ, quæ in unum motum non omnes consentiunt, neque per spatium plane liberum tendant, concedere debere celeritate ipsis atomis, cum et solutæ, et spatio penitus libere feruntur. Καὶ μὲν καὶ ἡ διὰ τοῦ κενοῦ φορὰ κατὰ μεμβρίαν ἀπὸ τῆσιν τῶν ἀποκοφίστων γινομένη τῶν μήκος περίληπτον ἐν ἀπερωρήτῳ χρόνῳ συντελεῖ, &c. Epicurus ad Herodotum. *Creech.*

143 *Primum aurora novo, &c.*] Hunc locum mutuatus est Virgil. *Æn.* 4. 584. 'Et jam prima novo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora enBILE.' *Lamb.* In Macrobi. lib. 6. cap. 1. *Cum primum aurora respergit.* Male, ut puto, contra omnes libros. *Gif.* Argumentatur a minori ad majus; si enim tanta mobilitas per plenum, certe per spatium minus liberum, uti ær est, &c. quanta igitur per inane? *Fab.* Macrobius olim, *Cum primum Aurora respergit.* *Creech.*

144 *Nemora avia pervolūt.*] Etiam hunc locum mutuatus est *Æn.* 8. 24. in princip. 'Omnia pervolūt late loca, jamque sub auras Erigitur.' Iterum Lucret. inf. 346. 'Et quæ pervolgant nemora avia pervolūtantes.' *Lamb.*

145 *Æra tenerum*] Ut supra, 'te-

neras aëris auras; liquidum, cedentem; *μαλακόν*, &c. *Fab.*

*Liquidis vocibus*] Horatius hinc, *Carm.* 1. 24. 3. 'Cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit.' *Fab.* Et *Virg. Georg.* 1. 410. 'Tum liquidas corvi presso ter gutture voces Aut quater ingeminant.' *Creech.*

147 *Convestire*] Translatio. sic poeta quidam vetus apud M. Tull. *Tuscul.* 3. 'Herbis prata convestirier.' *Lamb.* *Virgilius Æn.* 6. 640. 'Largior hic campos æther et lumine vestit.' *Creech.*

148 *Omnibus in promptu*] Ante oculos omnium positum, omnibus apertum: *ἄνεπαλθῆς ἑρτίω*. *Lamb.*

149 *At vapor*] Vapor, i. e. calor, ut sæpe alias. argumentum est, ut dicebam, a minori, hoc modo: Si calor et lumen solis, quæ ipsa constant ex corporibus primis, tam cito meant per spatium, quod non est inane: quanto citius credibile est corpora prima per inane deorsum moveri? ad hanc autem sententiam pertinent illa, quæ sunt 6. 956. 'Et tempestates terra cæloque coortæ, E cælo emotæ, terraque, repente facessunt.' Præterea quod dicit hic Lucretius vaporem et lumen a sole mitti, idem fere dicitur infra, 310. aliis verbis: 'Sol etiam summo de vertice disappat omneis Ardorem in partem, et lumine conserit arva.' idemque de igne supra 1. 664. 'Æstifer ignis uti lumen jacit, atque vaporem.' *Lamb.*

150 *Quo*] Quamobrem. *Fab.*

151 *Aërias quasi dum diverb.*] Tres libri manuscripti, et aliquot typis impressi: utrique Aldini, Parisienses, utrique Lugdunenses, habent, quod sol diceret undas. Pontanus legebat, *aërias quasi dum*. atque hæc scriptura reperitur in cod. Bertin. et Memm. ex qua, si conjecturam facere liceret, ego existimarem legendum, *Aërias quasi tum diverberet undas*. Verum tamen eam, quam secutus sum, scripturam rectam et veram esse puto:

cujus sententia non est obscura. hoc enim significat: vapor, id est, calor quem sol mittit, non transit per inane vacuum. idcirco tardius ire cogitur, interea dum undas aërias, i. e. humidum et caliginosum aërem, permeando, quasi diverberat. *Lamb.* I. e. aërem, liquidum. *Gif.* I. e. aërem liquidum, inquit Gifanias: pessime: neque enim argumentationis vim animadvertit. Deinde deterrimam lectionem secutus est, hanc scilicet: *aërias quod sol diverberet undas*. Sed hic morari nolim: illud 'quasi' plane necessarium est, debetque jungi cum 'undas,' hoc sensu, quem tibi, lector, probatum iri confido: At calor ille solis, quantumvis celer sit, tamen cogitur meare per aërem turbidum, et quasi undosum, propter ventos, et accessum decessumque exhalationum, quæ perpetuo in illum recipiuntur. Præterea corpora primordialia singillatim, divulsa alla ab aliis jactantur; at corpora lucis et caloris ex globo solis manantia meant complexa, *συσπλεχθότα*, inter se se, ac conglobata, inde itaque fit, ut tardius eant. *Fab.* Gassendus, et Codd. *quasi dum*: Alii *quod Sol*: quam tanquam pessimam lectionem Faber rejicit, et ex voce illa 'undas' mira extorquet; calor ille solis quantumvis celer sit, tamen cogitur meare per aërem turbidum, et quasi undosum, propter ventos et accessum decessumque exhalationum, quæ in illum perpetuo recipiuntur. *Creech.*

152 *Corpuscula quæque vaporis*] Sic legendum, non *vapores*, ut habent omnes fere codices vulgati, et nonnulli veteres. sed veritas et ratio vaporis efflagitant. *Lamb.* Ita in veteribus nostris, In aliis et Vulgatis: *vapores*. mendose. *Gif.*

153 *Complexa*] Compositum nomen est a *con* et *plexa*, ut perplexa, implexa: non participium a verbo complexor. *Lamb.*

154 *Simul inter se retrahuntur*] Sic

legendum est, si auctoritatem quatuor librorum manuscriptorum, quibuscum consentiunt impressi Paris. Veneti antiquiores, sequimur. denique hanc scripturam agnoscit Priscianus lib. 8. Sed ego, et libris omnibus repugnantibus, et Prisciano, si hic mendo caret, reclamante, *tardantur* legendum puto, sententia longe planiore et concinniore. Quin Priscianum et libros Lucretianos corruptos esse arbitror: et a Lucretio ac Prisciano *tardantur* scriptum esse existimo. Verumtamen iudicent hac de re eruditi. *Lamb.* Legendum putat Lambinus *tardantur*, 'vel libris omnibus,' inquit, 'reclamantibus:' miror; neque enim unquam melius Lucretius locutus est. Qui in angusto aditu, cum magna hominum multitudo est, *συνωλόθησται*, ille facile vident, nullum dubitandi locum fuisse. *Fab.* Reclamantibus omnibus libris, Lambinus legit *tardantur*: Faber libros sequitur, et addit, nunquam melius Lucretius locutus est. Qui in angusto aditu, cum magna hominum multitudo est, *συνωλόθησται*, illi facile vident nullum dubitandi locum fuisse. Hæc ille, sed rem ipsam non attigit: semina quæ corpora rara, qualia sunt radii solis, constituunt, cita dissilire, et longe recurrere asserit Lucretius, horum vero dissilientium longeque recurrantium communem motum tardiores fore quis non percipit, ideoque semina inter se retrahi? *Creech.*

*Et extra*] Dum enim effunduntur ex globo solis, undique ab ambiente aëre officiantur. *Fab.*

155 *Officiuntur*] Mire ex verbo absoluto *officio*, patiens fecit *officior*. Id quod notat Priscianus eo quem dixi libro. Hinc participium *effectus*: Lucret. lib. 5. 774. 'Quove modo soleant effecto lumine obire.' *officiuntur* autem valet obstando et officiendo impediuntur. Sic M. Tull. a verbo 'obstrepo,' fecit 'obstrepior,' sic enim

ille orat. pro M. Marcello: 'Aut dum legantur, obstrepi clamore militum videntur.' *Lamb.* Miror, inquit interpres, ex verbo absoluto, patiens fieri. Sed nonne dicebant, 'Ille aut ille nocetur?' quod idem est. *Fab.*

157 *Res remoratur*] *Crescere mora* B. vitiose, ut et *se remoretur*. *Creech.*

158 *Suis e partibus unum*] I. e. effecta unum corpus, atque unum totum et suis partibus. hoc dicit, non quod significare velit, corpora prima partibus constare, sed ut ostendat esse infracta, ac solidissima. sic supra 1. 336. 'Quæ minimis stipata cohærent partibus arcte: Non ex ullo conventu conciliata, Sed magis æterna pollentia simplicitate.' *Lamb.*

159 *Connixa*] Sic legendum, non *connexa*: quanquam reclamantibus omnibus libr. manuscript. et impressis, præter Venetos recentiores. *Lamb.* *Connixa* in veteribus quibusdam. Vulgati: *connexa*. ut et Marull. *Gif.* Hic locus vulgo male explicatur, qui scilicet male legatur. Sic enim emendari oportuit, *At, quæ sunt solida primordia simplicitate, Cum per inane meant vacuum, nec res remoratur Ulla foris, quia ipsa suis e partibus unum, Unum, in quem capere locum connixa ferantur.* Natus autem error est ἐκ τῆς παραποσίας scriptoris librarii, qui ante oculos habebat versum illum, 'At quæ' . . . Docti viderint, docti, inquam. *Fab. Emend.* Recte et frustra *Connexa* legitur. *Creech.* *Suis e partibus unum, Unum in quem connixa locum, &c.*] Satis in emendationibus, ubi de Palilogia, &c. ostendimus, qua ratione hic locus intelligendus esset: sed quia deprehendi aliter sentire Lambinum, ejus verba proferam, 'I. e. effecta unum corpus, atque unum totum et suis partibus: hoc dicit, non quod significare velit, corpora prima partibus constare, sed ut ostendat esse infracta, ac solidissima.' Fallitur. hoc tantum: satis enim esse debet quod errorem

indicavi: est quippe mera Palilogia. Vide Emendationes. Ejus figuræ occasione fiet ut loci cujusdam apud Ovidium in Amor. lib. 3. Eleg. 14. emendationem proponam. Poëmaticis argumentum est, ut si peccatura sit puella, occulte peccet. 'Mens abit et morior, quoties peccasse fateris, Perque meos artus frigida gutta fluit.' Mox addit, 'Tunc amo, tunc odi frustra quod amare necesse est, Tunc ego, sed tecum, mortuus esse velim.' In tertio versu illud 'amo,' locum habere, si quis judicium consulat, non putabit: id enim res ipsa indicat; legendum crediderim, *Tunc ah! tunc odi frustra quod amare necesse est.* Fab.

162 *Multiplexque loci spatium*] Cod. Vaticanus habet *Multiplicesque*: ex qua scriptura suspicari possit aliquis, legendum *multiplicisque loci spatium*: ego tamen vulgatam lectionem retineo. *Lamb. Multiplicisque loci.* Ita ex quibusdam veteribus scripsi. Ut et inf. 4. 208. In aliis: *Multiplexque.* Gif. Arridet magis altera lectio, *multiplicisque loci spatium, &c.* ex Mss. Codd. *Fab. Legat qui velit Multiplicisque.* Creech.

163 *Pervolgant*] Celebrant, complent. *Lamb.* Plane ut 'concelebrant' in 1. replent, convestiant, perfundunt, &c. *Lamb.* et *Fab.* Ita veterem poëtam apud Varr. dixisse 'litus pervolgans,' docet Turneb. Adv. 23. 16. *Hav.*

*Solis fulgura*] Solis fulgores, seu lumina. nam fulgur et fulgor idem valent, præsertim apud Lucr. *Lamb.* Lux, splendor, nitor, &c. *Fab.*

164 *Consilio*] Τῆς προαίτης. mendose in quibusdam libris legitur *Concilio.* significat enim, non esse *προαίτητος*, i. e. consilium, in corporibus primis, neque illa consulto aut moveri, aut tardari. Sic supra l. 1021. 'Nam certe neque consilio primordia rerum Se ordine quæque suo, atque sagaci mente locarunt.' *Lamb.* Hic

vs. deest in quodam vetere nostro. *Gif.* Neque enim dixerit quispiam, principia dum inter sese deliberant quæ prima, quæ secunda ferantur, cessare, morari. *Fab.* Hunc versum quidam Codd. non agnoscunt, et in sequenti versu pro *perscrutari* exhibent *persectari.* Qui retinet, Fabri explicatione fruatur: Neque enim dixerit quispiam, principia dum inter se deliberant quæ prima, quæ secunda ferantur, cessare, morari. Qui rejicit, eo modo quo potest, explicet. *Creech.* Nam neque consilio. Margo noster. Abest hic versus merito ab omnibus Mss. Verum quæ ista erit connexio? quis sensus: 'Primordia, quæ solida sunt simplicitate,' vs. 157. 'debent præcellere mobilitate' vs. 160. 'nec perscrutari primordia,' &c. rectone? an accusandi casu posita postrema hæc vox? Male igitur rejicitur hic versus, qui ad sanum sensum constituendum requiritur. Atque is demum hic est: Nam primordia, neque *concilio* (quæ lectio mihi magis placet) morari, hoc est, instar senatus alicujus consensum aliquem agere, neque 'res singulas perscrutari' coguntur, ut deliberent, dispiciant, ac 'videant, qua ratione quæque gerantur.' *Preig.*

165 *Nec perscrut. prim.*] I. e. nec primordia debent singula quæque perscrutari, ut videant, &c. In nonnullis libris vulgatis et antiquis legitur, *Nec persectari.* *Lamb.*

166 *Geratur*] Administratur a natura: vel lege *genatur*, i. e. gignatur. Quod autem Thraso hoc loco 'geratur,' interpretatur gignatur, proculdatur, seu producatur, primum veritate victus fatetur tacite legendum esse *genatur*: deinde facit intelligendo, ut nihil intelligat: postremo suam linguæ Latinæ inscientiam indicat ac declarat. *Lamb.* Lambinus: *genatur*, male. Vide Indicem: 'Geri.' *Gif.*

167 *At quidam*] Hæc disputantur

in Platonem, et in Stoicos: qui mundum a Deo creatum esse, et ejus providentia gubernari volunt, non ut Epicurus, qui ex atomorum concursione formata hunc mundi pulcherrimum ornatum esse perfectum, et sine ulla divina providentia aut opera æquabilem, et ratam, et immutabilem rerum omnium ordinem conservari existimat. quam Epicuri sententiam sic insectatur et refellit M. Tull. lib. 2. de N. D. 'An cum machinatione quadam moveri aliquid videamus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta; non dabitamus, quin illa opera sint rationis: cum autem impetum cæli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias cum summa salute et conservatione rerum omnium; dubitamus, quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione?' Idem eod. lib. paullo superius: 'Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam *ποικίλητα* Græci vocant, non sensu præditis, sed concurrentibus temere, et casu, mundum esse perfectum, vel innumerabileis potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum: cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quæ sunt minus operosa, et multo quidem facilliora.' Heraclitus autem, *κόσμος* (inquit) *ὄφρα τις θεῶν, ὄφρα τις ἀνθρώπων ἐποίησεν*: i. e. 'mundum neque quisquam Deorum, neque quisquam hominum effecit.' 'Quasi metueret' (inquit Plutarchus) 'ne a Deo re abjudicata, i. e. hoc judicato, Deum non esse mundi opificem, suspicari posset aliquis, hominem esse ejus effectorem. Sed præstat nos (inquit ille) Platoni fidem habentibus et prædicare, et canere, hunc mundum a Deo esse conditum. Mundus enim omnium quæ

sunt, pulcherrimum quiddam est: Deus omnium causarum efficientium, causa est optima.' Lamb. Contra Stoicos, Academicos et assertores providentiæ. *Materia Naturam*: i. e. materiam ipsam. *Fab.* Providentiæ impotentissimus impugnator Lucretius scommata quædam vs. 16. effundit contra eos qui materiam inertem dicunt, et non vi sua aut necessitate naturæ, sed mente Divina motam esse et dispositam; eadem doctus inde materiam sine ulla arte aut consilio hunc mundum posse constituere, eaque perficere opera, quæ vulgus hominum rationi et providentiæ attribuit; voluptatem esse ducem vitæ hominum, illius nutu omnes regi et gubernari; nec hominum causa mundum hunc, aut quidvis aliud a Deo fieri, audacter et imple affirmat. Denique promittit se olim ostensurum compagem mundi tam ineptam, inconcinnam, et vitiosam esse, ut Divina sapientia sit prosum indigna. Quid fecerit hic promissor tanto hiatu dignum, lib. 5. videbimus. Interim quanto sapientior ille qui 'Cælos Dei gloriam enarrare' dixit! Creech.

168 Reddi] Hæc constans Mss. Lugd. Bat. est scriptura, unde patet, neque ventur hic ferri posse, neque aliter quam *admoderate* legi in versu sequenti debere. Quidam, inquit, ignari, stulti, objiciunt naturam tam *admoderate* reddi non posse rebus humanis sine Deum numine &c. fingunt Deos hæc omniaque constituisse. Hav.

169 *Tantopere humanis*] Tam compositis, quæque humanæ prudentiæ rationibus similes sint. *Fab.* Cum Salmasio tamen e Mss. rectius forsitan legatur pro *Ac moderatis*, *Admoderate humanis rationibus*: i. e. ut humanæ rationes postulant: et hæc Interpretatio optime respondet vs. 174. 'Quorum omnia causa Constituisse Deos fingunt.' Creech.

*Ac moderatis*] Ordo verborum est:



rentur materiæ naturam non posse annorum tempora mutare, frugesque creare, sine Deorum numine, rationibus tantopere humanis. i. e. tam humanis, tamque prope ad rationem humanam accedentibus, et tam moderatis, id est, tam temperatis, constantibus, ratis, et certis. sic autem hunc locum restitui, cum vulgo legatur *ac moderate*, veterum codicum auctoritate fretus, et tamen nonnihil etiam conjectura ductus. *Lamb.* Sic editum de conjectura Lambini, cum antea esset: *ac moderate*. Ms. maximi patris et nobilissimi filii Vossiorum: *humanis rationibus admoderate*. Nimirum scribendum est: *Tantopere humanis rationibus admoderate*. i. e. accommodate, attemperate, voce Terentiana, opportune, sic ut rationes necessitatesque humanæ exigunt. Vulgatæ quidem ne sensus constat. Gron. Obs. 3. 6. Ex scripto codice plane legendum opinor: *admoderate*. Putant, inquit, qui τὴν πρόνοιαν asserunt, sine divino numine tempora annorum mutari non posse admoderate humanis rationibus, i. e. prout humanæ rationes postulant. 'Admoderate,' ut 'adtemperate' apud Comicum: Andr. 5. 4. 13. 'Adtemperate venit in ipsis nuptiis.' Tantopere admoderate, adeo consentaneæ humanis rationibus. Nec *admoderare*, nec *admoderari* satis placet Salmas. Epist. XLVIII. Haud dissimili loquendi forma Horatius dixit: 'Naturæ convenienter vivere,' &c. *Preig.*

171 *Et jam cetera mortalis, &c.*] I. e. jam etiam cetera, ad quæ diva voluptas homines quasi manu ducit, nempe ut per res Venereas genus suum propagent, ne genus humanum funditus intereat, repete ἀπὸ κοινῶν, rentur illi materiam efficere aut consequi non posse sine Deorum nutu, voluntate, ac providentia. Quidam legendum putant, *Nec tam cetera*, subintelligentes rentur naturam materiæ posse, &c. Quæ scriptura eo-

dem recidit. *Lamb.*

172 *Dux vitæ d. vol.*] Voluptas, quam homines, atque adeo omnes animantes ducem sequuntur, ante certe sequi debent. Volunt enim Epicurei omnia in hac vita ad voluptatem, tanquam ad finem, esse referenda. *Lamb.*

173 *Res per Veneris*] Per complexum Venereum, sic loquitur infra eod. lib. 473. 'Aut juvat egrediens genitalis per Veneris res.' ibid. 922. 'Inter sese nullam rem gignere conveniendo Per Veneris res,' &c. et 5. 922. 'Nec reperire cibum, nec jungi per Veneris res.' *Lamb.* Τὰ Ἀποδύρια: ut 'res sacras' τὰ Θεία dixit Severus in Æt-na vs. 463. teste Scaligero. *Hav.*

*Blanditum*] I. e. Blandiendū. *blanditum* dictum, ut exultim, insertim, cursim, raptim. *blanditum* autem esse legendum conjeci ex scriptura, quæ reperitur in uno vetustiss. codice, *blanditir*. 'Blanditir' enim factum ex blanditiz, quod valet blanditum: ut supra raptis ex raptim. reperi et in alio *blanditum*. *Lamb.* *Blanditum*. Ita Lambinus, rectissime. Vulgo et in aliis veteribus: *blanditum*. *Gif.*

174 *Quorum*] In nomine possessivo 'humanum,' primitivum inclusum est 'hominum,' ut sit 'genus humanum' pro 'genus hominum:' et ita conveniet provocabulum relativum 'quorum.' *Lamb.* Hominum. Antea tamen humanum genus dixerat; sed numerum mutavit, jam supra. *Fab.*

175 *Cum fingunt*] Sic nunc edendum curavi, codicem Bertinianum et Memmian. et Vatic. secutus, in quibus scriptum est *confingunt*. Sententia autem et ordo verborum est: quorum (hominum) causa cum fingunt Deos omnia constituisse, omnibus in reb. magnopere videntur a vera ratione aberrare. *Lamb.* *Confingunt*] Ita veteres libri. Marullus: *fingunt*, sed in omnibus. Videbatur illi nimis abruptum illud: *Omnibus*. Ego libros sequor. Nam et ita sæpe. Forte

etiam legendum: cum *fungunt*. Gif.

177 *Nam quamvis rerum*] Etiam libro quinto, hi qui deinceps sequuntur, sex versus ponuntur. *Lamb.* Quasi diceret: Si etiam principia rerum physicarum ignorarem, tamen ex consideratione cœli ipsius, in quo isti curiosos Deos statuunt quasi in specula; ex universa meteorologia, et infinitis aliis ostendere possem, &c. *Fab.*

178 *Ex ipsis cœli rationibus*] Sic loquitur 1. 50. 'Nam tibi de summa cœli ratione, Deumque Disserere incipiam.' *Lamb.*

179 *Reddere*] 'Αροιδίδου, ostenders, ob oculos ponere, colligere. *Lamb.* Ostendere, probare, docere. alibi. *Fab.*

180 *Nequaquam nob. divinit. &c.*] Sic 3. 14. 'Nam simul ac ratio tua cœpit vociferari, Naturam rerum haud divinitus esse coortam,' &c. al. *creatam*. *Lamb.*

181 *Qua tanta est*] *Quamque hæc sint* B. *Creech.*

183 *Nunc id quod s.*] Hic versus videtur supervacaneus, minimeque Lucretianus. *Lamb.* Hunc versum *δβαλξει* Dionys. recte opinor. *Fab.* Hunc versum rejicit Lambinus, an merito alii judicent, certe nec supervacaneus est, nec Lucretio indignus. Olim affirmaverat semina omnia deorsum tendere, et omnem motum sursum esse violentum, idem urget vsa. 33. et docet nullum corpus, ne ignem quidem ipsum, naturaliter sursum ferri, sed vi aliorum corporum extrudis, eodem modo quo succus in arboribus, sanguis e venis exiliens et trabs aquis immersa; quis enim glubitat et succum istum, et sanguinem, et trabem istam in inani deorsum tendere, licet alter per truncum ascendat, alter e venis emicet, et altera ex undis emergat: observat denique radios solis ad terram deorsum tendere, stellas etiam, meteora ignita, et fulmina in terras cadere, et concludit flammam non vi sua, sed corporum

extrudentium impulsu sursum ferri: *καὶ τὰ πρῶτα μὲν ἀπλὰ, καὶ τὰ ἐξ ἐκείνων συγκείμενα βάρος ἔχει:* Plutarchus 1. Plac. Phil. Cap. 12. Et Simplicius docet Epicuri fuisse sententiam *ἕκαστ' ὄμμα βάρος ἔχει, τῷ δὲ τὰ βαρύτερα ὑφίστασθαι, τὰ ἥττον βαρῆα ἐπι' ἀέριον ἐκθλίβεσθαι ἐπὶ τὸ ἄνω.* *Creech.*

184 *Nunc locus est*] Nunc conatur docere, omnia corpora, sua vi, et natura deorsum ferri: quod si qua sursum interdum ferantur, eum motum esse violentum, atque ab ipsorum natura alienum. Sed videtur hic legendum, *Nunc opus est, &c.* Verumtamen nihil ausim mutare. *Lamb.*

185 *Sua vi*] Naturaliter. Nam nec ignis quidem sine vi, sine expressione seu extrusione alia petit. nullum enim corpus sursum fertur naturaliter. *Fab.* Ciceronis de Epicuri hac opinione locus illustrat Turneb. in Operib. pag. 229. *Hav.*

187 *Nec tibi dent in eo f.*] I. e. nec te in eo inducant, nec tibi sint fraudi, et cogant te credere, non omnia corpora sua sponte deorsum ferri. *Lamb.* *In eo*] Ita ex veteribus nostris scripsi. Vulgati: *timeo*. Gif. Sic legendum est, non, ut vulgo, *timeo*: quam scripturam in secunda editione representavimus a Turnebo admoniti, cum eam in libris nostris veterib. repertam, in prima per imprudentiam, et aliud agentes prætermissemus. *Lamb.* Nec alii, vitiose: et imperite. *Timeo* pro *in eo* legit Nardius. *Creech.*

188 *Augmina sum.*] Angescant. *Lamb.*

*Sursus enim vorsus gignunt*] In vet. quibusdam: *Gignunt*. Gif. Est tacita *ἀνομοφορὰ*, Sursum enim, inquit, fertur ignis; ad quam versu sequenti respondet, Sed fruges et arbores in altum feruntur, propter vim subigentem quæ e terra prorumpens in altum crescere cogit, cum tamen omnia pondera naturaliter (quantum in se est) ferantur deorsum. *Fab.*

180 *Et sursum nit.*] Solutio est. respondet autem hoc modo: quid tum postea, si flammæ sursum moventur? Etiam fruges et arbores sursum crescunt, cum tamen omnia corpora, quantum in ipsis est, deorsum moventur. *Lamb.*

*Nitidæ fr.*] Sup. 1. 253. 'At nitidæ surgunt fruges,' &c. *Lamb.*

191 *Subsiliunt*] Sursum saliant. Itaque malim legi *susiliunt*. 'Sussum' enim dicebant antiqui pro sursum, et 'deossum' pro deorsum. *Lamb.* Bene Lambinus: videndum autem an in tota lingua Latina verbum 'subsiliire' locum habeat. 'Susillire' procul omni dubio non a præpositione sub, sed suso susum, quod sursum valet, suam significationem mutuatur. *Preig.*

192 *Degustant*] Translatio est; depascuntur, absumunt, lambunt, ut loquitur Horat. Sat. 1. 5. 73. 'Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam Vulcano, summum properabat lambere tectum.' *Lamb.* Hanc metaphoram ad telum transtulit Virgil. *Æn.* 12. 376. 'et summum degustat volnere corpus.' Alio autem loco bibere dixit, de sagitta *Æn.* 11. 804. 'virginemque alte bibit acta cruorem.' *Fab.*

193 *Sine vi subjecta putandum est*] Ita etiam in libris nostris, et aliis etiam vulgatis. Lambinus ex uno codice: *subigente*. Est pro dactylo. Vide Indicem: 'Versus.' *Gif.* *Sine vi subigente*] Sic restitui ab uno cod. manuscr. adjunctus, cum in aliis omnibus libris legeretur, *sine vi subjecta*, plane mendose; quod homo barbarus probat, cum syllaba postrema vocis *subjecta*, longa sit. Quid est autem tam perversum, aut inscitum, quod non probet ac recipiat stupor cum impudentia et arrogantia conjunctus? *Lamb.* Ita Lambinus uno Ms. adjunctus. Alii omnes *subjecta*. Creech.

194 *Quod genus*] I. e. quale est, seu cujus generis est. sic sæpe alibi lo-

quitur, exempli gratia, 3. 222. 'Quod genus, aut Bacchi cum flos evanuit, aut cum,' &c. ib. 278. 'Quod genus, in nostris membris, et corpore toto Mista latens animi vis est, animæque potestas.' ib. 432. 'Quod genus, in somnis sopiti ubi cernimus alta Exhalare vapore altaria.' ibid. 596. 'Quod genus est, animo malefactum cum perhibetur.' iv. 272. 'Quod genus illa, foris quæ vere transpiciuntur, Janua cum per se respectum præbet apertum.' et 5. 478. 'Quod genus, in nobis quædam licet in statione Membra manere tamen, cum sint ea quæ moventur.' et Marcus Tullius de Invent. 2. 'Id faciet, si ostendet aliqua ejus nota et communia officia: quod genus in parenteis, cognatas, amicos,' &c. Idem ibid. 'Nam est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, scientia.' Lucill. Sat. lib. 6. 'Crebræ ut scintillæ in stricturis: quod genus olim Ferventi ferro,' &c. *Lamb.* *Quod genus*] Veluti, quemadmodum. *Fab.*

195 *Cruorem*] Notandum, sanguis mittit cruorem. aliud enim sanguis, aliud cruor, aliud inquam, non quod ad substantiam, sed *πρὸς ἀλλοίωσιν*, et frigefactionem. Proprie enim, ubi ex venis effusus est, sanguis dici amplius sanguis non debet, sed cruor. *Fab.*

196 *Nonne vides etiam, &c.*] Delectatus videtur Lucretius hoc versuum principio: ut inf. vs. 207. 'Nonne vides longos flammarum ducere tractus?' et 4. 1297. 'Nonne vides etiam guttas in saxa cadentis?' et 5. 601. 'Nonne vides etiam quam late parvus aquai Prata riget fons interdum, campisque redundet?' ibid. 645. 'Nonne vides, etiam diversis nubilâ ventis, Diversas ire in parteis, inferna supernis?' et 6. 806. 'Nonne vides etiam terra quoque sulfur in ipsa Gignier?' &c. *Lamb.*

197 *Nam quam magi mercimus altum*]

Sic restitui ex auctoritate veterum codicum, partim ex conjectura, *quam magis, tam magis*. Sic loquebantur politici illi scriptores, ut sup. admonimus. jam hoc 'mersimus altum,' seu 'alte,' significanter et proprie dicitur. Itaque quæ 'mersa' hic dicuntur, mox dicuntur 'emergere.' Atque hoc totum barbarus homo sequitur, et probat, quasi suum. Vulgata autem scriptura *urgimus*, ineperta est. Alii *ursimus* reponunt, quod, sicubi reperitur, natum est ex 'mersimus.' *Lamb.* Nam *quam magis ursimus alte*] Ita veteres omnes et vulg. Lambinus tamen: *mersimus*, non recte. *Gif.* *Quam magis urgimus* B. et alii Codd. 'urgere' enim apud Veteres ut fervere: alii *ursimus*. Creech. Ego *ursimus* præfero, mox enim *pressimus*, non *premissus*. Dein opponitur prius hoc τῶν 'revomit,' efficacius quam si legas *mersimus*; est enim metaphorā a cibo desumpta, quem qui sumere vult invito stomacho, urget per fauces, unde postea sæpius revomitur. *Hav.*

199 *Revomit*] Alibi scriptum est *removet*: minus recte. *Lamb. Gif.* et *Creech.*

200 *Plus parte*] Dimidia parte amplius. *Fab.*

203 *Sic igitur debent, &c.*] Quemadmodum (inquit) ligna sponte quidem sua deorsum feruntur, sed per expressionem quandam, et vi subigente, sursum moventur, et in aquam mersa, revomuntur, ac rejiciuntur: ita dicendum est flammam non suapte natura, sed vi aliqua expressas, per auras subvolare. *debent succedere*, i. e. credible est succedere: quod est sursum moveri. *Lamb.*

204 *Expressæ*] Ἐκδιφθεῖσαι, per expressionem emissæ. *Lamb.*

*Succedere*] Ἐς τὰ ὕψος φέρεσθαι, sursum ferri. *Fab.*

*Quamquam*] Quamvis pondera flammæ contendant naturaliter deducere flammam, deprimere, καταβάλλειν,

&c. sed vis ambientis illam exprimit, ἐκθλίβει. itaque graviore et densiori elemento cedit, non autem sponte sua sursum fertur. *Fab.*

205 *Quantum in se est*] Sua vi. *Lamb.*

*Deducere*] Deprimere et deferre flammam. *Lamb.*

*Pugnent*] Contendant. Translatio est. *Lamb.*

206 *Sublime volanteis*] Sic habent omnes libri tum manuscripti, tum typis excusi. quod eo dico, ne quis putet legendum *sublimis*: quod scio, quosdam conatos esse, verentis ne syllaba ultima longa sit. quod longe aliter est. sic enim idem 4. 134. 'Quæ multis formata modis sublime feruntur.' et 6. 96. 'Propterea quia concurrunt sublime volantes Ætheriæ nubes.' et item Virg. Georg. 3. 108. 'Jamque humiles, jamque elati sublimis videntur.' Idem Æn. 10. 664. 'Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ.' *Lamb.*

*Nocturnas faces*] Intellige *διάρκτους δὲστέρας*. *Trajectiones* Latine dicuntur. *Fab.*

209 *Non cadere, &c.*] Virg. Æn. 2. 9. 'Suadentque cadentia sidera somnos,' atque stellæ in terram non decidunt, sed sicci quidam halitus, solis et ætheris ignibus accensii. *Lamb.* Fallitur, inquit, Epicurus, et cum illo una Lucretius, neque enim stellæ cadunt. Ita est: sed muta nomen, pro stellis, pinguem, sulfurosam, et oleaginosam exhalationem ponito; quod dicit verum erit tamen. *Fab.* Lambinus et Pareus et Virgilio explicant Lucretium, 'Suadentque cadentia sidera somnum.' locum inspicere, eosque viros nihil agere deprehendes. *Creech.*

210 *Dissipat*] I. e. dissipat, et dissipat. Utitur et M. Tull. in Lælio: 'Ea, contrahere amicitiam, dissipare discordiam.' Talia sunt illa, 'simulare,' simulare: 'recuperare,' recipere: 'exsiliium,' exsiliium, quam-

quam 'exsiliū,' non etiam 'exsiliū' dici posse arbitror. *Lamb.*

211 *Et lumine conserit arva*] Translatio: 'conserit' enim positum translato pro complet et collustrat. *Lamb.*

212 *Vergitur*] Prependet, profunditur. *Virg. Æn. 6. 244.* 'invergit vina sacerdos.' ad quem locum notat *Servius*, 'veteres in sacris inferorum visum ita libare solitos, ut patera in partem lævam converteretur: quod vergere dicebant.' *Plaut. Curcul. 1. 2. 12.* 'ipsū expeto tangere, invergere in me liquores tuos Sino ducim.' quidam tamen legunt, *spargitur arbor.* *Lamb. Servius ad Æn. 12. 727.* 'quo vergat pondere lethum.' Bene 'vergat,' nam morientes Inferos petunt. Et hæc melius *Lucretium* explicant quam illa quæ alii *Interpres* ex *Servio ad Æn. 6. 244.* proferunt: 'Frontio invergit vina sacerdos.' 'Vergere' est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patina convertatur, quod in inferni sacris fit. Alii legunt *spargitur.* *Creech.*

213 *Transversoque volare, &c.*] Quemadmodum globi ferrei exprimuntur ex fistulis æneis. *Lamb.*

214 *Abrupti nubibus ignes*] Sic *Virg. 3. Æn. 199.* 'ingeminant abrupti nubibus ignes.' Sic *Græci πῦρ ἀπρῆστος* dicunt, i. e. ignem abscissum, et qui pubibus scissis erupit. quod notat *Turneb. Adv. 5. 27.* Ne quis autem hæc loco legendum putet *abruptis*, testificor, in quatuor libris manuscriptis, et in plerisque excusis legi *abrupti*, non *abruptis*. Et quod vulgo in codicibus *Virgilianis* legitur eo, quem supra testem produxi, loco, *abruptis*, antiqua exemplaria docent legendam *abrupti.* *Lamb. Virg. Æn. 3. 19. et 6. 459.* 'Erupti nubibus ignes.' 'Proruptus corpore sudor.' et *Æn. 3. 199.* melius ex *Codd. vet. legatur* 'Abrupti nubibus ignes' quam *abruptis.* *Creech.*

216 *Illud in his quoque*] Nunc incipit disputare de motu tertio, qui fit per declinationem, seu κατ' ἑγκλίσιω: quam excogitavit *Epicurus* duas ob causas: Primum, quod si corpora prima sapse natura ad perpendiculum moverentur dantaxat, neque paululum declinarent; numquam inter se copularentur, numquam cohererent, numquam configerent; et ita numquam quicquam gignerent; deinde, ut fati necessitatem vitaret. qua de re sic *M. Tull. libr. 1. de N. D.* 'Cum videret *Epicurus*, si atomi ferrentur in locum inferiorem sapse pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius, inventi quo modo necessitatem fati effugeret: quod videlicet *Democritum* fugerat. ait, atomam, cum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paululum. Hoc dicere turpius est, quam illud quod vult, non posse defendere.' Sed proprius hujus disputationis locus est infra vs. 251. 'Denique si semper motus connectitur omnis, Et veterè exoritur semper novus ordine certo: Nec declinando faciunt primordia motus Principium quoddam, quod fati fœdera rumpat,' &c. ad quem locum plura dicemus. *Lamb.* Nunc acturus est de motu tertio, qui est κατ' ἑγκλίσιω, quem *Epicurus* excogitavit ad fati necessitatem avertendam. Sed de eo inferius. *Fab.* De seminum motu naturali deorsum, et violento sursum *facie* pœta disputavit: unde autem motus ille violentus nisi ex ictu? at gravia æquali velocitate ad lineam per inane descendencia nunquam concurrerent, alia nunquam assequerentur alia, proinde nulla foret omnino generatio, nihilque existeret 'Desertum præter spatium et primordia cœca.' Hoc vitio laborabat *Democriti* sententia, qui unicum tantum motum κατὰ πλῆθυν (ita enim legendum, non κατὰ πλάγιον, ut ex *Ci-*

cerone manifestum est, qui lib. de Fato, 'Quandam vim motus,' inquit, 'habebunt a Democrito impulsione, quam plagam ille appellat, a te, Epicure, gravitatis et ponderis:)' agnovit: Plutarch. de Plac. Phil. 1. 28. Epicurus igitur duas species motus naturalis constituit, aliam ad perpendicularum, aliam ad declinationem, 'Επίκουρος δύο εἶδη τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ στήθερα, καὶ τὸ κατὰ πρῶηναιον.' Plutarchus de Plac. Phil. 1. 28. Motus hic declinationis idcirco necessarius est visus, quoniam alioquin nullus inter atomos ictus futurus fuisset, nullaque proinde extitisset unquam ullius rei generatio. Cicero in lib. 1. de Fin. 'Censet Epicurus eadem illa individua et solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam, hanc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret, si omnia deorsum a regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore ut atomus altera alteram possit attingere, itaque attulit rem commentitiam. Declinare dixit atomum perpaulum quo nihil possit fieri minus, ita effici complexiones, et copulationes, et adhæsiones atomorum inter se, ex quo efficeretur mundus omnesque partes mundi quæ in eo sunt.' Hanc sententiam vs. 35. explicat Lucretius. *Creecch.*

216 *Cognoscere avemus*] Non celabo lectorem, quod leve ac nugatorium fortasse cuiquam videatur, sed ei tamen, qui versatur in lectione librorum calamo exaratorum, magni sit momenti: in quatuor libris manuscriptis legi *cognoscere habemus*, perspicue mendose, quod eo consilio notavi, ut sciat lector minus tritus in huiusmodi libris, primum in eis aspirationis notam sæpe esse supervacaneam; et contra sæpe desiderari: deinde sæpe *b* pro *u*, et *u* pro *b* scriptum reperiri: quemadmodum et

supra breviter admonui, nullo exemplo proposito. Itaque nunc duo exempla hujus rei insignia afferam. Unum est in oratione Cluentiana, quæ vulgo inscribitur, pro A. Cluentio Habito: in quaque passim, 'A. Cluentius Habitus' cognomento appellatur, cum et pro A. Cluentio Avito legendum sit, et A. Cluentius cognomento 'Avitus' sit appellandus. Alterum est in Catone majore, ubi vulgo legitur: 'Audire te arbitrator, Scipio, hospes tuus habitus Massanissa, quæ faciat hodie,' &c. cum legendum sit, *hospes tuus avitus*. De quibus locis me admonuit Petr. Faber Tolosanus, vir doctiss. cum una Romæ essemus: idque se a Cujacio, jurisconsulto ætatis nostræ clarissimo, accepisse addidit. Sic infra in principio lib. 3. cod. Vaticanus habet: 'Quod te imitari habeo. Quid enim contendat birando Cycnis?' cum perspicuum sit, legendum esse *aveo*. Sic contra 'ovire' pro obire, et multa similia in eisdem libris sæpe reperimus. *Lamb. Cognoscere avemus*] Veteres libri: 'habemus,' antique pro *avemus*. *Gif.*

217 *Rectum per inane*] I. e. motu perpendiculari. Ita autem dicitur rectum inane, ut 'recta regione viai.' Neque enim necesse est legere *vastum per inane*, quod cuiquam videatur. *Fab.* Alii illam, quam apposui, Interpretationem sequuntur. *Creecch.*

218 *Ponderibus propriis*] Innata gravitate. *Firme*] Sic habent libri veteres, de qua scriptura iudicat lector ingeniosus. Nam ex vulgatis alii habent *ferme*: alii, *ferri*. *Lamb. Firme*] Ita veteres libri. Vulgati: *ferme* et *ferri*. *Gif.*

*Ferri incerto tempore incertisque locis*] Ridiculum plane videri queat quod hoc loco scribit Lucretius, prima corpora moveri incerto tempore, incertisque locis; dices id ad vitandam fati necessitatem valere.

Intelligo; sed non minus ridicula assertio foret; cum omnia corpora in inani æquivalencia sint: de quo dubitari non potest, cum pondus ferri 20. librarum cum alio pondere ejusdem materiæ, quod libræ unius sit, si voles, non citius terram attingat, si uno eodemque momento cadere incipiant. Sed uno verbo dicendum est, agi hoc loco non de motu primo, sed tertio, seu de clinamine. *Fab. Incerto tempore*, non uno definito, sed modo hoc modo illo tempore: 'incertis locis,' aliis atque aliis: ita moventur semina tanquam animalia quæ vs. 356. 'Declinant motus nec tempore certo Nec regione loci certa, sed ubi ipsa tulit mens:' ita Lucretius malignus providentiæ hostis stupida sua et bruta semina tantum non animo et voluntate donat. *Creech.*

219 *Spatio se pellere paulum*] Ita veteres libri. In quibusdam vulg. antiquo: *depellere*. Marullus, ut Vulgati fere: *decedere*; male, contra veteres libros. *Gif. Spatio secedere paulum*] Omnes, quos vidi, libri manuscripti habent; *spatio se pellere*: Parisienses, et Veneti antiquiores, et Vicetini *depellere*: quos non sum secutus. *decedere* non rejecissem, cum præsertim quidam testentur scriptum reperiri etiam in exemplaribus antiquissimis, quemadmodum legitur in Florentinis et Venetis recentioribus, nisi pluris fecissem ejusdem docti viri conjecturam, qui existimat legendum *secedere*, ex antiqua scriptura *se pellere*. quam tamen ipsam verbis Ciceronis confirmare possim ex lib. 1. de N. D. 'Omnis autem ista rerum effigia quomodo ex individuis corporibus oritur? quæ etiam si essent, quæ nulla sunt, pellere se ipsa tamen, et agitari inter se concursu fortasse possent: formare, figurare, &c. non possent.' Quare *se pellere* scriptura sit fortassis om-

nium optima et rectissima, cum præsertim in omnibus libris antiquis reperiat expressa, ut in prima jam editione indicavi. *Lamb.*

220 *Tantum quod momen mutatum dic. poss.*] Sic reposui, secutus antiquæ scripturæ vestigia. Nam tres quidem manuscripti codices habent, *Tantum quod momen mutare dicere possis*. Bertinianns autem, et Memm. sine ulla litura, aut dissensione, ita ut excudendum curavi, *Tantum quod momen mutatum dicere possis*. quibuscum congruunt Florentini vulgati. Turnebus autem legi volebat, *Tantum quod momen mutatus dicere possit*. Et 'mutatus' interpretabatur mutationis, ut sit hæc sententia: vix dicere possis levem mutationem esse factam. Jam vero 'momen' idem valet quod *momentum*, i. e. exiguus motus, *ῥωή*. Quidam docti putant legendum, *Tantum quo ad momen*, &c. alii quidam, *Tantum quod minimum momentum dicere possis*. Appellabat enim minimum illud spatium *ἄδυσωρον*, ut testatur M. Tull. de Fato. 'Tantum quod' autem locutio veteribus usitata, Plauto, Terentio, M. Tullio, ceteris: quæ idem fere valet quod 'nisi quod,' 'hoc tantum,' 'non amplius quam quod.' De quo satis multa in commentar. ad Æmil. Prob. *Lamb. Momen*. Ita veteres libri, rectissime. Vulgati: *minimum mutatum*. In quibusdam veteribus: *mutare*. Forte, *mutatus*, ut Turnebus, pro mutationis. *Gif.*

*Tantum quod momen mutatum dicere possis*] Intelligit clinamen seu *κλίση*; quod ut explicet, ait intelligi licere, si, quam minimam declinationem cogitare potes, eam principiis tribuas. *Fab. Tantum quod*. Exempla abunde congeasit Lambinus, pro tantum, vel levissime, &c. *Fab. Momen*] Unus est aliquoties et Manilius. *Fab.* Ita vet. Lib. Turnebus legit *Momen mutatus*, i. e. mutationis (ut

ipse Lucret. 'In commutatum veniant:') ut sit hæc sententia, vix dicere possis levem mutationem esse factam. Alii, *Tantum quoad momentum*: alii, *Quod minimum mutatum*: Cicero lib. de Fato, 'Cur declinet atomus uno minimo, non declinet duobus aut tribus?' et Lucret. infra vs. 248. 'Paulum clinare necesse est Corpora, nec plus quam minimum.' Gassendus: *Minimum momentum*. Creech.

221 *Quod nisi declinare, &c.*] Brevis vs. 4. hanc motum declinationis admittendum docet, alioquin disjuncta semper et discreta ferrentur semina, tanquam imbris guttæ; nullæ forent adhesiones et complexiones atomorum, et proinde nulla composita. Creech.

223 *Nec foret offensus natus*] I. e. nec corpora prima umquam inter se offendissent, et confixissent: non esset nata occursio, aut offensio atomorum. *offensus*, i. e. ut Græci appellant, ἀνδρομης. Utitur eodem vocabulo infra eod. lib. 483. 'Aut ex offensu cum turbant corpore in ipso.' et lib. 4. 306. 'Cogit hebescere eum crebris offensibus aer.' et 6. 332. 'Non igitur multis offensibus in remorando Hæsitat.' *Lamb. Offensus*] Occursio. *Fab.*

225 *Quod si forte*] Occupatio est. Si quis (inquit) forte existimat, graviora corpuscula, quo citius directo per inane feruntur, eo magis incidere posse in ea quæ sunt leviora, et ita plagas quasdam gignere, quæ motus genitales reddere queant, errat. Nam si non esset inane, per quod moverentur corpora prima, sed omne esset plenum, et in eo pleno moverentur principia rerum; valeret hæc ratio, et diceret aliquid qui ea niteretur, cum perspicuum sit, aquam et aërem facilius cedere corporibus gravioribus, quam levioribus. nunc autem cum probaverimus, corpora pri-

ma per inane moveri; dicendum est, æque celeriter moveri corpora prima levissima atque ea quæ sunt gravissima. *Lamb.* Vide notam ad illum locum, 'ferri incerto tempore.' *Fab.* Motum hunc ad declinationem, ἀφισσὴν κατὰ παράκλισην, ita deperit Lucretius, ut illum nullo modo sibi extorqueri patiatur; idcirco vs. 18. acriter insurgit in eos, qui existimant graviora semina per inane descendentia posse assequi leviora, et illa percutere; ita ut non opus sit ista, quam fingit, seminum declinatione; asserit omnia semina æquivelocia esse, et pari pernicitate per inane ferri, ideoque illa quæ pone subeunt nunquam posse assequi præcedentia: medium quidem facere aliquid ad motus accelerationem et retardationem, et corpora ejusdem materis pondere inæqualia, cum per aquam aut aërem superne deorsum cadant, non æquivelocia esse, quod falsum est, concedit: vult autem motum eo velociorem semper fieri quo spatium liberius seu inanius est, ut, ubi spatium denique liberimum velocissimumque est, motus sit velocissimus, et qui plures in eo sunt motus ii sint æque veloces. *Creech.*

225 *Potesse*] Antiquum, et tamen integrum, pro posse, a verbo potissum, quod valet possum, ut supra diximus. *Lamb.*

226 *Rectum*] Margo nostra *rectim*. quod notandum. *Preig.*

227 *Incidere e supero levioribus*] I. e. incidere in corpora leviora, et propter levitatem tardiora. Sic loquitur infra paucis post versibus, 240. 'Haud igitur poterunt levioribus incidere umquam Ex supero graviora, neque ictus gignere per se.' *Lamb.*

*Atque ita plagas gignere*] Sic restitui, reclamantibus codicibus omnibus, in quibus legitur *plagis gignere*, veritate ipsa hanc scripturam flagitante. hoc enim significat, veren-





rerum generatio, quæ sine isto motu nunquam prorurs foret, admittenda est seminum declinatio. *Creech.*

*Paulum clinare*] Libri vulgati, et nonnulli manuscripti. habent *inclinare*. in uno lib. manusc. legitur plane *clinare*: quam scripturam probo: eamque puto esse corruptam ab eo qui putaret verbum clinandi non esse Latinum, cum ab eo nascatur vox 'clinamen,' qua infra utitur, vs. 292. 'Id facit exiguum clinamen principiorum.' *Lamb.* Ita veteres quidam. In aliis: *inclinare*. Gif. Alii *inclinare*; sed quis 'clinare' rejiceret, qui 'clinamen' vs. 292. admittit? *Creech.*

244 *Nec plus quam minimum*] Id appellabat Epicurus *ἑλάχιστον*, ut testantur Laërtius, et M. Tull. lib. de Fato. verba M. Tullii sunt hæc: 'Tertius motus, cum declinat atomus intervallo minimo: id appellat *ἑλάχιστον*.' *Lamb. Nec plusquam minimum.* Quod antea dixerat, 'Tantum quod momen mutatum dicere possis.' *ἑλάχιστον* Epicuro. *Fab.*

*Ne fingere motus*] Huc pertinent illa M. Tullii lib. 1. de Finib. 'Nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur, (ait enim declinare atomos sine causa: quo nihil turpius physico,) et illum motum naturalem omnium ponderum et regione inferiorem locum petentium, sine causa eripuit atomis. Nec tamen id, cujus causa hæc fixerat, assecutus est. Nam sive omnes atomi declinabant, nullæ umquam cohærescent; sive aliæ declinabant, aliæ suo nutu recte ferentur: primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur: deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concursio hunc mundi ornatam efficere non poterit.' *Lamb.*

245 *Ne fingere motus obliquos videamur*] Neque enim naturæ corporis congrueret; at clinamen illud suum haud equidem scio an vel levicula ali-

qua probabilitate defendere possit Epicurus; Cicero certe non videbatur. 'Sed,' ait, 'quis est qui possit cernere principia nihil omnino recta regione viai declinare sese?' Sic solet Epicurus scilicet; non vides illa non declinare, ergo ita fit ut dico. Argumentatio fallax est, etsi alias vera esse possit. *Fab.* Modeste, et motus vel maxime obliquos æquius postulasset: si sensum judicium timeat, abeant isti molesti sensus, et hoc uno se falli patiantur. Non iniquior est postulatio: 'Nam et ipsa declinatio (Cicero de Fin. 1.) ad libidinem fingitur, ait enim Epicurus atomos declinare sine causa, quo nihil turpius est physico, et illum motum naturalem omnium ponderum et regione inferiorem locum petentium, sine causa eripuit atomis: nec tamen id, cujus causa hæc fixerat, assecutus est. Nam sive omnes atomi declinabant, nullæ unquam cohærescent, sive aliæ declinabant, aliæ suo nutu recte ferentur; primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur; deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concursio hunc mundi ornatam efficere non poterit.' *Creech.*

240 *Sed nihil omnino, &c.*] Ordo est: sed quis est, qui possit cernere, corpora prima nihil omnino se de recta regione declinare? implicata oratio: qualis illa est, 1. 755. 'Quorum utrumque quid a vero jam, distet, habebas.' Verbum *declinare* hoc loco jungitur cum quarto casu, et est *ἑπερρηκτός*; ut apud Virg. *Æn.* 4. 185. 'Nec dulci declinat lumina somno,' et apud M. Tull. de Fato: 'Quæ ergo nova causa in natura est, quæ declinet atomum?' *Lamb.*

251 *Denique si semper*] Si motus unicus esset, neque ulla declinatio daretur, unde libertas homini? *Fab.* Pro declinatione seminum iterum pugnat Lucretius, vs. 43. Quosdam me-

tus esse voluntarios omnes sentiunt, libertatem in se ipso quilibet percipit, et similem esse in aliis animalibus non inepte conjicit; illa enim videt motus suos non certo tempore certoque ordine peragere, sed pro libitu variare, et nutu suo vivere. Imo cum carceres subito patefiant, tantum non videmus ipsam voluntatem equi prorumpentem et longe præcurrentem antequam moventur artus: primo plausu erigitur, internus animi motus præceps fertur, dum spiritus, qui per nervos in singula membra dirigendi sunt, tardius conveniant. Animique motui morosius obsequantur. Deinde cum externa vi impellimur, aliquid intus latet quod vi isti obsistat et repugnet; et aliud plane nos agere sentimus, cum nostro nutu, quam cum aliorum impulsu moveamur. Unde vero hæc libertas? Exente semina ipsa, nihil tale in iis latet, ex motu directo et ad lineam fati et necessitatis catena nequitur, ex ictu (si potest esse ictus sine declinatione) eadem sequitur necessitas. Relinquitur igitur sola declinatio cui se debeat libertas. Motum hunc declinationis Plutarchus De An. solert. docet ab Epicuro induci, *ὅπως εἰς τὴν ζωὴν ἢ τέρχῃ παρεσέλθῃ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῶν μὴ ἀπόληται.* 'Hanc Epicurus rationem induxit ob eam rem quod veritas est ne, si semper atomus gravitate ferretur naturali et necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moveretur animus, ut atomorum motu cogere-tur.' Et alibi: Epicurus ab atomis petit præsidium, easque de via deducit, et uno tempore suscipit res duas inenodabiles: unam, ut sine causa fiat aliquid, ex quo existet ut de nihilo quippiam fiat, quod nec ipsi, nec cuiquam physico placet: alteram, ut cum duo individua per inanitatem ferantur, alterum e regione moveatur, alterum declinet: Cicero de Fato. *Creech.*

254 *Quod fati fœd. ramp.]* I. quod tollat fatum. seu fati necessitatem. Hac de re sic M. Tull. lib. de Fato: 'Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo: id appellat *ἀνάχιστον*. Quam declinationem sine causa fieri si minus verbis, re cogitur confiteri. non enim atomus ab atomo pulsa declinat: nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendicularum corpora individua rectis lineis, ut Epicuro placet? Sequitur enim ut si alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. Ex quo efficitur, etiamsi sit atomus, eaque declinet, declinare sine causa: hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod veritas est, ne, si semper atomus gravitate ferretur naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moveretur animus, ut atomorum motu cogere-tur.' Legito, si vacas, cetera quæ sequuntur. Huc eodem pertinet locus ille ex lib. 1. de N. Deor. quem paulo ante testem protulimus: 'Velut Epicurus cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suo apte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius, invenit quomodo necessitatem fati effugeret,' &c. Eadem de re sic Plutar. 1. *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα; Ὅδὲ γὰρ αἱτοὶ τῷ Ἐπικύρῳ διδάσαν ὑπὲρ τῶν μεγίστων, σμικρὸν ὄντως πρᾶγμα καὶ φαῖλον, ἵσμεν παρεσέλθαι μὲν ἐπὶ τοῦ ἀνάχιστου, ὅπως ἕσονται, καὶ ζῶα, καὶ τέρχῃ παρεσέλθῃ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῶν μὴ ἀπόληται.* I. e. 'Neque enim ipsi (Stoici) dant Epicuro rerum maximarum causa, rem tam parvam et levem, atomum unam, declinare minimo intervallo, ut astra, et animalia, et fortuna recipiantur, et ut ne libera voluntas ac potestas nobis pereat.' *Lamb.*

255 *Ex infinito ne causam*] Atque ita sit fatum. nam fatum nihil aliud est, quam *εἰσὸς*, seu *συμπελοχὴ ἀδυνάμω τερᾶμω*: i. e. 'series, seu connexio causarum ordinata, seu causarum inter se nexarum æternitas.' Jam qui introducunt causarum seriem ordinatam ac sempiternam, ii mentem hominis libera voluntate spoliata, fati necessitate devinciunt, ut scribit M. Tull. de Facto. *Lamb.*

257 *Fatis avolens voluntas*] I. e. fati non alligata. Sic autem legendum hoc loco, non, ut in vulgatis, *avolens voluptas*: ut contra proximi versus scriptura recta est, *Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas*. tale enim est illud Virgilianam in Alex. Ecl. 2. 65. 'trahit sua quemque voluptas.' *Lamb.*

258 *Per quam progredimur*] Ita ex veteribus libris descripsi, rectissime. Verbum: *inquam*, id postulat, *voluptas*, legendum. Marullus: *voluntas*, male. Ita et 6. 388. et 1. 141. *Gif.*

259 *Declinamus*] Inclinamus, variamus, dirigimus, et absurde Fayus *Vitamus*. Creech.

*Tempore certo*] Horæ momento, puncto temporis, & *ἀκαρπῆ*. *Fab.*

261 *Nam dubio præc. his r. s. quociquæ vol.*] Voluntas est principium motus in nobis. sic Aristot. *Phys. Lamb.*

262 *Et hinc motus per membra geruntur*] Sic conjectura ductus scripsi; cum in veteribus libris quibusdam invenissem: *reguntur*. Qua in re variatum etiam apud Sallust. et supra 1. 483. Vulgati: *rigantur*. Recte quoque quidam veteres: *vaguntur*. *Gif.* *Et hinc motus per membra vagantur*] Omnes libri typis excusi, quos quidem viderim, habent, *per membra rigantur*. quam scripturam si probabimus, erit translatio; et hunc locum sic explicabo: hinc, i. e. a voluntate, motus rigantur, i. e. complentur, aulantur, amplificantur, et propagantur. 5. 594. 'Quod maria, ac terras om-

nes, cælumque rigando Compleat.' In duobus lib. manuscript. scriptum est, *Per membra vagantur*: cæjus scriptura sententia plana est: eamque, ne quid dissimulem, ceteris antepone. quidam legendum censent, *Per membra reguntur*: atque ita legitur in cod. Memmiano, et Tettiano. Ex qua scriptura, si conjecturæ locus est, libenter facerem *gemuntur*, i. e. gignantur: Quasi diceret Lucretius, in nobis a voluntate motus proficisci, atque oriri. quod quidem idem valet, atque id quod et paullo ante dictum a nobis est, et Aristoteles item tradidit, voluntatem esse principium et originem motus in nobis. Fuit autem lapsus proclivis, ut ex *gemuntur*, fieret *geruntur*: deinde ex *geruntur*, modo *reguntur*, modo *rigantur*. Sic autem loquitur alibi, ut supra eod. lib. 80. 'Cessandoque novos rerum progignere motus.' Qui autem 'geri motus' pro creati Latine dici posse putant, in lingua Latina sunt hospites, ne quid gravius dicam. Gerere dicitur proprie et nutrix, aut mater alumnus, aut filium, et bajulus onus, et qui vestitus est, vestem, et coloratus colorem, et similia: translate, imperator bellum, et magistratus personam publicam, et negotiorum gestor, seu procurator, negotis, et similia. *Gerere motus* vero pro creare aut gignere motus, scio Latine dici nullo modo posse, quicquid blaterent Thrasemes. *Lamb.*

*Rigantur*] Gassendus *vaguntur*: alii *Reguntur*. De anima mundi Manilius, 'Cum spiritus unus Per cunctas habitat partes, atque irriget orbem Omnia pervolitans, corpasque animale figeret.' Creech.

263 *Nonne vides etiam patet. temp. p.]* Virg. Georg. 1. 512. 'Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,' &c. *Lamb.* *Tempore puncto*] Sic veteres libri. *Gif.*

265 *Vis cupida Equorum*] Ut apud

Virgilium *Æn.* 4. 132. 'Odora canum vis.' *Crech.*

Tum desubito] Idem 3. 643. 'Sæpe ita desubito pernuista eade lenteis.' Ennius: p. 296. 'Cum desubito me orat mulier, lacrymansque ad genna accidit.' Plautus *Bæch.* 1. 1. 46. 'Quid si apud te veniat desubito prandiam, aut potatio,' &c. *Lamb.*

Quam mens avet ipsa] Profert hunc locum Nonius, sed corrupte. Scriptum est enim in exemplis Nonii, quam mens habet ipsa, b pro v, cum aspiratione supervacanea: quæ duo sæpe peccantur in codicib. manuscript. ut supra diximus. *Lamb.* Quam mens avet ipsa] Quidam veteres, et in Nonio: habet. vide Indicem. *Gif.*

266 Omnis enim totum, &c.] *Vs.* 6. motus voluntarios animaliam obiter, nec inepte explicat: vult ipse animus, deinde colligit spiritus, qui sibi obsequantur, per nervos in membra disigit, languidos fovet, novos et vigentes subministrat, ita movetur animal, et continuatur illius motus. *Crech.*

267 Conquiri debet] In quibusd. lib. manuscr. scriptum est conciri quod non temere admono, sed ut sciant studiosi lectores, sæpe a librariis illis positum reperiri c pro qu: ut 'aca' pro aqua, 'delica' pro deliqua, et similia. nisi quis dicat, conciri esse rectum et integram. de quo judicent eruditi. Omnino conquiri magis probo. *Lamb.*

Conquiri debet] In quibusdam veteribus nostris, et Lambini: conciri; ut fortasse ita legendum sit: conciri debet, concita per artus Omnis, ut, &c. *Gif.*

268 Connexa sequatur] Sic habent omnes libri vulgati: quidam scripti, connata. *Lamb.* Connexa sequatur. Sic ex veteribus quibusdam malui. In aliis: connexa. Variatum est et supra vs. 159. *Gif.* Cum aliis cen-

nixa libentius legerem. *Crech.*

269 Ut videns initium motus, &c.] Sic habent codd. Aldini recentiores, et Paris. et Lugd. utriusque, et manuscript. Bertin. Memm. Tertian. 'initium' autem interpretor ingressum, seu introitum: ut libr. 1. 13. 'Significant initium percussæ corda tua vi.' alii habent initium, ut manuscript. Vaticanus, et excusi Vicetini ac Florentini: quam posteriorem scripturam si recipimus, in voce 'initium,' sed et v coeunt in unam syllabam. sic Idem 3. 272. 'et mobilis illa Vis, initium motus ab se quæ dividit ocellis.' *Lamb.*

271 Dari porro] Dari porro, i. e. amplificari, ac dilatari, seu permanere, distribui, didi, sic fere supra dixit, 'dare se foras,' ad extr. lib. 1. *Lamb.*

272 Nec similes est, &c.] Quia hoc fit ab invitis: illud sponte, et voluntate nostra. Vide Aristot. libr. 3. *ἤθια. Νύκτα.* ubi disputat *πρὸς ἐκουσίον καὶ ἀκούσιον.* *Lamb.* I. e. longe aliter fit, cum inviti trahimur; est enim aliquid in nobis quod repugnet. *Fab.* Explicatum modo voluntarium motum vs. 12. illustrat, comparatione facta inter eum et motum violentum; nam motu violento acti vim externam sentimus, cum nutu nostro procedamus, nihil tale: deinde vi externæ repugnat voluntas nostra, aliquando etiam vincit; unde patet esse aliquid principium internum motus, liberum plane, nec ulla necessitate vincitum. *Crech.*

Procedimus] Quidam veteres: procedimus. *Gif.*

273 Viribus alterius] Significat id quod Aristoteles eo, quem modo dixi, loco *βίαιον*, i. e. violentum nominat: quod sic definit ille: *βίαιον, ὃ ἀρχὴ ἔχουσαν, μὴδὲν συμβαλλομένην τοῦ πράττειντος.* i. e. 'Violentum est, cujus principium est extrinsecus, nihil adjuvante eo quod agit.' Sumsit autem partem *ἀκούσιον*, i. e. 'ejus quod fit invite.' Nam *ἀκούσιον* dividitur &

τὸ δὲ ἔργον, ἐκλυον δὲ καὶ ἐν μεταμε-  
λειᾷ, καὶ ἐν τῷ βλαύῳ, i. e. 'in id quod  
fit per ignorantiam, quod postea mole-  
stum sit, cuiusque penitent, et in  
violentum.' *Lamb.*

276 *Donicum eam*] *Eam*, nempe  
materiam. nonnulli libri habent, *Do-  
nec clausa refr.* unde legendum existi-  
mavi, *Donicum eam*. Nam vulgati  
habent, *Donec eam*, &c. *Lamb.*

277 *Vis extima*] Nonnulli libri ha-  
bent *extera*. *Lamb.* *Vis extera*] Ita  
omnino legendum puto. ex veteribus  
libris, ut mox: 'Extrema quasi vi.'  
Marullus: *extima*, et ita vulgati,  
male. *Gif.* *Extera* melius quam *ex-  
tima* Lambini. *Creock.*

278 *Cogit*] *Budæra*, ἀναγνώσις.  
*Lamb.*

280 *Quiddam*] Nempe voluntatem  
fati necessitate solutam. *Lamb.* et  
*Fab.*

283 *Et projecta refr.*] Et profusa  
reprimitur, et retro quiescit. *Lamb.*  
Concussa, profusa, εἰς τὸ πρὸθεν ὁ-  
θεῖσα. *Fab.* *Projecta*] Quasi procul  
rejecta, *Fayus*: ama interpretem.  
*Creock.*

284 *Quare in Seminitibus, &c.*] E li-  
bertate voluntatis motum declinati-  
onis vs. 10. dæmon adstruit. Ex  
ictu nunquam nascetur ista libertas,  
ictus quippe est vis externa, quæ li-  
bertati maxime adversatur, pondus,  
licet sit principium motus internum,  
dum tamen deorsum eodem semper  
tenore tendat, non minus adversatur  
libertati, quam ipse ictus, sola igitur  
restat declinatio, quæ nec certo tem-  
pore, nec certo loco facta necessita-  
tem istam, quam et ictus et pondus  
inducant, evitat, et rumpit fati fœ-  
dera. *Creock.* *Seminitibus*] Primis cor-  
poribus. *Fab.*

285 *Esse aliam præc. pl. et pond.  
caus.*] Nempe declinationem. Per-  
spicue igitur hoc loco Lucretius ex  
Epicuri sententia tertium genus mo-  
tus, qui fit per declinationem, ponit.  
*Lamb.* *Præter plagas*] Per quas fit

motus sarsum. *Lamb.* *Pondus*] Ex  
quibus oritur motus deorsum, qui  
proprius est omnium corporum. *Lamb.*  
*Plagas* motum sarsum efficiunt, pon-  
dus autem deorsum; tertium autem  
faciet *ἐκλυσις*. *Fab.*

286 *Unde hæc est nobis*] A qua de-  
clinatione nata est in nobis libertas  
agendi, fati necessitate soluta. Mar-  
cus Tullius lib. primo de N. D. 'Epi-  
curus cum videret, si atomi ferrentur  
in locum inferiorem suoapte pondere,  
nihil fore in nostra potestate, quod  
esset earum motus certus et necessa-  
rius, iuvenit quo modo necessitatem  
effugeret.' Legendum est autem, ut  
excudendum caravimus, *nobis innata  
potestas*, ut scriptum est in codice ma-  
nuscript. Vaticano et Memmiano:  
non, ut habent plerique libri excusi,  
*illis innata potestas*. *Lamb.*

*Potestas*] Facultas qua resta-  
mus et adversamur motui coacto.  
*Fab.*

287 *De nihilo quoniam, &c.*] At de  
nihilo esset hæc nobis innata quidli-  
bet agendi potestas, si non esset ato-  
morum declinatio. *Lamb.* Nihil de  
nihilo fit; at voluntas libera ex pri-  
mo aut secundo motu esse non po-  
test; ergo admittendus alius motus,  
per *ἐκλυσις* scilicet. *Fab.* *De nihilo  
quoniam, &c.*] I. e. res non fiant ex  
nihilo, quia pondus et ictus atomo-  
rum id impediunt, at pondus et ictus  
atomorum non faciunt, ut nobis in-  
nata sit libertas agendi. Hæc *Fayus*:  
quibus nihil absurdius vel ipse *Fayus*.  
*Creock.*

288 *Pondus enim*] Per quod corpo-  
ra deorsum moventur per se, et sua  
sponte: et cum æquali celeritate mo-  
veantur, numquam alterum ab altero  
tangi potest. *Lamb.* Natura pon-  
deris omnia corpora ex æquo depri-  
mit; quare plagis fieri omnia ne-  
queunt; sed ne mens nostra necessi-  
tatem agendi intestinam habeat, de-  
bet admitti motus per *ἐκλυσις*. *Fab.*

289 *Sed ne res ipsa*] Sic omnes qui-

dem habent libri: sed legendum pu-  
to, *mens ipsa*, vel reclamantibus libris  
omnibus, ratione hanc scripturam  
efflagitante. *Lamb. Res ipsa*. Sic om-  
nes libri. Lambinus tamen: *mens*.  
vid. Indicem. *Gif. Palmaria* Lam-  
bini correctio. Mss. enim omnes hab-  
ent *res*; quod hoc loco stare posset  
*ἀναφορικός*. sed nihil præcessit ad  
quod referri queat. *Fab. Codices*  
omnes *ne res ipsa*. Istis omnibus Co-  
dicibus præferenda est Lambini con-  
jectura, sententia ipsa postulat, *mens*.  
Hunc locum, de quo nihil interpre-  
tes, difficilem existimo, et ita expli-  
candum: de nibilo nihil fit, ergo li-  
bertas voluntatis ex aliquo oritur;  
quodnam vero istud sit jam inquiren-  
dum est; motus seminum est du-  
plex, alter naturalis deorsum, qui a  
pondere procedit, alter violentus sur-  
sum, qui ab ictu: jam ab ictu omnia  
non fieri manifestum est, quoniam  
aliquis motus a pondere procedit; iste  
autem motus a pondere procedit,  
dum sit naturalis, et eodem semper  
tenore labatur, libertati non magis  
favet, quam ipse ictus; ne igitur ani-  
mus, qui ex seminibus constat, neces-  
sitate aliqua interna, i. e. motu qui a  
pondere procedit determinetur, sola  
potest seminum declinatio efficere,  
quæ in incerto loco, incerto etiam  
tempore facta illius libertatis causa  
esse potest. *Creock.*

*Necessum Intestinum*] Necessitatem  
intestinam, cujus causa efficiens esset  
motus atomorum naturalis certus et  
necessarius, qui fit deorsum. *Lamb.*  
*Necessæ* est nomen, nam *necessus*, *ne-  
cessis*, *necessitas*, et *necessum* lec-  
tum est: Donatus ad Sc. 5. Act. 5.  
Eunuch. Ter. *Creock.*

292 *Erignum clinamen*] I. e. minu-  
ta declinatio atomorum: 'clinamen'  
autem a verbo 'clino, as,' ex quo  
'acclinis.' Horat. Sat. 2. 2. 6. 'Ac-  
clinis falsis animus,' &c. Sic enim le-  
gendum esse indicavimus, cum vulgo  
legeretur *Acclivis*, &c. *Lamb.*

294 *Nec stip. mag. fuit umq.*] I. e.  
neque contractiora inter se, et densi-  
ora umquam principia fuerunt, ne-  
que rariora, et diductiora, quam bo-  
die sunt. *Lamb.* I. e. nec densior,  
nec rarior, *ἀραιότερα*. Quod verum;  
sed etsi verum id de summa summa-  
rum sit; de mundis variis aliter se  
res habere potest. *Fab. Semina* mu-  
tari non posse olim docuit Lucretius,  
jam vs. 14. asserit, universam mater-  
iam nec minoribus unquam, nec un-  
quam majoribus intervallis distinctam,  
quippe nullum semen perit, ita  
ut hiatus relinquatur; nullum novum  
semen introducitur, unde spissius fi-  
eret universum. Deinde motus se-  
minum esse immutabiles, eosdem olim  
fuisse, qui nunc sunt, et eosdem in  
æternum futuros. Ideoque quales res  
olim productæ erant, tales iterum  
produci posse. Quippe ubi eadem  
semina, idem semper pondus, et ubi  
nulla vis externa introduci possit,  
ibi idem motus, qui ex illo Pondere  
profluit, sit necesse est. *Creock.*

299 *Et post hoc s.*] Ita veteres libri,  
rectissime. *Gif. Et post hæc semper*  
*Al. Et post hoc semper, &c. Lamb.*

300 *Et qua consuerunt*] Quidam ve-  
teres *consuerint*. Forte: *qua. Gif.*  
*Et qua consuerunt*] Sic legendum, et  
ita habent duo libri manuscripti: alii  
*consuerint*. Ridicule autem Thraso  
putat legendum, *Et qua consuerunt*,  
&c. ut sit hæc sententia: et qua con-  
ditione prima corpora consuerunt  
gigni, eadem conditione gignentur:  
quasi vero primordia rerum gignantur,  
et non res omnes gignantur, vel  
certe ex iis res omnes gignantur.  
*Lamb.*

*Eadem Conditione*] Eadem lege, eo-  
dem pacto. *Lamb.*

301 *Inque valebant*] Et invalebunt,  
seu invalescent. *τμήσις*. ut Virgil.  
*Æn. 9. 288. 'Inque salutatam:'* et  
Lucret. 'conque globata,' inque pe-  
dita,' 'disque supatis,' 'beque grega-  
ri,' et simil. sexcenta. *Lamb.*

302 *Quantum quisque dat. est*] Verbum est, quod aberat a plerisque vulgatis, reposui auctoritate manuscript. codicum et aliorum vulgatorum frutus. *Lamb.*

303 *Nec rerum summam, &c.*] I. e. nec τὸ πᾶν, i. e. universum, seu omne, ut sæpe ipse appellat, vis ulla commutare potest. longe igitur aliud est omne, quam mundus. Nam mundus interibit etiam ex sententia Epicuri. immo vero idem sentit, infinitos quotidie mundos et oriri et interire. 5. 92. 'Quod superest, ne te in promissis plura moremur, Principio maria, ac terras, caelumque tuere: Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi, Treis species tam dissimiles, tria talia texta, Una dies dabit exitio, multosque per annos sustentata ruet moles, et machina mundi.' idem eodem lib. infra: 244. 'qua propter maxima mundi Cum videam membra ac parteis consumta regiſni, Scire licet cæli quoque idem, terræque fuisse Principale aliquid tempus, cædemque futuram.' *Lamb.*

305 *Ex omni*] Ex summa, ex universo, ἐκ τοῦ παντός. ut paullo ante diximus.

*Neque rursum, in omne Unde*] Ordo est: neque rursum quicquam est, unde, i. e. ex quo, nova vis coorta in Omne irrumpere queat. *Lamb. In omne*] Eis τὸ πᾶν. *Lamb.*

308 *Illud in his rebus*] Objectio: Qui fieri potest, ut, cum principia perpetuo motu jactentur, summa tamen quiescere videatur? Fateor, inquit, videtur; sed non quiescit tamen; cum enim prima corpora pervideri nequeant, qua tandem ratione illorum motus videas? Si pilam videre non potes, quo pacto de illius motu judicabis? *Fab.*

*Illud in his rebus*] Ἀδύνατον. non est, inquit, mirum, ipsum universum atque ipsam summam rerum videri stare et quiescere, cum principia rerum perpetuo motu agitentur.

*Lamb.* Contra Lucretium forsitan aliquis objiciat, ipsos sensus hanc de perpetuo seminum motu opinionem evertere, nam si universa materia agitaretur, unde rerum summa τὸ πᾶν tam alta quiete torpescere videntur? Respondet poeta vs. 25. inepte id objici, necesse enim est ut motus seminum sit imperceptibilis, cum ipsa semina aciem oculorum fugiant. Deinde subjungit, rerum etiam sensibilibus motus oculos nostros e longinquo spectantes non raro latere, quod exemplis ovium per agros reptantium, et militum per campos discurrentium illustrat. *Creech.*

311 *Præterquam si quid*] Ut cælum, aër, aqua, &c. *Lamb.* Ut sunt aër, aqua, cælum, astra, &c. *Fab.*

312 *Omnia enim*] Responsio est ad ἀδύνατον superiore. *Fab.*

*Longe nostris ab acibus infra*] Videtur legendum, *Nostris ab acibus ipse*. verumtamen nihil mutare ausim. *Lamb.*

*Infra*] *Lamb. ipse*. *Gif.* *Ipsa* alii exhibent, sed *Lambinus* nihil mutare ausus est. *Creech. Infra jacet longe a sensibus.* I. e. sensus nostri illa attingere nequeant. *Lambinus ipse* pro *infra*. non male: frustra tamen de hac lectione dubitabat; nam lib. quoque tertio occurret. *Fab.*

313 *Quapropter ubi illa*] Cum in duobus libris calamo exaratis scriptum reperissem: *ubi illum*: ego ex voce *illum* feci *illa*, ut intelligamus corpora prima. Quod si quis malet legi *illum*, ut subintelligamus primorum naturam, non magnopere repugnabo: sed tum versu proximo legendum erit *surpere debet*. *Lamb. Quapropter ubi illa, &c.* Quandoquidem ea videre non potes, qui tandem eorum motum cognoscas? *Fab. Ubi ipse*. *Lambinus illa*. Veteres quidam *ipsum*. quidam: *illum*. *Martius*: *ipsum*. *Gif.*

314 *Surpere*] Pro surripere. Sic Horat. Od. 4. 13. 18. 'quid habes illius, illius, Quæ spirabat amores:



Quæ me surruperat mihi? *Lamb. Sur-  
pere*] Surripere, subducere, eripere,  
furari. Virg. *Æn.* 5. 845. 'oculos  
furare labori.' *Fab.* Sic fere contra-  
hi ac mutilari vocabula solent apud  
poetas prisca, quoties metri neces-  
sitas postulat. Ego vero a me vix  
impetro, ut credam, tale quid ipsis  
unquam in mentem venisse. Porro,  
ut verbum 'surripere' hoc loco tri-  
syllabum fiat, cur integra syllaba ri,  
h. e. antepenultima potius, quam uni-  
ca littera e in penultima exteritur?  
Quid ni enim scripserint plene: 'sur-  
ripere,' pronunciantes tamen, tan-  
quam scriptum esset: surpere? Sic  
2. 680. legendum sive pronuncian-  
dum erit: *contingere parto*, ut lectio  
*Msa.* Vossii *contingere parato*, pro  
*contingere parto*, subsistat, quam sen-  
sus postulat. Et lib. 4. vs. 965. *de-  
gerere bellum*, juxta Gifanii scripturam,  
quæ habet *degerere*. Nec obstat lo-  
cus Horatii, a Lambino adductus, ubi,  
*surriperat*, similiter retineri poterit,  
et tamen *τερραυλλάβως* efferrî. Non  
enim positio litterarum *pu* præceden-  
tem syllabam magis in hoc verbo pro-  
ducit quam *qu* quoties in reliquis oc-  
currit. *Preig.*

315 *Præsertim cum qua*] Argumen-  
tum ductum a rebus; quæ videndi  
sensu percipiuntur. cujus argumenti  
hæc vis est. Si earum rerum, quas  
cernere possumus, motus, aspectum  
nostrum fugiant propter longum lo-  
corum intervallum: quanto verisimi-  
lius et magis cum ratione consenta-  
neum est, principiorum, quæ sub sen-  
suum oculorum non cadunt, motus non  
cerni? *Lamb.*

317 *In colli*] In colle. sic alibi *par-  
ti, voci, contagi, &c.* pro parte, voce,  
contage, &c. ponere solet. *Lamb.* *In  
colli.* Sic *parti*, et fortasse *voci*, inf.  
4. 703. *Gif.* Pro *colle*, præter ne-  
cessitatem. Vide, quæ ad lib. 5. nisi,  
quod hoc loco Euphonia consultum  
videtur. Sic iterum vs. 322. *Preig.*

*Tondentes pab. l.]* Tondentes, i. e.

depascentes. sic Virg. *Georg.* I. 16:  
'Tercentum nivei tondent dumeta  
juvenci.' et *Æn.* 3. 537. 'Quattuor  
hic, primum omen, eques in gramine  
vidi Tondenteis campam late, can-  
dore nivali.' Eadem ratione dictum  
est ab eod. 6. 597. 'Rostraque im-  
manis vultur obuncæ Immortale jecur  
tondens.' sic enim legendum, non,  
ut vulgo, *tundens*. *Lamb.*

318 *Reptans*] Translatio. Horat.  
etiam ad homines transtulit *Epist.*  
ad Tibull. 1. 4. 4. 'An tacitum silvas  
inter reptare salubreis,' &c. *Lamb.*

319 *Gemmantis*] I. e. rore perfu-  
sæ, et ita gemmarum speciem præ se  
ferentes, idem 5. 462. 'Aurea cum  
primum gemmantis rore perherbas,'  
&c. *Lamb.*

320 *Satiati agni*] *Venuste* a Va-  
rone dictum est, 'agni satulli.' *Fab.*  
Elegantè *satiati* Marginalia Vossii  
habent, modo non sit nomen, sed  
adverbium, ut mox: 'blandeque.'  
*Preig.*

*Chromiscant*] Adulterinum verbum,  
cui sincerum substitutum est *con-  
niscant*, hoc est, capite vicissim arie-  
tando ludunt. *Conniscare* et *conificare*  
idem quod caput adversum per vices  
inurgere mutuis ictibus: quod arietii  
pecaliare est, qui frontem adversarii  
fronte percutit, et ab eodem reper-  
cutitur. Cum Quintilianus 'capite  
conificans' dixit, hoc significare vo-  
luit. Quidam *chroniscant* defendunt,  
a saltibus nude crumata: quasi sig-  
nificare vellet Lucretius agnos in  
pratibus lætos et pingues saltitare.  
Sunt et qui 'croniscant' pro cornibus  
decertant interpretantur gratia metri  
paulum inversa dictione: ut 'cro-  
niscant' positum sit pro corniscant,  
h. e. alterno cornu petant: et licet  
agni teneri cornua non habeant: imi-  
tantur tamen arietes cornigeros: qui  
criomachiam exercent. Quid si *co-  
ruscant* legis? propter illud Juvénalis:  
'Sed procul extantem petulans quatit  
hostia funem, Tarpeio servata Jovi,

frontemque coruscat.' Jurisconsultus libro digestorum nouo 'committere' dicit in hoc significato: cujus verba sunt hæc: 'Cum arietes,' inquit, 'et boves commisissent, et alterum occiderit.' Pius. *Blandeque coruscant.* Secatus fueram jam in prima editione cod. manuscriptos, Vaticanum et Bertinianum, et typis excusos, Florentinos. in quibus plane legitur *coruscant.* Nam ceteri vulgati fere omnes habent, partim *chroniscant*, partim *coniscant*, partim *coniscant*. 'Coruscant' interpretabar dimicant, cornibus scilicet: cornibus se mutuo petentes *coruscationem* quamdam referunt. Sic fere Virgil. nisi quod *ἐνεργητικῶς* usurpavit *Æn.* 12. 919. 'Cunctanti telum *Æneas* fatale coruscat.' idem 8. 661. 'duo quisque Alpina coruscat Gæsa manu.' vel simpliciter *coruscant*, trepidant, huc et illuc moventur, saltitant. sic fere Plautus *Rud.* 2. 6. 42. 'Equidem me ad velitationem exerceo. Nam omnia *corusca* præ tremore fabulor.' Neque vero quemquam movere debet, quod Virgilius in eis exemplis, quæ supra posui, hoc verbum *ἐνεργητικῶς* usurpat. Nam nihilo magis est activum, quam *vibrandi* verbum. At cum dicantur ignes et flammæ, et linguæ vibrare, absolute, ut alibi notavimus: dicimur tamen etiam vibrare ensem, hastam, venena, &c. active. Sic igitur *coruscare* proprie absolutum est, quamvis et active interdum usurpetur. Virg. *Georg.* 4. 78. 'Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant.' ibid. 98. 'elucet alæ, et fulgore coruscant, Ardentes auro.' Hæc igitur scriptura mihi videtur probabilissima, et me hercule tutissima: eamque hæc tertia editione retinui. Verumtamen etiam mihi venit in mentem, fortasse *corussant* esse legendum, aut *corussant*, a verbo Græco *κορῦσαι*, ex quo fit *κορῦσαι* committere. credibile enim est hinc Lucretium finxisse 'corusso, as,' aut 'co-

russo, is.' est autem *κορῦσαι*, sed *κορῦσαι*, 'cornibus dimico,' et 'cornibus peto.' quo verbo utitur Theoc. et Plato. De scriptura autem illa, quæ in nonnullis item lib. veter. reperitur, *coniscant*, quærendum. Lamb. [*Blandeque coniscant*] Ita ex vet. Codicibus restitui. Vide Indicem. In quibusdam veteribus *croniscant*. Quidam: *coruscant*, mendose. *Coruscare* est 'vibrare.' Gif. Nullibi hoc verbum occurrit, nisi apud Quintilianam ex Cicerone; significatque, ut videtur, arietare. Sed pro *coniscant* sunt quibus legendum videatur, *conissant*, a *κορῖσαι*, 'pulverem jactare' (ut apud Virg. 'pedibus qui spargat arenam') quod probare non possum vel ob hanc unam rationem, quod cum τῆ blande ea vox congruere non potest. Lambinus suspicatur legendam *corussant* a *κορῖσαι* *cornibus petant*; nam quandoque *κορῖσαι*, quod vir doctus negabat, idem est ac *κορῦσαι*, ut *δοσομαι* pro *δοτρομαι* dicitur, et *πέσσω* pro *πέπτω*; erat autem idiotismus *Æoleon*, qui et pro *ἐπιπέτω* dicebant *ἐπιπέσω*. Sed cum in Mss. Codd. legatur vel *croniscant*, vel *chroniscant*, haud equidem scio an legi debeat *coniscant*, donec innotuerit quid sit *coniscare*, de qua tamen voce infra aliquid scribetur. Quid autem, iniquies, si legatur, *blandeque coniscant*, nonne syllabæ modus facere debet, quo minus versus stet, cum prima syllaba producenda sit, idque τῶσθ *ἀνάγκη*? At ego aliter longe sentio; qui sciam propter liquescentiam τῶ R syllabam esse communem, quemadmodum τῶ *φέρβε* apud auctorem diligentissimum (Callimachus est) hymno in Cererem unice ostendet; 137. *φέρβε βόας*, [at Mss. ibi *φέρε*. Voss.] *φέρβε μάλα, φέρε στάχυν, ὁλοσθεριμόν*. Vides in eodem versu priorem in *φέρβε* modo corripi. Cujus rei olim exempla aliquot ad Phædrum protuli. Ceterum, quod facturum me supra pollicitus sum, illud

'coniscare,' si vera lectio est, ex corniscare oriri potnit per abjectionem τῷ R. quemadmodum ex κόνιρων fit cento, ex κέρω pedo, et alia id genus. *Fab.* Lambinus *Corniscant*, vel *corniscant*, a κορνίτω Cornibus peto: Theocritus Idill. 3. 5. Τὸν Λιβυκὸν Κόρνικον φυλάσσει μὴ τὸ κορνίρη: Schol. μὴ τὸ κορνίρη μὴ σε κερατίζῃ τὸ γὰρ κερατίζειν κορνίτεω οἱ Ἀπτικοὶ λέγουσι, ἕς συντρεχόντων ἀλλήλους τῶν κριῶν, καὶ τὰς κορυφὰς πλαττόντων, καὶ ῥηγνύμενων. At 'coniscans' utitur Cicero in Pisonem, 'Caput opponis cum eo coniscans.' Quintiliani Inst. 8. 3. quidni igitur *Coniscant* retineamus, cum sit apposita vox, et significet Arietare, vel cornibus petere? Hic vero mira commentus est *Fayus*; docet enim Quintilianum lib. 6. Ciceronem voce 'coniscans' utentem, et hunc ipsum Lucretii versum laudare: ita isti semper errant, qui alienis, non suis oculis utuntur. *Creech.*

322 *Caudor*] Intellige veluti *συστροφῆν*, seu glomeramen album quod longe videtur. *Fab.*

324 *Belli simulacra cientes*] Virg. 6. 674. 'Qua ludo intentus belli simulacra ciebat.' *ibid.* 585. 'pugnæque cients simulacra sub armis.' *Lamb.*

325 *Fulgur*] I. e. fulgor: sic item infra sexto versu. videtur enim Lucret. altero pro altero promiscue et ἀδυσφόρως uti. Ut lib. 4. 191. 'Et quasi protelo stimalatur fulgure fulgur.' et sup. hoc eodem libro, 50. 'neque fulgorem reverentur ab auro.' et lib. 5. 611. 'nullo qui sit fulgore notatus.' *Lamb.* *Fulgur ibi ad cast. se t.*] *Il.* β. 456. Ἰκαθεν δέ τε φαίμεναι ἀγρή' Ὅτι τῶν ἔρχομένων ἀπὸ χαλκοῦ θεοσεσίου Ἀγλή παμφανόουσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἴκε. *Lamb.* Stat. 5. Theb. princip. 'Tellus jam pulvere primo Crescit, et armorum transmittant fulgura sylvæ. *Preis.*

326 *Renidescit*] Splendore armorum perfusa hilaritatem quandam præ se fert, et quasi risu diffundit spectato-

*Delph. et Var. Clas.*

rem. *Lamb.*

*Subterque*] Et subter pedes, sub pedibus. *Lamb.*

328 *Rejectant voces*] Referunt voces. in quibusdam cod. manuscriptis reperi scriptum, *Clamor quoque montes Icit, et ejectat voces ad sidera.* *Lamb.* *Clamoreque montes Icti rejectant.* Quidam veteres: *clamor quoque montes, Icti, et ejectat.* *Gif.*

*Mundi*] Veteres quidam: *casti.* Hoc ex Glossa. *Gif.*

329 *Et circumvolitant equites*] Hos duos versus alio translatos, in anum locum restitui [n. post vs. 324.] *Lamb.*

330 *Transmittunt valido*] Libri manuscripti duo, et Aldini antiqui habent, *Transmittunt.* hunc locum profert *Macrobius* lib. 6. Saturn. ubi ostendit, hinc effectum atque imitatum esse illud Virgilianum *Æn.* 4. 154. 'alia de parte patenteis Transmittunt cursu campos,' &c. sic et *Valer. Flaccus* 3. 434. 'jamque ipse recenti Stat tumulo placida transmittens agmina lauro.' *Transmittunt*] Ita veteres quidam. In aliis, *Transmittunt.* *Gif.*

*Impete*] I. e. impetu: qua voce pluribus locis utitur, ut 4. 418. 'Despectum præbet sub terras impete tanto,' &c. et 5. 506. 'Aut hominem tanto membrorum esse impete natum.' et 6. 185. 'Extractis aliis alias super impete miro.' quod item nomen indicat *A. Gellius* 19. 6. a *Nævio* poëta esse usurpatum. *Lamb.*

332 *In campis consistere fulgor*] Tunc enim omnia e loco edito videntur luce collecta seu repercussa convestiri, quasi nimbo igneo. Nimbus autem sæpe nubem radiis auratis fulgentem significat. *Virg.* atque ita intelligo. *Fab.*

333 *Nunc age jam*] Hinc incipit docere, primum atomos formis seu figuris inter se differre: deinde ostendit, figurarum dissimilitudines esse finitas: postremo, singularum figurarum corpora prima esse infinita. *Lamb.*

*Lucret.*

4 A

Semel meminisse necesse tria tantum conjuncta in atomo agnoscere Epicurum, magnitudinem scilicet, figuram, et pondus; cetera hinc pendunt. *Fab.* De soliditate seminum, et de affectionibus, pondere viz. et motu, quæ ex illa proficiunt, copiose disputavit. Jam de alia seminum affectione, figura viz. quæ magnitudinem consequitur, (figura enim terminus et modus magnitudinis,) dicturus, monet vs. 5. atomos esse diversimode figuratas. Non profecto quod ipsarum figuræ discerai visu magis valeant, quam de magnitudine est dictum, sed quod ea figuratio rationibus variis comprobari possit: Epicurum apud Plutarchum docet atomos, *ὅτι ἔχον σχήματα λόγῳ θεωρητά.* Epicurus Epist. ad Herodotum, *ὅτι ἔσονται τῶν σωματῶν καὶ μυστῶν, ἃ ἔσονται καὶ ἀσυγκρίσεις γίνονται, καὶ ἐκ τῶν διαλυμένων, ἀπερίληπτά ἐστι τὰς διαφορὰς τῶν σχημάτων ὅ γὰρ δύναται γινέσθαι τὰς ποσότητας διαφορὰς ἐκ τῶν αὐτῶν (forsan ἀτόμων) σχημάτων περιελημμένων.* *Creech.*

336 *Non quod multa parum*] Non quod parum multa sint corpora simili figura nata, (nam tantum abest, ut pauca sint, ut etiam sint infinita,) sed quia omnia corpora non sunt simili inter se figura prædita. *Lamb.* Intelligit multa esse simili figura, non autem infinita. Ceterum per formam intellige figuram; ut dixi; neque enim, quod nonnullos in fraudem induxit, figura et forma diversa sunt. *Fab.* *Non quod multa parum, &c.*] Intelligit multa esse simili figura, non autem infinita: hæc Faber. Contra Lucretius vs. 529. 'Primordia rerum inter se simili quæ sunt perfecta figura infinita cluere.' vid. vs. 691. e quo quid hæc sibi velint discas. *Creech.*

338 *Nec mirum cum, &c.*] Primo vs. 4. docet semina diversimode esse figurata, quod verisimile non sit, corpuscula illa, cum sint infinita, esse

figuræ uniusmodi. Res quaslibet contemplerur; quo major earum numerus, eo major plerumque figurarum varietas, et idem, quod de rebus aliis, est de seminibus sentiendam. *Creech.*

339 *Ut neque fin. uti d. neque*] I. e. ut primordiorum neque finis neque numerus sit ullus. Nam *ὅτι τῶν* dicebant Democritus et Epicurus esse infinitum et magnitudine spatii infiniti, et multitudine atomorum. *Lamb.*

341 *Esse pari filo*] Simili textura: translatio a tela: sic dicimus poemata et orationem esse tenui filo, crasso filo, subtili filo. Lucretius 4. 86. 'Quæ volgo volitant subtili prædita filo.' Filum significat etiam interdum extremum cujusque rei lineamentum, ut 5. 588. 'Perparvum quiddam interdum mutare videtur Alteratram in partem filum.' idem 'Forma quæque hinc solis debet, filumque videri.' Plautus Mercat. 4. 4. 15. 'satis scilicet filum mulieris.' Arnob. lib. 3. adv. Gent. 'At vero vos Deos parum est formarum quæ amplectimini mentione, filo etiam atterminat humanis.' Apuleius lib. de Deo Socrat. loquens de dæmonum corporibus: 'Sed fila corporum possident rara et splendida et tenuia usque adeo, ut radios omnes nostri tuoris et raritate transmittant, et splendore reverberent, et subtilitate frustrentur.' Gell. l. 14. 4. 'Facit quippe imaginem Justitiæ, fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus ad hunc fere modum: forma atque filo virginali, aspecta vehementi,' &c. *Lamb.* Antea dixi in atomo considerari debere magnitudinem, figuram, et pondus. Lucretio autem figura dicitur quoque forma, quod idem est. Sed quia Quintilianus alieni (10. Instit. ut opinor) atomos vocaverat figuras, Giffanius in Indice, sed dissimulato monitoris sui nomine, hoc loco figuram pro atomo

cum persuadere cupit; cum tamen nullibi illustrius imperitiam suam circa has hypotheses ostenderit. Loenm alium affert e 5. 243. 'quippe etenim quorum partes et membra videmus Corpore nativo et mortalibus esse figuris.' Ibi quoque 'figuras' pro atomis sumi dicit. Itaque rem novam habemus, atomos corruptibiles, principia quæ pereant. Sed hic non stabit Gifanius; affert enim et locum alium e 4. 742. 'Proinde et seminibus distant variantque figuris.' Item, 659. 'Namque figurarum ut ratio.' Idem, 660. 'Proinde foraminibus debent variare figuræ.' Quibus omnibus in locis se plane puerum prodidit; et tamen qui in hoc genere scriptorum subacti non sunt, hominis illius fidem, quæ nulla sit, maximam esse crederent; videlicet splendida et luculenta editio est; sed præter id quod farastrinæ debuit, *οὐδὲν ὄντως*. Fab.

343 *Præterea genus humanum, &c.*] Argumentum ab effectis: animantes ipsæ, quæ constant ex atomis, animantes (inquam) ejusdem generis et speciei, differant inter se figura. non enim omnes equi, non omnes tauri, non omnes canes (et idem de ceteris sentiendam) simili sunt figura præditi. Nam si ita esset, mater prolem non agnosceret: at mater prolem agnoscit, ut equa suos equuleos, canis suos catulos, cerva suos hirsulos, et contra: ergo atomorum non una est figura. hunc versum cum eo qui proxime sequitur, citat Non. Marcellus in voce 'pecudes,' probans, non solum quadrupedes, veram etiam pisces, 'pecudes' appellari. Lamb. Secundo vs. 7. variæ principiorum figuræ arguuntur ex eo, quod omnia naturalia ex his contexta, homines, feræ, aves, pisces, &c. diversimode figurentur. Creech.

*Mutaque natantes*] Dno epitheta maxime piscium propria, mutæ, et natantes. Ita Græci *πλευρούν γένοι*

*καὶ ἄψωρον* dicunt. sed tamen non omnes pisces esse mutos tradiderunt Aristoteles, alii nonnulli. lege, si vacas, quæ annotavimus in commentariis nostris Horatianis ad illum locum Od. 3. Hb. 4. 19. 'O mutis quoque piscibus Donatura cyeni, si libeat, sonum.' 'Squammigerum' autem pro squammigerorum positum. sic infra eod. lib. 1082. 'sic denique mutas Squammigerum pecudes.' Lamb.

343 *Et læta armenta*] Necessaria prorsus emendatio, quam Editoribus Londinensibus acceptam ferimus, et lubenter amplectimur. *Prvig. et Hæv.*

344 *Et caris volucres*] Vel dissimiles, vel varii coloris, et *ποικίλαι*. Idem 4. 1001. 'Tum variæ fuginat volucres,' &c. Lamb.

*Lætantia*] Quid sibi velit hoc *lætantia*, non satis dispicio, nisi forte *lætantia* dixit, ab effectu, quæ lætificant, seu lætari faciunt volucris. Quid si legendum dicamus, *Invitantia?* quid si *lactantia?* i. e. invitantia. Lamb. Ferri non potest illud *lætantia*; quanquam enim probe scio natatum fuisse apud veteres Latii scriptores *τὸ lætare* aliquem, pro lætitia, perfundere, hilariorum reddere; (nam. ecce prodit Liviæ Andronicus, tequerogatum venit, lector, 'Jamne oculos specie lætaviat optabil?') tamen minus aptum huic loco id verbum est; quod, ut videtur, e versu superiori in hunc per incuriam deductum est; 'Squammigeram pecudes et læta arbusta,' &c. Legendum itaque putaverim *liquentia*. Loca autem liquentia erunt lacus, paludes, fluvii, maria. Unde Virgilius, qui Lucretium fere pterumque exprimit, (quem enim ante oculos potius haberet, quam Lucretium?) in *Æn.* 6. dixit 724. 'Principio cælum ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum lunæ, Titanique astra, Spiritus intus alit,' &c. Ita Græci, *ὄψα κέλευθα*, 'liquiditas vias' pro mari, fluvio, &c. Primam autem in 'liquentia' vel bræ-

vem esse vel longam, si mavis, usus et consuetudo poetarum satis ostendunt. Locus porro Livii, de quo modo agebam, apud Nonium Marcellum legitur. *Fab.* Quid sibi velit hæc vox *lætantia* nescit Lambinus, nisi forsitan ab effectu loca aquarum dicantur 'lætantia,' quia volucres lætificent: conjicit autem legendum *fluitantia*, vel *lactantia*, i. e. invitantia. Faber legit *liquentia*, snamque conjecturam tnetur autoritate Virgillii, qui dixit 'Campos liquentes.' Vossius ad Catullum p. 224. *lætantia* defendit; et confirmat ex vs. 884. lib. 5. 'Puer haud quaquam, quin sæpe etiam tunc Ubera Manmarum in somnis lætantia quærit.' *Creech.*

345 *Concelebrant*] Colunt, celebria reddunt: ut l. 8. 'quæ terras frugiferentis Concelebrae.' *Lamb.*

346 *Inveniens tamen inter se dist.* *Figuris*] Duo libri manuscripti habent, *distare figuras*. Bertinianus autem, *differre figuras*: et ita Memm. alii, *distare figuras*, quos sequor: etiam *differre figuras* probo. *Lamb.* In veteribus quibusdam nostris: *differre*, ut inf. vs. 684. 'Primis differre figuris.' *Gif.*

349 *Nec ratione alia, &c.*] Quarto vs. 22. ostendit hanc diversimodam figurationem, non tantum in rerum generibus, sed in individuis ejusdem generis manifestam esse et conspicuam: ex sola enim diversa figuratione agnitio matris a prole, prolis a matre in brutis. Hoc argumentum illustrat præclara descriptione vaccæ mactatum vitulum requirentis: et demum quædam de agnitione matrum ab hædis et agnis subjungit. *Creech.*

351 *Nota clare*] Nota apparere, nota esse. *Lamb.* Animalia viz. inter se, vel sibi invicem nota sunt. *Creech.*

352 *Ante Deum delubra*] I. e. ante Deorum simulacra et statuas. Nam 'delubrum' dictum est quasi delibrum: estque fustus delibratus: i. e. lignum, cui cortex detractus est:

quod venerabantur pro deo. *Festus. Lamb.* Adde Stat. 6. Theb. pag. 267. 'Non secus ac primo fraudatum lacte juvenicum, Cui trepidæ vires, et solus ab ubere sanguis, Seu fera, seu durus advexit pastor ad aras, Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu, Nunc armenta movet, vacuosque interrogat agros, Tunc piget ire domum, mæstoque novissima campo Exit, et apposita impasta avertitur herba.' *Preig.*

353 *Turicrem.* pr. m. c.] Virg. Æn. 4. 423. 'Vidit turicremis cum dona imponderet aris,' &c. Macrobius lib. 6. *Lamb.*

355 *At mater virid. salt.*] Hunc affectum maternum, matrum omnium communem, ac naturalem erga fœtus suos, etiam Oppianus *ἄλλευ. α.* describit sub finem his verbis: *Ὀλον ὁ ἐλομένους περὶ πόρτιος ἀρχαλῶσαι Μερτρες, οὐκ ἐπάρθεθι γυναικίῳ σπασέχουσι Κικυρῶν, ἀβροῦς δὲ συναλγύουσι νομῆας,* &c. nam satis est mihi locum indicare. et item apud Ov. lib. 4. *Pastorum*, Ceres, amissam filiam lamentabili voce requirens, cum vacca vitulum suum raptum gementem comparatur: 'Ut vitulo mugit sua mater ab ubere raptō, Et quærit fœtus per nemus omne suos.' *Lamb.*

356 *Linguis*] Nescio quis *Non quit*: *Quit* a *Quio*, quiesco: *Non Quit*, i. e. non facit quiescere vestigia, ut apud Plautum 'Quiesce istam rem: 'Quiesce istum tumultum.' Si esset vox *Quio*, quam nondum inveni, lectionem veram esse judicarem. *Creech.*

*Bisulcis*] *Ἀρχήλους*, bifidis. *Lamb.*  
359 *Assistens*] *Λύττα* Lucta et dolore orbitatis perfixa ibi stans, obstupescita, *ἐπιστήσασα ἑαυτῆν.* *Lamb.* Nescio quis *Assistens*, ex voce *σίττα*, Hesy chius *Σίττα* ἐπιφώνημα αἰξίς. Scholiastes ad quartum Idyllium Theocriti, *Σίττα* ἐπιφθέγμα βουκολιδῶν, ὑπερ λέγουσιν οἱ βουκόλοι: ὁμοίως καὶ τὸ ψίττα. Idem ad quintum Idyllium: *Σίττα, ψίττα, ποιμενικὰ, αἰπολικὰ, καὶ βουκολικὰ*

ἐπιφθέγμωρα. Ita hæc conjectura Vaccam Lucretii in Pastorem, Caprarium, vel Armentarium convertit: *Adsectans* alii; *Adsiatens* i. e. Proximum; Lambinus: *Adsiatens*, Lactis et dolore orbitatis perfixa ibi stans, stupefacta, ἐπιφθέγμωρα ἐαυτῆς. Faber. *Creech*.

*Et crebra revisit*] *Crebra*, i. e. crebro. Virg. Georg. 3. 500. 'Et pede terram Crebra ferit.' idem 4. 122. 'nec sera comantem Narcissum.' sic apud Hom. κραινώδᾳ pro κραινώδης, et similia. *Lamb.* Plant. Ter. melius quam *revisit stabulam*. Fab.

360 *Ad stabulum*] *Revisit ad stabulum*, honeste dictum, ut illud Ter. Hecyr. 3. 2. 4. 'nunc ad eam visam.' Idem Lucretius 6. 1226. 'Nam quicumque suos fugitabant visere ad ægros,' &c. Plautus Menæchm. 1. 1. 32. 'Nunc ad eum in viso.' idem Trucul. 2. 6. 17. 'Nunc ad amicam decimo mense post Athenas Atticas Viso.' *Lamb.*

*Perfixa*] Translatio a jaculatoribus. Sic infra 3. 306. 'Nec gelidi torpet tellis perfixa pavoris.' *Lamb.* Hinc Horat. 'desideriis icta fidelibus,' &c. *Fab.*

361 *Nec ten. sal. atque h. rore videntes*] Quæ ex rore vigorem et vires colligunt; nonnulli tamen legi malunt, *virentes*, non admodum dissimile est illud supra: 319. 'Invitant herbæ gemmantis rore recenti:' cum hoc loco congruit ille Virgilius Georg. 3. 520. 'Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt Prata movere animum, nec qui per saxa volutus Purior electro campum petit amnis,' &c. *Lamb.*

365 *Derivare queunt anim.*] Sic omnes quidem fere habent libri manucripti, et vulg. quæ scriptura si recta est, 'derivare' positum videtur translate pro avocare, et avertere. Sed locus est mihi valde suspectus. Itaque olim in prima editione cum in duobus libris manucriptis reperissem scrip-

tum, *Derivare queunt aio*, cumque sæpe me antea hic locus cruciasset, quod putabam Latinos ita loqui non solere, 'derivare animum,' pro avocare animum a molesta aliqua cogitatione, aut cura; existimaram hæc scriptura attente considerata legendum, ut ego in prima et sec. ed. imprimendum curavi, *Derivare queunt alio*, neque me meæ conjecturæ ne nunc quidem pœnitet. *derivare alio* autem, hoc est convertere alio, quo modo loquitur 4. 1057. 'atque alio convertere mentem:' vel traducere alio, quo modo ibid. 1065. 'Aut alio possis animi traducere motus.' 'Derivare' enim, 'alio,' seu in aliam personam, usitatum bonis scriptoribus. Ter. Phorm. 2. 1. 2. 'atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis?' Marcus Tull. 1. 1. accusat. 'Alio responsionem suam derivavit.' idem pro Milone: 'Dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est.' idem 1. accus. 4. 'Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum altero posse?' *Lamb.* *Derivare queunt animum*] Ita ex omnibus libris legendum. Et Virg. Georg. 3. 520. 'Non mollia possunt Prata movere animum.' Et modo hic: 'Oblectare animum,' &c. Lambinus tamen: *alio*. Gif. Flectere, avertere, mutare. *Fab.* Alii *animum*: ut vs. 363. 'Oblectare animum:' et Virg. Georg. 3. 520. 'Non mollia possunt Prata movere animum.' Alii *Derivare queunt, animum curaque levare*: Pro *alio* reliqui pugnant, et laudant Ciceronem alicubi dicentem, 'alia responsionem suam derivavit.' *Creech*.

*Curaque levare*] Sic habent libri veteres: alii, *curamque levare*, quamquam parum refert utro modo scribatur. *Lamb.*

368 *Cornigeras norunt m.*] Ita in veteribus, et Fæsto. Apud Macrobi. *corniferas*. Gif. *Agnique petulci*] 'Pe-

tulantes et petulei appellantur (inquit Festus) qui protervo impetu, et crebro petunt, lædendi alterius gratia.' Virg. Georg. 4. 10. 'neque oves, hædique petulei Floribus insultent.' citat Macrobius lib. 6. *Lamb.*

369 *Balantum pecudes*] Ovis. Sic autem esse legendum, non, ut habent libri vulgati, *Balatum pecudis*, arguunt veteres codices. sic Virg. Georg. 1. 273. 'Balantumque gregem flavio mersare salubri.' Idem 3. 457. 'Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa.' Putaveram tamen olim legendum *Balantis pecudes*. Sic enim fere idem Lucretius loquitur 6. 1130. 'etiam pecubus balantibus ægror.' Sed nunc *balantum* malo. Propius enim ad scripturam antiquam accedit. *Lamb.* Ita quidam codices veteres. In quibusdam: *Balatum*. in quibusdam: *pecudis*. male. Vide Indicem. Lambinus: *Balantes*. Gif.

*Quod natura pepocit*] Quidam docti legendum censent, *Quoad natura pepocit*. præterea quidam libri vulgati habent, *Quod natura pepocit*. *Lamb.*

370 *Ad sua quisque fere*] Facit hic versus ad confirmandam conjecturam meam, ad l. 492. 'Disiliuntque fero ferventi saxa vapore.' Quæ loquendi fertas non aliunde videtur profecta, quam a supervacanea pro metro sollicitudine. Scribo *Disiliuntque fere ferventi saxa vapore*. Preig.

*Ubers lactis*] Ubers lactea. supra l. 886. 'Lanigeræ quali sunt ubera lactis.' *Lamb.*

371 *Postremo quodvis*] Sic Stoici. Marcus Tull. lib. 2. Acad. 'Stoicum est id quidem, nec admodum credibile, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius: nullum granum. Hæc refelli possunt: sed pugnare nolo. Ad id enim, quod agitur, nihil interest, omnibus ne partibus visa res nihil differat, an internosci non possit, etiam si non differat.' idem ibid. 'Vides ne, ut in

proverbio sit ovorum similitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuisse compluris (salvis rebus illis) qui gallinas alere solerent. hi cum ovum insepexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant.' *Lamb.* Eandem specialem, seu (ut loquuntur) individua-lem differentiam agnoscere docet, 5. 6. si quis attendat, non modo in herba, sed etiam in granis framenti, in conchia, et similibus: et demum vs. 4. concludit semina ipsa, cum a nullo artifice ad unam formam facta sint, debere non minus quam res cæteras variis et diversis figuris ornari. *Creech.*

*Quodvis frumentum*] E vs. 347. repete 'Sumere perge.' *Creech.*

372 *Intercurrat*] Censet quidam ex amicis legendum *intercurrant*, ut sup. vs. 333. 'Qualia sint et quam longe distantia formis.' Ego vulgatam amplector. *Hæc.*

375 *Pingere*] Variare, ornare. translatio. *Lamb.*

*Tell. grem.*] Virg. Georg. 2. 326. 'Conjugis in gremium læta descendit.' *Lamb.*

*Mollibus*] *Mollis undæ* dicuntur, quia facile cedunt aliis corporibus. Virg. Æn. 9. 817. 'Accepit venientem, et mollibus extulit undis.' sic iterum Lucret. 1. 282. 'Quam cum mollis aquæ fertur natura repente Flumine abundantis,' &c. *Lamb.*

376 *Incurvi*] Valde curvi: ut apud Vergilium Georg. 3. 311. 'Incanaque menta Ciniphii tondent birci.' *Lavit*. Pro *lavat*. Carmen hoc Marcellus advocat. Plautus in Amphit. 5. 1. 50. 'Postquam peperit, pueros lavere jussit: nos occæpimus.' Virg. Georg. 3. 359. 'Lavit improba teter Ora cruor.' *Pius*. *Litoris incurvi* b. l. æ. a. Hunc versum profert Nonnius in voce 'lavit,' ut probet, hoc verbum a veteribus usurpatum esse in tertia conjugatione. quod item admonuimus in comm. Horatianis ad Oden 3. lib. 2. Veruntamen in cod. Bertin. et Vaticano scriptum est,



*Bibulam pavit aquor arenam.* Atque ita hic reponendum esse censeo, reclamante atque invito Nonio. 'Pavire' autem est ferire. M. Tullius lib. 2. de Div. 'Sed quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripodium dictum est,' &c. Quod si hæc scriptura, quam secutus sum, Nonii auctoritate et testimonio non niteretur, ego eam rejicerem, quamquam, ut dicam quod sentio, et jam antea satis ostendi, Nonii auctoritas non semper, neque ubivis mihi gravis est: ut neque hoc loco. *Lamb.* Ita in veteribus nostris. Quidam veteres: *lavit.* Quod deformatum videtur, etsi non sit malum. Sic Marullus ex *pavit*, quod in vet. libris invenerat, etiam fecerat: *lavit.* Ita et legendus Nonius. Retineri ergo poterit percommode. *Gif.* Ita ex Ms. Lambinus, contra Nonium, recte. 'Pavit' enim significat percutit, quatit, ferit; idem quod plangit, Virg. 'Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.' Georg. 1. 394. *Fab. Bibulam arenam*] Virg. Georg. 1. 114. 'Collectum humorem bibula deducit arena.' *Lamb.*

378 *Natura quoniam constant*] Alii: *constat*, ut *Natura* sit recti Casus, ac sensus: quoniam primordiorum natura constat, i. e. sibi constat. *Preig.*

380 *Volitare*] Moveri, ferri, translatio. *Lamb.*

381 *Perfacile est jam, &c.*] Hanc pro varietate figurarum contentio-nem non inanem et inutilem esse, sed variis naturæ phænomenis explicandis necessariam demonstrat; et ex iis ipsis naturæ phænomenis varietatem figurarum egregie et copiose probat. Primo vs. 9. docet cur ignis fulminis facilis et fortius res penetrat quam ignis et teda vel e lignis ortus; nempe ignis fulminis e parvis et subtilibus seminibus constat, dum crassiora sunt et hebetiora semina istius ignis, qui e teda aut lignis oritur. Illa alia se-

mina aliis minora. *Creech.* *Perfacile est jam*] Sic excudeudam curavi, cum a vulgatis absit particula *jam*, quod et alii *maximè* post secuti sunt quasi vulgatum. *Lamb.* *Perfacile est animi.* Ita omnes libri. Lambinus tamen: *est jam animi.* Mox vs. 382. quidam veteres, et Vulgati fere omnes: *penetrabilis*, ut jungatur *vix suat*. Et mox vs. 384. Quidam veteres: *caelestis*. non male utrumque. *Gif.*

*Rationis animi*] I. e. intelligentia. supra 1. 449. 'Nec ratione animi quam quisquam possit apicari.' M. Tullius libro primo de Inv. Rhet. 'Nec ratione animi quisquam, sed plerumque viribus corporis administrabant.' *Lamb.*

382 *Penetratior ignis*] Sic habet cod. Bertinianus et Memm. vulgati autem *penetrabilis*, mendose. *penetrabilis* autem actionem significat, ut alias notavimus. *Lamb.* *Topórepes*, penetrantior. ut 'penetrabile frigus.' Virg. *Fab.*

383 *E teda*] *Teda* sextum genus est arborum cognatarum, quæ picem et resinam gignunt. sunt enim hæc sex, pinas, pinaster, abies, picea, larex, teda. lege Plin. 16. 10. *Lamb.*

*Quam noster suat, &c.*] Videri alicui possit legendum esse *suat*, pro *sit*; sed nil mutandum; est enim illustris translatio; *sed quæ continuo tenebris obducta periret*; deinde illius exempli innumera sunt apud Lucretianum. *Fab.*

384 *Caulestem fulminis ignem*] Codices Bertinianus et Memmianus habent, *Caulestem fulminis ignem.* *Lamb.*

385 *E parvis*] In aliis, *et parvis*: quod malim. *Fab.* *Et Parvis* navult Faber, et sapit. *Creech.*

*Figuris*] *Figuras* et *exiguora* vocari docet individua hæc corpuscula Turneb. Adv. 5. 25. quod quædam sint hamata, alia ucinata, quadrata, &c. *Hæc.*

387 *Noster hic*] Quidam putant hinc audendi Virgilio datam ansam cum *Æn.* 4. 23. inquit? 'Solutus hic inflexit

sensus, animumque labentem.' Et apud eundem, *Æn.* 6. 793. 'Hic vir, hic est tibi quem promitti smpius audis.' Sunt tamen qui semper *hic* productam volunt, audentque asserere hunc non esse dactylum pedem. *Pius.* Sic restitui secutus codices Ald. antiquos, Vicetinos, Parisienses, Lagdunenses: quibuscum consentiunt manuscripti Bertinian. et Memm. et jam *hic* pronomen quin breve sit, non dubium est. *Virg. Æn.* 4. 22. 'Solut hic inflexit sensus,' &c. *Lamb.*

388 *Per cornu*] *Per* laternam corneam: de qua epigrammaticus poëta: 'Dux Laterna vis clausis feror aërea flammis.' Erat et ex vesica: de qua idem poëta: 'Cornea si non sum, num quid sum fuacior?' Pœni ex ebore tenuissimo factitabant: unde Plauto in *Anularia* 3. 6. 20. 'Curiosus agnus pellucet, ut laterna Punicæ.' *Pius.* *Per cornu transit.* Sic habent libri manuscripti tres: quibuscum congruunt utrique Aldini, Vicetini, Parisienses, Florentini. Sed codex Bertinianus *cornum.* *per cornu* autem, sive *cornum*, laternam corneam intellige. *Lamb. Per cornum.* Ita vet. libri quidam. In aliis: *cornu.* *Gif. Per cornum* alii e veteribus. *Vss.* 3. docet eandem diversitatem figurarum causam esse cur lux per cornu transit dum aqua in superficie sistitur. *Creech.* *Vossius* legit *per cornum*, quod masculini generis esse ait cum *Prisciano.* At 'verum' pro veri, neutro posuit *Plautus*, in *Rud.* 5. 2. 15. 'Nam quidem hoc vere natum est verum: ita in manibus consenescit.' *Preig.*

389 *Minore*] Bono animo sit *Fayus*: non secum pugnat *Lucretius*: alia semina aliis minora esse libenter agnoscit, nec tamen sibi ipsi repugnat, licet semina minima esse olim dixerit. *Per* minima enim nihil aliud volunt *Epicuræi* quam simplicia, solida corpora, ideoque individua. *Creech.*

391 *Et quamvis subito*] I. e. quantumvis subito. *Lamb.* *Quantumvis su-*

*bito* malle cum *Lambino*, quam *Meer subito* cum bono *Fayo.* Alia semina non tantum aliis majora, sed alia hamata et ramosa esse, dam alia rotunda sint, *vss.* 7. demonstrat. Vinum enim ideo cito per colum transit, dum oleum tardius fluit, quoniam olei semina hamata sunt, et inde perplexior nexus, ita ut non facile adeo exsolvantur, et coli foramina penetrent. *Creech.*

392 *Majoribus elementis*] Atomis crassioribus. *Fab.*

394 *Aut magis hamatis*] Que *ἁκροποιδῆ* nominat *Epicurus.* *Lamb.*

*Perque plicatis*] Et valde perplexitatis: ut 'inque peditis,' 'conque globatis,' et similia. *Lamb.*

395 *Non tam deducta*] Sic legendum, non *diducta.* atque hanc scripturam confirmant codices, Vaticanus, Bertinian. et excusi Vicetini, ac Parisiens. *deducta* autem interpretor *subtilia atque attenuata.* *Virg. Ecl.* 6. 5. 'Deductum dicere carmen.' *Afran.* 'respondit voce deducta.' *Pompon.* 'Vocem deducas oportet, ut nullaris videantur verba.' lege *Macrob. Saturn.* 6. Alii *diducta* probant, et interpretantur distracta. quam scripturam, tanquam mendosam, rejicio: neque eorum qui eam tuentur movet auctoritas, quia, ut hanc scripturam scio esse veram et rectam, ita illos exploratum habeo pinguis esse atque hebetes et, quod præus est, quodque vel optima ingenia, et subtilissima judicia corrumpit, malevolentia et livore suffusos. *Lamb. Diducta repente*] Ita recte; i. e. distracta. Quasi diceret: atomi hamate sunt initio, nec statim omnes diductæ. Veteres quidam: *deducta.* *Gif.* Tenuia, subtilia, *λεπτομερῆ*, si ita de atomo loqui liceret; deductus, tenuatus, metaphora a lana, ut opinor; exempla passim. al. *diducta*, ut in *Libb. Mss.* legitur, quod esset distracta, divulgata, separata, &c. sed pessime, ut opinor. Nam in concretis, atomi non mutant natu-

ram. Ridicule itaque Gifanina, qui scribit: 'atomihamatae sunt initio, nec statim omnes diductae.' Plausum clarum date. *Fab.* Ipse ridendus: Hamata semina perplexa. coniecti quis nescit? 'Semina in concretis naturam mutare,' nec ipse credidit Gifaninus, hamatas vero atomos subito diduci non posse existimavit, et recte: *Diducta* igitur libenter legerem, cum semina hamata, et inter se perplicata, nisi diducantur, per coll foramina permanere non possunt. *Creech.*

396 *Singula quaeque, Singula*] Παλλογία, ut apud Virg. Ecl. 6. 20. 'timidiisque supervenit Ægle, Ægle Naiadum pulcherrima.' *Lamb.* Existimavit interpres esse παλλογίας in *singula*. Mihi vero contra videtur: series enim verborum hæc est: 'Singula quæque primordia possent per singula cujusque foramina permanere.' *Fab.*

398 *Huc accedit, uti m.]* Aliis argumentis ab effectis, seu exemplis potius, docet, prima corpora non iisdem figuris omnia esse prædita. *Lamb.* vs. 10. idem urget argumento e diverso rerum sapore ducto; lac enim et mel dulcia sunt, quia constant e corpusculis ea ratione configuratis, ut in organum gustatus effusa, porulosque ejus subeuntia apposite ipsis eisdem particulis accommodentur, sicque ipsum demulceant, leniter placideque efficiant: absynthium vero et centaarium amara et acerbata, quod corpuscula ex quibus constant ea ratione configurentur, ut in porulos organi subeuntia haud debitam habeant cum ipsis commensurationem, unde et particulas ejusdem compungant, concidant, convellant, organumque adeo dilanient, discernant, asperiter moveant. Et hinc licet conjectare, dulcisa e lævibus et rotundis corpusculis componi, amara ex asperis et hamatis. *Creech.*

400 *Tetra absinthii nat.]* Supr. lib.

1. 935. 'Sed veluti pueris absinthia tætra medentes Cum dare conantur,' &c. *Lamb.*

400 *Ferique Cent.]* Et feri centaauri natura: i. e. centaureum, seu centaarium, productis iis syllabis quæ sunt ante ultimas. *Ferum* autem appellat proprie, respiciens Chironem Centaurum partim equum, partim hominem: et ita immanem, agrestem, et non humanum. 'Centaurium' (inquit Festus) 'medicamentum a Chirone Centauro inventum.' Virg. Georg. 3. 270. 'grave olentia centaurea.' Lucret. 4. 124. 'Abrotonique graves, et tristia centaurea.' *Lamb.* Centaurium ipsum, &c. plantæ notissimæ. *Fab.* ut 'Absynthium tetrum,' et lib. 4. 'Tristia Centaurea.' Valeant grammatici cum bellis istis de immanitate Chironis conjecturis, et miser Fayus cum suo *Agrestis*. *Creech.*

401 *Pertorquent ora]* I. e. efficiunt; ut, qui ea gustat ac mandit, os distorquet: quemadmodum aiunt, eos qui herbam Sardoam degustarint, ore distorto mori: unde risus Sardonius. Hom. 'Ὀδυσσ. Σαρδόνιον δ' ἐγύλασσε. *Lamb.*

404 *Quæ amara]* In voce *quæ*, diphthongus *æ* corripitur, neque eliditur. quod sæpe fieri solere admonuimus in comment. Horat. 'quæ amara, &c. cunque,' pro quæcunque amara, &c. tmesis. *Lamb.* Faciunt ut qui in os admiserint, os sibi distorquant propter eorum amaritatem. Ter. Eun. 4. 4. 3. 'Illud vide, ut sibi os distorsit carunfex.' *Fab.* Virgil. imitatur Georg. 2. 246. 'At sapor indicium faciet manifestus, et ora Tristia tantum sensu torquebit amaror.' *Hæc.*

406 *Vias rescindere]* Sic habent duo cod. manuscr. et typis excusi Paris. Florentin. uni Lugdun. al. *restringere*. *Lamb.* Quidam veteres: *restringere*. Vide Indicem. Gif. Rumpere, Aperire. Alii legunt *restringere*, quod forsitan idem valet. *Creech.*

408 *Omnia postremo bona, &c.*] Hactenus de dulci et amaro sapore, jam vs. 18. docet rea aliis etiam sensibus jucundas aut injucundas fieri propter eandem causam, quoniam viz. Semina e quibus constant sint lævia et rotunda, vel aspera et hamata. Sic in gratis sonis, odoribus, et coloribus, rotunda et lævia semina, in ingratis autem hamata et aspera agnosces. *Creock.* *Bona sensibus et mala tactu.* Commoda sensibus aliis, sed non tactui; quod genus infinita cibaria sunt. *Fab.* In hisce 'sensibus' et 'tactu' dandi casu accipi potest pro tactui, et tamen æque recte ablativus dici potest; uti docuit Vossius de Construct. cap. 54. in fine, loca similia adducens et illustrans. *Virg. Georg. 3. 416.* 'Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit.' quod et pro tactui accipi potest, sicuti 'sensu' aliquando pro sensui, atque ita nostrum 'sensibus' pariter diceretur: ut in dandi casu in Mimambi Cn. Matii apud Gell. 15. 25. 'Quapropter edulcare convenit vitam, Curasque acerbis sensibus gubernare.' *Hav.*

410 *Serræ strid. acerb. Herr.*] *Acerbum horrorem*, tralatio est a gustandi sensu ad auditum. Nam acerbis sunt lingue et palato ingrata propter insitam imaturitatem: serræ horror autem non gustum sed auditum offendit. *M. Tull. lib. 5. Tuscul.* 'Sardi vocem citharædi non audiunt: ne stridorem quidem serræ audiunt, tum cum acuitur.' *Lamb.*

412 *Musæus mele*] Cantilenas musicas. sic *cycnea mele* dicit inf. 504. 'Et cycnea mele, Phœbeaque dædala chordis.' *μέλη*, vox Græca, unde poëtæ melici, qualis Simonides. *Plin. 7. 24.* 'Inventa memoria est a Simoide melico.' de quo *Quintil. 11. 2.* videntur autem hi poëtæ, melici appellati, quod eorum carmina non ad lyram, sed ad alia organa musica

canerentur. Idem *Lucret. 5. 385.* 'Modo organici melicos peperere sonores.' *Lamb.* Cantica elaborata et ex arte composita. mele, pelage, cete, usurpantur a Græcis. *Fab.* Cantica elaborata, et ex arte composita. 'Mele' ut 'Pelage:' vs. 504. 'Cycnea mele.' 1. 933. 'Musæo lepore' vs. 946. 'Musæo melle,' 5. 336. 'Melicos sonores.' *Creock.*

*Organici*] Qui digiti pulsantes organorum chordas, seu nervos, suavis inde eliciunt sonos. Idem 5. 335. 'modo organici melicos peperere sonores: quem locum jam jam protali.' *Lamb.* Qui organa seu instrumenta musica tangunt. *Fab.*

413 *Mobilibus digitis*] Sic legendum, non *nobilibus*. *Lamb.*

*Espergefacta*] Excitata. *Lamb.*

*Figurant*] Conformant, *ἁπλόλλουσι*. *Lamb.* Bene. nam in arte canendi sunt σχήματα et χρέματα, ut in saltationibus seu staticulis. *Fab.*

416 *Scena*] Scio hoc nomen passim in veteribus marmoribus et membranis scribi cum diphthongo *æ*, *scæna*: veruntamen usum secutus sum, præsertim cum sit Græcum *σκηνή*: η autem vertatur in *ε* longum. *Lamb.*

*Croco Cilici*] Crocum Cilicium laudatur, ut oleum Venafranum, vinum Falernum. *Ovid. Fast. 4.* 'Terque lavet nostras spica Cilissa comas.' *Plin. 21. 6.* 'Prima nobilitas est croco Cilicio in Coryco monte,' &c. perfundeatur autem scena croco. *Horat. Epist. ad August. 2. 1. 70.* 'Recte, necne crocum, floresque perambulet Attæ Fabula, si dabitem: clament periisse pudorem,' &c. *Lamb.* Croci enim, qui e Cilicia advehebatur, floribus scena respergebatur. *Martialis*, alii. *Pachæi* autem Arabis pars thurifera. *Fab.* Croco vino permisto fundebantur Theatra, ut tradit *Plinius*, quo et illud ex primo libro sylvarum trahunt quidam: 'Et olenti spargere nymbo.' Quod non probò,

nam vera lectio servat: *thymbra*. Flavius in Conjectaneis, cap. 88. tom. 1. Facis Crit. pag. 968. Sed videndus Gevartius ad Statil locum illum 1. sylv. in Epithal. Stellæ, ubi de 'Odoratis imbribus,' 'Cilicium nimbis,' &c. Preig.

417 *Araque propter exhalat*] Ita mallem quam *propter odores exhalat*. Creech.

*Panchæse*] Arabicos. Virg. Georg. 4. 379. 'Panchæis adolescent ignibus ars.' Lamb.

419 *Pascere*] H. e. delectare. tralatio. Sic Terent. Phorm. 1. 2. 35. 'Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere, Sectari, in ludum ducere, et reducere.' Virg. Æn. 1. 468. 'atque animam pictura pascit iuani.' Lucr. 1. 37. 'Pascit amore avidos inhians in re, dea, visus.' Lamb.

421 *Turpes, tætrique vid.*] Nonnulli legunt, *fædi turpesque*: in quibusdam libris scriptum est, *turpes olidique*. Sed hoc 'olidi' depravatam esse puto: alibi 'cæli.' Ego ex hac vitata scriptura libenter fecerim, *turpes fædique*. Lamb. Quidam veteres: *turpes olidique*. Et ita Marullus. In quibusdam: *cæli*. Latet quid. Forte legendum, *cæli, specie cæli*, i. e. cœrulei. Aut, forte legendum, *cæli*; qui duo colores turpes et feri habentur. Gif.

423 *Omne enim sensus quæ mulcet, causa, juvatque*] In eo codices manuscripti. secuti sumus, quod *mulcet*, reiecto illo *mulcat*, excidendum curavimus (quamquam nonnulli habent, *mulceat*) quibuscum consentiunt vulgati Veneti antiqui. Vicetini, Parisiensi. in hoc non sum secutus, quod habent *cumque videntur*, vitiose, non, ut legendum est, *causa, juvatque*. Lamb. Omnes veteres libri: *quæ mulcet cumque videntur*. Marullus, et Vulgati: *mulcat causa, juvatque*. Veterum librorum illa: *cumque videntur* non intelligo. Modo ea posuerat. vs. 404. Gif. De varia lectione hac *mulcet* et

*mulcat* disputat Turneb. Adv. 16. 2. in fine; notatque Priscianum docere 'mulceo' in supino mulbum et mulctum facere. Lambiniane tamen lectioni adhrerere sese dicit. Hav.

423 *Haud sine princ. al. lavore*] Sic legebat hunc versum Pontanus, et ita habent cod. Aldini antiq. et Parisiens. ita denique emendatum est ad oras codicem Lugdunensium: *lavorem principalem intellige lavorem primorum corporum, sea principiorum, ut contra statim dicit materiae squalorem. usus est eadem voce 5. 247. 'Scire licet cæli quoque idem terræque fuisse Principale aliquod tempus, clademque futuram.'* Lamb.

424 *At contra quæcumque*] Sic legendum, et ita habent cod. Aldini, et Vicetini Paris. et aliquot manuscr. Post versus proximam in omnibus vulgatis libris, (Aldinos, et Vicetinos excipio,) reperiantur duo versus inepti, et supervacanei. Itaque eos rejeci, cum absint a manuscript. et in codice Joviani Pontani delati sint. Cum hoc scripsissem, triennio post barbarus homo idem se fecisse, hoc est, hoc versus delevisse dicit. Potestne ulla describi major Impudentia? sed quid queror de hoc loco? ubi non est sui similis? Lamb.

425 *Squalore*] Squalor proprie asperitas est; itaque vestis auro et signis aspera (sic enim vulgo loquantur) 'squalens auro' dicitur Virgil. aliæ aliud. Istud autem squalor fit a squalus, unde squalitas et squalens. Sed his locus non est. Fab.

426 *Sunt etiam quæ*] Etiam corpuscula quædam esse dicit media inter lævia et aspera. Lamb. Quoniam sunt quædam objecta, quæ sensus organa nec prorsus lacerant, ut amara, nec ita delectant ut dulcia, sed titillant potius et grati dolore excitant, ideo putandum est nec prorsus lævia et rotunda eorum semina esse, nec hamata et aspera; sed angulis quibusdam extantibus figurata, ita

ut aliquatenus pungere valeant, la-  
cerare non possint, vs. 5. *Creech.*

428 *Angulalis*] In libris vulgatis et  
manuscriptis scriptum reperi partim  
*angellis*, partim *angulatis*, quod idem  
valet. *Lamb. et Gif. Angulalis*] *Fa-*  
*uorolis*, parvis angulis. *Fab.*

*Prostantibus*] Prominentibus, pro-  
jectis, extantibus. *Fab.*

429 *Titillare*] *Γαργαλιζεν*. tralatio.  
Nam titillare est certæ partis corpo-  
ris humani contactu, nempe ejus que  
sub alis est, risum vel invito excitare.  
Itaque solus homo titillatur. Hic  
autem translate ponit pro eo quod  
est, contactu neque prorsus jucundo,  
neque plane aspero et molesto, sen-  
sus hilarare, et quasi diffundere.  
*Lamb.*

430 *Fœcula jam quo de g.*] Horat.  
Sat. 2. 8. 7. 'acria circum Rapula, lac-  
tucæ, radices: qualia lassum Pervel-  
lunt stomachum: siser, alec, fœcula  
Coa.' *Lamb.* De fœcula et garo, legen-  
di interpr. Horat. et Martialis. Græ-  
ci etiam, sed voce a Latinis sumpta,  
*φακάλον* vocarunt. *Fab.*

*Inulaque saporæ*] Sic restitui ex  
auctoritate duorum cod. manuscr.  
tametsi Bertinianus habeat, *inicia*:  
Memmianus, *initia*, non *inula*. sed  
culpa est scriptorum librariorum,  
qui scribebant interdum *l* pro *i*, et  
contra *i* pro *l*. Inulam Horatius et  
Plinius dicunt amaram. Horat. Satyr.  
2. 8. 51. 'Eruca virideis, inulas  
ego primus amaras Monstravi inco-  
quere!' duo alii item manuscripti ha-  
bent, *viciaque saporæ*. *vicia* leguminis  
genus. Virg. Georg. 1. 75. 'Aut  
tenues factus vicia, tristisque lupini.'  
vulgati fere omnes habent, *vinique*  
*saporæ*. *Lamb.* Herba notissima est,  
*autnee* nostris hominibus. *Fab.*

431 *Denique jam calidos ignes, &c.*] Ad tactum tandem venit, et illius ob-  
jecta diversimode figurata esse docet  
vs. 18. quia calor et frigus organa  
diversimode afficiunt. Deinde tactum  
(quem Epicurus unice admira-

bantur et amabant) et diversas illius  
species non sine effusione quadam  
animi, et exultatione explicat. *Creech.*

432 *Dissimili dentata*] Sic habent  
quinque lib. manuscr. et ita legen-  
dum, non, ut vulgo, *tentata*. *Lamb.*  
Sed, iniquis, igni figura orbicularis  
conveniet magis; unde igitur *dentata*;  
dein pruinæ plane aliam figuram de-  
siderant, quippe igni adversæ. Sed  
ignis mordet, pungit; ergo non ita  
perfecte orbicularis est glomerami-  
nis, quin aliquid extet, quod pungat;  
nam de pruinis certa res est. Vir  
maximus in physiologia 'dentatum'  
hoc loco pro figurato accepit: illum  
adibis, si vacat, p. 325. edit. prioris.  
*Fab.* Figurata, ne putes Laetium  
velle ignis atomos angulosæ esse, non  
orbicularis figuræ, et 'sensus uter-  
que' (ita legit) dicitur, metonymi-  
cæ pro Utriusque. *Gassendus*. Sed  
plus 'dentata' significat: semina  
enim ignis compungunt sensum,  
ideoque necesse est angulos quosdam  
habeant extantes. Frigus ad figuram  
trigoniceam seu pyramidalem, quæ ni-  
mirum constat ex quatuor faciebus  
triangularibus, Epicurus refert. Et-  
enim in Epist. ad Pythoclem glaciæ  
causam declarans, fieri eam dicit  
*κατ' ἐκθλιψιν μὲν τοῦ περιφεροῦς σχημα-*  
*τισμοῦ ἐκ τοῦ ὕδατος, σύνισον δὲ τῶν*  
*σκαληρῶν καὶ ὀξυγωνίων τῶν ἐν τῷ ὕδατι*  
*ὑπαρχόντων, ἢ κατὰ δὲ τὴν ἕξοδον τῶν*  
*τοιούτων πρόσκρισις, &c.* 'Dum explo-  
duntur ex aquâ orbicularia (effectri-  
cia calor) corpuscula, coarctantur  
vero in eadem aqua, reperiuntur sca-  
lena, et acutangula, aut dum eo cor-  
puscula adsciscuntur extrinsecus, &c.  
Eadem Plutarchus in libro de primo  
frigido. *Creech.*

433 *Tactus uterque*] Tactus ignis et  
pruinæ. quidam doctus legendum pu-  
tat, *tactus utriusque*, i. e. tactus utrius-  
que. *Lamb.* Quidam legi vellent,  
*tactus utriusque* (i. e. *utriusque*) pruinæ  
et ignis. Ille, ille, quem dicebam  
modo, sic scribit [Videtur *uterque*

dici metonymicis pro utriusque] Eg o libentius, ut jam alibi, tactum pro tactibilitate sumerem. *Fab.*

404 *Tactus enim tact.*] Διακωπή, ut sup. princ. 1. 6. 'Te, Dea, te fugiunt venti.' *Lamb.*

*Pro divum numina sancta]* Pro Dii immortales, pro Divum atque hominum fidem. his exclamationibus uti solemus in indignationibus, quasi hominibus diffisi ad Deos confugientes. *M. Toll.* in *Lælio* : 'Nam quis est, pro Deum fidem atque hominum, qui velit, ut neque diligit quemquam, neque ipse ab ullo diligitur, circumfluere omnibus copiis, &c. innumera sunt alia apud Plaut. et Terent. exempla. sic idem Lucret. infr. eod. lib. 1032. 'Nam pro sancta Deum tranquilla pectora pace, Quæ placidum degunt ævum, vitamque serenam,' &c. Quod autem ad hujus loci sententiam attinet, supra lib. 1. docuit, tactum, sensum esse maxime corporis proprium, vs. 305. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res:' contra inane neque facere quicquam, neque pati posse, sed duntaxat motionem, seu motionis facultatem corporibus præbere: quod his verbis docuit Epicurus: τὸ δὲ κενὸν οὐτε ποιῆσαι, οὐτε παθεῖν δύναται, ἀλλὰ κίνησιν μόνον δὲ ἑαυτοῦ τοῖς σώμασι παρέχεται. De tactu integros commentarios scribebant Epicurei. *Gif.* Ad tactum provocat, sensuum omnium principem; nam sensus omnes ad tactum revocantur. Itaque uno appellato omnes intelligere potest. Ex criteriis autem, quæ tria sunt, sensus, anticipationes, et passionem, primæ partes dandæ sunt sensibus. *Fab. Pro divum numina sancta]* Poëtice, non philosophice; certe non κατ' Ἐπίκουρον loquitur [proh dii immortales,] quos frustra invocet, si illos securum agere ævum credideris. *Fab.* Inconsiderate, ut et omnia de tactu. Epicurus ipse, θεοὺς δὲ καὶ θεοῖσιν μὴ μὴ τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, θεοὺς τε σω-  
εχῶς καὶ Μὰ Δία, καὶ Νῆ Δία, ἐφορῶν

τοὺς ἐπερυχθούσας, καὶ προσδιαιρέσαστο, πρὸς τῶν θεῶν vid. Eusebium Præp. Evang. l. 14. Cap. 27. Lucretius imitatur Epicurum, inde hæc exclamatio, et illa infra 1092. 'Nam pro Sancta Deum tranquilla pectora pace,' &c. *Creceek.*

405 *Corporis]* Vir summi iudicii Fayus existimat corpus hoc in loco idem significare ac in 1. 305. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.' *Creceek.*

*Res extera]* I. e. exterior. unde a Papinio exter honor dicitur. *Pins.*

406 *Aut ex offensu]* Sic legendum, et ita habent quattuor libri manuscr. usus est eadem voce sup. 223. 'Nec foret offensus natus, nec plaga creata.' *Lamb.* Jam antea; cum corpora diversæ naturæ se se mutuo offendunt, et altera alteris intercurrent. *Fab.*

*Cum turbant]* I. e. turbas excitant, ut accipiamus absolute, quomodo et sup. 125. 'Corpora, quæ in solis radiis turbare videntur.' ad quem locum lege quæ annotata sunt. vel conjunge cum voce sensum, quæ sequitur, hoc modo: cum semina turbant confundant sensum, ut sit ἐπερηγημένον. *Lamb.* Neutrale est, seu absolutum: quamquam et cum τῷ sensum possit jungere. *Fab.* Ita veteres libri. Vulgati: *offensa.* *Gif.*

409 *Confunduntque]* De voce ista nihil interpretes: semina inter se comita confundunt sensum, quia tumultuantur; nisi quis mavult *Compungunt*, ut in vs. 420. *Creceek.*

440 *Quamlibet jam partem]* Quamlibet voles partem: vel, Ne longius abeam: id enim, ut supra ostendi, significat τὸ 'jam. *Fab.*

442 *Quapropter longe formas distare, &c.]* Recte argumentatur; varios edunt sensus: ergo varias figuras habent. Figurarum varietas id efficit; non magnitudo, non pondus, per se quidem. *Fab.*

443 *Var. edere sensu]* Amicus quidam meus legi posse putabat, *varia*

*reddere sensus.* Ego nihil muto: *Lodere sensus* autem plane mendosum est. *Lamb.* *Edere sensus*] *Lodere.* ut supra et inf. vs. 469. *Gif.* Alii legunt *reddere*, nihil muto: at *Lodere*, quod amat *Gifanius*, nullo modo ferri potest. *Creech.*

444 *Denique quo nobis, &c.*] Hactenus diversitatem figurarum probavit ex diversis motibus quos in organis sensuum objecta excitant: jam alia argumenta congerit, vs. 34. e firmitate et fluiditate rerum ducta. Quædam enim semina habent hapulos, uniculosve, quibus possint sese invicem irretire, continere, et spatiolis inanis, quantum fieri potest, seclusis impedire mutuam sese evolendi dissociandi que libertatem: ita firma duraque corpora constituuntur, ferrum, saxa, et similia. Aliæ particule hæves sunt et ad orbicularum figuram accedentes, et ex iis fluida corpora componas; nam particule lævove et orbiculari figura præditæ dissociabiles sunt, emobiles, impulsæ facile cedunt, et in proclive provolvi possunt. *Creech.*

445 *Hamatis*] *M. Tull. lib. 2. Acad.* 'Ut ille, qui asperis et lævibus: hamatis uncinatisque corporibus concreta hæc esse dicat, interjecto inani.' *Lamb.*

446 *Et quasi ramosis*] Sic restitui vocatus codicem *Bertinianum*, et alios duos manuscriptos. nam ceteri veteres et vulgati habent *per ramos.* *Lamb.* *Per ramos*, vulgati, et quidam veteres. *Gif.* Ergo implicatis, sed extensione inæquali, perplexabili, &c. veluti sunt ramorum brachia. *Fab.*

447 *Adamantina saxa*] Nota de lapillo pretioso et qui nunquam magnæ molis est, saxum: nam de magnete, quem saxum vocat alibi, longe aliud est. *Fab.*

448 *Prima acie*] *Metaph. a coplis militariibus.* *Fab.*

*Ictus contemnere sueta*] Sic *Plin. de adamantibus 87. 4.* 'Includibus deprehendantur, ita respuentes ictum,

ut ferrum utrinque dissulitet,' &c. *Virg. 6. 552.* 'Porta adversa ingens, solidoque adamante columnæ, Vis ut nulla virum, non ipsi excindere ferro Cælicolæ valeant.' Itaque adamas ex re dictus, quod nulla vi domari; hoc est, vinci aut frangi possit: a verbo *δαμνῶ*, seu *δαμνῶν*, quod 'domare' significat; et particula privante *a.* *Lamb.* Ita respicit ictus, ut ferrum utrinque dissulitet. *Ride.* Tunc de sanguine hirci, ride id quoque. falsum est et nugatorium; nam vel unico malleoli ictu in pulverem abibit; hircinus autem cruor non magis nocet quam soricam aut gossypium. *Fab.*

449 *Robora ferri*] *Tralatio* est ab inanimato ad aliud inanimum. nam robora proprie de quercu dicitur. sic *sup. 1. 881.* 'Robore cum in saxi franguntur.' *Lamb.*

450 *Claustis restantia*] *Vectibus*, aut clavibus resistantia, vomitur edunt. Quidam legunt *quæ claustris existantia*, et interpretantur, æra quibus portæ sunt inductæ atque operatæ. Sed præstat lectionem receptam tueri: et per æra intelligere vel cornices, quibus fores pulsantur, ut placet *Turnebo* (*κωπύρας* appellantur Græci) vel cardines abenos, quod ille magis probat. *Lamb.* De cardinis stridore intelligendum. *Vir doctissimus* qui aliter sentiebat, alibi erat, aut certe ibi indiligenter fuit. 'Restantia,' quasi sustinentia. *Fab.* *Vexiferantur*, *Voss. ad Catull. p. 170. Preig.*

451 *Illæ autem debent*] Sic legendum, non, *illæ quidem.* *Lamb.*

452 *Esse magis, fluido quæ corpore liq. c.*] Sic habent omnes fere vulgati, quibuscum consentiant duo manuscripti, sed *cod. Scip. Tertii*, et *Færmæ* habent: *Esse magis, liquido quæ corpore fluida constant.* *Lamb.* Quidam veteres: *liquido.* *Quid.* codices: *fluida.* *Gif.*

453 *Nec retinentur ensim*] Inter hunc versum et superiorem interpositus fuerat a necio quibus hominibus ver-



aus et illepidissimus, et ab hujus loci sententia alienissimus, *Namque papaveris haustus item est facilis, quod aquarum.* eum ego delevi. sententia autem hujus loci hæc est: Ea (inquit) ex lævibus et rotundis principiis constant oportet, quæ sunt liquida, et fluida. cui rei argumento est, quod eorum glomeramina quæque, i. e. corpuscula et rotunda, seu particulae glomeris in morem globosæ, non retinentur inter se, id est, non coherent inter se, neque manent constipatæ aut compactæ. *Lamb.*

*Glomeramina*] Ita vocat atomos rotundas, ait Gifanius. male; sed ei ignoscendum censeo: post Lambinum erravit. Numquam enim Lucretius atomos glomeramina vocavit, neque adeo potuit: sed intelligit moleculas; quod explicaretur, si obscurum foret. Ex multis atomis fit glomeramen; multa glomeramina corpus magnum constituunt. *Fab.* Faber vix ignoscit Gifano scribenti Lucretium vocare atomos orbiculares glomeramina; nunquam enim Lucretius atomos vocavit glomeramina, neque adeo potuit: sed Fabri clementiam non implorat Gifanius, et poeta potuit vocare atomos glomeramina, vocavit enim. Nisi quis censeat Lucretium de figuris seminum disputantem aliud quam semina significare velle. *Creech.*

454 *Et procurvus item*] I. e. et curvus eorum productus, et porrotenus continuatus, item, i. e. similiter, in proclivem et prorum locum volubilis est: similiter autem, nempe ut glomeramina inter se non retinentur. 'Procarrere' est porro currere, ut progredi, proferre, &c. porro gradi, et in publicum ferre. in quibusdam libris tamen scriptum reperi, *Et procurvus item.* Ne hoc quidem reticebo, a codice Bertiniano abesse præpositionem in, quæ est ante nomen *proclivæ.* quæ scriptura si cui placebit, 'proclivæ' erit adverbium. neque

est quod quemquam moveat syllaba ultima. nam brevem esse licet: cuiusmodi est in his, 'sublime volantes,' 'superne gubernæ,' et simil. *Lamb.*

*In proclivæ*] A quibusdam veteribus abest. In quibusdam libris: *percurvus.* Ante hunc versum in libris vulgatis et veteribus quibusdam hic est versus, meo iudicio nothus: *Namque papaveris haustus ita est facilis quam aquarum.* In quibusdam: *idem est.* *Gif.*

455 *Omnia postremo, &c.*] Quædam sunt corpora quæ inter fluida numeramus, vs. 9. Fumus, nebula, flamma, &c. quæ vel levissimo impetu dissolvi possunt et dissipari, ideoque ex hamatis et inter se perplexis seminibus non constant. Eadem tamen corpora sensus pungunt, Ut nebula et fumus oculos, res etiam duras penetrant, ut flamma lapides et saxa: ideoque e lævibus et prorsus rotundis principiis non componuntur. Hæc autem vs. 8. ex acutis seminibus partim componi asserit. Ista est hujus loci, qui toties exercuit interpretes, sententia. *Creech.*

*Puncto tempore*] I. e. brevissimo tempore. *Puncto* participium est. Alii legunt *puncto tempore.* ego nihil muto. Sic sup. eodem libro: 263. 'Nonne vides etiam patefactis tempore puncto Carcerib.' &c. et 4. 215. 'Jamne vides igitur, quam puncto tempore imago Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras?' *Lamb.* Ita libri veteres. Alii: *temporis.* *Gif.*

457 *Si minus omnibus sunt*] Ita legit Muretus, elegantius quam vulgati Codd. qui *Si minus omnia* exhibent. *Creech.*

*Si minus omnibus sunt*] Muretus legendum putat, *Si minus omnibus sunt:* non, ut vulgo, *Si minus omnia sunt,* cui assentior. Nam supra dixit, 'Omnia postremo,' ut hic iterare eandem vocem, sit τὰ πάντα ἄλλοις. *Lamb.*

*Si minus omnibus sunt*] Optima hæc Mureti emendatio est. I. e. si non

omnia fami, nebulae, &c. sunt rotunda. *Fab.*

459 *Pungere* uti] In quibusdam libris scriptum est, *pandere*: in nonnullis impressis, *pangere*: utrumque mendose. *Lamb.*

460 *Nec tamen harere, &c.*] Hunc versum, et duos, qui deinceps sequuntur, *ἄβελίζω*, ac delendos censeo, tanquam inculcatos, adulterinos, neque Lucretianos germanos. quod cur ita sentiam, cum possim pluribus aliis argumentis firmissimis probare, his tribus contentus sum: quorum hoc primum, quod sint supervacanei: alterum, quod sententiam corrumpant: tertium, quod horum versuum scriptor dicat cognosci posse, res illas, fumum, nebulas, flammam, et similia, constare ex acutis elementis, cum dicere debeat, ex lævibus et rotundis, nam acuta elementa in iis rebus locum non habent. *Lamb.* Inducit hos tres versus Lambinus. Ego ob librorum consensum, non ansim. Sed pro *sentibus* ex veteribus libris restitui *sentibus*, ut melior sit sensus. *Gif.* Hos tres versus optime ejecit Lambinus; neque enim a Lucretio esse possunt. In secundo typographicus error est, *sentibus* pro *sentibus*. Quæ vox unico probat non esse Lucretii; aliquo enim exemplo opus fuit ejusdem naturæ, cujus erant fumus, nebulae, &c. Ibi autem sentes et dumos arripit. Lambini vero ratio nil probat: cum dicit debuisse dicere auctorem illorum versuum, 'non acutis ex elementis,' sed lævibus atque rotundis; non ita est. Id enim homo nngator, quisquis ille fuerit, de sentibus dictum volebat, non de corpore fluido. *Fab.* Hos tres versus agnoscunt Codd. rejicit Lambinus; asseritque supervacaneos esse: quasi non debuit Lucretius affirmare fluida ista pungentia et penetrantia acuta semina non minus quam lævia et rotunda continere: atomi enim vel læves vel rotundi non pungunt corpus, neque pe-

netrant: libenter igitur retiserem si esset quod pro *sentibus* reponi possit. *Creech.* Fumus, inquit, flammæ, &c. effectum quidem sentibus sunt similes, sed non cohærentia et duratione; atque ita pungunt quidem subito, &c. at non diu, quoniam acuta modo sunt, non vero ramosa et perplexa, ut sentes. *Huv.*

463 *Sed quod amara*] Occurrit tacite objectioni. poterat enim quispiam dicere: si, quæ fluida sunt, ea constant primordiis lævibus et rotundis: amara autem, et cetera quæ lædunt sensum, ex asperis, amaratis, et squalidis: quid aqua marina fiet, quæ liquida est simul, et hamata? *Lamb.* Alia sunt fluida, quæ simul et amara aut acerba v. g. Aqua marina; hæc omnia componi asserit vs. 14. partim e lævibus et rotundis, unde istorum fluiditas, partim e squalidis et asperis, unde acerbitas et amaritudo; denique demonstrat istiusmodi corpora ex particulis diversimode figuratis compingi, quoniam separari possunt, percoletur enim per arenam aqua marina, asperas particulas deponit, et cum lævibus suis tantum et rotundis seminibus dulcis finit. *Creech.*

464 *Sudor uti maris est*] Sudor est maris, i. e. aqua marina. Empedoclis est hoc. Nam Empedocles dicebat, mare esse sudorem terræ, ut testatur Aristoteles lib. 2. *meteor.* cap. 3. eum reprehendens, his verbis: 'Ὁμοίως δὲ γαλοῖον καὶ εἰ τις εἰπὼν ἰδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οὐρανοῦ τε σαρῆς εἰρηκίαν, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. πρὸς τοῖσι μὲν γὰρ οὕτω εἰπὼν, ἴσως εἰρηκῶν ἰκανῶς: ἢ γὰρ μεταφορὰ, ποικιλιῶν. πρὸς δὲ τὸ γράναι τὴν φέρον, οὐχ ἰκανῶς. I. e. 'Similiter autem ridiculum est etiam, siquis, cum dixerit terræ sudorem esse mare, existimet se plani et manifesti aliquid dixisse: quemadmodum Empedocles, Nam ad poësin quidem ita locutus, satis dixit: sed ad cognoscendam maris naturam, parum.' *Lamb.* Hic vero, sicubi alias,

mirificos ludos præbent Interpretes. 'Sudor maris,' inquit, 'est aqua maris.' Bene sane. Sed quid ita tandem? Quia scilicet testimonio Aristotelis probari potest ex veteribus physicis nonnullos ita fuisse locutos. Sed ego utrumque falsum esse omnibus suffragiis facile vincam; id quod mox apparebit. Locus ille Aristotelis legitur in secundo Meteorologicorum pag. 556. edit. Parisiensis: en tibi hominis verba, ex cap. 2. in quo de maris salugine ex professo agit: Ὁμοίως δὲ γελῶν, καὶ εἴ τις εἰπὼν ἰδῶντα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν, οὐκ ἐστὶ σωφῆς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. πρὸς ποίησιν γὰρ, &c. i. e. 'Neque minus ridicule dixerit quispiam, ut ab Empedocle factum videmus, qui mare sudorem esse telluris dixerit,' &c. Hoc quidem loco Aristoteles solens more suo facit, ut meliores carpat; quasi scilicet agatur de genio τῆς διδακτικῆς: sed id alias videbitur; ad rem veniendum. Empedocles, δὲ μεταφορᾶς scribens, dixit, mare esse sudorem terræ; at Lucretius sudorem maris nominat, o bone. An igitur Lucretium inter et Empedoclem quidquam erit quod utriusque convenire possit? An vero, quod, si quid unquam aliud, ridiculum est, mare ipsum 'sudor maris' fuerit? Non, ut opinor. Deinde negamus hoc quoque, Lucretium hic de salugine, seu, ut veteres loquebantur, de amaro maris egisse: hoc enim sex septem demum versibus inferius faciet: 'Et quo mixta putes magis aspera lævibus esse Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum, Est ratio secernundi,' &c. Ubi 'Neptuni corpus' mare est. Quamobrem satis confido fore neminem, cui de nostra conjectura, nisi si certa potius emendatio vocanda est, dubitandum videatur. Agitur enim tantum de sudore, qui, ut et lacrymæ, salus et amarus esse, vel sensus iudicio, vel auctoritate Aristotelis et Plintarchi,

*Delph. et Var. Clas.*

comprobatur. Legendum itaque: *Sudor amarus ut est, &c.* His addo et aliud: Quod de Empedoclis sententia legerant interpretes, si in locum convenientem conferre volebant, debuisse ea, quæ hic scripserunt, ad hos libri 5. versus retulisse, ubi disputat Lucretius, qua ratione factum fuerit, ut mare et terra expressum sit. Ibi enim diserte 'sudorem terræ' vocavit: vs. 484. 'Inque dies quanto circum magis ætheris æstus, Et radii solis cogeant undique terram Verberibus crebris, extrema ad limina apertam, In medio ut propulsa suo condensa coiret; Tam magis expressus salus de corpore sudor Angebat mare manando, camposque natantes.' Quid vero quod in Mss. Codd. ad oram horum versuum, de quibus superius actum est, adscriptum legitur, *de sudore salso?* Non igitur aliter olim legebatur hic locus, quam ut a me restitutus fuit. Poterant fortasse hæc fusius tradi; sed doctioribus scribimus, quibus hæc sat erunt. Nam salsum et amarum, ἀλμυρὸν et πικρὸν, alterum pro altero sumi non est, opinor, quod probem, cum ea res notior sit, quam ut hinc illinc petitis ex utraque lingua testimoniis egere videatur. *Fab. Sudorem maris vocat salem.* Auctor Et. M. in *Λιβητόμωβα.* vide T. Fabri Ep. Crit. p. 188. ubi non recte corrigit Porphyrii locum, qui sic legendus τὴν θάλατταν ἐκάλει βόταν ὀκρυνον. vide quoque versus Empedoclis apud Plutarchum lib. 1. c. 3. placit. Philol. ubi *νήστιν* vocat mare. *Voss.* Faber legit *Sudor amarus ut est* et asserit Lucretium his 7. vs. de sudore tantum disputare. Hæc conjectura illi mirifice placet, et fruatur; non invidio. *Sudor maris seu udor maris lege.* Non quia, ut interpretes, Empedocles olim vocavit mare Sudorem terræ, (*ἰδῶντα τῆς γῆς* Aristoteles 2. Meteor.) sed quia 'Sudor,' seu ut alii 'Udor,' idem est ac Humor: vid. Varronem

*Lucret.*

4 B

de L. L. lib. 4. voce 'Usus.' De sudore autem et non de aqua marina hic loci agere poetam isti soli dicunt qui indiligenter legunt. Creech.

*Minime id mirabile habendum]* Sic habent plerique codices typis excusi: quos secutus sum. nam manuscripti hoc loco depravati sunt: ex quibus quidam, cum aliis vulgatis congruentes, habent *mirabile cuiquam*: alii, *mirabile debet*. ex qua scriptura vitiosa, facere ansim, *mirari debes*. Lamb. *Minime id mirabile cuiquam]* Ita veteres libri, haud scio, an recte. Marullus et Vulgati: *habendum*. Gif.

465 *Nam quod fluidum est]* Hic non eliditur: qua de re supra diximus lib. 1. Respondet autem illis quæ objecta fuerant, hoc modo: Non est quod quisquam miretur, eadem interdum esse et amara, et fluida: quamvis dixerimus fluida constare e lævioribus et rotundis elementis: amara, ex asperis, squalidis, et molestis. Nam in his quæ sunt amara simul et liquida, dicendum est primordiis rotundis, politis, et lævibus esse admista quædam doloris et molestiæ corpora, id est horrida, aspera, et squalida: quo fit ut provolvi possint simul, et sensus lædere. Lamb.

466 *Mixta doloris]* *Admixta*, forte rectius. Gif.

*Doloris corpora]* I. e. aspera, et squalida. Lamb. Aspera, inæqualia: unde dolor et insuavis motus. Fab.

467 *Nec tamen hæc retineri hamata]* I. e. nec tamen hæc hamata inter se retineri et hærrere necesse est. sic supra locutus est: vs. 458. 'Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque.' Lamb.

468 *Scilicet esse globosa, tamen cum equal. cons.]* Sic habent omnes libri et manuscripti, et typis excusi: neque est quod quisquam dubitet de integritate scripturæ: *scilicet* autem positum pro *scire licet*: ut apud Ter. Heaut. 2. 3. 117. '*scilicet* facturum me esse.' ibidem: 5. 1. 19. 'Continuo

injecisse verba tibi Dromonem scilicet.' sic apud Plautum videlicet pro, videre licet, in Sticho 4. 1. 49. 'Videlicet parvum illum fuisse senem, qui dixerit.' ibidem paullo post vs. 51. 'Videlicet illum fuisse nequam adolescentem, qui illico,' &c. sic idem Lucretius supra 1. 211. 'Esse videlicet in terris primordia rerum, Quæ nos.' Ita totius hujus loci hæc sententia est: Scire licet, ea principia ex quibus constat aqua marina, esse globosa, cum tamen constant, i. e. sint, squalida. Debet autem distinctionis nota scribi post vocem 'globosa,' ut 'tamen cum' sic intelligamus, quasi dictum sit cum tamen. Jam antea: Scias licet esse globosa; neque aliter veteres. Ceterum post 'globosa' distinctivum ponito, ut legas conjunctim, 'tamen cum,' i. e. quamvis. Fab. Scilicet, 'scire licet,' ut sæpe Lucretius; quodcumque enim est fluidum ex orbicularibus et globosis principiis constat. Creech.

470 *Magis aspera]* Cave istud *magis* cum *aspera* jungas: nam cum τὴν *putes* connecti debet: alloqui a sensu abieris. Fab.

471 *Unde]* A quibus, nempe principiis asperis. Lamb.

*Est Nept. corp. acerb.]* I. e. aqua marina, salsa et amara est. infra eod. lib. vs. 654. 'Hic si quis mare Neptunum, Cereremque vocare Constituet fruges, et Bacchi nomine abuti Mavult, quam laticis proprium proferre vocamen Concedamus, ut,' &c. Arnob. l. 3. adv. Gentes, traditum esse a veteribus scribit, 'Neptunum esse appellatum ex eo quod aqua nubat terram.' Cicero vero lib. 2. de N. Deor. a nando. 'Acerbum' improprie posuit pro amaro: vel 'acerbum' intellige, linguæ injucundum, ingratum, ac molestum, ut sup. Lamb. Aqua marina, quod exemplum post sudorem nunc sumit. Fab.

472 *Est rat. accerna.]* I. e. ratio et

via est aliqua discernendi ejus quod dulce est, ab eo quod est amarum. *Lamb.*

*Scorsumque videndi] Svidendi, ut discernendi, a verbis ejusdem significationis. Fab.*

478 *Humor dulcet, ubi]* Conjectura ductus ita scripsi. Vide Indicem. *Vulgati dulcis. Gif. Hum. dulcet, ubi, &c.]* Si vulgatam et receptam scripturam tuebimur, *humor dulcis*, hic erit ordo: ita (subintellige) ut humor, nempe dulcis in foveam fluat, et mansuescat, ubi idem humor, nempe dulcis, crebro percolatur, id est permanat, et pertransit, ut, &c. Sed videtur legendum, *Humor acerbus*: ut sit hic ordo, Ubi humor acerbus percolatur crebrius ita, ut, &c. vel, ut quidam existimat male de me meritis, *Humor dulcis, ubi, &c.* vel, *Humor dulcet*: *dulcet* autem, seu *dulcis*, i. e. dulcescit, ut idem ille notat. cur enim culquam, quantumlibet improbo atque injusto, suum eripiam? nisi forte hoc quoque illi alienum est, non suum. 'Humor' porro, nempe salus, et marinus. Licet etiam, ut mihi videtur, legere, *Percolatus*, ut sit hic ordo verborum: Est ratio discernendi humoris salis, ab eo qui dulcis est, ubi, id est quando, humor (marinus scilicet) crebrius idem percolatus, ita ut in foveam fluat et mansuescat, dulcit, sive dulcet, i. e. dulcescit. quod si cui placebit, sic erit distinguendum, *Scorsumque videndi Humor dulcis ubi, per terr. crebrius idem Percolatus, &c. Lamb.*

474 *Percolatur]* Quasi per colum purgatur, unde *colatus* apud Tertull. lib. 1. ad Nationes, 'Serenitas colata,' pura scilicet, 'innubilis æther,' Virg. Vires autem antea occurrit pro humore. *Fab.*

475 *Linq. en. sup. tæti, &c.]* Nam aqua marina (inquit) supera, i. e. in superiore parte terræ, linqvit primordia tætri viri, id est humoris naturalis marini. Ita autem legendum

esse, quemadmodum excudendum curavimus, vincunt lib. tres manuscript. et Ald. antiq. et Paris. nisi quod in Paris. et uno manuscript. legitur, *Linqvit enim tætri supera prim.* Prisc. autem libr. 6. hunc versum paullo aliter profert. sic enim ille, *Linqvit enim supera tætri vestigia viri.* sed vel aliud agebat Prisc. vel scriptoris librarii peccatum est. *Lamb.* Priscianus lib. 6. *Linqvit vestigia.* Quidam veteres etiam: *liquit.* Gif. Vtri. Servius ad Virgil. Georg. 1. 128. 'Hodie tres tantum habet casus: hoc virus, hoc virus, o virus. Antiqui hujus viri dicebant. Lucretius. 'tætri primordia viri.'" *Hav.*

476 *Quo magis]* Quia sunt aspera scilicet. *Fab.*

477 *Quod quoniam docui, &c.]* H. e. quod probandum suscipit; variant figuræ atomorum, et est illarum varia magnitudo, ut jam ostensum est, sed tamen illa varietas infinita non est; etsi sit indefinita, seu incomprehensibilis. Id primo probat vs. 22. ex ipsa seminum, quam olim demonstraverat, parvitate. Ut enim figurarum varietas foret infinita, necesse est ut immensa sit seminum quorundam moles, cum sola immensa magnitudo sit infinitæ varietatis figurarum capax. Si corporis figuram mutare velis, transpone partes, quot sunt diversæ positiones tot erunt diversæ figuræ; idem in semine aggredere, omnibus modis partes, quæ in illo concipi possunt, versa et transpone, et finitam tantum figurarum varietatem in tantillo corpore agnosces. Epicurus docuit, εἶναι τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων ἀπερίληπτα, οὐκ ἄπειρα. Plutarchus de Placit. Phil. 1. 1. C. 8. 'Ἀτόμοι ταῖς διαφοραῖς οὐχ ἀπλῶς ἀπειροὶ εἰσιν, ἀλλὰ μόνον ἀπερίληπτοι, εἰ μὴ μὲλλει τις καὶ τοῖς μεγέθεσιν ἀπλῶς εἰς ἀπειρον αὐτὰς ἐκβάλλειν, ὅτε ἐν τῷ ὅρισμένῳ μεγέθει ἀπειροὶ ἐνοεῶν διαφορὰς ἀδύνατον.' Epicurus ad Herod. Ita recte legit Gassendus:

Meibomius autem suis emendationibus omnia turbavit. Creech.

478 Ἐξαφθεῖσα, ἐχομένη, annexa, connexa, pendens: *fidem* autem i. e. probationem: ut et Græce *πίστις* in eadem notione. *Fab. Apta*, adepta Barthius, ut in vs. 636. Claudiani de Bello Getico. 'O meritam nomen felicibus apta: triumphis.' Creech.

*Primordia rerum*] Hoc illud est quod probandum suscipit: variant figuræ atomorum, et est illarum varia magnitudo, ut jam ostensum est: sed tamen illa varietas infinita non est, etsi indefinita, seu incomprehensibilis. Incommoda jam proferet. Cui addas hoc ad illustrationem, atomorum non unam esse magnitudinem; sed magnitudinis varietas quanta erit, non debet certe esse infinita: alioqui fieret ut unica atomus totum esset; at eo ducit re invitum figurarum varietas: nam infinitæ figurarum varietates necessario infinitas magnitudines postulant. Quæ sequuntur, his ita expositis, plana sunt et perspicua. *Fab.*

479 *Finita variare figurarum ratione*] Sic legitur hic versus in quinque lib. manuscriptis, nisi quod in uno scriptum est *variata*, non *variare*. In codicibus autem Aldinis antiq. Vicet. Parisiens. et ceteris vulgatis, *Finitas variare figurarum rationes*. quarum lectionum ultra sit potior, iudicet lector. verbum *variare* quidem neminem movere debet, si hoc loco absolute poni præter morem videatur. nam etiam alibi eodem modo usurpatur, ut infra eod. libro, quinto abhinc versu. Nunc ad hujus loci sententiã veniamus. Posteaquam docuit, primorum corporum figuras dissimileis esse ac dispares, docet jam, eas ipsas figurarum dissimilitudines ac varietates finitas esse, qua de re sic Laërt. ex sententia Epicuri: Πρὸς δὲ τοῖσιν τὰ ἄτομα τῶν σωματικῶν καὶ μετὰ, ἃ ἂν καὶ αἱ συγκρίσεις γίνονται, καὶ εἰς ἃ διαλύονται, τῇ ἐνεργείᾳ

ἀπερίληπτα, περιληπτά ἐστὶ ταῖς διαφοραῖς τῶν σχημάτων. οὐ γὰρ δυνατόν γενέσθαι τοσαύτας διαφορὰς ἐκ σχημάτων ἐνεργείᾳ περιληπμένων, &c. i. e. 'Præterea corpora individua et plena, ex quibus res compositæ concretæque gignuntur, et in quæ dissolvantur, comprehendi non possunt re et uso, figurarum autem differentia possunt. Non enim fieri potest, ut tot rerum naturalium differentiarum ex figuris re comprehensibilis nascentur.' In unaquaque autem figuracione simpliciter infinita sunt corpora individua: differentiarum autem non sunt infinita, sed eo tantum, quod re comprehendi non possunt, infinita. Sic propemodum Plutarchus περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλο. εἶναι δὲ τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων ἀπερίληπτα, οὐκ ἀπειρα. i. e. 'Figuras autem atomorum re comprehendi non posse, non tamen esse infinitas.' Lamb. *Finita variare. Finitas rationes.* Et ita infr. 'variare figuras:' et 'ratio figurarum' nihil est aliud, quam figuræ, Lucretiano more. Ut 'ratio animi.' Gif.

480 *Quod si non ita sit*] Tale est argumentum Lucretii: Si essent infinitæ atomorum figuræ, essent aliquæ atomi immani et immensa magnitudine: hoc falsum: ergo et illud. minorem propositionem sic probat, 'Nam,' &c. Lamb.

482 *Namque in eadem una quoque quoque brevitate*] Secutus sum in hoc versu religiose codices veteres, nisi quod ex quoque quoque, feci quoque quoque, i. e. cuiusque, ut 'quicquid' pro quicquid usurpari solet et apud hunc poetam, et apud alios scriptores: quoque quoque autem, aut cuiusque, ferri non potest in hoc versu. Lamb. *Cuiusque in.* Ita veteres omnes libri. ut in 'eadem' non extiterit. Numeri sunt Enniani. Cicero de orat. Male vulgati et Lambinus: cuiusque quoque. Gif.

484 *Fac enim*] Sic habet cod. Berthinianus, quem secutus sum. alii, *face enim.* Lamb. Ita veteres. Marullus

et Vulgati : *face*. Vide Indicem. *Gif*.

485 *Tribus vel Pluribus auge*] Non, tres aut plures partes addas, ut alii interpretes; sed supponas, e tribus aut pluribus, i. e. definito partium numero constare. Quælibet figuratio positionem partium peculiarem exigit, porro autem partes magnitudinis finitæ tot modis transponi, et componi possunt, ut nullus tandem positionis modus superstes fiat: alioquin enim novæ et novæ in infinitum partes essent, ex quibus magnitudo tandem infinita conciperetur, cujusmodi sane in atomo non est, quæ infra visum longe consistit. Gassendus. *Creecb*.

488 *Omnimodis expertus eris*] Libri manuscripti. sic habent. alii: *Omnimode expertus fueris. omni, modis autem, i. e. omnibus modis. Lamb*.

*Omnimodis*] *Omnimode, Omnimodo. Gif*.

489 *Formai spec.*] *Formarum speciem* habet secunda mea editio: sed primæ editionis lectionem, *Formai*, hic assero. *Lamb*. Ita et paulo infra. *Lambinus: Formai. Gif*.

491 *Addendum parteis altas erit*] I. e. parteis alias addere oportebit: quod loquendi genus notavimus supra I. 112. ad illum versum, 'Æternas quoniam pœnas in morte timendum:' et item ad 189. 'Multa novis verbis præsertim cum sit agendum.' sic Varro lib. 8. de L. L. 'Sic omneis repudiandum arteis, quod in medicina, et in aliis multis discrepant scriptores.' *Lamb*.

492 *Adsimili ratione*] Sic restitui librorum manuscriptorum auctoritate fretus. Virg. 6. 602. 'Quos super atra silex jamjam casura, cadentique imminet assimilia.' *Lamb*.

496 *Quare non est ut cred. p.*] *Ode Iovis Iovis narratops*, i. e. 'non potest, vel non debet fieri, ut credas.' *Lamb*.

497 *Immani*] I. e. ingenti, ut apud eundem, 'immania templa.' *Lamb*.

*Maximitate*] Vox rara 'maximitas:' quam ut probet esse Latinam, hunc

versum profert Nonius Marcellus. Utitur Arnobius lib. 6. 'Aut vero in vastis porrigere se longius, atque in maximitate producere.' *Lamb*. Vox Lucretiana: quæ tamen fastidio fastidiosulas aures non magis radere debet quam 'proximitas' sæpe apud Ovidium. *Fab*. Sic 'proximitas' apud Ovidium, 'optumitas,' et 'opulentitas' apud Plautum. *Creecb*.

499 *Barbaricæ vestes*] I. e. Babylonicæ. idem 4. 1023. 'Cum Babylonica magnifico splendore rigantur,' vestes sunt purpureæ textiles, aut acupictæ, ex Babylonia avectæ, vel dic Phrygias significari. *Lamb*. Phrygiæ, Persicæ, Babylonicæ. Hæc omnia a consequenti dicuntur, et plane necessaria sunt ex positis. Eo enim fieret, ut quæ hodie splendidissima, suavissima, &c. sunt, ea ab aliis aliisque tandem vincerentur: denique eadem incommoda, quæ modo de magnitudine dicebam, enasci videres. *Fab*.

*Melibœaque*] Festus: 'Melibœa purpura a nomine insulæ, in qua tingitur, est dicta.' Virg. *Æn*. 5. 251. 'Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.' Melibœa autem Thessaliæ est urbs, de qua Strabo lib. 9. et item Stephanus de urbibus. *Lamb*. *Melibœa*. Melibœa Thessaliæ oppidum infectura purpuræ nobile. nam quod excerpta Serviana insulam faciunt, nugæ. *Fab*. *Jam tibi Barbaricæ vestes, &c.*] Vas. 15. aliam accipe rationem: Si aliæ et aliæ figuræ in infinitum concederentur, nullæ essent extremæ qualitates rerum naturalium certæ et determinatæ; quando figuratione nova ita variarentur, ut et quacunque optima mellor, et quacunque pessima deterior exoriri possit. Vestes pretiosissimi coloris, odores, soni, et saporis optimi ab aliis superarentur, nec amplius in honore essent; dum quæ jam ingratiissima videntur, et quæ maxime aversamur, præ aliis deterioribus quotidie exortis eligeremus. A Peneo ad Sepiada, Gyrtona, Melibææ,

Castanæa; pares ad famam, nisi quod Philoctetes alumnus Melibæam illuminat. Pomp. Mela 2. 8. Ad quem locum Vossius, Non ob Philoctetem tantum urbs hæc illustrior erat aliis istis duabus, sed et ob purpuræ tincturam, Lucretius 2. 499. 'Melibæaque fulgens Purpura Thessalico concharum tincta colore.' Sed et Virgiliti locum, cum inquit *Æn.* 5. 351. 'Quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibæa ecurrit,' de hac ipsa urbe interpretantur. Alii tamen, quod sciam, Thessalicæ, vel Melibæensis purpuræ non meminerunt. Præterea, Festus Pompeius dicit insulam fuisse, 'Melibæa purpura a nomine insulæ, in qua tingitur, vocatur.' Atqui hæc Melibæa in recessu sinus, quem Oasæ et Pelli promontoria efficiunt, erat sita, nihilque minus erat quam insula. Locum itaque Lucretii et Virgiliti de Phœnicia purpura accipiendum esse existimo: in ditone enim Apamiæ, quæ Pella dicta erat a Macedonibus, caputque fuit aliquamdiu omnium Syriæ civitatum, insulam Melibæam eleganter describit Oppianus, sitam in Oronte flumine, qui, antequam mari mergitur, late circa illam stagnat. Thessalicas vero illas conchas dixit Lucretius, quia a Thessalis vel condita est, vel nominata est ita Phœnicia Melibæa. Thessali enim et Macedones innumeris Syriæ locis patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula, Berrhœa, Edessa, Larissa, Heraclea, Ægæ, Chalcis, Euporos, Dium, Maronea, Pieria, Cyrestica, aliaque infinita. *Cresch.*

500 *Tincta colore: et aurea*] Aberat a vulgata omnibus copulatio et post vocem 'colore:' quam restitui conjectura ductus, cum reperissem scriptum in duobus cod. manuscr. *coloret.* Lamb.

501 *Aurea pav. videnti imb. col. &c.*] Sic habent cod. manuscripti, et ita legendum, quod item jam pridem admonuit P. Victorius annotat. in Epist.

15. 19. *secula* autem, i. e. genera. vulg. *Sedula, quæ rerum, et.* Lamb. Ita et libri nostri in quibusdam: *secula nove.* Vulgati: *sedula quæ rerum;* pessime. *Gif.* Pulcra, 'Venus aëres,' (quamquam ex historia,) 'æqui aërei' apud Pind. in 1. Olymp. 'aëreus pæer,' Apul. *χρυσοῖς ἰστέσις*, Aristænat. *Fab.*

503 *Smyrna*] Veteres libri ita rectissime. Vulgati: *myrrha.* *Gif.*

*Myrrha*] Vet. Codd. *Smyrna*; idem sonat: *μύρρα γὰρ ἡ σμύρνα κατ' Ἀλεξάνδρου, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μέγαν διὰ Σμύρνης ἀνακρίθην.* Athenæus, p. 668. vid. etiam Theophrastum de Odeisibus. *Cresch.*

504 *Cycnus mele*] Canticonea cycnorum. cycnos traditum est moribundos suavissime canere. Plato in Phædone: *Κύωνι ἀποθαυόμενοι τίνε δὲ μέλιτα φέουσι, γηγυθῆτες ἔτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν εἰσιέναι, ὃ εἰσι θεράποντες:* i. e. 'Cycni morituri tum maxime canunt, lætantes quod ad Deum ituri sunt eum, cujus sunt ministri.' μέλι autem Græcum est. sic supra, vs. 412. 'Ac Musæa mele,' &c. Lamb.

*Dædala chordis*] Variata, *περικαλλῆνα* chordis: quæ varios sonos reddunt chordis: vel varietate grata, et jucunda. Phœbea autem intellige quæ cithara canuntur. Nam poëtæ Phœbum oithara canentem faciunt. Hom. *Il.* a. 603. *ὃ μὲν φέρμιγγος περικαλλῆς, ἢ ἔχ' Ἀπόλλων.* Et Mercurius Phœbo pro virga quam ab eo accepit lyram. ei vicissim donasse dicitur. Lamb. Quæ vario fidium sono canuntur, &c. *Fab.*

507 *Cedere item retro possent*] Sensus est: Quod de præstantia certorum unguentorum, purpuræ, canticorum, quæ quandoque oppressa silere modo dicebam, id contra de factore, sono ingrato, turpitudinis, &c. dicas licet. Nullus enim adeo tæter odor est, qui non infinitis partibus tætrior fieret. *Fab.*

511 *Quæ quoniam. n. a. in reb. redd.*] I. e. quæ quoniam in rebus locum non



habent, vel non sunt rebus attributa, vel in rebus non reperiuntur, &c. *Lamb.*

*Certa et finis*] Et quoniam certa finis, &c. alii legunt, *certaque finis*, ut sit versus hypermeter. sed errant. *Lamb.* *Certaque*] Ita lego omnino. In libris omnibus fere, *certa*. *Lambinus*: *certa et*. Vide in Indice. Vers. Dactyl. *Gif.*

512 *Utrisque*] Et ab iis rebus quæ sensus vehementer offendunt, et ab iis quæ magnopere delectant: vel a duobus extremis contrariis. *Lamb.*

514 *Ab ignibus*] A caloribus æstivis. *Lamb.* Hunc locum de Zonis accipieudum non puto, sed de vi intensissima ignis, de frigore, de tepore, &c. *Fab.* Confirmat vs. 7. quia vulgo res determinantur contrariis qualitatibus, quæ ita extremæ sunt, ut plures quidem gradus medios, at nullum prorsus extra se habeant. *Creech.*

515 *Finis est*] Spatium. *Lamb.*

*Retroque*] A frigoribus hibernis ad calores æstivos. *Lamb.* *Retroque remensum est*] A pruinis ad ignes; res plana. Nota tamen passivæ significationis *remensus*, ut *adeptus, expertus* et alia id genus apud Sallustium. *Fab.*

516 *Finis enim*] Declarat id quod obscurius dixerat. *finis* autem legendum, non *finis*. Sed aliter hæc de re M. Tull. lib. 6. de rep. et Virgil. et ceteri: quamquam Lucret. de summa rerum agit, seu de omni, M. Tull. de mundo. Epicurei enim non unum mundum, sed plures et innumerabiles esse volunt. sic igitur M. Tull. 'Cernis autem terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis: e quibus duos maxime inter se diversas, et cæli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides: medium autem illum et maximum solis ardore torrerit.' Virg. Georg. 1. 283. 'Quinque tenent cælum Zonæ, quarum una corasco,'

&c. *Lamb.*

519 *Ancipiti quon. mucrone*] Hinc calore, illinc frigore dominante. *mucrone*, i. e. sine, ut interpretatur Turnebus. *Lamb.* Terminum intellige, ultra quem nec frigus intendatur, nec calor. *Fab.*

*Notantur*] Metaphora a terminis depactis: alioqui locus vulgo non intelligitur. *Fab.*

520 *Incessa pruinis*] Si hanc scripturam recipimus, ut rectam et germanam, 'incessa' interpretabimur obsessa et circumfusa, aut obsecta: atque ita habent libri fere omnes vulgati, præter Aldinum antiq. in quibus impressum est *infensa*. In manuscriptis autem aliis scriptum reperi, *inensæ*, et ita habent Vicetini: in aliis, *infessa*: quæ scripturæ varietas facile declarat, locum esse corruptum. Ego aliquando existimavi legendum, *infesta pruinis*. Sic enim loquuntur Latini: 'vis latrocinii infestæ, ætas aliorum libidine infesta: mare prædonibus seu piratis infestum, pro infestatum.' Sed Turneb. cujus iudicium plurimi, ut debeo, facio, ait, scripturam antiquorum codicum, defendi posse, si intelligamus, *infessa pruinis* dictum pro *fessa in pruinis*, i. e. desinentia in pruinas: seu finita pruinis, seu fatigata pruinis. quod concoquere non possum. *Lamb.* Ita vett. libri fere. In quibusdam tamen: *infensa*. In vulgatis *incessa*, *infesta*. *Gif.* Sic omnino legi debere credidi: etiamsi *infesta* ferri queat, in notione passiva. *Infessa* autem, Turnebi, non placet. *Incessa* vero, occupata, ut locus incessus ab hoste, &c. *Fab.* Obsessa, circumfusa. Alii *Infesta*: Turnebus *Infessa pruinis*, i. e. Fessa in Pruinis, seu desinentia in pruinas, seu pruinis finita; ita ingenio et acumine suo abutitur vir ille magnus, ut imperiti Librarii errores explicet, et defendat. *Creech.* Legendum haud dubie *incessa*, quod vel

nus locus Statii evicerit, qui est lib. 13. Theb. p. m. 516. 'Somnosque ferarum Prætereo horrendis inesssa cubilia monstris.' Ubi apposite de ferarum cubilibus, quibus decumbunt, participio *inssesa* utitur, ita ut neque *inssesa*, neque *inssensa*, neque *inssesta* pro eo substitui ullo colore queat. Manifesto autem Lucretium, ut solet, imitatur. Vide etiam Canteri Nov. lect. 2. 8. *Preig.*

521 *Quod quoniam docui*] Probativè dissimiles figuras finitas esse; jam vs. 7. subjungit aliam Epicuri sententiam, 'Semina viz. quæ sunt similis figuræ numero infinita esse,' infinita orbicularia, infinita ovata, infinita pyramidalia, atque ita de cæteris; addit deinde rationem ex infinitate seminum superius probata; quippe, cum species figurarum finitæ sint, perspicuum est, si, quæ sub ipsis continentur, atomi finito forent numero, nullam fore in universo atomorum infinitatem. *Καθ' ἑκάστην δὲ σχημάτων ἀπλῶς ἕκαστοι εἰσιν ἀτόμοι οὐ γὰρ τὸ πᾶν εἴη τῷ πληθεῖ τῶν ἀτόμων ἕκαστος, εἰ μὴ ἀπλῶς ἕκαστοι ἂν εἰσιν αἱ καθ' ἑκάστην τε σχημάτων ὁμοῖαι.* Epicurus ad Herod. *Creech.*

522 *Ex hoc apta fidem ducit*] Sic sup. vs. 477. 'Quod quoniam docui, perg. conn. rem, q. Ex h. apta fid. ducat, p. r. Finita var.' &c. et M. Tull. Tusc. lib. 5. 'Fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti jussit.' Idem Acad. lib. 2. 'Mundus undique ex se aptus.' Idem de Finib. lib. 4. 'Ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta, et connexa.' Ab hoc loco incipit docere, cujusque figuræ primordia, inter se similia, esse finita: quod hoc modo probat: Dissimilitudo, seu distantia figurarum, finita est, ut ante probatum est. at si similes principiolorum figuræ, erant etiam finitæ: fiet, ut summa materiæ sit finita. Hoc falsum, (contrarium enim supra probatum est,) ergo et il-

lud. *Lamb.*

*Primordia rerum inter se simili, &c.]* Probativè dissimiles figuras esse finitas; si autem similes itidem finitæ essent, summa finita foret: at finita esse summa non potest; ergo. *Fab.*

524 *Etenim distantia, &c.]* Non adscripsissem in hac tertia editione hoc quiddam leve, sic esse scriptum in tribus lib. manuscript. Vaticano, Memm. et Bertiniano, nisi homo barbarus, et quod gravius est, insignite impudens, et contumeliosus, post meas duas editiones, contendisset, hunc versum ita legendum et scribendum, *In finita cluere. enim distantia cum sit, &c.* cui neminem doctum et sanum credituram puto. Est enim versus ipso quidem plane dignissimus, Lucretio vero indignissimus. Quod autem ait a Marullo factam *etenim*, ex *enim*, quod erat in manuscriptis; magnum et impudens mendacium. nam, ut de aliis taceam, liquet mihi dejerare, ita scriptum esse hunc versum, ut edidi, in cod. Bertin. quem scio nunquam in Marulli manus incidisse. quid est esse sycophantam, si hoc non est, ea conferre et ementiri in alterum, præsertim doctum et clarum virum, (mitto dicere, mortuum, quo quid sceleratius?) quæ perspicue falsa sunt? *Lamb.*

524 *Cluere. enim*] Sic habent veteres libri. Marullus fecit: *etenim*, male. Vide Indicem: *Enim*. Gif. Pro *Enim* contendunt Gifanius et Pareus, quibus nihil magis displicet quam versus integer. *Creech.*

528 *Quod quoniam doc. nunc suavit.]* Nunc incipit docere, infinita materiæ corpuscula, ab æterno tempore usque continuata plagarum impulsione, summam rerum continere, et ita res omneis naturalis singularis ab æterno usque tempore progignere et procreare. *Lamb.* Quatuor sequentes versus tanquam inidoneos argumento explicando prætermisit Gaa-

sendus. Et abesse possunt, si consideremus Lucretium de figuris seminum disputare; si vero particulare, quod sequitur, argumentum spectemus, necessarii videntur: atomorum sub unaquaque figura infinitatem modo probaverat: objectionem vero imminentem prævidentem prævidet, quæ ut melius una cum responsione intelligatur, quatuor his versibus lectorem monet, quid expectare debuit.

*Creech.*  
*Nunc age ostendam]* Summam rerum stare, et contineri per continuas ab æterno plagas. *Fab.*

531 *Protelo]* I. e. impulsu, seu tenore, ut interpretatur Donatus in Phorm. ubi huic versus Lucret. profert. ad illum locum, 'Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.' docetque protelum dictum esse vel a  $\pi\rho\tau\acute{o}$  et  $\delta\lambda\epsilon\acute{o}\varsigma$ , vel ab assiduo telorum jactu. Utitur eadem voce idem Lucretius 4. 191. 'Et quasi protelo stimulator fulgure fulgur.' Est autem hic, ut opinor, significatque, longe, producte, perpetuo, et continuo tenore. 'Protelare, longe propellere (inquit Festus) ex Græco videlicet  $\tau\rho\tau\acute{\alpha}$ , quod significat longe.' Terpill. apud Nonium: 'Propter peccatum paucillum indignissime Patria protelatam esse, sævitia patris.' lege et Nonium in verb. 'protelare: ubi hos versus Lucillii profert, 'Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus possent.' Sic Catull. ad Catonem: 'hunc ego, si placet Dionæ, Protelo rigida mea cecidi.' *Lamb.* Plura hic possem, si luberet: sed nolim onustam his notis Lucretium. 'Protelum' proprie est tenor ille ducti aratri per sulcos. Itaque 'protelum' erit continuata actio et  $\delta\lambda\epsilon\acute{o}\varsigma$ . Reliqua forte ad Terentium olim, ni me harum rerum tædeat. *Fab.* 'Protelare' Fugare, Terent. Phor. Act. 1. Sc. 3. 'Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.' vid. denique Voss. ad Catull. p. 123.

*Creech.* Hinc 'protelare' apud Terullianum, assiduum Lucretii imitatorum. De Pœnit. cap. 4. 'Hæc te peccatorum fluctibus mersum perlababit, et in portum divinæ clementiæ protelabit:' et de spectat. cap. 1. 'Tanta est enim vis voluptatum, ut et ignorantiam protelet in occasionem.' et alibi. Adde Scalig. ad Varron. p. 250. et ad Virg. catalecta p. 240. *Hav.*

532 *Nam quod]* *Ἀποθροπόσι.* Dicit aliquis (inquit) esse quædam animalia alia aliis rariora, verbi gratia, elefantos, monocerotes, phœnices: cum igitur elefanti rari sint, debent eorum corporum primorum, ex quibus constant, figuræ esse raræ et finitæ: ergo quædam corporum primorum figuræ sunt finitæ. hæc est *ὑποπόσι*, seu objectio. *Lamb.* Objici poterat, species quasdam animantium et aliorum concretorum rariore esse quam aliorum: Quid tum? inquit: si in hoc mundo ita se res habeat; in aliis, qui infiniti numero sunt, aliter fit. *Fab.* Objicit sibi, posse videri finitas esse atomos sub aliquibus figuris, cum rariora quædam, et minus frequentia animalia esse videamus; et respondet vs. 37. primum, Illa, quæ hic sunt rara, abundare alibi; elephantes v. g. quos Roma vix unquam vidit, in India esse plurimos. Deinde quamvis unica unius generis res esse in orbe concederetur, nisi tamen infinitæ ejusdem formæ essent atomi, futurum non fuisse, ut ea res nasceretur et procrederet: idque allata comparatione egregie illustrat. *Creech.*

533 *Fæcundamque minus]* Sic necessario legendum, non ut vulgo, *Fæcundamque magis.* Loquitur enim de animalibus raris duntaxat, in quibus natura sit minus fæcunda. *Lamb.* Sic veteres nostri, et Lambinus. Vulgati: *magis.* Gif. *Fæcundamque minus]* Alii *magis*, quos sequi nolo; *Fæcundam minus naturam in illis, infe-*

cundiora animalia, Gassendus : quod displicet. *Creech.*

534 *At regione, locoque alio*] Hæc est solutio objectionis. *Lamb.*

535 *Multa licet genere eas in eo*] I. e. possunt esse multa : vel nihil obstat, quo minus multa sint animalia singularia in eo genere, alio in loco, etiamsi apud nos pauca et rara sint : genere autem legendam, non generisic statim, 'Sicut quadrupedum cum primis esse videmus In genere anguimanos,' &c. et infra, 'Esse igitur genere in quovis primordia rerum,' &c. *Lamb.* Ita recte ; ut mox : 'in genere,' &c. et vs. 567. 'Esse igitur genere in quovia,' &c. *Gif.*

*Numerumque repleti*] Qui respondeat aliorum frequentiam. *Fab.*

537 *Anguimano*] In hanc sententiam ita scribit libro de officio Lactantius. 'Jam enim manus amissa dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimia promiscuis similis mirabiliter videretur : essetque hoc plane anguimanus : quod genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectum est.' *Pius.* Quibus manus est tortilis, flexilis, lubrica, volubilis serpentis in morem. *M. Tull. lib. 2. de N. Deor.* 'Manus etiam data elephantis,' &c. Iterum *Lucret. 5. 1031.* 'Inde boves Lucas turrato corpore, tetros Anguimanos, belli docuerant vulcra Poeni Sufferre,' &c. Elefanto autem pro manu est proboscis. Sed de elephantis lege *Plinium 8. 10. Lamb.* Quorum manus, seu proboscis, est veluti anguis. *Fab.*

*India quorum mil. e mult.]* Nam (ut scribit *Plin. lib. 8.*) 'postium vicem in domiciliis præbent dentes elephantorum : sæpeisque in his et pecorum stabulis pro palis fieri ex his dentibus *Polybins* tradidit.' *Pius* et *Lamb.*

538 *Vallo munitur eburno*] Respicit tabulam aliquam in qua India vallo eburno cincta esset. Quæ dicuntur ab aliis, &c. nihil moror. *Fab.* In

extremis Africa postium vicem in domiciliis præbere, sedesque in iis, et pecorum stabulis palis *Elephantorum* dentibus fieri *Polybins* tradit, autore *Gelussa* regulo : *Plin. 8. 10.* idem *Lucretium* voluisse *Lambinus* docet, et ex illo *Fayus* : frigide. Respicit tabulam aliquam in qua India vallo eburno cincta esset : *Faber*, qui *Lucretium* ubique tabulas spectantem inducit : maximam India vim in elephantis sitam esse quia nescit ? Illorum ope se, eamque patriam India defendebant. Hæc cogita, et mentem *Lucretii* attinges. *Creech.* Mira ad hunc locum *Lambinus*, et *Faber* narrant. Verum sensum *Creechius* tetigit. Omnino enim de elephantis, apud Indos in aciem produci solitis, suisque dentibus, tanquam vallo eburno, Indiam munientibus loquitur auctor. Gemina loquendi ratio est, qua utitur 5. 26. 'Denique quid *Cretæ* taurus *Lernæ*que pestis, *Hydra* venenatis posset valata colubris?' et lib. 4. *Theb. Stat.* 'Et galea annosi vallater dentibus apri.' Denique, lib. 9. de *Elephantis Libycis*, in aciem eductis, adeoque ad ipsam veluti interpretationem hujus loci *Lucretiani* : 'Stat niveis longum stipata per agmina vallum Dentibus.' *Preisig.* *Joseph. de Bello Jud. 2. 16. §. 4.* pariter (ut ibidem ostendimus pag. 189. Edit. nostræ) impetrabiles *Britannos* dicit propter muram eorumdem, mare scilicet, quæ a continenti dividatur. *Ἰσθμὸς ἐπὶ τῷ Ἰππικτῶν ἑρῆος, ἐπὶ τῷ Ἰπποκόλυπον ῥαίχῃσι νεωσθῆρες.* I. e. 'Porro et *Britannorum* muram considerate, qui *Hierosolymorum* muris adeo confidit.' *Hæc.*

541 *Sed tamen id quoque*] Hujus loci hæc sententia est : Veram esto, demus, unam rem unius generis in toto orbe terrarum esse natam. nisi erant tamen infinita materie corpora similia, et ejusdem formæ, ex quibus ea res conflata in lucem proferri

queat: neque creari, neque creata procreare et alii poterit. *Lamb.* Ingeniosior argumentatio quam videatur. *Fab.*

548 *In orbe*] Nihil mutavi, quamvis libri duo manuscripti habeant, in *orbi*. Satis est mihi admonuisse lectoram, utramque usurpatum esse a veteribus. *Lamb.* *In orbi*. Ita in veteribus quibusdam; quod rectius puto. In aliis tamen: *orbe*. *Gif.*

546 *Quod superest*] Nota, sed et alibi, positum *hrr* præterea. *Fab.*

*Alique*] Non simpliciter nutrir, verum et ad adultam pervenire statem; uti docuit Turseb. 6. 27. sicuti et in illis inf. 1189. 'Donicum alescendi summum tetigere cacumen:' et l. 192. 'Quæque sua de materia grandescere alique.' *Hæc.*

547 *Omne*] *Tò vñ*. *Lamb.*

546 *Unius genitalis rei*] Quæ ad unam rem gignendam valeant. *Lamb.*

550 *Materia tante in polage*] I. e. in tanta atomorum multitudine et copia, et, ut verius dicam, infinitate. *Lamb.* Non potuit Elegantiâ, cum perpetuo agitentur semina, et sint omni æquore magis irrequieta. *Cresch.*

*Turbæque aliene*] I. e. in turba atomorum dissimilis figuræ. *Lamb.* Intelligit atomos quæ ad constitutionem aliorum generum seu specierum necessarie sunt. *Fab.* *Inhabitæ ad cæcum*, *Fayus*, ut solet: Lucretius autem intelligit atomos quæ ad constitutionem aliorum generum necessarie sunt. *Cresch.*

551 *Rationem conciliandi*] Liber Vaticanus habet, *conciliari*. ego tamen nihil muto. *Lamb.* *Conciliari*, quidam libri veteres. *Gif.* *Conciliandi*] In notione passiva, Quam rationem haberent cur conciliarentur, et *obsequia* aliquod facerent? Ita jam supra l. 1021. 'neque enim consilio se locarunt.' *Fab.*

553 *Sed quasi, &c.*] I. e. quemadmodum, &c. Sic sæpe alibi poeta noster, exempli causa, 8. 148. 'Et

quasi eum caput, atque oculus, tentante dolore, Læditur,' &c. Idem 4. 162. 'Et quasi multa brevi spatio submittere debet,' &c. Sic et M. Tallius in Cat. maj. 'Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, avellantur; si matura et cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.' *Lamb.*

*Magnis multiq; coort.*] Sic repositi, secutus libros omnes manuscriptos, cum in vulgatis legatur, *vestiq; coortis*: quæ scriptura, quamvis videatur speciosa et probabilis (sic enim locutus est 6. 578. 'Ventus ubi, atque animæ subito vis maxima quædam Aut extrinsecus, aut ipsa ab tellure coorta est,' &c.) placet tamen mihi magis antiqua. *Lamb.* Marullus contra omnes veteres: *vestis*. *Gif.*

553 *Magnum*] Tumidum, commotum, &c. supra. *Fab.*

*Transra, gubernæ*] Sic restitui, secutus vestigia veteris scripturæ. nam cum reperissem in tribus libris manuscriptis, *transra, cavernæ*; in uno, *transra curvæ carinas*: statim conjeci 'cavernæ' corruptum fuisse ex *gubernæ*; atque ex 'gubernæ' factum esse 'gubernæ,' a *prob*: deinde 'cavernæ:' postremo *carinas*: quod postremum est in libris vulgatis. quam meam conjecturam spero doctos viros, eosque maxime, qui versati sunt in lectione membranarum antiquarum, probaturos. usus est Lucret. eadem voce 4. 441. 'et recta superne gubernæ.' 'gubernæ' autem idem valet quod gubernacula. quæ de voce plura ad illum locum dicemus. *Lamb.* Lambinus *gubernæ* egregie, ex veteribus libris. In aliis et vulgatis: *carinas*. *Gif.* Egregia Lambini emendatio: *gubernæ*, i. e. gubernacula. *Fab.*

554 *Antennas*] 'Antenna,' (ut scriptum est in vocabulario Cl. Puteani) *ἀντήναι*: I. e. 'cornu navis.' *Lamb.*

*Tonsasque natentis*] I. e. remos fluctu-

tuanteis. Virg. *Æn.* 7. 28. 'et in lento luctantur marmore tonsæ.' Ennius: 'Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas.' Idem: 'Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis.' 'Tonsa (inquit Festus) remus, quod quasi tondeatur ferro.' Tonsæ, ut interpretatur auctor vocabularii Latinogræci, κῆραι. Lamb. Remos. Ennius apud Festum, 'Poste recumbite, vestraque pectora tollite tonsis.' Lege. *pone recumbite*; exprimit gestum remigum. Fab.

555 *Aplustra*] 'Aplustra' (inquit Festus) 'navium ornamenta, quasi amplustria, quia erant amplius, quam essent usu necessaria,' scriptum est in vocabulario Latinogræco Cl. Puteani, 'Aplustrum: πτερὸν πλοίου, ὡς Ἐννίου καὶ ἄκρον τῆς πῶρας.' Cic. in Arato, 'Navibus assumtis fluitantia quære aplustra,' quemadmodum autem Lucretius, et M. Tull. dixerunt, 'fluitantia aplustra.' sic Virg. 10. 306. 'fluitantia transtra.' Lamb. Ἀπλαστὰ ornamenta navium erant, non in prora, ut plerique veterum scripserunt, sed in puppi. ornamenta enim quæ in prora erant, 'acrostolia' dicebantur. De his et aliis id genus olim multa observaram: sed illa omnia in lib. 1. Schefferi viri diligentissimi, quos ille de militia navali veterum edidit, occupata video. Fab. Verbum 'fluitare' in hoc negotio mire placuit Lucretii imitatoribus, Virg. *Æn.* 10. 306. 'Fragmina remorum quos et fluitantia transtra Impediunt.' Petronius, Carm. de Bell. Civ. proprius Nostro accedens: 'Unde omnes terras, atque omnia littora possit Aspicere, ac toto fluitantes orbe catervas.' Preig.

557 *Infidis maris ins.*] Itaque Herodotus in Polyhymn. ex persona Persarum regis, mare δολερόν ποταμὸν appellat, et Pittacus unus e septem dicere solebat, πιστὴν γῆν, ἄπιστον δὲ θάλασσα: i. e. 'fida res, terra; infida, mare.' Lamb. Virg. *Æn.* 3. 69.

'Inde ubi prima fides pelago, placataque venti Dant maria,' &c. Preig.

559 *Pellacia*] I. e. fallacia, a *pelliciendo*. Utiture eadem voce etiam 5. 1002. 'Nec poterat quemquam placidi pellicia ponti Subdola pellicere in fraudem, ridentibus undis.' 'Pellicere' (inquit Festus) 'in fraudem inducere idem alibi in verbo 'lacid', 'lax' fraus est.' Virg. *Æn.* 2. 90. 'invidia postquam pellicis Ulyssæi (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.' Arnobius lib. 4. adv. Gent. 'Quis est, inquam, qui credat, ad humanas accubuisse Deum mensas, interemtum avaritiæ causa, fessellisse supplices ambiguitate responsi? præcellere in furum ordine? adulterasse? servisse? vulneratum esse? et admasse? et per omneis libidinum formas incestarum cupiditatumque circumegisse pelliciam?' Lamb. Recte *placidi p. p.* non vero *penitus*, ut citat Philargyrius ad Virg. Georg. 4. 443. 'Verum ubi nulla fugam reperit fallacia.' ubi docet quosdam codices quoque habere *pellacia*, sicuti *Æn.* 2. 90. 'pellacis Ulyxi.' Adde Januum Rutgers. Var. Lect. 6. 16. Hav.

561 *Ævum debent sparsa per omne*] Quidam lib. scripti habent, *ævum debent sparsa per omnem*. Lamb. *Per omnem*] Hoc rectissimum ex veteribus libris puto. In aliis. *omne*. Gif. Al. *ævum omnem*: nam et *ævus* dicebant, ut alia id genus sexcenta. Fab. *Omnem* Gifaninus; et fruatur: *ævus* enim Veteres. Creech.

562 *Ætus materiam*] Modo dixit 'materiam pelagus,' et jam 'ævus materiam.' Creech.

563 *In concilium ut possint comp. coire*] In concilium coire, i. e. conciliari, congregari. Lamb.

567 *Esse igitur genere*] Concludit, cujusque generis primordia esse infinita. Lamb.

*Genere in quovis*] Vel ex hoc loco apparet supra legendum, *Multa licet genere esse in eo, &c.* Lamb.

569 *Nec superare queunt motus utique exitiales*] I. e. nec utique motus exitiales, et pestiferi, res genitas superare et funditis perimere possunt, quin extinctæ aliquando renascantur: nec genitales, et ad gignendum utiles, et salutares, queunt easdem in perpetuum servare. mendose in omnibus lib. scriptum et impressum est *exitiales*. Legendum enim *exitiales*, in recto casu. *Lamb.* Aliud vs. 12. continet argumentum, quod superius consequitur: si finita uniusmodi figuræ semina spropopamus, tum res ex iis finitis seminibus constitutæ, cum semel solutæ fuerint, nunquam instaurarentur. Si finita fuerint semina frustra generationem et augmentationem rerum expectaremus. At quid certius quam res alias nasci et augeri. alias diminui et interire? Unde semina similis figuræ numero infinita esse concludendum. *Creec. Exitiales*] Est rectus casus, ut mox: *auctifici motus*, contrarii hisce. *Gif.*

570 *Salutem*] Rerum scilicet. *Fab.*

573 *Sic æquo geritur, &c.*] Sic æquali (inquit) principiorum certamine seu prælio bellum geritur ab æterno tempore. Nam neque res genitæ manent æternæ, neque in perpetuum intereunt; sed et res quæ genitæ sunt, intereant; et quæ interierant, renascuntur. Ita fit, ut summa rerum sit æterna, cum res singulares quotidie nascantur et moriantur, orientur et occidant. *Lamb.*

574 *Contractum*] Sic idem lib. 4. 965. 'Nautæ cum ventis contractum cernere bellum.' *Lamb.*

575 *Vitalia rerum*] I. e. res vitales, quemadmodum apud Horat. Epist. ad Scævam, l. 17. 16. 'tu poscis villa rerum:' i. e. res vileis. quem locum nos in omnibus libris corruptum restituumus, ex auctoritate codicum manuscriptorum. 'Res vitales' autem intellige, quæ ad vitam aliquid conferunt, et adjuvant. *Lamb.*

576 *Et superantur item*] Videri possit hic versus ex Lucilio sumptus, nam in veteri codice ex secundo Lucilii profertur: 'Et superant urnæ, miscetur funere vapor.' Sed locus bis corruptus est; quanquam scio urnam ad mortualia pertinere. *Fab.*

*Vagor*] Vagitus. Festus: Vagorem pro vagitu posuit Ennius lib. 16. 'Qui clamorem oppugnatu vagore volanti.' Et Lucr. 2. 576. 'Et superantur item, miscetur,' &c. producit testem hunc eundem Lucretii versus Nonius, sed corruptum. *Lamb.*

577 *Videntes luminis oras*] Nascentes. l. 23. 'días in luminis oras Exoritur.' *Lamb.*

578 *Nec nox ulla d. &c.*] I. e. neque nox ulla diei successit, neque dies ullus noctem exceperit, quo non ab altera parte puerorum nascentium vagitus auditus sit: ab altera, vox eorum qui mortem amicorum aut propinquorum lamentantur ac deplorant. Atque, ut brevis complectar, eodem die, et eadem nocte, alius nascitur, alius diem obit supremum. *Lamb.*

581 *Illud in his reb.*] Nunc docet, nullam rem genitam uno primordiorum genere constare. *Lamb.*

*Obsignatum*] I. e. memoriæ mandatum, in pectore conditum. Translatio ducta a tabulis obsignatis: ea enim obsignare solemus, quæ ab aliis videri nolumus, quæque diligentissime custodienda esse putamus. sic Arnobius loquitur libro 3. adv. Gent. 'Quia fornicem Lucilianum, et Marsyam Pomponii, obsignatum memoria continetis.' *Lamb.* Dicimus, Reconde hoc imis sensibus. Virg. Ecl. 3. 54. 'Sensibus hæc imis, res est non parva, reconde.' Sed quæ talia sunt ut condantur, fere plerumque obsignantur; iis *επιβολή σημελων* apponitur, &c. itaque metaphoricè, Hæc in animo habe, serva. *Fab.*

582 *Et mem. m. m.*] Declarat quod obscurius dixerat, καὶ ἐπισημαίνω. *Lamb.*

588 Nil esse, &c.] Nihil esse in promptu positam, nihil natam, nihil genitam, quod ex uno genere principiorum, aut quod ex omnibus unius figuræ et similibus principis constat. 'Nil esse in promptu' autem, subintelligitur. 'eorum, quorum,' &c. Lamb. *Nihil esse, in promptu quorum, &c.* Sic interpretari, et scripsi. Vulgati aliter; et post, videtur. Gif. Uno verbo id probat quod verissimum est, nil esse simplex in concretis: quomodo enim fieret, ut multæ ejusdem generis magnitudines, et ejusdem generis figuræ cohererent sine vinculo; itaque diversæ aliquid esse debet. Series verborum: 'Nihil eorum omnium,' quorum natura nobis nota sit, tale esse, ut constet, &c. Fab.

*Quorum natura tenetur*] I. e. quæ nota sunt, seu quorum natura nota est. Perro autem sic habent libri manuscripti: vulgati, *Quorum natura videtur.* Lamb.

586 *Et quam quicque magis multas vis, &c.*] Prisc. hunc versum profert libr. 6. (quamvis eum paullo aliter legat) docens vis a Lucr. numero multitudinis usurpatum esse: ut etiam a Sallust. lib. 3. histor. 'Malo jam assuetum ad omne vis controversiarum.' Utilitur eadem voce in eodem numero et 3. 366. 'Et quasi multæ vis unius corporis exstant.' Animadvertat autem literarum studiosus, etiam usitatum fuisse bonis scriptoribus hoc loquendi genus: 'quam magis,' 'ita magis;' 'quam magis,' 'ita plura.' Nam usitatus illud, de quo alibi diximus, 'quam magis,' 'tam magis.' Sic autem citatur hic versus a Prisc. 'Et quam multarum rerum vis possidet in se.' Lamb. Ita ex vet. lib. Vulg. quo: et mox: plurima. In Prisciano: *Et quam multarum rerum vis*; male, uti puto. Gif.

*Multas vis*] Facultates, ts, virtutes. Ita in plurali usurpatam a Sallustio est. Fab.

587 *Ita plurima*] Sic legendum. Nam sic reperio veteres esse locutos; quod quidam semidocti et arrogantes non videntes, supposuerunt hoc loco *plurima*. Idemque et alibi fecerunt. Lamb.

588 *Doces*] Offendit, declarat. Tralatio est. Lamb.

589 *Principio telus, &c.*] Parechasis ad mysteria Cybele. Vide hic, lector, admirabile politissimæ poetæ ingenium. Gif. Primum, tellus primordia omne genus habet; humorem, ignem, barbarum frugumque materiam. Fab. Primum argumentum vs. 9. ducit e terra, quam e diversis seminibus generibus constare nemo negabit, qui fontes ebullientes, flammæ erumpentes ex illius visceribus viderit, aut qui illam arbores producere, et hominibus ferisq; alimenta subministrare consideraverit. Ista enim omnia ex seminibus ejusdem magnitudinis, ponderis, et figuræ oriri nequeant. Deinde vs. 61. multa subjungit de terra, prout Mater Deorum et Cybele dicta a veteribus poetis fuit, ornamenta illius Deæ describit, mysteria totius fabulæ explicat, deridet superstitionem, et tandem providentiam ipsam convellit. Creech.

590 *Unde mare imm. vol.*] I. e. ex quibus fontes firmina volubilia et delabantia in mare effundentes, mare redintegrent: quod partim a ventis, partim a sole minuitur, partim a terra, dum per terrarum meatus dimanans, ad caput annuum revertitur: ut idem Lucretius ait 5. 262. 'Quod supereat, humore novo mare, flumina, fontis Semper abundare, et latices manare perennes, Nil opus est verbis: magnus decursus aquarum Undique declarat,' &c. Lamb. Fontes volentes flumina, i. e. fluentia. Fab. *Frigora* Cod. Vossii quod Balmatio uulce placet. Creech.

591 *Adsidue renovens*] Sic legendum, et ita scriptum est in libr. manuscriptis: nisi quod Vaticanus li-



brarii culpa habet, *remouent.* Lamb.

*Habet, ignes unde*] Habet corpora, ex quibus ignes oriuntur. Lamb.

598 *Eximius vero*] Sic habent omnes lib. manuscripti. Omnes fere vulgati, *Ex imis*, quos non sum secutus. 'Eximiis' autem interpretor egregiis, insignibus, non vulgaris, neque usitatis. Lamb. *Eximiis vero*] Sic veteres libri omnes. Vide Indicem: 'Eximius.' Marullus ex Virg. lib. 5. fecerat: *Ex imis*; contra veteres libros. *Gf.* Magnis, Plautus in Trinummio dixit 'Eximios sumptus.' Creech.

*Impetus Ætæna*] Sic puto 'impetum Ætæna' dictum esse, ut 'impetum cæli' 5. 830. 'Principio quantum cæli tegit impetus ingens.' De Ætæna autem ignibus copiose disputabit lib. 6. Lamb.

594 *Tum porro nit.*] Porro autem habet primordia in se inclusa, unde fruges et arbores hominibus efferre, et pabula matris animantibus ac feris subministrare possit. Lamb. *Nitidas*] Sup. 1. 268. 'At nitidæ surgunt fruges, ramique virescent,' &c. et infra eodem lib. in extr. 1157. 'Præterea nitidas fruges, vinetaque læta,' &c. Lamb.

596 *Fluidas*] Quæ cibatum esse possunt, stin minus, in stramenti loco illa erunt. *Fab.* Molles, teneras, seu vento facile mobiles. Codex Vossii *fluuios*; quæ vox vs. 874. aliquo modo confirmatur, sed *fluidas* malo. Creech. *Unde etiam fluidas frondeis, &c.*] Resistendam veterem Cod. Vossii lectionem censet hoc loco Salmasius, Epist. 48. nempe: 'Unde etiam fluuios, frondeis, et pabula læta.' At contentus fuit Lucretius, dixisse, tellurem hominibus fruges et arbusta suppeditare, de potu nihil sollicitus; quare igitur plura feris annumeraret? præterea: 'nitidæ fruges' et 'fluidæ frondes,' 'arbustaque' et 'pabula læta,' quam egregie inter sese respondent; ut taceam fluuiorum implici-

tam mentionem factam vs. 590. etiamsi pro: *voluentes flumina fonteis*, ibi legas: *voluentes frigora fonteis*, quod idem ille vir doctus tantopere laudat eadem epistola. *Preig.*

598 *Quare magna Deum mater*] Hæc eadem Cybele a poetis appellatur, et Cybelli cultrix, et Dindymene, et Berecynthia. Arnob. lib. 2. adv. Gent. 'Terram quidam e vobis, quod cunctis sufficiat animantibus victum, matrem magnam esse dixerunt; eandem hanc alii, quod salutarium seminum frugem gerat, Cererem esse pronuntiarunt; nonnulli Vestam, quod in mundo stet sola, ceteris ejus partibus mobilitate in perpetua constitutis,' &c. Idem lib. 7. 'Sed et magna mater accita ex Phrygio Pessinante jussis consimiliter vatam, salutaris populo, et magnarum causa lætitiarum fuit.' &c. sequitur statim: 'Nihil quidem aliud scribitur missum ab Attalo Rege, nisi lapis quidam non magnus, ferri manu hominis sine ulla impressione qui posset, coloris furvi atque atrii, angulis prominentibus inæqualis: et quem omnes hodie ipso illo videmus in signo oris loco positum, indolatam, et asperum, et simulacro faciem minus expressam simulatione præbentem,' &c. de eadem lege Herodianum lib. 1. et Ovid. Fast. 4. et M. Tullium oratione de harusp. responsa. et Varr. lib. 5. de L. L. Lamb. *Magna deum mater*] Et absolute *Μεγάλη*, unde *μεγαλόθεα*. *Fab.* *Quare magna Deum, &c.*] Incipit fabula: Favete; terra, quæ parit omnia, Mater Deorum, hominum, et ferarum dicta est; sacra instituuntur, quæ partim ad physicam, partim ad ethicam trahit Lucretius; illa quæ Jovem spectant proponit deridenda: sed ipsa prodit Dea. Creech. Lepide Hydaspes ad Ægyptios qui Nilum similesque Deos celebrant, respondet apud Heliod. lib. 9. pag. 457. *τὸν γοῖν ποταμὸν τοῦτον, εἶτε καὶ καθ' ὑμᾶς θεῶν, καὶ κέρως ἕπας τὸ ποτά-*

μον, ἢ Αἰθίοπων δούρο παρατέμνουσα, δικαίως ἂν παρ' ὀνίων τυγχάνοι σεβάσμα-τος, μήτηρ ὀνίων γενομένη θεῶν. i. e. 'Cæterum cum fluvium hunc, seu vestra opinione Deum, et omnium fluviorum cumulum, Æthiopam terra ad nos deducat, merito à vobis colli debet, quæ vobis Deorum mater existat.' *Hav.*

601 *Sublimem in curru*] Sic hunc versum restitui, reclamantibus libris omnibus, conjectura sola ad hanc scripturam, nisi fallor, rectam et veram ductus. Atque hæc meæ conjecturæ ratio est. Ita scriptum erat in emendatis illis et antiquissimis libris, *Sublimem in curru*. Annotatum est postea ab aliquo studioso ad oram libri e regione hujus loci, idque signis duobus similibus appositis, *Sedentem*: quæ erat interpretatio vocis 'Sublimem.' Deinde, qui ex illo codice aliud exemplum descripsit scriptor librarius, existimans vocem *Sublimem* esse mendosam, et *Sedentem* in ejus locum substitutum, ita fecit: deinde semidocti, hunc versum legentes, cum animadverterent primam syllabam vocis 'Sedentem' esse brevem, neque huic loco convenire, reposerunt satis temere *Sedibus*. Ita ex *Sublimem*, *Sedibus* factum esse puto. hæc mea conjectura est. Quæ mihi ita demum *εβοροχία* videbitur, si doctis probabitur: sin minus, primum fatebor me parum vidisse: deinde rogabo, ut aliquid melius reperiant. nam mea quidem sententia, vox *Sedibus* hoc loco inepta est. Dicitum est autem a Lucretio *Sublimem in curru*, et item a Sex. Julio Frontino lib. 1. Stratagematum, cap. 9. ita ut a Virg. 'Sublimis in equis' 7. *Æn.* 285. nam 'sublimis in curru' nihil aliud significat, quam qui, vel quæ vehitur in curru, et sedet in sella curuli. quod si barbarus homo, qui hanc meam emendationem non tam malevolentia et invidia, quam cæcitate mentis, et ignorantia bonarum artium impeditus, improbavit, ac

damnavit, cognovisset: vulgatam lectionem non defendisset. Sic Livius lib. 38. 'Itaque iret consul sublimis curru, multijngis, si vellet, equis: uno equo per urbem verum triumphum vehi,' &c. Possem hujus locutionis plura afferre exempla: sed ita in promptu res est iis qui aliquid vident in litteris, ut non egeat exemplis. Virgilius videtur hunc locum imitatus *Æn.* 6. 784. 'Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygiæ turrata per urbeis Læta Deum partu, centum complexa nepotes, Omneis cælicolas, omneis supera alta tenentes.' ad quem locum notat Servius, 'quia ipsa est terra, quæ urbeis sustinet, iccirco designari (al. *designari*) ei coronam cum turribus.' *Lamb. Sedibus in curru*] Male contra omnes libros Lambinus: *Sublimem*. Nisi fallor enim, designat poëta, eam vehi sella curuli. *Gif.* Sic optime Dionysius; in aliis, *Sedibus*: quam lectionem qui probant, *ἀκροτάτω* suam produnt. *Fab. Sublimem in curru*, &c.] *Sedibus*, Codd. *Gifanius*: *Seditus*, *Seduli*, vel *Sedulem*; *Palmerius*: sed istorum omnium libris vel conjecturis præferendus est antiquissimus Lambini Cod. *Creech.* Quod ita omnino scribendum dicit Lambinus, ubi omnes libri: *Sedibus in curru*, quale est tandem? Quid simile 'Sedibus,' et 'Sublimem?' At ille tamen ad sua somnia abit, et quomodo mendum inoleverit inanissimus conjectator comminiscitur. Nec eo dico, quod studium improbem; sed quod eum mundo imposuisse, et qui non aliter easet: noluisse a quoquam leviter reprehendi, æquo animo non fero. Quanto verius, scripsisse Lucretium: *Seditus in curru bejugas agitare leones?* Ut 'Seditus' adverbium sit, qua forma alia multa; aut *Seduli in curru* Ut enim 'sella' aut sedes curulis, ita 'currus sedulis.' Neque mala scriptura *Sedulem in curru*, ut *curulum* dicimus: quæ omnia, vulga-

to mendo affinia sunt. *Palm. Spicil.* Tom. 4. Fac. Crit. p. 695. Tam acriter nove factis, nullaque auctoritate comprobatis vocibus instructus Lambinum aggreditur ille; quid facturus tandem, si rite armatus cum ipso in arenam descenderet! *Preig.* Lambinus reclamantibus, ut ipse ait, omnibus libris, substituit: *Sublimem in curru*, proque eo vehementer pugnat, et quomodo librarii *Sublimem* in *Sedibus* transformare potuerint, rationes comminiscitur. Gifanius tueretur scripturam veterem, qua designetur sella curuli vehi solitam. *Palmerius, Seditus* aut *Seduli*, aut denique, *Sedulem* in *curru*, conjecat. Sed videtur aliquid voluisse Lucretius, quod nescio an aliter facile exprimere poterit. Id docet Varronis fragmentum apud Augustinum ex lib. 16. rerum divinarum: 'Eandem dicunt Matrem Magnam: quod tympanum habeat, significari esse orbem: quod turres in capite, oppida: quod sedes fingantur circa eam, cum omnia moveantur, non moveri.' Ergo *Sedibus* in *curru*, intellige ex Varrone, circa eam factis vel fictis. Hinc *ἐθρονον* appellat Apollonius lib. 1. 1092. *Ἀπολλῶν, χρεῖδ' σε τῶδ' ἱερὸν εὐσανίοντα Διὸς ἄρουρον ἀρπυγῶν, ἐθρονον Ἰαχέουσι Μηνῆρα συμπαύσαν μακάρων.* Gron. obs. l. 3. c. 5.

*Bijugos agit. leones*] *Macrob. Sat.* 1. 21. 'Quis enim ambigat matrem Deum terram haberi? Hæc Dea leonibus vehitur, validis impetu atque fervore animalibus: quæ natura cæli est: cujus ambitu ær continetur.' Hæc de re sic *Virg. Æn.* 3. 113. 'Et juncti currum dominæ sobiere leones.' Aliam mox causam subjungit Lucretius. *Lamb. Leones: Aëris in spatio*] Leonis enim natura ardentissima est et rapida. *Fab.*

*604 Adjungere feras, quia*] *Ovid. F.* 4. allam vult causam esse: 'Cur huic genus acre leonum præbeat insolitas ad jnga curva jubas? Desieram. cæ-

pit: feritas mollita per illam Creditur. id curru testificata suo est.' *Lamb.* Aliam rationem dat Oppianus ex poetico figmento, Curetes videlicet ob servatum Jovem. in leones a Saturno fuisse mutatos; quibus pro servata vita Jupiter postea regaum in feras dederit, *καὶ βεγέτανον τοῦν ἄρμα Παιὸς ἐνωδῶος ἐπὶ ζεβγλήρων ἐγούσων:* i. e. 'et terribilem celerem currum Rhææ sæcundæ sub jagis trahunt.' Locus integer exstat *Lib. Κωπη.* tertio, mox a principio. *Hæc. Quamvis*] *Quantumvis. Lamb.*

*606 Muraique*] Sic ab *Ov.* turri-fera, a *Virg.* turrita appellatur. Dabatur autem muralls corona ei qui primus murum subiisset: quæ erat aurea. Et poeta urbeis appellant *ἑθροφάουος*, i. e. 'palcris coronis ornatas,' seu 'pulcre coronatas.' *Hom. Il. τ. 98.* "Ἡμοσι τῶ, δ' ἔ' ἔμλλη βίην Ἑρακλεῖην Ἀλκμήην τέξασθαι ἑθροφάου ἐπὶ Θήβη. i. e. 'quo die Alcmena Herculem erat paritura in urbe Thebe, seu Thebis bene coronatis.' quod interpretatur *Eustathius, ἐπιχλοση*, i. e. 'quæ bonis et firmis muris septa sunt.' *Lamb.*

*607 Eximiis munita locis*] Sic habent lib. manuscr. quibus usus sum. Vulgati fere omnes, *Ex imis*. Ego antiquam scripturam probe, verantamen judicet lector. Quidam testantur se scriptum reperisse in libris suis veterib. *Extremis munita locis.* *Arnob. lib.* 5. allam rationem affert, his verbis: 'Verum Deum mater adolescentuli fatum sciens, interque homines illum tamdin futuram salvum, quamdiu esset solutus a matrimonii fœdere, ne quid accideret mœsti, civitatem ingreditur clausam, muris ejas capite sublevatis: quod esse turritum ratione ab hæc cœpit.' *Lamb. Ex imis munita*] Sic in *Veteri curru*; *rectissime.* Vide *Indicem.* *Lambinus: Eximiis.* *Vulgati: Ex imis.* *Gif.* In priori tamen editione *Extremis* habuit. *Al.* *extremis.* nihil interest. *Aliis, ex imis;*

quod nec magis necesse est. *Fab.*

608 *Quo nunc insigni*] Qua corona. *Lamb.* Nota, signo, &c. Coronam muralem intelligit, ob turres. *Fab.*

609 *Horripice*] Non potest satis laudari istud *Horripice*; quis enim (de vulgo loquor) non imis medullis cohorrescat, ubi pulsatis æramentis nugæ prodeunt hujusmodi. *Fab.* Sic vs. 623. 'Impia pectora vulgi Conterere metu quæ possunt numine Divæ.' *Creech.*

611 *Idæam vocitant matrem*] *Phrygiam*, e *Phrygia* advectam. *Lamb.* Veram Etymologiam esse arbitror (quod dico aliis indictum est) non quam Lucretius, et alii omnes attulere, sed hanc, *Idæa* sunt montes et loca saltuosa, (Hesychius, Eustath. Herodot. in Melpomene sect. 259. ubi male interpres, quod monuisse sat est,) unde et *Idæa* pro ligno seu materia tectonica apud eundem. At primi homines glande vescabantur, et in quercu penarium iis erat. Hinc itaque Mater Deum 'Idæa.' Sed post inductum tritici usum, *φρυγία* dicta fuit; nam triticum *φρύγιον* seu *torrere* solebant: quod hodieque fit circa farinam, ubi major alendi pueri cura est. Notandum in primis quod ait Lucretius, eas appellationes ex antiquo ritu sacrorum profectas. Ad do amplius ex Virgil. et aliis, ritum illum seu *τελετήν* ex Crete in oras Hellesponti deportatum: sed Cretes id omne a Syris habebant. Verum abijt hora. Pæne oblitus eram *Idæa* a schol. Theocr. pro herba sumi, in Idyll. 1. locum quæritabit qui otio abundabit. *Fab.* His aliquid repone-retur si otium fuisset, at quid damni si veras omnium Deorum gentium etymologias nesciremus? *Creech.*

613 *Frugetes*] Παρὰ τὸ φρύγεσθαι. qui aliter sentiant, *μακρὰν χάλειν ἰδομεν.* *Fab.*

614 *Gallos attribuit*] Festus: 'Gal-li, qui vocantur matris magnæ comites, dicti sunt a flumine, cui nomen

est Gallo: quod qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris, matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.' Lege Ovid. hac de re, eodem lib. *Lamb.* Matris Deum comites, agyrtas, &c. quorum Reverendus et Venerabilis antistes 'Archigallus' a Tertulliano dicitur in Apologetico sect. 25. i. e. 'archicas-tratus.' Fanatica illa mendicabula a Gallo fluvio, &c. nolo ridere hodie, ringor enim. Itaque de D. Hieronymo nil dicam. Res certe quam mirificissima est, tam et profecto ridiculissima est. Scilicet in re nova novis verbis opus arbitror. Adi præter ceteros Herodianum. *Fab.*

615 *Matris*] Si fabulas enarrare vellem de tympanis, de cymbalis, proferrem multa; sed hæc nihil ad Lucretium; tantum monebo Fayum, poetam de magna illa Deum matre in hoc versu nihil cogitasse. Matrea, quibus nos homines pusilli orti sumus, divinitate donat; et impios adversus illas liberis prorsus indignos esse asserit. *Creech.*

616 *Indignos... qui progeniem edant*] Nam Galli, si Diis placet, ex eo genere erant, de quo illa Terentii ancillula alicubi (Eun. 4. 4. 24.) dixit, 'Sed nil potesse.' *Fab.*

617 *Qui in oras*] In voce *qui*, i vocalis non eliditur, et corripitur. *Lamb.*

618 *Tympana tenta tonant*] Profert hunc versum Nonius in voce 'tenta.' Quem cum lego, et pronuntio, aut ab alio pronuntiaro audio, tympani sonitum audire mihi videor. *Lamb.*

*Et cymbala circum Concava*] Cymbala dicta sunt ἐκ τῶ κέκτυον, quasi κέκυλα, quia incurva, et cava. Itaque epithetum addidit valde accommodatum. *Lamb.*

620 *Phrygio numero*] Harmonia Phrygia, quæ enthusiastica, de Lydia, Ionica, Dorica, Myxolydia, &c. passim. de quibus ex professo Gla-

reanus et Zarlinus diligentissimus musicorum. *Fab. Phrygio*] Phrygius numerus, enthusiasticus; et ad furorem excitandum maxime idoneus. *Creech.*

*Cava tibia*] Non temere: paulo enim crassior et longior erat Phrygia tibia quam ceteræ. *Fab.*

621 *Telaque præportant*] Queis sibi lacertos quandoque conscribillabant. Vide Tertullian. ubi supra: sed quos non? si lubeat. *Fab.* Telis istis non tantum terrebant vulgus, sed sibi lacertos quandoque conscribillabant; inde vs. 631. 'In numerumque exultant sanguine pletî.' *Creech.*

625 *Munificat*] Donat, munerat. Scitum illud Antisthenis, quod refert Clemens Alexand. *προτροπικῶς*: qui, cum *μητρὰ γόρται*, qui appellantur a Græcis, i. e. matris Deorum stipis coactores, stipem ab eo poscerent; respondit, *ὄ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἢν οἱ θεοὶ τρέφουσιν*, i. e. 'non alo matrem Deorum, quam Dii alunt.' *Lamb.* Versus plane admirabilis, et tanto admirabilior, quod ab his nugis Lucretium philosophia vindicarat. *Fab. Munificat, &c.*] Versus plane admirabilis, et scemina acutissimum. Mater enim illa magna lapis rudis, nec dum arte elaboratus, non admodum loquax et garrula, beneficia multa haud dubio contulit, at quæ dedit tacebat ipsa. Interim miselli homines spargebant flores, et stipem erogabant, immemores Antisthenis, qui nummum pro Dea poscenti dixit, *ὄ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἢν οἱ θεοὶ τρέφουσιν*. *Creech.*

626 *Sternunt iter omne viarum*] Sic restituit hanc locum Turnebus ex libris veteribus. Nam omnes vulgati habent, *sternunt iter*: omnia circum, &c. *Lamb.* Sic veteres quidam. Alii: *omnia mirum*. Reliqui: *iter omnia circum*. ut etiam legi possit: *itera*. Sed repugnat Carisius, lib. 1. *Gif. Iter omne viarum*] Melius quam, *iter omnia circum*. *Creech.*

627 *Largiflca*] Larga, munifica, liberali. Auctor vocabularii Latino-græci mihi a Cl. Puteano commodati, 'Largus,' inquit, 'δωδύλης.' *Lamb.*

*Stipe*] Nummo signato, ut docet Festus. cui rei testimonio, inquit, est, quod datur militi 'stipendium:' et quod cum spondetur pecunia, 'stipulari' dicitur. Huc pertinent illa Ciceronis libr. de Leg. 2. 'Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus,' &c. *Lamb.* De stipe Matris Deorum, vide Cic. lib. 2. de Leg. *Gif.* Nam quisque *κερµάτιον* dabat Matri D. quis enim renuat? quis exigua stipe cælum non mereat? sed qui sapiebant, stipi parcebant tamen. 'Tacita salute,' bene tacita, &c. ex eo enim læti frugum proventus erant, scilicet, ab ope divina, nullo boum, nullo hominum sudore. rem commodam! *Fab.*

*Ninguntque*] Et tantam rosarum copiam effundant atque aspergant, ut ningere seu ningere videantur. Tralatio est. a ninguo fit ninguidus. Auson. Epist. 2. ad Paul. 'Jam ninguida tinguit Oppida Iberorum.' quidam tamen legi volunt, *pinguntque*. Ego nihil mutandum censeo. *Lamb. Pinguntque rosarum Floribus*] Ita ex vet. cod. quodam malim, quam *vinguntque*, vel, quod in aliis: *ninguntque*. *Gif. Ninguntque*] *Νιψάδες* Cyrilli Lex. *νιψέω, βρέχειν*. vide quoque Hesych. V. *νῆψε* et *νιψάδες*. Adscribitur in ora Cod. N. *rosarum βόδων*, (utinam Latine dicere possem!) Ita apud Pindarum Danæ dicitur ad se se recipere Jovem 'auro ningentem et? *Χρυσῶ μεσονύκτιον Νίφωρα δεξαμένα Τὸν φέροντων θεῶν*. Quidam Codd. habent, *pinguntque*. *Fab. Claudian. de Nupt. Hon. et M. vs. 291.* 'Nec signifer ullus Nec miles pluvix flores dispergere ritu Cessat, purpureoque Ducem perfundere nimbo.' vide Gevartium ad Stat. in Epithalam. Stelæ lib. 1. sylv. qui Lambinianam Lec-

tionem contra Gifanium egregie defendit. Statius in Epithal. Stellæ, syl. 1. ita habet 'Me blandus Amor nec Gratia cessat Amplexum niveos optatæ conjugis artus Floribus innumeris et olenti spargere nimbo.' Non *Thymbra*, ut ad eum locum docet Gevartius, qui ea occasione Lucretii lectionem Lambinianam contra Gifanium defendit. Et fortasse hoc loco non male cuiquam subierit cogitare, an non vox 'nimbus' a nungendo sive nungendo derivetur. Iterum enim Claudian. in Consul. Prob. vs. 45. 'Quippe velut denso currentia muna nimbo Cernere semper erat.' 'Nimbi,' inquit Heinsius, poëtis passim hæc manera dicuntur quæ in populum spargebantur. Mart. 8. Ep. 78. 'Nunc veniant subiti lasciva numismata nimbi.' sic bene veterribus Vaticanus; non *subtilis nimbis*. Preig.

629 Curetas] Virg. Georg. 4. 150. 'Pro qua mercede canoros Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ,' &c. Callimach. eis Δία vs. 52. Ὀδλα δὲ Κούρητες γὰρ περὶ πρῶτον ἄρχησαντο, Τεύχεα πεπλήγηστές, ἵνα Κρόνος οὐρανὸν ἤχην Ἀσπίδος εἰσάλοι, καὶ μὴ σφόδρὰ κούρηστος, iidem Corybantes nominantur. Ovid. lib. quem sup. dixi: 'Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanis: Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus,' &c. Virg. Æn. 3. 8. 'Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaque æra.' Hi sunt pueri et sacerdotes magnæ matris Deorum, de quibus lege Diodorum Sicul. lib. 1. et 5. et Strabonem libr. 10. cujus mihi hæc pauca verba acriter libet: Τούτους δ' ἀσπίδας Κουρήτας, νέους τινὰς, ἐνσπίλιον κίτησιν μετ' ἄρχησεως ἀποδίδοντας, προστησόμενοι μῦθον τὸν περὶ τῆς τοῦ Διὸς γενέσεως, ἐν ᾧ τὸν μὲν Κρόνον εἰσάγουσιν εἰδωμένον καταπίουσιν τὰ τέκνα ἀπὸ τῆς γενέσεως ἐσθδς, τὴν δὲ ῥέαν πειρωμένην ἐπικρούεσθαι τὰς ὀδύνας, καὶ τὸ γεννηθὲν βρέφος ἐκποδὸν ποιεῖν, καὶ περισφῶεν εἰς δύναμιν πρὸς δὲ

τοῦτο συνεργεῖν λαβεῖν τοὺς Κουρήτας, οἱ μετὰ τυμπάνων, καὶ τοιοῦτον ἄλλων ψόφον, καὶ ἐνσπίλιον χορείας, καὶ θορόβου περιέμποντες τὴν θεὸν, ἐκπλήξουσιν ἡμελλὸν τὸν Κρόνον, καὶ λήσων ὑποστῆσαντες αὐτοῦ τὸν παῖδα. I. e. 'Hos autem Curetas nominabant, adolescentibus quosdam, armatam saltationem referentes, proferentes de Jovis orta fabulam: in qua Saturnum quidem introducant liberos suos statim ut nati sunt, devorare solitum: Rheam autem partus dolores celare, et præteritum editum summovere et servare conantem: atque ad hanc rem Curetas assumentem, qui cum tympanis, et talibus aliis rebus sonoris, et saltatione armata, et strepitu Deam officiose circumstantes, terreat Saturnum, furtimque ei suum fillum subtrahant.' His accedant illa ex Apollodoro: Οἱ δὲ Κούρητες ἑσπίλοι ἐν τῷ ἔσπρῳ τὸ βρέφος φυλάσσοντες, τοὺς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον, ἵνα μὴ τῆς τοῦ πατρὸς φωστῆς ἰ Κρόνος ἀκούσῃ. I. e. 'Curetes autem armati in antro infantem custodientes, clypeos hastis collidebant ne Saturnus pueri vocem audiret.' Eadem de re et Arnob. lib. 3. fere consimilia scribit. Lamb.

630 *Inter se f. cat.*] Reposueram olim, *terque quaterque*, conjectura ductus: cum in lib. vulg. impressam reperissem, *forte cæteræ*. Venerat enim mihi in mentem, scriptam esse in libro aliquo antiquo, *terce cæteræ*, pro *terque quaterque*, (æpe enim *c* pro *qu* reperitur scriptum in membranis antiquis,) ex '*cæteræ*' postea factum esse '*cæterve*,' ex '*terce*,' '*forte*.' Sed in secunda editione, libris veteribus repetitis, et accuratius consideratis, et approbata Turnebi sententia, *catenas* odendum curavi. '*catenas ludere*' autem, si recta omni ex parte scriptura est, valet *catenas* in choreis ducendis imitari, quod '*restim ductare*' dicit Ter. Adolph. 4. 7. 34. Itaque putabam hic legendum, *catenas Ducunt*. Sed

nihil affirmo. Ex eo autem, quod Curetes armati saltant, saltationis genus intelligere debemus *ἐπέλιον*: 'saltationem Pyrrhicam,' seu *Πυρρικήν* posteriores appellarunt. Fuit enim alterum genus, quod *Δαων* dixerunt, quodque *ἐπιπλή* altera ex parte respondet. Utrumque genus significat Hom. *Il. σ. 597. Καί β' αἱ μὲν καλὰ στεφάνια ἔχον, αἱ δὲ μαχαίρας ἔχον χροῦσας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων.* i. e. 'Puella quidem corollas gestabant, iuvenes vero gladios habebant ex balteis argenteis pendentibus.' *Lamb.* Ita in veteribus quibusdam. *Lambinus*: *terque quaterque.* 'Catena' accipi possunt choreae, adlusionis facta ad restim, quam olim ductitantes, maxime in rebus divinis, saltabant. In plerisque tamen veteribus: *caterva*, forte optime, ut sit *catervatim* fortasse hoc loco legendum, ut versus sit hypermeter. in Indice, 'Versus hypermetri,' censet idem *Gif.* quem consule. Hand infelicitamen conjectura *Is. Voss.* inter alia protulit: *fronte coruscans Ludunt, &c.* ut supra de agnis vs. 330. 'Ludunt, blandeque coruscant.' Et *Virgil. Georg. 2. 526.* 'Inter se adversis luctantur cornibus hœdi.' Nam *κορῦσσαι* est 'vibrare, jactare caput.' Et *Curetas coruscasse galeas, et enses* notum est. *Freig.* Saltatio Pyrrhicha describitur, et ludere catenas, est orbem quasi catenatam modo laxiorem, modo strictiorem saltatione efficere; ut 'Phœbi mendacia ludere' apud *Suetonium*, imitari Phœbi faciem et habitum, in *Augusto cap. 70.* 'Impiadam Phœbi Cæsar mendacia ludit, Et nova Divorum cœnat adulteria.' Orbicularem hanc Pyrrhichamque saltationem describit *hisco Apuleius Asiini sui lib. 10.* 'Nam puelli puellæque virenti florentes ætatis, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicam saltantes pyr-

rhicham, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbem rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem conexi, et in quadratum patorem cuneati, et in catervam discidium separati.' *Hav.*

630 *Catenas Ludunt*] Locum hunc sibi corruptum videri ait *Gifanius*, in Indice; ego autem nil mutandum contendere possum, non propter locum illum notissimum ex *Adelph.* 'Tu inter eas restim ductans saltabis,' sed propter alium longe aptiorem ex 27. *Livii* petitum, quem nemo, ut opinor, interpretum vidit. Is ita se habet: 'In foro pompa constitit; et per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.' *Fab.* Forte *catenas ludunt.* Olim reposuit *Lambinus, Terque quaterque*: deinde approbata *Turnebi* sententia forte *catenas* edidit, et *Ducunt* pro *Ludunt* scribendum putavit. Addit *Faber*, Locum hunc sibi corruptum videri ait *Gifanius*, (qui amat *caterva* i. e. *catervatim.*) Ego autem nihil mutandum contendere possum; non propter locum illum notissimum ex *Adelph.* 'Tu inter eas restim ductans saltabis,' sed propter alium longe aptiorem ex 27. *Livii* petitum. Is ita se habet, 'In Foro pompa constitit, et per manus reste data virgines, sonum vocis pulsu pedum modulantes, incesserunt.' Alii scribunt *Canentes.* Quidam *Coruscans*: *Curetas* enim clypeos et *Enses* coruscasse notum est, et mox ipse *Lucretius* confirmat. *Creech.*

631 *Lati*] Libri veteres habent *fati*, unde suspicetur aliquis legendum *pleti*, i. e. repleti, completi. *Fleti* tamen retinent alii, et interpretantur aspersi, madefacti. *Lamb. Sanguine fleti.* Sic veteres libri quidam. *Vulgati freti*, male. Vide Indicem. Forte etiam: *pleti.* Vide Indicem. *Vulgati: lati*, male. *Gif.* Alii *fleti*, i. e. aspersi. Alii *pleti*, i. e. repleti; vide vs. 631. *Creech.* Magis

multo placeat quod in al. *sanguine fletu*, aspersi sanguine, seu sanguineis guttis in modum lacrymarum. *Fab.*

632 *Numine*] Nutu, motu. *Virg. Æn. Fab.* Horrore Dæ, Fayus: viz. Magna mater cristis Curetum insidet: 'Numine,' nutu, sic Servius ad *Æn.* 4. *Creech.*

633 *Qui Jovis illum Vag.*] Hoc pulchre describit Callim. iis vs. quos paulo ante protuli; et Ovid. eod. lib. 'Tutus ut infanti vagiat ore puer.' *Lamb.*

*Illum*] Semper aliquid insigne notat *Ille*. *Virg.* passim. Hoc loco significat decantatum, de quo poëtæ tot nugas, &c. *Fab.*

635 *Cum pueri*] Versum inter hos, 'Cum pueri,' et 'Armati,' &c. interjectum, quia in veteribus libris non erat, sustuli. Est iste: *Armati in numerum starent: pernice chorea*. *Gif.*

636 *Armati in num. starent*] Hunc versum delendum censeo. *Lamb.*

*Pulsarent aribus ara*] Citat hunc versum Carisius lib. 1. *Lamb.*

637 *Malis mandaret*] In veteri quodam nostro: *manderet*, haud scio, an rectius, ut esset tribrachus dactyli loco. *Gif.* *Ne Saturnus eum malis mandaret*] I. e. ne maxillis eum permetteret, et ita devoraret. Nam Saturnus, ut ostendimus ex *Strab.* filios suos devorare solitus esse fingitur. unde etiam a Latinis Saturnus dictus est *M.* *Tull.* 1. 2. de *N. D.* 'Saturnus autem appellatus est, quod saturatur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur.' Sic Græci Saturnum *Ἐρόνον* dicunt, quasi *χρόνον*. i. e. tempus. quod negat esse Deum *Arnob.* lib. 3. adv. *Gen.* 'ex quo ne Saturnum quidem.' Quod autem *Thraso* quidam *manderet* legit, secunda brevi, ut sit tribrachus loco dactyli, *eis κόρακας* cum suo versu. Ex hujus loci similitudine versus poëtæ cujusdam veteris, quos profert *M.*

*Tull.* lib. 4. *Tuscul. Quæst.* et lib. 3 de *Orat.* ad *Q. fratrem*, qui in omnibus, quos quidem viderim, libris, corrupte leguntur, sic restitui: *Impius hortatur me frater, ut meos malis miser Mandem natos.* vulgo enim legitur *manderem pro mandem*. Atque ut aliud ex alio incidit, fateor, non tam librarii culpa, quam mea, factum esse, ut versus ille *Horatianns*, qui est *Sat.* 2. 3. 71. 'Cum rapies in jura malis ridentem alienis,' non fuerit cum multis aliis locis emendatus in prima editione. Habebam enim scripturam codicum manuscriptorum in meis adversariis; sed cum suspensus atque occupatus essem pluribus curis et cogitationibus, in eo versu dormitavi, eamque ita, ut legitur in vulgatis libris, exendi neglexi. Sed legendus ita est, *Cum rapies in jura malis ridentem alienis*. Jam 'malis alienis,' i. e. maxillis alienis. 'malis' autem, seu 'maxillis alienis ridere,' ut docet *Enasthios*, est non libenter, neque ex animo ridere, quasi non tuis, sed alienis maxillis rideas. quod sumtum esse ex illo *Homeri versu*, *Ὀδυσσ. v.* 347. *Οἱ δ' ἴδῃ γνάθμοισι γελῶν ἀλλοτρῖον*, i. e. 'Illi autem malis jam ridebant alienis,' indicavit mihi *Jo. Auratus*, collega meus, vir doctissimus, a *Simeone Bosio* per litteras admonitus. Sed nunc secunda editione *Horatiana* emendatus et explicatus est. Atque (ut ad *Lucretium* redeam) non desunt quidam docti, qui antiqua scriptura, quæ reperitur in codice *Memm.* percussa, putent legendum *manderet* secunda syllaba longa, ut intelligamus, *mandes*, des, det, usurpatum esse a *Lucretio* pro *mando*, dis, dit, quod a nullo veteri grammatico traditum esse puto, neque id me usquam legere memini. *Lamb.* *Ταῖς γνάθοις ὑποβάλλοι*, intra maxillas conderet, &c. *Fab.* *Manderet* *Gifaninus*, quem, qui velit, audiat. *Creech.* Amant poëtæ hanc periphrasin ut



videtur, quoties de voraci quadam comestione ac devoratione potius quam comestione agitur. Sic lib. 3. 885. 'Ut aut putrescat corpore posto, Aut flammis interfiat malivae ferarum.' simile quid obtinet apud Virg. *Æn.* 3. 255. 'Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem, Quam vos dira fames, nostræque injuria cœdis, Ambesas subigat malis absumere mensas;' et 7. 112. 'Ut vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi, Et violare mann malisque audacibus orbem Fatalis crusti.' Unde et merito tanquam prorsus ἀποσθόντος hinc facessat ista dubitatio Gifaniana, quin et Lambiniana de lectione *malis manderet*. Preig.

638 *Volnus*] Dolorem. *Fab.*

639 *Propterea magnam*] Sic habent omnes libri manuscripti, præter Vaticanum, in quo scriptum est, *Præterea*. Lamb. Hanc esse scripturam verissimam sententia evincit; hic enim versus ad præcedentes pertinet. Propterea, id est, in memoriam illius partus, et Cretensium Curretum. Unde et sup. 'Dictatos referunt,' &c. Est enim eadem Dea. Deinde aliam addit causam poeta: 'Aut quia significant,' &c. Quod ergo quidam libri habent, *Præterea*, mendosum est. Et in Vet. q. nost. *Matrem armati*. Gif.

640 *Divam prædicere*] Malim *prædicere*; est enim significantius et plenius. *Fab.*

641 *Patriam def. terram*] Πατρίδα γαίαν. *Lamb.*

642 *Decorique*] Et ornamento. *Lamb.*

*Præsidioque parent.* &c.] Sic 3. 910.

'Non poteris factis tibi fortibus esse tuisque Præsidio.' et Hor. *Od.* 1. 1. 2. 'O et præsidium et dulce decus meum.' Preig.

643 *Qua bene et eximie*] Ingenium poetarum agnoscit; rem ipsam rejicit. Quid enim beata otio æterno numina terras, colonos, arva, et segetes curarent? Vocibus Neptuno,

Cerere, Baccho, pro vino, mari, segete, uti licet, at Deos ne fingas. *Creach.*

*Disposta*] I. e. disposita, ut semper alibi 'reposta,' 'composta,' et simil. pro reposita et composita. *Lamb.*

*Ferantur*] Sint, quemadmodum *habetur* plus semel apud Sallust. pro *est*. 'Virtus clara æternaque habetur.' *Fab.*

645 *Omnis enim per se*] Hi vs. positi jam sunt sup. lib. 1. in principio. *Lamb.* Mollissima Epicuræi Dei imago, ut languidus otio, ut supinus jacet: τὸ μακρῶν καὶ ἄθρονον, ὄντι ἀπὸ πρῶτα ἔχει, ὄντι ἄλλω παρέχει, ὅσπερ ὄντι ὀργαῖς, ὄντι χάρισι συνέχεται: ἐν ἀσθενείῳ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον. Epicurus ad Menæceum. Quis talem principem, imo hominem non desumat? *Creach.* Sic ridet metum, ne Saturnus Jovem 'Malis manderet adeptus.' 'Summa cum pace.' Sic Saturni et magnæ Matris dissensionem. 'Semota a nostris rebus,' &c. ut universam illam sacrorum scenam refutet. 'privata dolore,' quale æternum illud sub pectore vulnus fuisset. 'Periculis,' veluti ne Jupiter puer a Saturno patre devoraretur. 'Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri,' ut ostendat quam stulte ditare præsumerent Cybelem argento, ære, largifica stipe. 'Nec bene promeritis capitur,' ut nempe munificet tacita mortaleis muta salute; 'nec tangitur ira,' ut non opus sit contereri numine divæ vulgi pectora impia. Attentius Lucretii hosce versus hoc loco perlustranti patebit quidem alieno inculcatos eosdem; et anticipatos lib. 1. Preig.

652 *Sed quia mult.*] Quidam legunt, *Sed quia*, quod malo, quam *Et quia*, quod est in libris fere omnibus vulg. et manuscript. *Lamb.* *Et quia. Sed v. quidam. Gif.*

654 *Hic*] Gall. dixeris, et là dessus, si quelqu'un, &c. Ita exponendus ille.

Tarent. locus, 'Atque in eo dispa-  
tant,' &c. *Fab. His si quis.* In qui-  
busdam libris legitur, *Huc si, &c.*  
quidam docti legi volunt, *Hinc si quis,*  
&c. *Lamb. His si quis. Huo v. q. Gif.*

*Mare Neptun.]* 'Quod aqua nubet  
terram (inquit Arnob. lib. 3.) ap-  
pellatus est, inquit, cognomina-  
tusque Neptunus.' At M. Tullius  
lib. 2. et 3. de N. Deor. 'Neptunus  
a nando dictus est,' inquit. *Nubet*  
porro apud Arnobium, nequis forte  
de hoc verbo hic erret, valet *teget.*  
Ex quo illud, 'caput obaubito.' *Lamb.*

*Cerereque voc. Conat. fr.]* M.  
Tull. lib. 2. de N. Deor. 'Itaque  
tam illud, quod erat a Deo natum,  
nomine ipsius Dei nuncupabant, ut  
cum fruges Cererem appellamus, vi-  
num autem Liberum, ex quo illud  
Tarent. Sine Cerere et Libero friget  
Venus: tam,' &c. A Cerere autem  
dicti sunt Cerriti, quasi Cereriti:  
i. e. furiosi, et insani, et a Cerere  
percussa. qua voce utitur Horatius  
Sat. 2. 3. 276. 'Cerritus fuit, an  
commotus crim. m.' &c. ad quem lo-  
cum adnotavimus satis multa. utitur  
et Plautus: utitur et M. Tull. in  
Epist. 8. 5. ad Attic. quem locum eo  
libentius lectori indicabo, quod non-  
dum ullis in exemplis emendate legi-  
tar. Sic igitur Cicero: 'Etai solet  
cum, cum aliquid furiose fecit, poni-  
tere; nunquam cerritior fuit, quam  
in hoc negotio.' Sic autem legendum  
esse princeps vidit Simeo Bosius  
Lemovix. nam vulgo legitur, *certior.*  
*Lamb.*

656 *Vocamen]* Utitur hoc eodem  
vocabulo. Arnobius lib. 2. adv. Gent.  
*Lamb.*

657 *Dicit et orbem]* Ita ex veteri-  
bus libris malui, quam *dictitet*, vel  
potius, *dictet et Gif.*

*Dictitet]* Voss. *dictitet*, quasi antique  
pro dicit positum, a dicitare. *Prig.*

658 *Dum ne sit re tamen apoc]* Sic  
ex veteribus libris scripsi. Vulg.  
*dum vera re tamen haud sit.* Idem.

I. e. dum tamen *re apoc*, quod valet  
*re ipsa*, seu revera, non sit. sic resti-  
tuiti conjectura ductus. Nam cum re-  
perissem in omnibus libris vulgatis,  
paucis exceptis, *Dum vera re tamen*  
*haud sit*; in manuscriptis vero, *Dum*  
*vera re tamen ipse*; facile suspicatus  
sum, primum cum declarare aliquis  
illud *apoc*, tanquam obcuram, ad-  
scripisset ad oram libri *vera*, transla-  
tum esse hoc *vera* in contextum ver-  
borum Laetii: deinde *apoc*, factam  
esse *ipse*: ita totum versum corruptum  
esse. *re apoc* autem dixisse vete-  
rum, testatur Festus: utiturque testi-  
monio Pacuvii in armorum iudicio,  
'Si non est ingratum reapse, quod facti  
bene.' usurpat et Apuleius libr. 1. de  
Asin. aur. 'Ad haec Meroë (hoc enim  
ei reapse nomen magis, quam fabu-  
las Socratis, conveniunt sententiam)  
iamno superat hic saltem,' &c. Idem  
lib. 2. 'At sacerdos, ut reapse cog-  
nosci potuit, nocturni commonefecit  
oraculi, miratusque congruentiam  
mandari muneris,' &c. M. Tull. lib.  
1. de Div. 'Formae reapse nulla  
sunt: speciem tantum animis offer-  
runt.' et lib. 1. de Fin. 'Quasem-  
brem ordinarum ab eo, quod primum  
poni: quod idem reapse primum  
est.' Idem in Laelio: 'Securitas spe-  
cie quidem blanda, sed reapse multis  
locis repudianda.' Plaut. Rud. 4. 3.  
41. 'minus, quam reapse experimen-  
do,' &c. Cum hunc locum ita resti-  
tuisset etiam in prima editione, ta-  
men homo injustissimus triennio  
post ausus est hanc restitutionem  
sibi vindicare, duarum vocularum  
ordine immutato. Nam cum edide-  
rim, *Dum re non sit tamen apoc*: gra-  
vis auctor ait se scripsisse, *Dum non*  
*sit re tamen apoc*. Sic solent furæ:  
earum rerum, quas furati sunt, formas  
immutant, ne cognoscantur. Sed quid  
de hoc loco queror, cum alii sint in-  
numerabiles? *Lamb.* Emendatio Lam-  
bini, *reapse*. Sed à *supradictis Giffan.*  
suo jure illam sibi vindicavit. *Fab.*

659 *Sape itaque ex uno*] Post degressionem de matre Deorum, redit ad disputationem institutam, in qua ostendit, nullam rem esse, quæ ex uno genere principiorum constet, quod nunc exemplis multis collectis docet. *Lamb.* Hic redit ad rem. *Gif.* Nunc tandem ad institutum redit: Nihil ex uno aliquo primordieram genere constare. *Fab.* Finita Magnæ Matris pompa, ad institutum redit, et secundo vs. 8. probat varia seminum genera in rebus singulis inveniri, v. g. in iisdem herbis, in eadem aqua, quæ cum alimento sint tam variis alimentium generibus, equis, bobus, &c. necesse sit varia contineant Principiorum genera, quæ singulis accommodantur. *Cresch.*

660 *Duellica proles*] *Duellica*, i. e. bellica. Nam 'duellum' idem valet quod bellum, 'deis' idem quod bis, et 'duonum' dixerunt veteres pro bonum. *Fostus*: 'Duellum bellum, videlicet, quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur.' In voce *duellica*, u et e in unam syllabam coant. Alii dicant in voce equorum, m elidi, ut in metiende versa ita legamus, et *equorum duellica proles*. Jam per 'equorum duelliam prolem,' equos intellige, equus enim animal est bellicum. *Virg. Æn. 3. 540.* 'Bello armantur equi,' &c. *Lamb.* Bellica alia hujus mutationis exempla in 1. *Fab.*

661 *Buceriæque greges*] Ita libri omn. et Nonius. Puto tamen legendum: *Buceraque*. Vide Indicem. *Gif.* Citat hunc verum testem Nonius in voce 'buceriæ,' et in voce 'greges,' docens 'greges' reperiri etiam in genere feminino. 'Bucerum' (inquit *Festus*) 'de bobus dicimus.' Est autem Bucerum vox ducta e duabus Græcis, *βοῦς* bos, et *κέρας* cornu. *Bucerus* porro, quod quidam putant, legi non potest: nam *κέρας*, unde hoc nomen factum est, habet priorem syllabam brevem. *Lamb.* Græce

quidem *βοῦκερος*, et *βουκέρος* dicitur, *βουκέρος* haud scio an reperiri queat. Ceterum olim dicebant *græc*, ut hæc lex, a *gregis* primo casu. In hac voce supplendæ sunt glossæ *Philoxeni*. 'Bucerum, *γέφυρα βοῦς*.' Recte vidit *Vulcanius* legendum esse *βοῦς*, sed locum nullum esse, id vero est quod haud vidit: legendum enim, *Bucerum sacrum*; itaque 'sæclum' erit *γέφυρα*, quod mihi ad 1. lib. exciderat, properanti. *Philoxenus* respiciebat locum *Lucretii*, *bucera sacra*, in quinto et sexto. *Fab.* *Buceriæ* quoque citat *Servius* ad *Virg. Georg. 3. 227. Hav.*

662 *Retinentque Parentum*] Quidam Codd. *Retinente Parente*, i. e. Tellure retinente suam naturam: quo nihil ineptius. *Cresch.*

665] *Tanta est*] *Ἐπιφάνεια*. *Lamb.*

667 *Jam vero quævis em.*] Sic habent libri manuscripti. *Vulg.* autem, *Hinc porro*, &c. *Lamb.*

*Ex ea corpora fr.*] Sic hunc locum restitui, cum in codic. manser. *corpora* scriptum reperissem. quidam vir doctus tamen legendum putat, *ex eo corpore*, i. e. ex suo corpore. *Lamb.* Neque illud in terra modo, in aqua, &c. verum est; sed in uno quovis concreto tanta varietas partium est, ut quod de illis grandioribus corporibus dictum fuit, minime mirabile habendum sit; cum in minimis reperiri queat. *Fab.* Priori argumento aliud vs. 4. connectit: Quin etiam quæ accommodantur unianimanti necesse est generam adhuc diversissimarum sint, cum varia variis ipsius partibus, venis, visceribus, nervis, ossibus, &c. coaptentur. *Cresch.*

671 *Tunc porro quæcumque, &c.*] Quarto, vs. 7. arguit ex ligno, et aliis rebus igne resolutis: Cum enim in ignem, in lucem, in fumum, et cineres resolvantur, existimandum esse videtur non fieri resolutionem in alia quam quæ reipsa continebantur; neque ex ligno perire aliud, quam connexionem

et situm partium, sive specialem existendi modum, formam, qualitatem, speciem, accidens, eventum, cuius causa erat, et dicebatur lignum. Ideo in ligno aliisque rebus varia illa genera seminum, e quibus lux, fumus, cineres constant, latere concedendum est. Creech.

672 *Tamen hæc in corpora tradunt*] Ita vetus liber; ut 'in,' pro, intus, seu *ἐνδοθεν* accipiatur, quod equidem nusquam legi. Forte etiam, exin, pro *ἐξδοθεν*. Lambinus: *ex se corpora*; nimis remote. Vulgati: *hæc in corpore*, i. e. in illorum corporibus hoc est insitum, hanc habent vim ingentiam, inquit Pius; male, quia et contra veteres libros, et sententiam, ac elegantiam est. Sententia est: omnis quæ crematur materies, corpora et figuras continet etiam varias, tam unde elicitur ignis, quam unde lumen, scintillæ, ac favillæ, quæ sunt diversa omnia: si nihil aliud, certe *tradunt*, i. e. edunt, projiciunt talia intus corpora, unde, &c. In scriptura hæreo. Gif.

*Ex se ea corpora*] *Hæc in se corpora*, ut 'in' pro intus, sive *ἐνδοθεν* accipiatur: Gifaninus. *Ex se ea corpora*, Lambinus restituit; alii legunt *Ex se*, vel *Ex suo corpore*. Creech. Non video quo sensu tradant ex se corpora, unde, &c. Omnino locus hic mihi videtur desperatus. donec quid melius occurrat ego quidem amplecterer tamen *hæc in corpore aluntur*. Preig. Vide V. L. nostras. Hav.

673 *Unde*] I. e. ex quibus corporibus, &c. Lamb.

*Ignem lacere*] Ita scripsi conjectura ductus. In libris: *jacere*. Vide Indicem. Gif. *Lacere*: i. e. elicere, Gifaninus. qui ingenio nimis indulget. Creech.

674 *Differre*] *Διαφέρει*, in diversas partes ferre. Lamb.

675 *Mentis ratione*] Sic dictum 'mentis ratione,' ut alibi 'animi ratione.' 'Perfacile est jam animi ra-

tione exsolvere nobis,' &c. 3. 606. Lamb.

677 *Corpore celare*] In corpore suo inclusa et abdita habere. Lamb.

*Cohibere*] Continere in suo corpore inclusas. Lamb.

678 *Denique, quibus et color, &c.*] Ita ex veterum librorum vestigiis, et conjectura, restitutus est locus, et explanatus. Vide infra, 3. 268. De aliis scripturis dicere nimis esset longum. Gif. *Denique m. v. quibus est odor et sap.*] Secutus sum in hoc versu lib. vulgatos: qui omnes sic habent, exceptis antiq. Venetis. manuscripti autem sic: *Quibus et color et sapor una*. quos quamobrem non simus secuti, mox dicemus. Lamb.

679 *Religione animi turpicum tang.*] Sic hunc versum restitui, partim auctoritate veterum codicum fretus, partim conjectura ductus. Nam cum reperissem in codicib. manuscriptis aliis, *Religione animam turpi contingere parato*: aliis, *contingere parato*: in nonnullis excusis, ut Paris. *contingere porro*: *ex contingere feci cum tangere*, i. e. cum tangeris. *ex parato, aut parato*, feci *parato*, (quæ vox reperitur integra in cod. Venet. antiq.) approbante, atque adeo mihi præeunte nostro Turnebo. Hunc igitur versum sic declaro: *Cum tangere animum religione*, i. e. cum Deorum timore conturbaris, atque astuas, turpi parato; ob turpe partum, id est propter ea lucra, quæ tu mentiendi, pejerando, fraudando, et malis artibus fecisti, seu cum ob tuas injurias, furta, et rapinas Diis immortalibus sacrificas, ut eos tibi propitios et placatos reddas. hæc est hujus versus sententia. Sed liberet nunc mihi de toto hoc loco, id, quod sentio, exprimere. Non te diutius suspensum, lector, tenebo: versum *Reddita sunt, cum adoles in primis pleraque dona*, vel, ut in nonnullis libris reperitur, et maxime manuscript. *Reddita sunt cum odore, &c.* adulterium esse puto: atque ita a Lucretiô

scriptam esse arbitror, quemadmodum excadendum curavi: totiusque hujus loci hæc mihi videtur esse sententia. Denique multa vides odore simul et sapore prædita, nempe quo tempore tua turpia lucra animum tuum mordent, urunt, et cruciant: id est, cum hostiis immolandis Deos placare studes: hæc igitur, quæ tu immolas, quæ prædita sunt odore simul et sapore, debent variis constare figuris. Sed quærat aliquis, unde in contextum carminis Lucretiani irreperit hic alienus versus? dicam quod mihi venit in mentem. ad hunc versum, *Religione animum turpi cum tangere parto*, studiosus aliquis fortassis annotavit, i. e. 'cum adoles dona Diis oblata: seu, 'cum sacrificas.' Hanc annotationunculam arripuit alius, et ex ea, additis quibusdam, quæ ad superiorem versum pertinere possent, versum illum fecit ineptum: *Reddita sunt, cum adoles, &c.* ex quo postea concinnavit alius, *Reddita sunt cum odore, &c.* et eadem opera corruptit superiorem, in quo erat, *Quibus est odor et sapor una*, et substituit, *Quibus et color et sapor una, &c.* cum hic Lucretius de duobus tantum loquatur, nempe odore et sapore, seu nidore et succo: cumque ex sententia Epicuri colorum varietas non sit ex dissimilitudine figurarum, sed ex varia et dissimili positura, ordine, motu, &c. ut mox docebit ipse Lucretius. Cum hæc scripsissem, itaque hunc locum, ut nunc editus est, edendum jam ab initio curavissem, homo barbarus, paucis quibusdam immutatis, et retento eo versu, quem damnavi, hujus loci, aut certe versus hujus, 'Religione animum,' &c. emendationem sibi arrogavit, suum tenens institutum. *Lamb.* Secundum versum ejiciendum putat Lambinus, et merito: tertium autem nihilo magis stare debere existimo. Nam quæ Latinitas? 'tangeris animum religione turpi parto.' Dein

cur hoc exemplum potius quam aliud quodvis? an quia necesse sit immolare capellam, ovem, &c. ut noscamus multa esse quibus et odor et sapor una sint? *Fab.* Locus mirifice vexatus, cui quodnam aliud solatii afferi queat, quam ut *Mæ.* vestigiis inassistamus, non video. In iis: *contingere parato* versu abhinc tertio reperitur, quod cum concoquere non possent Interpretes, hinc illæ lachrymæ. Scribe itaque. *Denique multa vides, quibus et color et sapor una Reddita sunt, cum odore, imprimis pleraque dona, Religione animum turpi contingere parato.* 'Et color, et sapor, cum odore,' q. d. quibus præter 'colorem,' quem vides, et sapor cum odore redditus tibi est. *Contingere parato, q. contingere parato.* Vide quæ supra ad vs. 314. i. e. tibi parato, et paranti immolare victimas. Et hoc exemplum potius, quam quodvis aliud adhibuit, qui ridet, et indignatur, vel nulla occasione data, illum quam vocat religionem. Sic sup. vs. 353. et passim. *Pr.*

680 *Reddita sunt cum odore*] Alii, cum adoles. Hunc versum rejicit Lambinus, præcedentem etiam delet Faber. Nam quæ Latinitas? 'Tangeris animum religione turpi parto?' Dein, cur hoc exemplum potius quam aliud quodvis? an quia necesse sit immolare capellam, ovem, &c. ut noscamus multa esse, quibus et odor et sapor una sint? Hæc Faber: acute, ut solet, uterque enim, aut neuter rejiciendus: neutrum rejicio, Latinitas enim haud absimilis isti, quam vs. 63. legimus, et quamvis non necesse sit immolare capellam, ovem, &c. ut noscamus multa esse quibus odor et sapor una sint; tamen haud indecorum poetæ Epicuri duos versiculos subinde infarcire, quibus Deos obiter sugillet, et rideat pietatem. Alii legunt *Contingere parato*; Tibi nempe parato contingere sive inquinare animum turpi religione: et 'contingere' faciunt Trisyllab. ut

infra 'degere duellum : imperite ut patet ex vs. 660. *Leg.* autem. *Quibus et odor et sapor una Reddita sunt, cum adole.* Creech.

661 *Hæc igitur variis debent, &c.*] Hæc igitur, quibus est odor et sapor una, dicendum est variis figuris constare. *Lamb.*

662 *Nidor*] Quem paullo ante dixit odorem nunc nidorem dicit. *Nidor*, inquit, ea via penetrat in artus, qua aëra, seu rerum sapor præclusus aditus est : et contra succus seorsum in sensu insinatur. Ex quo intelligere licet, nidorem et succum, seu odorem et saporem, non ejusdem figuræ principis constare. *Lamb.*

663 *Et rerum*] *Seorsum* Codd. recitans ; et et 'privis' pro primis in sequenti versu haud absurde legitur. *Creech.* *Succus enim seorsum, et rerum sapor, &c.* rerum vox intempestive huc intrusa. Repete *seorsum* cum *Voss.* unde litura in *Mss. Preig. et Hav.*

664 *Privis*] Egrege et hoc loco *privis* habet marginalis noster. Sic infra 3. 723. 4. 570. 5. 275. opinor. *Preig. et Hav.*

665 *Glomerantur in unum*] In unum concilium et cœtum. *Lamb.* *Glomerantur in unum*] *Gassendus* : *Glomerantur in unum.* Creech.

667 *Quis etiam nostris, &c.*] Usus est eadem similitudine, atque adeo eisdem versibus, supra libro primo. *Lamb.* Sententiam suam illa, qua sæpe utitur, similitudine vs. 12. illustrat, objectionem subinde proponit, et solvit. Si enim, dicit aliquis, communia sunt multis rebus semina, unde res ipsæ sunt diversæ ? similia semina res similes efficerent. Hunc vero argutorem *Lucretius* jubet intueri versus suos : in illis multas literas communes multa vocibus inveniet, at voces ipsas inter se diversas esse ; ex his etiam diversa carmina componi negari non potest. Pari ratione, licet in multis rebus communia sint semina, res tamen ipsæ,

quæ ex istis seminibus similibus componantur prorsus, diversæ esse possunt. *Creech.*

669 *Non quo multa parum*] Debet ad id referri quod de similibus figurarum infinitate dixerat vs. 525. contra autem de numero finito dissimilium vs. 481. Cui et aliquid germanum post paucos versus occurreret. vid. vs. 721. *Fab. et Creech.*

692 *Ex omnibus idem*] Sic legendum, nisi malis legere, *eisdem*. 'idem' *Marcus Tullius* in perfecto oratore usurpatum tradit ab *Ennio* : 'tempus idem, eisdem erat verius' (inquit) 'nec tamen optimus : male sonabat eisdem : impetratum est a consuetudine, ut peccare sanavitatis causa liceret.' *Lamb.*

696 *Longe dissimili tamen*] Quanto verius : verum ? Pr. Imo rerum. opponit enim primordia et summam, conf. vs. 688. 689. *Hav.*

696 *Dissimili summa*] I. e. Res dicantur ex dissimili seminum congerie, si totam compagem simul intescere, componi. *Creech.*

698 *Arbutaque*] Quin et hic *arbutaque* substitutas, nihil impedit. *Preig.*

699 *Omnimodis*] I. e. omnis generis, seu cujusvis figuræ, videlicet principis. usus est eadem voce super hoc eodem lib. 488. pro 'omnibus modis : 'Omnimodis expertus eris.' *Lamb.* Quamvis multa semina sint multis rebus communia, unaquæque tamen res eam exigit dispositionem, ut atomi ipsam constituentes eas, quæ sunt sibi congruæ, adscalescant, ac velut consociant, alias præterscant, et respuant. Ex quo rursum fit, ut cum res dissolvitur, congruæ quæque se mutuo trahant, et ab incongruis expellant. Sed audire plenius ex *Lucretio* juvat, qui rem ipsam 5. 10. proponit, et causam reddit, quod alioquin monstra quotidie nascerentur ; Centauros, Chimæras, et omnia pœtarum fragmenta videremus. Nul-

la autem istiusmodi apparent portenta, quia ex certis quibusdam, non ex omnigenis seminibus nascuntur res; certis insuper alantur. *Creech.*

701 *Semiferus hom. species*] Ut hippocentauros, de portentis lege 5. 835. 'Multaque tunc tellus etiam portenta creare Conata est, mira facie, membrisque coorta.' *Lamb.*

702 *Ramos eigni corp.*] I. e. ramos gigni a corpore vivo: ut apud Hor. Sat. 2. 2. 105. 'Tanto emetiris acervo: quod genus observatum et notatum est a nobis ad illum locum.' *Lamb.* Ramos e corpore vivo hominis eigni prorsus mirabile sit; sed nec fortasse mirabile non sit, quod de inactione arboris cum homine legitur in vita Peireskii, circa pastorem quemdam Tarraconensem, qui cum forte in prunulum incidisset, ita illa radices egit in thorace medio, ut et flores et fructus tulerit. lib. 5. *Fab.* Narrat Gassendus l. 5. de vita Peireskii: Pastor Tarraconensis in prunulum incidit, spinamque ad eam partem implantata, sic per biennium radices egit, ut post resectos surculos varios, alique tandem prodierint, in quibus flores et fructus visi. Non destitit instare Peireskius, donec Cardinalis Barberinus curavit fidem fieri per illius loci archiepiscopum, et eques Puteanus non literas modo attestantes, sed surculos etiam accepit, et cum illo communicavit. Hæc vero deinceps mira, cum accepit simile quiddam contigisse in Tuscia, circa Gallinam cujusdam collis, et Frontiniani in Occitania, circa digitum Piscatoris, in quem cum implantata fuisset spinula scorpionis marini, res eo evasit, ut chirurgus inde eduxerit tres pisciculos generis scorpionum; quanquam hæc omnia qui vident, fidem habere tutiorem potest. *Creech.*

704 *Chimæras*] Chimæram sic describit Hem. l. 5. 181. Πρώτη ἄκω, δεύτερη δὲ ὀφθαλμοῦ, τρίτη δὲ χίμαιρα, &c.

i. e. ut vertit noster Lucretius 5. 903.

'Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.' Virg. 6. 268. 'flammisque armata chimæra.' *Lamb.*

705 *Pascere Naturam*] Alere se, vel, ut aliis placet, vastare, depascere, devorare totam naturam: Fays: Sic omnia. *Creech.*

*Terras omniparentis*] Γαῖα παμμήτωρ a Græcis dicta. *Lamb.*

707 *Certa genitrice*] Sup. 168. 'Quippe nbi non essent genitalia corpora quocumque, Qui posset mater rebus consistere certa?' *Lamb.*

709 *Scilicet tal certa, &c.*] Octo qui sequuntur versus non tam constitunt diversum argumentum, quam præcedentis rationis posteriorem partem explicant. Res enim, e certis seminibus orta, ideo dum crescat, genus suum conservant, nec in aliud degenerant, quia natura ex alimento istas tantum seligit particulas que sibi aptæ et convenientes sunt, incongruas vero socernit, et rejicit. Hinc rami vivo corpore nunquam egignuntur, quoniam corpus humanum particulas materię arboribus aliendis aptæ ejicit, nec in alimentam unquam convertit: et idem de reliquis monstris dicendum. *Creech.*

710 *Sua*] Convenientia specifica. exemp. gr. ex pane id educit homo per coctionem, quod speciei humanæ convenit, canis contra, quod canino generi. *Fab.*

711 *Corpora discedunt*] Sic legendum; et ita habent quinque libri manuscripti. ex omnibus cibis sua cuique, id est propria et accommodata cuique, corpora prima discedunt, i. e. distendantur seu distribuuntur in artus. *Lamb.*

713 *Multa cæcis Corporibus fugiunt e corpore*] Multa, quæ non videas, e cæcisque animantis corpore partim rejiciuntur, partim aponte fugiunt, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνήθει τοῖς ὀφθαλμοῦσιν. *Fab.* Quod statica experimenta egregie confirmant. *Creech.*

715 *Qua neque connecti quoiquam*] Libri omnes vulgati habent *cuiquam*. quidam libri scripti, *quoiquam*. quo modo loquebantur veteres, quos sequor. *Lamb.* *Quoiquam*] Ita veteres libri. *Gif.*

*Neque intra*] Libri manuscripti aliquot habent *inter*. *Lamb.* *Intra*] Veteres quidam: *inter*. *Gif.* Quidam *Codd.* *Inter*: Alii *Inte*: forsitan *indu* legendam. *Creech.*

716 *Atque animari*] Sic restitui, reclamantibus lib. omnibus, in quibus legitur *atque imitari*, levi mutatione facta. Nam sume *atque imitari*, ut habent omnes libri vulgati, et manuscripti, (nisi quod unus habet *imitare*,) deinde ex *e* facito *a*, postremo ex *imit*, *nim*; totidem enim sunt pedes; habebis *animari*. Quam correctionem nemini erudito, maxime in libris veteribus versato, violentam visum iri confido. Turnebus autem mavult leg. *atque micare*. et *micare* interpretatur *moreri*. Alii lectionem vulgatam retinent: eamque interpretantur conformari, similia fieri. Ego nullius iudicium reprehendo, nullius diligentiam insector: (quamquam scripturam *imitari* nullo modo probo, ejusque interpretationem multo minus: illam autem alteram, *micare*, mihi refellere licet:) sed meam conjecturam confirmare possum verbis Cic. ex lib. 1. de N. D. 'Si essent corpora individua, quæ nulla sunt, pellere se ipsa, et agitari inter se concursu fortasse possent: formare, figurare, colorare, animare non possent.' et ex lib. 6. de Repub. 'Hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera et stellas vocatis: quæ globosæ et rotundæ, divinis animatæ mentibus, circulos suos orbisque conficiunt celeritate mirabili.' Adjuvat eam et illud Arnobii ex lib. 1. adv. Gent. 'Immo si arbores, glebæ, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent, et verborum articulos inte-

grare,' &c. Idem lib. 2. non longe a princip. 'Utrum illam tellus uliginis alicujus conversa putrore, tamquam vermeis, animaverit, tamquam muris?' Postremo sic fere loquitur Lucretius noster 5. 146. 'Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.' *Lamb.* Lege *imitari*, et sic omnes libri. *Gif.* Hæc Lambini conjectura est (*animari*) contra omnes libros, inquit; sed tale quid sensus postulat. *Mss.* certe codices habent *imitari*; quare quærendum esset aliquid quod ab illa scriptura propius abesset. Nullum autem video verbum quod sententiæ magis conveniat, et ad libros manu descriptos accedat magis, quam *adigitari*; si vero (quod infinita apud Lucretium exempla suadent) vocem illam diviseris interserendo *que*, non male huic loco consultum fuerit. Lego igitur, *adque igitari*, i. e. et adigitari, seu adigi intra vitales motus, &c. Nulla certe vox magis propria occurrere possit, et quam sententiæ pronius admittat. Sed cum istud *igitari* non intelligerent exscriptores, suam illud *imitari* proceuderunt, quod et sensus respuit, et Latinitas probare non potest. *Fab.* Hæc est conjectura Lambini contra omnes libros, qui *imitari* exhibent, suamque conjecturam 5. 146. tuetur 'Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.' *Faber* dicit quærendum esse aliquid quod ab illa scriptura *imitari* propius abesset; nullam autem videt verbum quod sententiæ magis conveniat, et ad libros manu descriptos accedat magis, quam *adigitari*; si vero (quod infinita apud Lucretium exempla suadent) vocem istam diviseris interserendo *que*, non male huic loco consultum fuerit. Legit igitur *adque igitari*, i. e. et adigitari, seu agitari intra vitales motus. *Micare* i. e. moveri. Turneb. *Creech.*

717 *Sed ne forte putet*] Quod de animalibus dixerat, id porro existiman-



dum de cæteris rebus, quæ pari modo ex certis, proprioque modo dispositis atomorum generibus constant. Communia licet in omnibus semina reperiantur, alia tamen certa accedunt; illa efficiunt ut diversa sint intervalla, diversi motus, situs, posituræ, &c. Et inde oritur rerum varietas, et differentia. *Creech.*

718 *Eadem ratio res terminat omnis*] Cum reperissem in quattuor libris manuscriptorum ita scriptum, *Eadem ratio determinat omnes*, ego reposui, *Res terminat omnes*. quæ lectio mihi videtur recta. *Lamb. Ratio determinat omnia*. Sic fere libri veteres. Quidam *Uulgati: omnes*. *Lambinus: res terminat omnia*, etiam non male. *Gif. Eadem ratio res terminat omnes*. Ita *Lambinus*, cum *Codd. Determinat omnia*, quod probo. *Creech.*

724 *Differre necessum est Intervalla, &c.*] *Necessum est* reposui secutus libros scriptos: quamquam utrum legatur, *necessum est*, an *neesse est*, parum interest, nisi quod illud magis Lucretianum est. cum hoc loco congruunt illa, sup. l. 905. 'Jamne vides igitur, paulo quod diximus ante, Permagnum referre, eadem primordia sæpe Cum quibus, et quali positura contineantur, Et quos inter se dent motus, accipiantque?' *Lamb.*

728 *Retentant*] Ne cælum cum terris misceatur. *Lamb.* Optime concludit; semina quidem distant; sed nisi intervalla, vis, motus, &c. itidem differrent, omnia prorsus, cælum, mare, sidera, &c. confunderentur. *Fab.* Ita vox ista 'retentant' est vis maximæ; nisi illa impediret, cælum mari, mare terris misceretur: at nihil tale voluit Lucretius: ad illud 'retentant' idem plane quod distinguunt, aut faciunt differre. *Creech.*

729 *Nunc age dicta meo*] Nunc aggredditur ad docendum, prima corpora colore vacare, atque adeo omnibus qualitibus, præter figuram,

magnitudinem, et pondus: qua de re sic Laërtius: *Ἐπιεὶ δ' ἔνδοξον μὴδὲ ποιήτηρά τινά περὶ ἀτόμων εἶναι, πλὴν σχήματος, καὶ μεγέθους, καὶ βάρους· τὸ δὲ χρώμα παρὰ τὴν θέσιν τῶν ἀτόμων ἀλλάττεσθαι.* i. e. 'Aut autem interius neque qualitate ulla atomos esse præditas, præterquam figura, magnitudine, et pondere: colorem autem ex positura atomorum variari.' *M. Tull. lib. 2. de N. D.* 'Isti autem quemadmodum asseverant ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιήτηρα Græci vocant, non sensu præditas, sed concurrentibus temere, atque casu, mundum esse perfectum, vel innumerabileis potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire?' *Lamb.* Prima corpora colorem non habent, neque adeo ulla qualitates, præter, ut jam bis antea ostensum est, pondus, magnitudinem, et figuram. Fallitur enim Cicero, qui dicat l. 2. de N. Deor. nullam omnino qualitatem corpusculis tribuere Epicureos. 'Isti autem quemadmodum asseverant ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιήτηρα Græci vocant, non sensu præditas, sed concurrentibus temere atque casu mundum esse perfectum,' &c. *Fab.* Καὶ μὴν καὶ τὰς Ἀτόμους νομοστέον μηδεμίαν ποιήτηρα τῶν φαινομένων προσφέρεσθαι πλὴν σχήματος, καὶ βάρους, καὶ μεγέθους, καὶ ὅσα ἐξ ἀνάγκης σχήματος συμφορῆ ἐσσι. Ποιήτηρες γὰρ ἄλλαι, ὅλον χρώμα τε, καὶ θερμότης, παρὰ τὴν θέσιν τῶν Ἀτόμων μεταβάλλουσιν, διὰ καὶ ταῖς Ἀτόμοις οὐκ ἐνυπάρχουσι. Epicurus ad Herodot. Eandem sententiam Lucretius exponit, et vs. 9. semina affirmat colorum expertia, neque opus esse alborum seminum, ut album foret compositum, neque nigrorum, ut nigrum. *Creech.*

*Induta colorem*] Emendatio Lambini, in libb. *imbata*, quod Latini sermonis ratio improbat. Deinde ex Epicuri sententia corpora non possunt

dici imbuta colore. *Feb.* Cai credemur, si probasset. quem Gassend. *Creech.*

730 *Albis ex*] Sic habent libri manuscripti: quæ scriptura præterquam quod suavior est, etiam Lucretiana est. *Lamb.* *Albis ex*] Veteres lib. ita. Marull. et Vulgati: *ex albis.* Anastrophas amat Titus noster. Vide 4. 600. et 6. 183. *Gif.*

732 *Nigrum*] I. e. nigra sunt. Virgil. *Æn.* 4. 120. 'His ego migrantem commista grandine nimbum, Dæm trepidant alæ, &c. Desuper infundam.' hanc locam memoria teneat lector: erit enim nobis nisi ad locum quendam, qui sequitur, emendandum. *Lamb.*

733 *Nece alium*] Quidam libri manuscripti habent *Nice*, pro *Nece*. quod docti probant, ut antiquum: ne ego quidem improbo: verum tamen nihil mutavi: satis est mihi lectori indicare. *Lamb.* *Nice*] Ita quidam libri. Alii: *Nece.* *Gif.*

*Alium quævis quæ sunt i. e.]* Sic restitui partim conjectura et ratione ductus, partim quattuor librorum manuscriptorum auctoritatem secutus; in quibus cum sine ulla litara scriptum reperissem, *imbuta colorem*, primum cepi necum diligentius atque attentius hanc scripturam considerare, et ita existimare, non temere in tot cod. manuscr. reperiri scriptum *colorem*: qui casus cum videatur cum participio 'imbuta' non posse coherere, (verbum enim 'imbuere' semper conjungitur cum sexto aut septimo casu,) verisimile esse, mendum subesse in voce 'imbuta.' Deinde mihi venit in mentem, si quis forte contenderet legendum *colore*, ut est in vulgato. non satis aut vere aut proprie dici aliquid 'imbutum colore,' cum color vel sit ipsa corporum extremitas, vel in corporum extremitate, seu extremo cortice consistat, non interius manarit: 'imbuta,' au-

tem et 'tincta' ea dicantur a Latinis, quæ a Græcis *θεωρωσά.* Præterea 'imbutum' de odore aut succo aliquo dicitur, non de colore, ut apud Hor. *Epist.* 1. 2. 60. 'Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.' Præterea infra ita loquitur, 796. 'Scire licet quam sint nullo velata colore,' ac 'velari colore,' et 'indui colorem,' simillima sunt: immo vero eadem figura dicta summatralatio enim sumta est ab iis animantibus quæ vestiuntur. Postremo eo, qui deinceps sequitur, versa ita loquitur, 'gerere colorem': quod item de persona et vestitu dicitur. *M. Tull. Offic. lib. 1.* 'Est igitur propriam munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis.' Sic *Lucret. 5. 1419.* loquens de pelle: 'Ut letum insidiis, qui primus gessit, obiret.' Sic *Hor. de Aristippo Epist. 1. 17. 99.* ad Scævam: 'Personamque geret non incoercitatus utramque.' *ibid. de eod. vs. 28.* 'Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet.' Ex quibus intelligere licet, Latine dici, ut 'induere' et 'gerere personam,' ita 'induere' et 'gerere colorem': et 'velari colore,' et 'contingi' seu 'tingi colore,' et 'circumlini fuce,' ut statim loquitur: 'imbuti colore' autem nullo modo. Ita adductus sum, ut *induta colorem* reponerem. *Lamb.* *Imbuta colorem*] Ita omn. lib. veteres. Cur ergo mutemus, vel in *induta* cum *Lambino*, vel aliter? *Gif.*

736 *Tincta colore*] Proprie dictum. nam quæ tincta sunt, etiam colorata dicuntur: sed 'imbuta colore' Latine dici non potest: omnino malim *tacta.* *Lamb.*

737 *Neque per rebus neque denique dispar*] I. e. nullus omnino. *Feb.*

738 *In quæ corpora si null. &c.]* I. e. quæ corpora si tibi videntur non posse cogitatione aut ratione comprehendere: vel sic, quæ corpora si existimas

nemiem animo complecti posse, &c. *injectus animi* i. e. animi adjectio ad rem aliquam, et cogitatio. Sic M. Tull. 'injicere animum' dixit lib. I. de N. Deor. 'In quam magnitudinem regionum se injiciens animus, et intendens, ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat.' Sic Arnobius dixit 'oculorum injectum,' lib. I. non longe ab extr. 'Quod oculorum' (inquit) 'susceperit injectum:' et eodem libro, infra, 'jactationem mentis.' Lamb. 'Animi injectus' est comprehensio. Sensus itaque verborum hic erit: Si negas posse concipi ejusmodi corpora sine omni colore, falleris; neque enim ad cognitionem corporis necessarius est color; cum hi, qui cæci nati sunt, corpora cognoscant, per alias qualitates scilicet; colorem; frigus, pondus, figuram, &c. *Fab.* Sensit Lucretius se multis sæpe persuasurum fuisse nullos esse in seminibus, et proinde neque in ipsis compositis, colores. præjudiciis enim peccatis obediētes, pauci credunt se aliquid corporeum posse concipere, quod non sit coloratum; ideoque semina, quæ mente percipi non possunt, utpote coloris expertia, sibi obtrudi non ferunt. Hisce præjudiciis vs. 9. breviter occurrat. Cæci res percipiunt, quarum tamen colores nunquam videriat; nec omnis rerum perceptio nna cum sole occidit, in densissimis tenebris non minus illa, quæ tangimus, percipimus, quam illa quæ medio die et luce clarissima versamus. *Cresch.*

739 *Animi injectus*] Venuste admodum. Res percipiendæ ab animo videntur remotæ, in eas sese injicit mens, et arreptas percipit. Alii pro fieri, ferri. Lamb.

740 *Cæcigeni*] Cæci nati. Lamb.

741 *Adopexere*] Nonnulli libri habent, *disopexere*. Lamb.

742 *Nulla continctæ colore*] Non dicit, corpora naturalia nullo colore

esse contacta, sed ea cognosci a cæcis solo tactu, non oculorum sensu, cui subjicitur color. Cæco enim nihil est coloratum, cum ei semper aint tenebræ: color autem non nisi luce cerni queat: utpote qui ita definitur ab Arist. lib. *repl. alothorans* *kal alothorad' rō rōf diapapōds ēs oduari* *hpusidov rōpas*: i. e. 'pellucidi in corpore fulto extremum:' quod quidem extremum cerni non potest, nisi illud *diapapōds*, re seu functione sit *diapapōds* quod est lumen. Atque hæc ex sententia Arist. *Contacta* autem pato legendam potius, ut habent tres libri veteres, quam, ut vulgati, *continctæ*. Lamb. Relative ad cæcigenos; neque enim unquam corporis ullam cognitionem sibi peperere ops coloris. *Fab.* Pro *continctæ* Lambianis *contacta*: ut et *tacta*, vs. 746. *Cresch.*

744 *Fæce*] Color est, *ἀράα*. Virg. *Fab.*

*Vinco*] Argumentis allatis ostendo id fieri; nunc id necessarium esse demonstraba. *Fab.*

747 *Vinco fieri*] Probo argumentis, et quasi expugno. Sic sæpe loquitur Hor. ut Sat. 2. 3. 225. 'Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.' et M. Tull. Parad. *hri rōvres ei pūpol* *µabovras*, 'Ego vero te non stultum, ut sæpe, non improbum, ut semper; sed dementem, et insanum, rationibus (sen, ut alii legunt, *rebus*) vincam (seu *advincam*) necessariis.' sic enim legendum censeo, non, ut vulgæ, *ad dicam*. Lamb. Quoniam probavi semina coloris expertia percipi posse, 'Nunc esse docebo,' rerum principia nullis coloribus esse tincta: ita ut deesse videatur versas *Corpora materia nullo continctæ colore*. 'Vincio fieri,' ut apud Hor. Sat. 2. 3. 225. 'Vincit enim stultos ratio insanire pœtas.' Integer vero sit locus; conjecturam meam non pertinaciter defendam. Lucretius vs. 9. primo probat rerum semina non esse colorata, quia omnis color mutari potest, at semina

rerum sũnt immutabilia, aliter omnia in nihilum reciderent. Πούτης πᾶσα ἀτόμοις ἐνυπάρχουσα καὶ ἴδια μὴ μεταβάλλει, ὥς καὶ αἱ ἀτόμοι μηδὲν μεταβάλλουσιν ἐπειδήπερ δεῖ τι ὑπομένειν ἐν ταῖς διαλύσεσι τῶν συγκρίσεων σπερεῖν καὶ ἀδιάλυτον, ἢ τὰς μεταβολὰς οὐκ εἰς τὸ μὴ ἐν ποιεῖσαστο. Αἱ δὲ ποιότητες οὐκ ἐνυπάρχουσαι, καὶ μὴ ἴδιαι, οἷον χρώμα τε καὶ θερμότης, ἐν τῇ μεταβάλλοντι οὐκ ὥσπερ ἐκείναι καταλείπονται, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ τοῦ σώματος ἐπάλλονται. Epicurus Epist. ad Herodotum. Inde Lucretius: Si color esset intrinsecus seminibus, semina forent mutabilia, omnia enim color mutabilia. Creech.

748 *Omnia enim color omnino mutatur in omnes*] Hęc ratio est: Si intrinsecus esset color principii, mutabilia essent, &c. Omnem autem colorem cum in omnes colores verti ait, debet id, opinor, de mediis intelligi. *Fab.*

*Omnia enim col.*] Sic habent cod. manuscr. nisi quod in duob. scriptum est, et *omneis*, plane mendose. Quod autem ad hujus loci sententiam attinet, sic argumentatur Lucret. Si prima corpora eũnt aliquo colore contacta, seu tincta, mutarentur. nam color omnis in quemvis alium colorem mutatur. (quod intellige de mediis coloribus.) At prima corpora immutabilia esse docuimus: ergo prima corpora coloris omnis sunt expertia. *Lamb. In omnia*] Ita in veteribus libris, sc. *coloris*. *Gif.*

750 *Immutabile enim quiddam*] Hunc versum cum tribus qui deinceps sequuntur, posuit l. 790. *Lamb. Quidam*] Veteres quidam: *quoddam*. *Gif.*

756 *Præterea si nulla*] I. e. Præterea, etsi principia omni colore vacent, at tamen dissimilibus et variis figuris sunt prædita. Itaque principia dissimilium inter se figurarum, alio atque alio ordine posita, varios colores efficiunt. Hęc igitur verba, 'Si nulla coloris principii est Reddita natura,' sic declaro: etiamsi hoc

sit verum, nullum colorem principii esse attributum, aut innatum, &c. *Lamb.* Occurrit interrogationi, Unde igitur colores, o Lucreti? Nil facilius; colores enascuntur et variantur ex mixtura atomorum. *Fab.* Secundo vs. 19. Docet semina nullis coloribus imbuta esse, quia frustra aliquis semina colore tingat: varias figuras atomis attribue; et eũ diverso earum ordine, dispositione, et positura varii colores orientur. Exempli gratia, mare est cærulei coloris, at agitata fluctibus albescit: semina viz. quę in uno ordine disposita cæruleum colorem exhibebant, jam in alio constituta album colorem induunt. At vero si color cæruleus esset seminibus natus, nulla agitatione ista principia speciem albam ostentarent. *Creech.*

759 *Propterea, magni, quod refert*] Ita omnino lego. *Gif. Recte. Creech.*

762 *Exemplo*] I. e. continuo. de qua voce, ejusque ratione, lege Varr. lib. 6. de L. L. *Lamb.*

764 *Marmoreo candore*] Candore exquisitissimo, et eo qui ad Paris aut Lunensis marmoris candorem proxime accedat. Horat. Od. 1. 19. 5. 'Urit me Glycerę nitor Splendens Paris marmore purius.' *Lamb.*

765 *Ut mare*] Id probat a simili. *Lamb.*

766 *Candenti marmore*] Vetus quidam noster: in *marmore*. *Gif.* Corpus politum, marmor dicitur, etiamsi solidum non sit. Ita Gręci, ita Latini, de mari, de papillis, &c. *Fab.*

767 *Dicere enim possis, nigr. q. s. v. &c.*] Hujus loci hęc sententia est: Dicere possis, mare, quod interdum nigrum videtur, continuo fieri ut candidum videatur, ubi ejus principia inter se permista sunt, et ordo principiorum immutatus est, et quędam principia sunt addita, quędam detracta. quod non fieret, si mare cæruleis seu nigris principii constaret. *Lamb.*

769 *Principiis mutatus*] Quidam veteres: *Principio*. Forte legendum: *Principium*, ut infra hoc lib. 936. *Gif*.

774 *Marmorcum*] I. e. candidum marmoris instar. *Lamb*.

775 *Sin alio, atque alio*] Si quis dicet (inquit) semina maris alia alio colore esse contacta, et ex dissimilibus coloribus unum colorem effici, quemadmodum ex disparibus figuris fit alia figura, exempli causa, ex triquetris seu triangulis quadratum: necesse erit, quo modo in figura quadrata alias figuras inesse videmus; ita et in puro maris colore, aut in uno quovis alio, dissimilibus colores comparere. at hoc non fit. non igitur, &c. *Lamb*. Sententia horum versuum est: Dixerit fortasse quispiam, aquam maris ex variis et diversicoloribus atomis concrevisse, unde ille et ille color, modo cæruleus, modo albus enascatur, uti quadratum ex duobus aut quatuor triangulis inclusis componitur, quæ ipsa triangula alias intra sese figuras habeant: sed non ita est, inquit; nam in quadrato dissimiles formas cernere potes extra quas est quadratum, (i. e. quas in sese habet et continet quadratum,) in aqua autem marina, nil tale videas. Atque adeo objectio nulla est, qua quidam instarent, non alba ex albis, non nigra ex nigris, sed alba ex nigris et contra ('Tum porro quæ ducit et illicet'....usque ad, 'Sed variis de'). Videlicet ostendit vanam esse objectionem, cum principia omnino mutari nequeant; quod fieret tamen, si quantum in se est, vel alba forent vel nigra. *Fab*.

778 *Unaque figura*] Sic restituit M. Antonius Muretus, a codicibus manuscript. ad veram scripturam conjectura, et prope manu ductus. Nam cum hunc locum in cod. Vaticano una legeremus, in eoque reperissemus, *unaque figura*, in aliis duobus, *una figura est*, immo, ne mentiar, *figura est*, suspicatus est ille e vesti-

gio legendum, *unaque figura*. Cui ego continuo assensus sum, et maneo in sententia. sic enim veteres loquebantur. *Plaut. Trucul. 4. 3. 16.* 'istæ dedi.' *Ter. Heaut. 2. 8. 30.* 'Hoc ipsa in itinere alteræ Dum narrat, forte audivi.' *Idem Eun. 5. 7. 8.* 'Mihi solæ ridiculo fuit.' *Cic. pro Tullio:* 'Hoc iudicium sic expectant, ut non unæ rei statui, sed omnibus constitui putetur.' sic *Lucret. sup. 1. 689.* 'neque sunt igni simulata. neque ullæ Præterea rei.' et 6. 392. 'Et potius nullæ turpis sibi conscia' rei.' *Lamb. Unaque figura*] Ita veteres omnes; recte. Similem syntaxin explicat *Macrobius 6. 8. Lambinus: unaque figura*; recte quidem, sed libros sequi malim. *Vulgati: figura est*; male. *Gif*. Sic istæ, alteræ, solæ, ullæ, nullæ, *Plaut. Ter. Cic. Lucret. Creech*.

780 *Dissimileis formas*] Figuras, nempe triquetras, seu triangulas. nam ex triangulis constant quadrata. *Lamb*.

783 *Præterea nihil efficiunt, &c.*] *Vss. 4.* hoc effugium nullum esse demonstrat, corpora enim diversæ figuræ in alteram diversam figuram consentire possunt, ut triangula in quadratum, at non eadem est colorum ratio, nec diversi colores unquam unum simplicem componunt. *Creech*.

784 *Quo quadratum minus omne sit extra*] Sic exendendum curavi, secutus librorum manuscriptorum testimonium. quamquam mihi non displicet ea scriptura, quam amicus quidam meus ex vulgata leviter immutata traxerat. *Quo quadr. minus insit in illis*. ille enim ex verbo *esset*, fecerat *insit*. Sed omnino antiqua scriptura melior est, et, si rem propius spectes, verior. quadratum enim ex triangulis factum, extra triangula est, non in triangulis. *Lamb*. Ita *Lambinus e Codd.* dum *Marullus*, et *Nardius: Minus esset in illis*. *Creech. Extra*] In superficie, et ambitu, atque ita veteras

libri. Vulg. et Marullus: *minus caset in illis*. Gif.

787 *Tum porro, quæ ducit et illiciti, ut tribuimus, &c.*] Hæc est vera hujus loci scriptura, quam ego cum in codice Bertiniano et Memm. expressam reperi, tum Adriani Turnebi auctoritate comprobata illustravi. Vix autem me pnto fidem lectori facturum, si enumerem lectionis hujus loci dissimilitudines et differentias. Nam cum nunc sim quinque libris manuscriptis, octo impressis et amplius, vix tres reperi qui inter se congruerent: cum alii haberent, *quæ ducit in illicitum, ut trib. alii, quod dicitur talicitum trib. alii, quæ ducit et ut illicitum hoc, &c.* Hujus igitur veræ et rectæ scripturæ hæc sententia est: Tum porro ea causa, quæ nos ducit et illiciti, ut nonnunquam principiis rerum colores tribuamus, nempe hæc, quoniam ex albis non creantur alba, nec nigra ex nigris, sed ex contrariis, aut dissimilia: hæc, inquam, causa occidit, id est, nulla est. Quippe etenim, &c. hic est ordo verborum, quo explicato, etiam sententia explicata et aperta est. Cum hæc jam pridem scripsissem, homo barbarus et inhumans hanc emendationem et scripturam ita commemorat, et laudat, non ut meam, sed ut nostram communem: idemque de illa superiore 'omne sit extra.' Hanc proximam quæ sequitur, 'sed variis de,' tacitus probat et sequitur, itemque illam quæ sequitur, 'quam de nigra' &c. potest ne fingi *βλακωτος* nullus impurius? Sed quid hic stomachor? talem se præbuit in ceteris, ut dixi jam antea sæpius, quam me decuit. Sentio enim quam sit indecorum cum talibus sycophantis velitari. Sed tamen injuriæ magnitudo, et rei indignitas fecit, ut hæc lectori indicanda existimarem. *Lamb. Tum porro, quæ ducit, et illiciti, &c.*] Hæc verissima scriptura, etiam ex libris nostris, et Lambino. Ordo verborum

est iste: Causa quæ induceret, ut principiis tribueremus colores (causa autem illa comprehensa est parenthesi) illa, inquam, causa occidit, i. e. nulla est, Quippe etenim, &c. *Gif. Tum porro, &c.*] Iterum vsa. 7. pugnat: Qui dicunt unum simplicem colorem ex seminibus alio atque alio colore tinctis effici posse, priorem deserunt opinionem, unicamque suæ sententiæ rationem evertunt: hi enim postulabant colorata semina, ut alba corpora ex albis seminibus, et nigra ex nigris orientur. Si tamen e principiis diversimodo coloratis niger, aut albus color oriretur, tota illa, cui prius fidebant, ratio perit. Deinde subjungit album colorem (et idem de aliis dicendum) citius nasci posse ex seminibus nullo, quam e principiis vel nigro, vel alio quovis colore tinctis. Ita hos versus expono, quos alii interpretes nondam intellexerint. *Creech.*

*Ducit et illiciti*] I. e. Snadet. Ita feliciter restituit Lambinus locum maxime corruptum. *Creech.*

789 *Ex albis quoniam*] Hæc ratio est, cui obviam ire voluit. *Fab.*

790 *Sed variis de*] I. e. de variis et differentibus. *ἀναρροφῆ*. cum in libris manuscr. reperissem partim *variis ea*, partim *variis ad*, et ita in Vicentinis, ego *sed variis de* restitui. Nam ceteræ scripturæ, *sed variant se, sed variantur, sed variata*, (quam postremam Pontanus substituerat,) omnes sunt depravatæ. *Lamb.*

*Sed variis de*] Sic lego cum Lambino; vel e. Nam vetus codex: *ea, ad. Gif.*

791 *Quippe etenim multo*] Hæc est ratio, seu *αἰτιολογία*, quare causa illa, quæ illiciti ad tribuendos principiis colores, nulla sit. *Lamb.* Contra talem rationem, 'ex albis quoniam,' &c. *Fab.* Insuper observandum: Hanc interpretationem tota disputatio confirmat. *Creech.*

792 *Candida de nullo, quam de ni-*

grante colore] Postremam hujus versiculi partem depravatam, feliciter, doctorum virorum judicio restitui in antiquum statum. Nam cum reperissem ita scriptum in cod. Vaticano, *Quam de nigro nate colore, ex nigro nate, feci nigrante*, quæ scriptura perspicue, et sine controversia, recta est. 'nigrante' autem interpretor nigra, ut supra 'nigrant' interpretatus sum nigra sunt: 732. 'Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata.' Virg. *Æn.* 5. 97. 'Totidem nigranteis terga juvencos.' Et 8. 353. 'cum sæpe nigrante Ægida conculceret dextra.' Atque hanc emendationem miror Thrasonem sibi non vendicasse, ejusque approbatione tacita, hoc est, maligna et invida, contentum fuisse: qua moderatione tamen in aliis locis quamplurima usus est, si moderatio appellanda talis injuria est. *Lamb.*

794 *Præterea quoniam nequeunt sine luce*] Sic argumentatur: Sine luce colores non cernuntur, corpora prima non cernuntur, ergo corpora prima nullo sunt colore prædita. Syllogismus invalidus quidem est: omnes tamen ejus partes veræ sunt. Nam sine luce colores non cerni etiam Aristoteles docet. Sic enim ille: *Τὸ ἐν φασὶ δρώμενον, χρώμα. διὸ οὐχ ὁρᾶται τὸ χρώμα ἕνεκ φωτός. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ χρώματι εἶναι, τὸ κωστικὸν τοῦ κατ' ἐπέγγυον διαφανοῦς.* i. e. 'Quod in luce cernitur, color est: idcirco sine luce color non cernitur: hæc enim est coloris essentia, ac definitio, quod vim habet movendi id, quod est re et functione pellucidum.' Idem docet colorem esse adspectabilem in eo, quod per se adspectabile est: nempe *ἐν ἐπιφανείᾳ*, i. e. 'in extremitate corporis,' seu 'in summo cortice.' Extremitas autem per se adspectabilis, quia in se habet, per quod cerni possit, nempe colorem, pellucidum porro adspectabile est non per proprium colorem sed per ali-

enum. *Lamb.* Syllogismus Epicurei commatis; singulæ partes veræ sunt; *τὸ δὲ δλον ἀουλλέμενον.* *Fab.* Iterum *vas.* 15. concludit Lucretius semina esse colorum expertia, quia color nil aliud sit quam lux in corpore refracta, vel a superficie opaci corporis reflexa. De luce refracta nihil poëta, at si prisma seu trigonum vitreum vulgare oculis apponas, senties radios lucis geminam refractionem passos varios colores exhibere: observat autem plumas circa columbæ collum, aut in pavonis cauda prout recto aut obliquo radio lucis illustratæ sunt, modo flavum, modo viridem, modo flammæum, &c. colorem diffundere. Et inde arguit in densis tenebris in quas lux nulla penetrat, et ex quibus nulla reflectitur, nullos prorsus colores esse; ac præiade colores qui redeunte luce in rebus cernuntur, procreari ab ipsamet luce, pro dispositionibus quas res habent ad eam recipiendam, reflectendam, refrigendam, et referendam ad oculos, Ideoque quoniam semina nunquam in luce veniunt, aut radios reflectunt, quasi in densissimis tenebris obrata, sunt prorsus excolora. Epicurus in libro adversus Theophrastum secundo dicit, *οὐκ εἶναι τὰ χρώματα συμφυῆ τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ γενᾶσθαι κατὰ ποῖδας τινὰς τάξεις, καὶ θέσει πρὸς τὴν ἕψιν.* Et rursum, *οὐκ οἶδα ὅπως δαὶ τὰ ἐν σκότησιν ἔνθα φέσται χρώματα ἔχω.* Plutarchus adv. Colorem. *Croese.*

796 *Propterea quod Recta, aut obli.*] Alius enim color est, si rectus sit luminis angulus: alius, si obliquus.

799 *Percussus*] Sic legendum, non *perculsus*, ut habent nonnulli typis impressi: et ita fere loquitur infra: 963. 'Qui quoniam quodam gignuntur luminis ietu,' &c. et 5. 708. 'Luna potest solis radiis percussa mitere.' *Lamb.* Vulgati: *perculsus*; male. Vide 'Percussus' in Indice. *Gif.* *Recta aut obliqua percussus luce*]

Nam ex variantia anguli recti aut obliqui variatur color. *Fab.*

800 *Pluma columbarum*] M. Tull. in Lucullo: 'Neque vero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo, aut de collo columbæ respondeam. Neque enim is sum, qui, quidquid videtur, tale dicam esse, quale videatur.' *Lamb. Quo pacto?* *Quesep*, quemadmodum. *Lamb.*

801 *Quæ sita cerv. circ. collumque cer.*] Ordo est: quæ circum sita, id est, circumposita, seu circumdata, cervicem et collum columbarum coronat. Fortasse imitatus est illud Nævii Iliad. lib. 1. 'Collum marmoreum torquis gemmata coronat.' *Lamb* Quæ circumposita, περιειμένη, coronat, cingit collum et cervicem columbæ. Cervix τὸ πᾶχὺ et τὰ ἐπιθεῖα, collum τὸ πρόμακρον et τὰ ὑπερορθῶν significabit. *Fab.*

802 *Pyropus*] *Pyropus* genus est metalli. Plin. 34. 8. 'Æs in uncias duas, additis auri scrupulis senis, prætenni pyropi bractea ignescit.' Isidorus 'Pyropum' ait 'esse metalli genus ex dimidia parte auri, et dupla argenti.' Esse et gemmam quam Latini 'carbunculum' appellant, nonnulli putant. Sed videtur legendum potius, *Rubro sit clara pyropo*, quam, ut vulgo legitur, *Claro sit rubra pyropo*. idque vel ex Ovidii versu intelligere licet 2. Met. 1. 'Clara micante auro, flammæque imitante pyropo.' *Lamb.*

*Claro sit rubra pyropo*] Ita in Veteribus. Nihil muto. Lambinus: *rubro sit clara*. Gif. A Lambino hæc lectio est. Vulg. *claro sit rubra pyropo*. Ex Ovid. in Met. 'Pyropus' autem, seu metallum quoddam, seu auri argenticque κράμα, sive carbunculum putes, hand magni interest. *Fab. Rubro sit cl.* Ita cum Lambino contra omnes Codd. 'Rubrum Pyropum' dixit Lucretius ut vs. 804. 'Virides smaragdus.' *Creech.*

803 *Quodam sensu*] Ut Gall. en un

*certain sens*, ubi de visione agitur, i. e. ut mox loquetur, 'quodam luminis ictu.' *Fab.*

806 *Scilicet id sine eo f. n. p. putandum est*] Velsic legendum, ut excudendum curavi, cum in tribus libr. manuscriptis reperitur scriptum, *putandum est*: vel sic, *Scire licet sine eo fieri non esse putandum*. Cum hæc scripsissem in prima editione, Thraso ille impudentissimus dixit me alteram scripturam probasse, altera improba. Potest quisquam mentiri impudentius? *Lamb.*

*Scire licet*] Ita veteres libri. Lambinus: *Scilicet id*. Gif.

*Sine eo*] Ictu scilicet. *Fab.*

809 *Et quoniam plaga quoddam*] Audi quomodo cernamus ex sententia Epicuri: quod sumit argumenti loco ad probandum, rerum primordia coloris esse expertia. visus fit ictu quodam (inquit) nempe δὴ τῆς τῶν εὐδαλῶν εἰς τὴν ἕβην ὑπερορθῶν, i. e. 'per imaginum incursionem in videndi sensum,' et per plagam, seu ictum quendam: qui ictus alius est, si oculus sentiat album colorem: alius, si nigrum: et ita de ceteris. at ictus non fit sine tactu. tactus autem non eget colore, ut suo officio fungatur. nihil refert enim, quo sint colore prædita ea quæ tangis. ergo prima corpora nullo colore contacta sunt. Sed quod ad disputationem attinet de causa visus, seu aspectus, Aristoteles visus causam esse arbitratur τὴν τῶν δρῶμένων ἐπίρρευσιν, ποσότητα ἀπαρῶσθαι εἰς τὴν ἕβην: i. e. 'eorum quæ cernuntur, qualitatem vim suam expromentem atque explicantem in videndi sensum.' Plato et Stoici aliter sentiunt: quin ne hi quidem inter se plane consentiunt. qua de re lege A. Gellium libro quinto, capite decimo quinto. sed de his plura suo loco etiam a nobis dicentur lib. 4. *Lamb.* Aliud argumentum vs. 7. continetur: In omni coloris perceptione pupilla oculi percuti-



tur, aliam vero lectam sentit cum albus color representetur, et alium cum niger, aut quivis alius. At quid semina postulent colores quibus diversimode percutere et ferire possint? Principia ista sint tantum diversimode etiam disposita, inde variae imagines orivrentur, a quibus oculus diversimode percuteretur, et diversi motus in organis excitarentur. Visus enim, secundum Epicurum, *ὅσα τῆς τῶν εἰδῶν εἰς τὴν ὄψιν ἐπιπέδουσι*. Creech.

814 *Opus esse colores*] Sic legit Nonius: profertque etiam versum ex Plauto in Capt. 1. 2. 61. 'Jam maritimi omnes milites opus sunt tibi.' posse illa exempla afferre quoniam plurima. Cæs. libro quinto de bello Gall. 'Quæcumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, nocta comparantur.' Marc. Tullius Epist. ad Carionem, 'Dux nobis et auctor opus est.' Idem Lucr. sup. 1. 1050. 'Infinita opus est vis undique material.' et 3. 960. 'Materies opus est, ut crescant postera sæcia.' et 4. 1261. 'Nec motus opus sunt nostris uxoribus huius.' Lamb.

816 *Præterea quoniam non certis*] Sic habent lib. omn. manuscr. quibuscum congruat aliquot typis excus. sententia autem et vis huius argumenti hæc est. Præterea (inquit) demus, prima corpora colore esse prædita: non dicent illi qui hoc volunt, in certis figuris certum inesse colorem: verbi gratia, omnia corpora prima triquetrae seu triangulae figurae, esse nigra, omnia quadrangulae formæ, esse cærulea, &c. sed in unaquaque figura fatebuntur esse principia dissimilibus coloribus prædita: verbi gratia, primordia triangulae figurae alia esse alba, alia nigra, alia mediolorum colorum. Pingamus igitur, corvos majore ex parte constare ex primordiis triangulis: quæ, ut diximus, non sunt unius coloris. Fiet igitur, ut corvi nascantur non nigri, sed vel albi, vel virides, vel cæ-

rulei, vel versicolores. Atqui hoc non fit: ergo principia non sunt colorata. Legendum autem est, *Præterea quoniam non certis*, non, ut vulgo, *nisi certis*. Lamb. Sed ponamus primordialia corpora colorata esse; an ideo dicent isti certas figuras talem et talem colorem habere? Certe fateantur necesse est in multis figuris multa esse corpora diversorum colorum; inde quid fiet? ut certarum specierum (de cyenis, corvis, et aliis id genus loquor) colores ita varientur, ut prorsus sibi non constant. Id non fit; ergo falsa suppositio. Fab. Aliud vs. 9. subjungit argumentum, partim ex confessione eorum contra quos disputat, partim ex constantia colorum, qui in diversis rerum generibus apparent, ductum. Qui colorata fingunt semina certos colores certis figuris non attribuant, non affirmant quadrata omnia semina nigra esse, nec rotunda alba, triangularia cærulea, &c. Unde igitur ista in quibusdam rerum generibus constantia? Cur omnes corvi nigri, cygni interim albi? Profecto utrumque genus variis coloribus perfusum videremus, cum semina, e quibus componuntur, variis coloribus contingi possint. Creech.

*Non certis*] Vulgati, male: *nisi*. Giff. *Non certis*, e Mss. Lambinus. *Nisi certis*, Nardius, imperite. Creech.

822 *Ex albis album pennis*] Melius forsan *pennis* quam *pariter* Gassendi. Creech.

825 *Quinetiam quæto*] Aliud argumentum, quo utitur ad probandum, primordia rerum coloris esse expertia. Quo quicque minutiore in partibus secatur, eo magis evanescit ejus color. finge igitur, rem aliquam in partibus ita parvas esse dissectam, ut illæ fugiant sensum oculorum. tum scilicet intelliges, earum colorem evanuisse, atque extinctum esse. quod si ita est, multo credibilis est, semina rerum, quæ sunt subtilissima, et

simplicissima, et minima, colore omni carere. *Lamb.* Quo quidque in miniores partes discernitur, tanto evanescit magis ex oculis color; quid igitur de incomprehensibili tenuitate primum corporum dicas? *Fab.* Itorum 8. va. disputat: Quodlibet corpus coloratum divide, quo minores sunt particule, eo dilutior fit color, et tandem, imo dum particule manent sensibiles, evanescit: impudenter igitur expectamus colores in seminibus rerum, quos in exilibus corporum partibus frustra quaerimus. *Creech.*

827 *Stinguis colorem*] I. e. extinguui. 'Stinguo' verbum simplex: composita exstinguo, rextinguo, distinguo, prastinguo. Usus est eodem verbo et 4. 1091. 'Ardorem in membris qui stinguere possit.' et *M. Tull.* *Arato*: 'Quam neque tempestas perimet, neque longa vetustas Interimet, stinguens præclara insignia cæli.' Idem in *Prognost.* 'Ut cum *Læta* means *Hyperionis* officit orbi, Stinguuntur radii cæca caligine tacti.' *Lamb.* Exstinguui. Ceterum imitationem *Platonis* esse arbitror, qui colorem flammam e corporibus manentem esse dicebat. Locus est in *Timæo*, p. 542. edit. *Læmatianæ*, et quidem adscribi dignus: Τύταρον δὴ λευκὸν ἐστὶ γένος ἡμῶν πλεθραίνον, ὃ διελέσθαι χρὴ, συγχρᾶ δὲ ταυτῷ ποικιλία καταγέμενον ἔξ ἁπάντων μὲν χρόου ἐκαλίσαμεν, φλόγα τῶν συμμέτρων ἐκείνων ἀποβρέουσαν, ἐνθα συμμετρά μέρη ἔχουσαν πρὸς αἰθήραν. 'Nunc quantum sentiendorum genus dicendum, quod dividere oportet, multas enim varietates complectitur; quas omnes vocavimus colores, flammam, scilicet, ex singulis corporibus effluentem, quæ visis ad sentiendum partes convenientes habet.' Περὶ τῆς ἀνορθοῦς φορῆς eadem in *Menone* dixerat, ex *Pindaro* et *Gorgia*; quæ cum *Lucretii* alibi facere possint. *Fab.* *Stinguis colorem.* Sic 1. 667. 'Ignes

in cæta stinguui.' *Gassendus* tamen, strictim. *Faber* arbitratur *stinguis colorem* esse imitationem *Platonis*, qui colorem flammam e corporibus manentem esse dixit; frigide. *Certe* *Lucretius* vel nunquam inspecto *Platone* dixisse potuit purpuream et puniceam colorem, qui pene igniti videntur, extingui. *Creech.*

829 *Puniceusque color*] Duo libri manuscripti habent, *Puniceusque color*: tres *Puniceusque*: quod probandum enim *Puniceus* pro *Puniceus*, ut *manera* pro *munera*. *Puniceus* autem, seu *paniceus color*, differt a purpureo et cæruleo. Ac differentia quidem *paniceus* coloris et *cærulei* nota est: sed *paniceus* et *purpureus* fortasse non cuivis nota est. *Purpureus color* igitur ex sanie et crasso purpure pisicis conficiebatur. Ex quo eum credibile est ruborem fuisse nigricantem. *Puniceus color* vero fortasse ex palma et similibus plantis fiebat, isque rubor dilutior et floridior erat. *Virg.* *Melib.* *Ecl.* 7. 32. 'Puniceo stabili suras evincta cothurno.' Idem 12. 76. 'Cum primam crastina cælo Puniceis invecta rotis aurora rubebit.' *Varro* 4. de *L. L.* 'Puniceus, purpureus genus ex *Karthagine* primum allatum.' idem, 'Punicea pavimenta ex lapide *Numidico*.' *Lamb.* Ita (*paniceus*) omnes Veteres fere. *Gif.* *Purpura* densior erat, *puniceus color*, lætior et dilutior. Eadem, puto, differentia, quæ inter *roseum* et *coctium* apud *Tertull.* lib. 4. adversus *Marcionem*. *Fab.*

833 *Postremo quoniam*] Argumentum a simili. quædam sunt corpora odore, et sonitu, seu voce carentia, nihil obstat igitur, quo minus etiam sint corpora quædam coloris expertia, nempe corpora prima: quæ sub oculis non cadunt, et iccirco non egent colore. *Lamb.* Corpora sunt quæ certis quibusdam qualitatibus carent, cur non, (a simili,) et prima

corpora careant colore, sensibilitate, frigore, siccitate, &c. *Fc.* Demum vs. 8. premit adversarios. Omnes concedunt ea corpora quæ nares sentire nequeant inodora esse; illa insuper quæ aures non audiunt sonum non habere. Quidni igitur fatendum illa etiam corpora quæ oculi percipere non valent esse colorum expertia? De qualitatibus enim soli sensus iudicant, nec credendum est ullam qualitatem alicui corpori competere, quam illi sensus non attribuunt. *Creech.*

839 *Nec minus hæc*] Festus hunc versum profert in voce *sagax*, doretque *sagaceis* appellari multi ac solertis acuminis. *Lamb.*

840 *Notique*] Sic malui ex vet. cod. *Vulgati*: *notaque*. *Gif.*

841 *Sed ne forte*] Posteaquam docuit, corpora prima colore esse spoliata, probat jam aliis etiam qualitatibus carere, ut calore, frigore, siccitate, humore, succo, odore, sonitu. *Lamb.* Etiam aliis qualitatibus privata esse prima corpora. *Gif.* Satis de coloribus: cæteris etiam omnibus qualitatibus, odore, frigore, calore, sono, humiditate, sapore, mollitie, lentitudine, &c. raritate vs. 23. sua semina carere demonstrat. Tribus utitur argumentis, 1. Si odorem seminibus concedas, turbabis omnia: gratissimi odores seminum graveolentium interventa sordescerent, ut in componendis unguentis, nisi artifex inolens oleum misceat, suavissimi odores ab oleo corrumpentur. Idem etiam de sapore, sono, calore, et frigore dicendum. 2. Semina dividi non possunt, ideoque nec odorem, neque sonum, neque saporem, neque calorem, neque frigus, quæ constant e particalis e corpore emissis, emittere valent. 3. Si mollitiem, lentitudinem, paritatem, fragilitatem, &c. seminibus apponas, mutabilia insuper efficias, et interitui obnoxia, ideoque res in nihilum reciderent. *Creech.*

843 *Calidique vaporis*] Satis erat dixisse 'vaporis.' Tale igitur illud est, *λευκῶ γάλακτος*. *Lamb.*

844 *Et sonitu sterilia*] Si quis lectionem vulgatam probabit, (vulgo enim *sterilia* legitur,) i et a conveniunt in unam syllabam, atque a postrema vocalis eliditur. Ego *sterilia* excudendum curavi, quo modo scriptum reperi in tribus codicibus manuscr. et item in antiq. Venetis et Vicetinis. *Lamb.* In quibusdam codd. *sterilia*. *Sterilia* malim ex veteribus libris, et quibusdam *Vulgatis*. *Gif.* Ut 'sublima,' &c. item ut 'deformus' apud Tertul. lib. primo ad Nationes: 'deforma simulacra.' *Fab.* *sterilia*: sed recte *sterilia*, ut 'deforma' apud Tertullianum: et l. 341. 'sublima.' *Creech.*

*Feruntur*] Sunt. Jam antea. *Fab.*

846 *Sicut amaracini, &c.*] 'Unguentum amaracinum unguentis omnibus in Co insula præpositum est,' ut scribit Plin. 13. 1. Jam hic versus cum sex deinceps sequentibus coherent cum superiore, et ex eo pendent, ut sit hic Lucretii sensus: prima corpora omnis qualitatis expertia sunt, ut caloris, frigoris, saporis, odoris, quemadmodum si quis unguentum amaracinum, aut myrrhinum facere in animo habeat, querere eum par sit oleum, quoad ejus fieri possit, omnis odoris experta. *Lamb.* Ejus *συνεσταις*, seu compositionem diligenter persecutus est Dioscorid. lib. l. c. 84. *Fab.* Qui plura de unguentis velit, Plinium, Dioscoridem, Theophrastum, Athenæum legat. Qualia qualia sunt unguenta, eadem est argumenti Lucretiani vis et virtus. *Creech.*

*Stactaque*] *Stacta*, liquor myrrhæ. Theophrast. *περὶ δρυῶν ἐκ κιννάμωμου, καὶ ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον βέλστακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μικρὸν στέλλειν*. i. e. 'Ex cinamomo, et ex smyrna contusa oleum manat: stacte autem appellatur, quia paulatim et

guttatim fluit.' *Lamb.* *Ἰσχυρή δὲ κα-  
λαῖται τῆς προσφάτου σμύρνης τὸ λιπαρὸν,  
νεκτομμένης μετ' ἕδατος ὀλίγου, ἀποθελιμ-  
μένη τε δι' ὀργάνου.* 'Stacte vero voca-  
tur pinguitudo recentis myrrhæ cum  
penca aqua contusæ et organo expres-  
sæ.' Dioscorid. lib. l. c. σγ. ibi optime  
legit Saracenus ἀποθελιμμένην. Sed  
et illud τὲ tollendam arbitror. De  
Nardino vide caput *ol.* scriptoris  
eiusdem. *Fab.*

847 *Et nardi florem*] Alii libri ha-  
bent, *Et nardi florum*: quæ lectio ferri  
potest, ut subintelligamus *liquorem*.  
alii, *Et nardi florem*: ut nihil subin-  
telligamus, sed per nardi florem un-  
guentum ex nardi flore confectum in-  
telligamus: quos nunc quoque sequor.  
Sic autem Plato in Timæo, quod ad  
sententiam attinet: *Δὲ καὶ πάντων ἐν-  
τός εἶδόν εἶναι χρεῖον τὸ τὰ πάντα ἐνδεξι-  
μενον ἐν αὐτῷ γένῃ, καθάπερ περὶ τὰ  
δάμματα, θάλασσα ἐνθάδε, τὰ δεξιόμενα  
ὕψι τὰς ὁσμὰς, &c.* i. e. 'Quapropter  
et omnium formarum expers sit oportet  
id quod omnia in se genera recep-  
torum est, quemadmodum qui versantur  
in confectione unguentorum, aut  
liquorum odoratorum, ii liquores, qui  
suaveis odores recepturi sunt, dant  
operam ut sint omnis odoris exper-  
tes.' De unguentis legendus Plin. 13.  
1. ubi unguentum ex narcissi flore  
compositum, narcissinum nominat,  
his verbis: 'Narcissinum quoque ex  
flore narcissi deslit componi.' quæ  
verba hanc scripturam comprobant.  
Præterea Festus hunc versum profert  
in voce 'nectar': sed mendose.  
*Lamb.* *Et Nardi florem.* Ita ex ve-  
teri codice, et Festo restitui. Vul-  
gati, ex Marullo: *florum, halant*; pes-  
sime. In Festo, *qui floribus halet*;  
male. Vide Indicem: *Flos*. Gif. *Lam-  
binus florem*: Unguentum viz. ex Nar-  
di flore confectum. Solenne optimis  
authoribus id quod eximum cuius-  
que rei florem appellare: Sic 'Flos  
vini' apud Plautum, 'Flos flammæ'  
apud Lucretium: 'Flos populi' apud

Ennium: 'Flos illibatus populi, sua-  
dæque medulla.' Festus in voce  
'Nectar' legit, *Et Nardi florem Nec-  
tar qui floribus halet.* Cr.

*Nectar*] Odorem suavissimum. tra-  
latio est a gustandi sensu ad odora-  
tum. *Lamb.*

*Halant*] Apud Festum legitur *ha-  
bet*, plane corrupte. Pro *halet*, sive  
*halat*, in vulgatis aliquot, *halant*: quo  
modo excudendum curavi. Nam in  
quattuor libris manuscr. scriptum re-  
peri *halat* numero singul. et ita ha-  
bent ceteri vulgati: quæ fortasse ve-  
ra scriptura est, ut sic dicamus: 'qui  
flos nardi nectar n. h.' seu potius,  
'qui liquor amaracini, stactæ, nardi  
florum, nectar naribus halat, seu ha-  
let.' *Lamb.*

849 *Quoad licet, ac potis es*] Ita ex  
veteribus libris scripsimus. Vulgati:  
*possis*. Gif. Sic reposui, partim con-  
jectura ductus, partim codicum ve-  
terum testimonio commotus. *Potis es*  
autem valet potes: ut 'potissum', pos-  
sum. Vulgati autem habent, *Quoad  
licet, ac possis*, mendose. Thraso ta-  
men triennio post, ita se restituisse  
prædicat. Quid impudentius? *Lamb.*  
Carrio e *Miss. Potis est reperiri.*  
Crech.

*Inolentis*] I. e. non olentis, odore  
carentis, *ὄσμου*. *Lamb.* Gifanici cri-  
ticæ familiæ columen rem novam in  
Indice te docebit, lector; 'inolere,'  
non olere, ut 'impensus' apud Fe-  
stum, non pensus. Nisi legissem ipse,  
nunquam tale quid potuisse ab ullo  
homine scribi credidissem. Et tamen  
hæc ab eo sunt de cuius hodieque vir-  
tutibus multi tam libenter prædicant.  
Sed et ille et qui cum illo eadem sen-  
tiunt, pueriliter falluntur, quamvis  
enim 'inolens' sumatur pro eo qui  
non olet, haud tamen continuo dicas  
'inolere' pro non olere. 'Indoctus'  
dicitur, sed non indoceo, 'Injussus',  
sed non injubeo. 'Insciens,' sed non  
inacio. 'Me indicente hæc non fiunt.'  
Ter. Adelph. 3. 4. 62. i. e. Ita fac-

tum iri dixeram; et tamen nusquam reperias, 'indico' pro non dico. Apud Varronem R. R. 3. 6. de apibus, 'Neque ipsæ sunt inficientes, nec non oderunt inertes.' Vides ibi 'inficientes' pro ignavis et inertibus sumi, neque tamen ullibi reperias 'inficio' pro 'nihil facio.' In Apologet. Tertulliani legere est, 'Totum enim hoc mundi corpus sive innatum et infectum secundum Pythagoram, sive natum et factum secundum Platonem,' &c. ubi 'innatus' pro non natus sumitur; neque tamen fando unquam auditum est innasci pro non nasci, neque intingo pro non tango, quamvis 'intactus' in ea notione sumatur. Apud Festum denique, nam illius exemplum quasi rarum citat Gifanius, cum tamen alibi infinita numero sint, 'impensus' pro non pensus, sed non ideo tamen dicas 'impendere' pro non pendere. Videlicet, ejusmodi formationes intra participia consistunt; doctus, indoctus, sciens, insciens, &c. Pudendus error, et viro indignus. Sed quando semel coeptum est, naviter nugari oportet. Marcus Zuerius Boxornius, qui nobis inquinatissimum Plantum nuper dedit, nihilo plus sapiebat quam Gifanius; cum enim legisset in Amphitruone 4. 1. 9. 'Nam me, quam illam quæstionem inquisitam amittere, Mortuum satius est;' (quem locum vel pueri intelligant;) quid ibi cymbalistas noster? audi; facinus enim faciet dignum toga, dignum epomide et corynephoria. 'Inquirere,' inquit, 'non modo diligenter et anxie quærere, sed etiam, 'non quærere' significat, sicut hoc loco.' Vides clarissimum doctorem ab eodem principio atque Gifanium errasse. Itaque ubinam cor, ubi cerebrum? *ἡ τρίπυ. Fab.*

852 *Concoctos*] Una coctos. Nam quæ inter se commiscuntur ad unguentum alienjse compositionem, concoqui debent. Plin. eodem lib. loquens de unguento megallo: 'Hujus

proprietas ut ventiletur in coquendo, donec deinat olere: rursus, refrigeratum, odorem suum capit.' *Lamb.*

*Viro*] Sua naturali virtute: sic enim Nonius Marcellus hunc versum proferens interpretatur. *Lamb.* Humore, jam antea sæpius. Adde locum Tertulliani de Anima: 'De limo caro in Adam; quid aliud limus quam liquor optimus? inde erit genitale virus.' Et paulo superius: 'Denique, ut adhuc verecundia magis periclitetur quam probatione, in illo ipso ultimo voluptatis æstu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire?' Obiter animadvertendum idem de anima sentire cum Lucretio, quod ad *rd corporeitatem* pertinet; quod ei cum aliquot doctoribus commune est: sed in ceteris ab illo diversus abit. *Fab.*

853 *Propterea demum*] Postremo (inquit) primordia rerum debent non adhibere gignendis rebus suum odorem, propterea quoniam, &c. hic enim est ordo verborum. *Propterea quoniam* autem, i. e. propterea quod, vel propterea quia, ut sæpe idem loquitur. *Lamb.*

858 *Et Cetera: quæ cum ita sunt tandem, ut mori. const.*] Sic habent quatuor libri manuscr., eandemque scripturam vidi annotatam ad oram codicis typis impressi, quem mihi commodarat Vincentius Laureus Calaber, vir doctus et integer, cujus scripturæ sententia non obscura est. Et simili ratione (inquit) primordia rerum non adhibent in rebus gignendis saporem, nec frigus, nec teporem, nec calorem, &c. quæ cum sint hujusmodi tandem, ut sint mortalia, utpote 'Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro;' necesse est a principijs sint sejuncta. *Lamb. Tepidumque vaporem, Cetera:* Ita vetus liber; recte. Vide in Indice: 'Cetera.' *Gif.*

859 *Mollia, lenta, fragosa, putri cava, corpore rara*] Ita ex conjectura restitui. Vulgati: *putricava*; quod et bar-

harum est. Patri pro putredine et carie exesa. Aliis: raro. Forte: *putria*. Gif. *Mollī lenta, fragosa putri, &c.*] Sic hunc versum restituit (Adv. p. 157. et 203.) Turnebus. Nam omnino vox 'putricava' non erat Latina: sed cum eam interpretabar carie et putrore exesa, sequebar vulgus. Sic igitur hic versus explicandus: cum sapor, frigus, calor, seu tepor, sint molli corpore lenta, putri corpore fragosa, i. e. fragilia, raro corpore cava: debent ea a principiis esse sejuncta, et principia debent his carere. *Lamb.* Optima hæc lectio a Lambino est: ceteræ pessimæ sunt. Sensus est: Ubi calor, tepor, frigus reperiuntur, necesse est corpora esse lenta, id est cedentia, flexibilia propter mollietatem, fragilia propter putredinem et coctionem, cava propter raritatem, (*ἀπαύρυστα*), quæ in principiis si statuas, tum omnia ruant necesse est. *Fab.* Ita legit Turnebus. Sensus est, ubi calor, frigus, tepor reperiuntur, necesse est corpora esse lenta, i. e. cedentia, flexibilia propter mollietatem, fragilia propter putredinem et coctionem, cava propter raritatem, quæ in principiis si statuas, tum omnia ruant necesse est. Hæc Faber. Probatur lectio, sed interpretatio displicet; nam mollietis, raritas, et similes qualitates æque ac sapor, odor, sonus, frigus et calor videntur his versibus a seminibus separari. *Creech.*

864 Nunc ea quæ sentire videmus] Nunc docere incipit, animalia constare ex principiis insensibilibus: hoc est, principia, ex quibus constant animalia, esse insensilia, insensilia autem, i. e. sentiendi vim non habentia. nam sensilia sunt, quæ sentiendi vim habent, *αίσθητὰ* appellant Græci. 'quæ sentire videmus cumque,' i. e. quæcumque sentire videmus: tmesis. *Lamb.* Fieri animalia ex principiis insensibilibus. Vera ratio est, etiam si plures afferet, Ad sensuum multa requiri; At primordia sunt simplicia,

ergo. *Fab.* Hactenus semina rerum calore, frigore, odore, sapore, colore, cæterisque qualitatibus destituta esse demonstravit Lucretius, ex iis tamen res calidas, frigidas, aspidas et olentes constituit: jam majus opus movet, et docet res sensiles e principiis nullo prorsus sensu præditis componi posse: 1. fidem Experimentis implorat vs. 9. E stercore putrido vermes nascuntur, at in stercore isto frustra vitam, aut sensum aliquem requiras. *Creech.*

866 Neque id manifesta refutant, &c.] Sic solebat interdum suas sententias, suaque decreta confirmare Epicurus, ea quæ non facile sensu probari possent: *οὐδὲν ὁ μὴ χεραὶ τοῖς φαινομένοις*, i. e. 'hæc non pugnant cum iis quæ sunt in promptu.' et *οὐδὲν τῶν φαινομένων τοῖς ἀποκρυπτοῖς*, i. e. 'nihil eorum quæ sunt in promptu contra hæc dicit testimonium.' Itaque et apud Plutarch. et apud Diog. Laërtium crebra sunt hæc: *οὐδὲν τῶν ἀποκρυπτοῦ Ἐπίκουρος, ἐχόμενος τοῖς ἐκδηχομένοις*. i. e. 'nihil horum improbat, aut rejicit Epicurus, hærens in eo quod ejusmodi est, ut fieri et contingere queat.' *Lamb.* Solemnis Epicuri ratio, *ὁ μὴ χεραὶ τοῖς φαινομένοις*. quæ eo validior videri debet, quod omnibus magis obvia est. *Fab.*

868 Manu ducunt] *Χειραγωγῶσι*. Quippe videre licet, viros, &c.] Docet Aristoteles lib. 5. de Hist. Anim. cap. 19. quo loco enumerat insectorum origines, etiam e cæno, fimo, et aterquilinio nasci: quæ scilicet e vermibus ante genitis fiunt. Sic apes existunt ex vitulo suffocato et putrefacto, quemadmodum docet Virg. 4. Georg. et mures magni certis temporibus in agro Thebano ex terræ glebis nascuntur, ut refert Diodorus Siculus lib. 1. non longe a principio. *Lamb.*

871 Putrorem cum sibi, &c.] Sic legendum, non *putorem*. Simile erratum invasit in Arnobii lib. 2. non longe a

principio, ibi, 'Utrum illam tellus uliginis alicujus conversa putore, tamquam vermeis, animaverit, tamquam murcis?' nam legendum *putrore*. Lamb. Ita (*putrorem*) legendum, ut mox: 'quasi putrefacta per imbres.' De hoc et infra, lib. 6. fere extremo. Vulgati: *putorem*. Vide et inf. vs. 928. Gif.

873 *Præterea cunctas, &c.*] Neque exemplum tantum proponit in vermibus et animalibus dum gignuntur, sed in animalibus etiam genitis, vs. 12. cum cibus assumptus ex inanimitate animatus evadit. Alimentis insensilibus, gramine, frondibus, &c. pecudes, et aves, fere totæ sensiles, nutriuntur; istis vescitur humanum genus, ideoque e particulis insensilibus graminis et frondum tandem constituitur. Hæc omnia apposita similitudine illustrat. Lignum aridum in ignem et flammam resolvitur, at non magis distat insensibile alimentum a carne viva et sentiente, quam lignum a flamma lucente et clara. Et quemadmodum oportet ex ligno extricari particulas, quæ sese cientes, explicantes, novaque ratione disponentes, nova illa lucendi, calefaciendique vi polleant, ita ex cibo sereni oporteat spirituosas particulas, quæ certa ratione ductæ, novoque modo dispositæ energiam hanc sentiendi obtineant. Sensus enim sensilisve rei procreatio ex insensibilibus principiis debetur certæ et specialis eorum magnitudini, figuræ, positioni, ordini, et motui. Creech.

874 *Vertunt se fluvii, et frondes, et pab. l.*] Sic legendum, non, ut est in vulgatis, *Vertunt se fluvii in frondeis, &c.* hoc enim significat, fluvios, et frondeis, et pabula, verti in naturam pecundum, cum scilicet pecudes fluvilis sitim sedant, frondibus famem explent. Lamb. Vulg. in *frondes*. Gif. Lego: *Vertunt se fluvii in frondeis*. Salm. Ep. 48.

875 *Vertunt pecudes in corp.*] Cum

vescimur earum carnibus. Lamb.

876 *Et nostro de corp. s. f.*] Cum devoratur a feris: ut 5. 998. 'Unus enim tuum quique magis depressus eorum Pabula viva feris præbebat dentibus haustus; Et nemora ac montes gemitu, silvasque replebat, Viva videns vivo sepeliri viscera busto.' et Homer. *Iliad.* a. in princip. *αἰτρός δ' ἐλάφια τρέχει κρέσσει, Οἰωοῖσι τε πᾶσι*, et sæpe alibi. Lamb.

877 *Pennisipotentum*] Avium. Lamb.

880 *Non alta longe*] I. e. simili fere ratione. Lamb.

881 *Explicit*] Resolvit, videlicet natura. Lamb. Dissolvit, resolvit, *ἀναλύει*. Fab.

882 *Jamne tiden igitur*] Innuit, dissimilitudinem rerum creatarum adscribendam esse variis ordinibus, posituris, motionibus, conciliis principiorum potius, quam figurarum dissimilitudini. Lamb. Sup. vs. 759. *Propterea magni, &c.* Gif.

886 *Tum porro quid id est*] Hoc sentit Lucret. Porro quidnam illud est, quod animum commovet, et secum hac de re dubitare cogit, ita ut credere non possit, sensibile ex insensibilibus principiis gigni? nimirum quod lapides, et ligna, et terra, et similia, commista et confusa, nequeunt vivere, neque sentire, quemadmodum igitur ea quæ dixi, una mista, vitalem sensum reddere nequeant, ita videtur incredibile ex principiis insensibilibus gigni animantes. Lamb. Ne argumentis ab experientia ductis repugnare videatur ipsa experientia, cavet vs. 16. Negare non potuit ligna, lapides, terramque commista aliquando insensilia manere, aliter viventes domos, et terras sensiles efficeret. Fatetur igitur res insensiles, nisi certa figura et magnitudinis donentur, debito motu agitentur, certoque ordine disponantur, nunquam efficere res sensiles; at debita omnia et requisita adhibeantur, animal nascitur e re maxime insensibili. Patres-

cat enim lignum, aut glebæ imbribus resolvantur, et animalium hinc et illuc reptantium agmina subito admirabere. *Creech.*

*Percutit ipsum*] Ter. Andr. 1. 1. 98. 'percutit illico animum.' Quid te movet, qua causa impulsus dubitas? nam 'varios sensus exprimere,' dubitare est. *Fab.*

886 *Et varios sensus exprim.*] I. e. et in varias sententias animum distrahit. *Lamb.*

887 *Ex insensilibus ne credas*] In voce 'insensilibus' nullum inest mendum, mea quidem sententia, cum hæc scriptura confirmetur auctoritate omnium codicum et manuscr. quibus usus sum, et impressorum; tametsi Priscianus lib. 4. legat, *Ex insensibili*, nisi sit eo loco corruptus Priscianus. in verbo 'credas' fortasse videatur alicui aliquid inesse mendosi, et legendum *credas*. Tum in particula 'ne' suspicantur docti quidam subesse aliquod ulcus, propterea quia libri manuscripti habent, *ni credas*. ego tamen nihil mutavi, quamvis sciam, nisi usurpatum esse a veteribus pro *ne*: sup. 773. ubi vulgati libri habent, *Neve, alium quemvis quæ sunt induta*, &c. in manuscriptis legitur, *Nive alium*, &c. Satis est mihi lectorem admonuisse de antiqua scriptura, ejusque rationem breviter attulisse. *Lamb.* Priscianus, lib. 4. *insensibili*. Gif. *Sensibile gigni*. Codex Bertin. et Vatic. et aliquot vulgati, habent *sensibile nasci*. *Lamb.*

889 *Vitale*] Vitæ convenientem, vel vita præditum, vel ad vitam accommodatum. *Lamb.*

890 *Illud in his igitur fœdus*] Non video quamobrem scripturam veterem immutare debuerim: quæ reperitur in quattuor lib. manuscriptis, nisi quod Bertinianus et Memm. habent *sedus* parva immutatione: quibuscum consentiunt Vicetini et Florentini. hujus autem loci hæc sen-

tentia est. Dixi equidem, ex principiis sensu carentibus animalia gigni: videtur hoc esse absurdum, ut si quis dicat, ex lapidibus et lignis animantem oriri et conuari posse. illud igitur fœdus, id est, illam conventionem et pactionem, per quam a me dissentire desinas, mihi que assentiare, meminisse decebit: non dicere me, ex omnibus principiis omnino et simpliciter exemplo res sensu præditas et sensus gigni: sed ex principiis hac vel illa figura, et quæ sic vel sic moveantur, et quæ hoc vel illo ordine collocentur, &c. *Lamb.* Vulgati: *rebus*. In quibusdam veteribus: *sedus. Fœdus; recte*, i. e. sit hoc inter nos constitutum, et pactum. Gif. *Illud in his igitur fœdus meminisse decebit*. Lectio vulgata fuerat, *Illud in his igitur rebus meminisse decebit*: sed illam uterque interpres mutavit; legendo non *rebus* sed *fœdus*. At nihil necesse fuit; sic enim loqui amat Lucretius: id quod uberrima exemplorum seges probabit. 'Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi.' 'Illud in his quoque te rebus cognoscere avemus.' 'Illud in his rebus non est mirabile.' 'Illud in his ob-signatum quoque rebus habere.' 'Illud in his rebus videor [sic legendam] firmare potesse.' 'Illud in his rebus nequaquam sumere possis.' 'Illud in his rebus non addunt, nec tibi earum.' 'Illud in his rebus minime est mirabile habendum.' 'Illud in his rebus vitium vehementer.' 'Illud in his rebus ne me arripuisse rearis.' *Fab.* in Emend. Magis probem quod in al. legitur, *Illud in his igitur rebus*. *Fab.* in Not.

*Fœdus*] Ita Lambinus e quatuor Mas. Et 'Fœdus' interpretatur illam conventionem et pactionem, per quam a me dissentire desinas, mihi que assentiare: sed non tanta est librorum auctoritas. 'Illud fœdus' nunquam in Lucretio invenies, sed passim 'Illud in his rebus,' quod alii rectius amplectantur. *Creech.*



802 *Sensilia extemplo*] Sic scriptum reperi in quinque libris manuscripti. quibuscum impressi Aldini antiquiores congruunt. Alii habent, *Sensile et extemplo*. præter Florentinos, qui habent, *Sensile progigni extemplo, et producere sensus*. plane vitiose. *Lamb.*

803 *Sed magni referre ea primum quantula consent Sensile quæ faciunt, et qua sint prædita forma, Motibus, ordinibus, posituris denique quæ sint.*] Liguado jurare possim, legendum; *queis sint*; i. e. quibus posituris, &c. ut versu superiori 'qua prædita forma,' quod et arbitrator lectum in aliquo exemplari fuisse. Sic in vs. 194. 'in tales venire meatus Qualibus hæc rerum genitur nunc summa novando.' Cui loco concinit quod in 2. est vs. 1007. 'Propterea magni quod refert, semina quæque Cum quibus et quali positura contineantur.' *Fab.* in *Emend.* Necessario legendum *queis sint*, ut alibi monitum. *Fab.* in *Not.* Non opus mutatione. 'quæ' enim, ut passim, valet qualia, ut in præcedenti 'qua' valet quali. *Voss.*

900 *Concil. ita, ut deb.*] I. e. hoc modo congregantur, et conveniunt, quomodo animalia gigni necesse est, vel gigni oportet. Venit mihi aliquando in mentem, legendum esse *debeant*: quod et quidam conjecerunt, ut sit hæc sententia: ita concillantur, id est, tali modo et tali ordine conjiciantur et coeunt, ut ex iis ita conjectis et congressis animalia gigni debeant. Sic §. 963. *respondeamus* positum est, quattuor syllabaram, ibi: 'Quid respondeamus, nisi justam intendere litem,' &c. ad quem locum plura. *Lamb.* Forte: *debeant*. Vide 1. 233. et §. 963. Et in Indice: 'Respondeamus.' *Gif.*

901 *Deinde ex sensilibus cum sensile*] Hujus scripturæ, quæ nihil fere ab antiqua discrepat, nisi quod *suetis*, pro *sueti*, quod est in libris omnibus, substitui, sententia plana est. Dein-

de (inquit) cum constitunt, id est, statunt sensile ex sensilibus principiis posse creari; quæ quidem sensilia ex aliis sentire consueverunt, nempe ex venis, nervis, visceribus, et similibus; tum faciunt principia illa sensilia, mollia; et ita mortalia, quod esse non potest. Sed tamen demus ista posse æterna permanere, &c. *Lamb.* Allud Lucretii argumentum vs. 5. continetur, quia si principia, ex quibus est sensus, sensilia sint, erunt igitur ipsa mollia, cum nulla res dura, solidave, sit capax sensus: quare et erunt corruptibilia, quippe cum, nisi solida sint, distrahi possint, atque idcirco suam naturam amittere: atqui debent rerum principia; ut declaratum superius est, incorrupta perseverare. Ita optime philosophus Gassendus: grammaticum vero Lambinum audiamus. Deinde cum statuant sensile ex sensilibus creari posse; quæ quidem sensilia ex aliis sentire consueverunt, nempe ex venis, visceribus, nervis, et similibus; tum faciunt illa sensilia mollia, et ita mortalia. Hæc grammaticus, dum verba potius quam sensum spectat; quippe vitiosos Codices sequutus desipit. Quid enim sibi velint istæ voces, 'Ex sensilibus, porro ex aliis sentire suetis,' cum illi, Plato et Anaxagoras, contra quos disputat Lucretius, ipsa rerum principia statuerunt sensilia? Nullis igitur libris adjutus, sed re ipsa admonitus audacter lego *Denique principia quæ sensile posse creari, &c.* Creech.

902 *Sentire suetis*] Sic videtur legendum, ut sit hic Lucretii sensus: ex sensilibus suetis, i. e. quæ solita sunt, porro, id est, porrotenus, sentire ex aliis, videlicet ex visceribus, nervis, venis, ut diximus: quæ quidem sunt mollia et mortalia. *Lamb. Suetis.* Ita Lambinus; recte, ut opinor. In libris omnibus tamen: *sueti*. *Gif.* Quod tamen rectum puto, et *sentire, &c.* Poëtæ significare, sapere ex

aliis, alios sequi. Præterea post 'porro,' distinctione posita, planiorem (ut puto) locum reddidi. *Hav.*

908 *Mollia tum faciunt*] Quinque libr. manuscript. habent, *Mollia cum faciunt*: vulgati plane mendose, *Mollia que faciunt*. Lamb. *Mollia cum faciunt*. Ita omnes libri veteres, vel *quæ*. Marullus: *quæ*. Lambinus: *tum*. Forte etiam, *confaciunt*. Gif. Male in utraque editione Gifanil, *cum*. est enim contra sententiam. *Feb.* E Codicibus nescio quibus *cum* exhibet Gifaninus, et conjicit legendum, *confaciunt*. Creech. *Mollia confaciunt* ex Vossii mente scripsit hoc loco Lucretius. At *conficere* apud nostrum valet interimere. 1002. 1148. 1161. quod hoc non quadrat. *Preig.*

906 *Sed tamen esto*] I. e. sed tamen demus. Lamb. Aliud vs. 18. proponit argumentum. Supponamus sensilia hæc rerum principia, quæ Plato et Anaxagoras statuerant, ac proinde mollia, æterna esse posse nec interitui obnoxia, haberi tamen sensilia non possunt, neque ut partes, quia partes separatæ non sentiunt, neque ut tota, quia hoc modo essent quædam animalia, ac ideo mortalia, seu corruptibilia; quod adversatur suppositioni. Creech. Sic 4. 1165. 'Sed tamen esto jam quantovis oris honore, Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur, Nempe aliæ quoque sunt.' *Preig.*

907 *Nempe tamen, &c.*] Dilemma est hujusmodi: demus, hæc principia sensilia posse esse immortalia. ea aut habebunt sensum partim, id est, talem sensum habebunt, qualem habent partes, aut erunt putanda similia totis animantibus, i. e. talem sensum habebunt, qualem totæ animantes: si dicas, partis sensum habere; pars a toto separata neque sentit, neque est: verbi gratia, manus separata ab humano corpore non sentit, estque manus *καθ' ὁμοίωσιν*, i. e. ex similitudine nominis, ut manus picta. *sin*

erunt similia totis animantibus, ergo erunt mortalia: si mortalia, ergo non principia. Lamb.

908 *Aut similia*] Sic legendam, reclamantibus omnibus codicibus, præter Florent. et Venetos recentiores, et Basiliensibus: quos secutus sum, ut hoc loco emendatior. Est autem hic anapestus pro spondeo, *lia to*: vel dic, duas breves pro una longa haberi. Lamb. Sic (*similia*) recte, ut puto, Marullus. Omnes veteres libri: *similia*. Vide et supra, hoc libro, 718. *Gif.*

*Putari*] Sic habent codices Veneti antiqui et ita legendum. Lamb. Ita in veteribus nostris. *Gif.*

909 *At nequeunt per se partes, &c.*] Hunc versum sic restitui, partim secutus codices Florent. et Aldii. recentiores, partim conjectura ductus; cum legeretur antea in omnibus libris *scutire, necesse est*, plane mendose. admonitus sum autem a simili loco, qui est 2. 682. 'nec aures Absque anima per se possunt sentire, nec esse.' Lamb. Vulgo male *necesse*. Ita olim apud Festum, in 'Nec,' ex nec escit, depravatam erat 'necescit.' *Gif.*

910 *Namque alios sensus membrorum res petit omnes: Nec manus a nobis petis est secreta, neque ulla Corporis omnino sensum pars tota tenere*] Ita in veteribus quibusdam, eamque scripturam et ordinem non vulgati tantum libri, sed sententia omnino postulat. Est enim in hoc versu ratio præcedentia, nimirum: ex pluribus rem consistentem partibus earum omnes sensus requirere. Atque ita omnes partes inter se colligatas esse. *Gif.* *Namque aliam*. I. e. nam pars a toto suo separata aliorum omnium membrorum sensum respicit. argumentum est a partibus, hoc modo: pars a toto separata aliarum omnium partium suarum sensus rejicit ac respicit. ergo pars sola, id est a toto sejuncta, totius corporis sensum tenere

potest. Qui hos versus ordiné converso legunt, nihil vident; qui aliam sententiam esse dicant, *μολύρραι*. *Lamb.* Interpretes disputant quo modo legendus sit hic versus, et quo ordine collocari debeat: *Lambinus*, *Gassendus*, *Faber*, *Namque alium Sensus membrorum respicit omnes*, et vs. 912. subjungunt: quasi dixisset *Lucretius*: Pars a toto suo separata aliorum membrorum sensus respicit, ergo pars sola, i. e. toto sejuncta, totius corporis sensum tenere non potest. Displicet hæc interpretatio; sufficit enim, (respondeant illi qui statuunt semina sensilia,) si pars sejuncta sensum sibi peculiarem, licet non totius corporis sensum retineat. Legendum autem existimo, *Namque alium sensus membrorum res petit omnis*: et vs. 909. subjungendum: viz. quælibet pars postulat unionem cum aliis membris, ut sensus capax sit, nam sine vitali partium consensu, ut sæpe *Lucretius*, nullus est omnino sensus. *Creech.*

*Omnium*] Sic legendum, non, ut vulgo *omnis*. *Lamb.*

912 *Corporis*] *Quidam veteres: Corporum, male. Gif.*

915 *Qui poterunt igitur*] Si primordia rerum erant animalibus similia, atque adeo eadem, et erunt sensu prædita, quomodo poterunt dici primordia rerum, et esse immortalia, cum sint animalia? *Lamb.*

916 *Et leti vitare vias*] I. e. et mortem vitare. eadem translatione dictum *leti vitare vias*, qua 'leti jannam animo patere, et non patere, seu præclusam esse,' §. 829. *Lamb.*

917 *Mortalibus una, eademque*] Ταύρα τοῖς ζώοις. sic loquitur §. 1050. 'quorum unus *Homerus* Sceptra positus, eadem aliis sopitus quiete est:' et *Hor.* ad *Pison.* 467. 'Invitum qui servat, idem facit occidenti.' *Lamb.* Una atque eadem cum animalibus. 'Idem facit occidenti,' *Hor.* ad quem

*Delph. et Var. Clas.*

locum exempla congesserunt *Interpretes*. Græce nil frequentius. alibi quoque *Lucret.* *Fab.* *Eadem animalibus mortalibus dixit*, ut inf. 4. 1168. 'eadem turpi.' *Preig.*

918 *Quod tamen ut possint*] Quamvis possint vias leti vitare, et immortalia esse, non fungentur munere principiorum tamen: neque ex iis quicquam gigni poterit, præter animalibus. *Lamb.* Uterius progreditur vs. 5. Quia licet admittantur et quasi animalia et immortalia simul, tum nullum animalium, qualia jam visuntur, gigni poterit, nisi scilicet generis, coalitumve in unam speciem: sed acervus solummodo et congeries variorum animalculorum. Hæc *Gassendus*. Alia *Faber*, sed pejora: Ponamus sensibilia esse principia neque tamen corruptibilia, quando ita via, quid tandem ex illis fieri poterit? Nihil certe præter animalia, non arbor, non metallum, &c. *Creech.*

920 *Scilicet ut nequeant*] Argumentum a simili. *Lamb.* *Scilicet ut nequeant homines, &c.* Ita conjectura ducta, ut inf. vs. 986. *Vulgati: nequeant. Gif.*

921 *Inter sese, &c.*] In libris sequentem versum hunc, *Sic utidem quæ sentimus, sentire necesse est*, ut absurdum sustuli. Alium supposit *Lambinus*, hunc *Per Veneris res, extra homines, armenta ferasque*. Bonum quidem. Sed ego veteres omnes libros sequor, et ea subintelligo ex præcedentibus. *Gif.*

*Conveniendo Per\_Veneris res*] *Conveniundo per complexum Venerum.* Sententia hujus loci hæc est: prima corpora conantur sensilia, et animalia: nihil creabunt per concilium suum præter animalia, quemadmodum homines per conjunctionem maris et fæminæ nihil gignunt præter homines, tauri nihil præter tauros, feræ nihil extra feras. hunc versum, qui deerat, reposui, in codice typis

*Lucret.*

4 E

illo quidem impresso, sed cum manuscriptis comparato repertum, cum esset adscriptus ad oram libri: quem Lucretii esse plane arbitror. Atque ut hunc restitui qui desiderabatur, ita illum sustuli qui fuerat inepte suppositus, ut minime Lucretianum et supervacaneum. nam simile quo utitur, refertur ad ea quæ antecedunt. Versus autem hic est: *Sic itidem, quæ sentimus; sentire necesse est.* vel, ut alibi legitur, *Sic itidem quæ sunt, minimis, sentire necesse est.* Cum hæc scripsissem treis ab hinc annos, simiam illam turpissimam non puduit scribere, se hunc versum sustulisse. *Lamb.* Pro hoc versu alii libri exhibent, *Sic itidem quæ sunt minimis sentire necesse est.* in aliis invenies *Sic itidem quæ sentimus sentire necesse est.* e Libro quodam cum *Mes.* comparato substituit *Lambinus Per Veneris res, &c.* rejicit *Giffanius*: nec valde necessarium videtur, quippe auferas illum, valet tamen Lucretii argumentum. *Creech.*

923 *Quod si forte suum*] Deinde vs. 7. ridet illos qui asserunt semina sensu quidem prædita esse, at non eo qui postea in animalibus apparet, et aliud subjicit argumentum illi, quod vs. 870. continetur, affine: Ex ovis nascuntur aves, vermes e putri terra exiliunt, at sensilia ova, aut glebas viventes quis dixerit? *Creech.*

924 *Attribui, quod*] In quibusdam veteribus: id quod. *Gif.*

925 *Tum præterea, q. f. ante Q. &c.*] Præterea (inquit) quatinus, i. e. quoniam, ex ovis fiunt pulli, ex glebis existunt vermes, quod antea fugimus, vs. 896. 'Quarum nil rerum in lignis glebisque videmus.' et supra, 888. 'Nimirum lapides et ligna,' &c. 'Fugimus' autem, i. e. negavimus, non concessimus. Quoniam igitur id fieri videmus: Scire licet gigni posse, &c. Verbum 'est,' quod fuerat incaleatum post vocem 'præ-

terea,' sustulimus, secuti cod. Venetos antiqui. et Vicet. et nonnulli manuscripti. *Lamb. Præterea, quod.* Alii *Præterea est, quod.* *Gif.*

*Quod fugimus ante*] Negavimus. Vox est ex usu forensi, uti 'defendere' pro affirmare, asserere: respicit autem locum illum, vs. 896. 'Quarum nil rerum in lignis glebisque videmus.' *Feb. Fugimus,* negavimus, non concessimus, *Lambinus*: et idem reliqui interpretes; addit *Faber*: Vox est ex usu forensi, uti 'Defendere' pro affirmare, asserere; respicit autem locum illum, 'Quarum nil rerum in lignis glebisque videmus:' vs. 896. Sed qui locum inaspicit, sat scio, huic observationi nequaquam consentiet. Legendum igitur arbitror *fugimus*, i. e. ponimus seu probamus: et vox ista non incommode respiciet vs. 870. ubi pars hujus argumenti proponitur. *Creech.* Nusquam ita 'fugimus' apud *Lucret.* Lego itaque *vincimus* vel *vicimus*. Vide *Ind.* in 'Vincere' et 'Pervincere.' *Hæv.*

926 *Quatinus*] I. e. quoniam: et ita sæpe alias apud hunc poetam: itemque apud *Hor.* Denique docet *Festus*, 'quatinus' idem valere quod quoniam. *Lamb.*

927 *Alituum*] Alitum. sic *Virg.* 8. 27. 'Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.' *Lamb.*

*Vermesque effervere, terram*] Ordo verborum hic est: et quatinus i. e. quoniam, ceruimus vermes effervere, i. e. existere, subintell. e terra, cum putror terram cepit ob imbreis intempestivos: scire licet, &c. sed non dissimulabo, me in libris manuscriptis reperisse scriptum, *terram Intempestivos quam putror, &c.* de qua scriptura lector quidem judicabit: hoc tamen enim etiam memorem admonebo, u pro o, et o pro u, in libris manuscriptis librorum culpa sæpe positum reperiri: ut 'adulescens' pro adolescens, 'epistula' pro

epistola: sic enim sine dubio scribi debet, *adolescens* (inquam) et *epistola*: et errant qui aliter scribunt: 'robustis' pro robustis, 'rotundus' pro rotundus, 'cibus' pro cibos, 'cumes' pro comes, &c. et contra 'aviom' pro avium, 'ciendom' pro ciendum, 'soboles' pro suboles: 'suboles' enim dicendum, non 'soboles.' Sed ut ad scripturam illam antiquam redeam, videtur mihi sic leviter adjuvanda, *Vermeisque effervere terram* (sive terra) *Intempestivos quam putror cepit ob imbreis.* Lamb. Sic restitui ex veteribus libris. Vide Indicem: 'Effervere.' Vulgati: *effervere, terram Intempestivos cum, sen, ut Lambinna, quem; male omnia. Gif.*

929 *Ex non sensibus sensus*] Libri manuscr. tres habent, *ex non sensibus sensus*, quam scripturam probo. Sed vulgata, *ex non sensile*, facillior et planior est. Lamb. *Ex non sensibus sensus.* Ita ex veteribus quibusdam, ut mox: non *acum.* Marullus, et Vulgati: *non sensile.* Gif. "T<sup>er</sup> ut alibi, i. e. ex insensibili gigni sensile. 'Quod si forte aliquis dicat, duntaxat oriri posse ex non sensu sensus, sed mobilitate.' Fab.

930 *Quod si forte aliquis*] Occupat aliud, quod quis objicere possit. Sed prius quam hunc locum, sane quam difficilem atque obscurum, explicare ac declarare coner, non celabo hujus tertie editionis lectorem, me in prima editione secutum esse libros vulgatos, qui sic habent, *Quod si forte aliquis dicat duntaxat oriri posse ex non sensu sensum: sed mobilitate Ante aliqua tangi partum, quam proditur extra;* quam sic explicabam: Si quis forte dicet, (inquit) posse sensum oriri ex non sensu, i. e. ex eo quod sit sensus expertus: sed partum ante quam prodeat in lucem, mobilitate aliqua, videlicet, quæ insit in principiis, tangi atque affici, &c. admonuisse tamen lectorem, hunc versum,

et alteram, qui deinceps sequitur, longe aliter scriptos esse in libris manuscriptis, nempe hoc modo: *Posse ea non sensu, sensus mutabilitate, Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.* Hanc igitur scripturam nunc sequor, rejecta vulgata, ejusque explicatione et sententia. Atque hanc ipsam antiquam sic explico: Quod si forte aliquis dicet, ea, puta pullos, vermeis, 'ex non sensu' (h. e. ex insensibilitate) oriri, per sensus mutabilitatem, aut, veluti per aliquem partum, qui proditur extra; huic respondeo, cum dicimus res oriri ex principiis, non esse partum, nec fieri partum, nisi principiis ante congressis: nec principia nec omnino quicquam mutari sine principiorum cœta et congressu. Sed (ut dicam quod sentio) videtur mihi hæc antiqua scriptura non satis integra, et hoc modo reconcinnanda: *Quod si forte aliquis dicat duntaxat oriri posse ex non sensu sensum, mutabilitate Ante aliqua, tanquam partum, quod proditur extra: vel Tanquam, partum quom proditur extra, vel Quam proditur extra.* ut sit hic Lucretii sensus: Quod si forte aliquis dicet, duntaxat sensum ex eo quod non est sensus, sen quod sensu caret, oriri posse, per mutabilitatem (principiorum) autegressam, quemadmodum partus per quandam mutabilitatem oritur ex insensibili: huic respondeo, non fieri partum, nisi principiis ante conciliatis et coactis, nec quicquam commutari, nisi per congressionem primorum corporum, et ipsa prima corpora per se esse immutabilia. Lamb.

931 *Posse ea non sensu, sensus mutabilitate*] Ita in veteribus libris nostris. In quibusdam: *posse ex, et proditum,* suadente etiam sententia, et versibus subsequentibus quibus respondetur huic objectioni. Gif. *Ante aliqua tanquam partum, quam proditur extra.* Hæc lectio Lambini est.

In editione Gifaniana secundus et tertius versus ita leguntur, *Posse ea non sensu, sensus mutabilitate, Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.* Eam lectionem non possum probare, ita obscura, intricata, et impedita est. Suam autem ita interpretatus est Lambinus, postquam locum hunc sane quam difficilem et obscurum sibi videre professus est: 'Quod si forte aliquis dicet duntaxat oriri posse ex non sensu sensum mutabilitate Ante aliqua, tanquam partum, quod proditur extra: vel, tanquam partum, quom proditur extra, vel, quam proditur extra; ut silt hic Lucretii sensus: Quod si forte aliquis dicet, duntaxat sensum, ex eo, quod non est sensus, seu quod sensu caret, oriri posse, per mutabilitatem (principiorum) antegressam, quemadmodum partus per quandam mutabilitatem oritur ex insensilli: huic respondeo, non fieri partum, nisi principiis ante conciliatis et coactis, nec quicquam commutari, nisi per congressionem primorum corporum, et ipsa prima corpora per se immutabilia.' *Fab.* Dnos sequentes versus ita legit Gifanius: *Posse ea non sensu, sensus mutabilitate Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.* Nardins, *Posse ex non sensu: sed sensus mobilitate Ante aliqua tangi partum, quam proditur extra.* Hunc locum difficilem et obscurum esse Gassendus, Lambinus, omnes fatentur: Gassendo indice sensus videtur esse: non bene dici rem sensilem ex principio insensilli gigni, si intelligamus illud immutari, et variis immutationibus in sensum tandem perfici: simileque esse, ut dum fetus initio minimus paulatim grandescit, ac paritur magnus. Siquidem, inquit, non unum principium, non singula seorsim sumpta mutationis capacia sunt, sed natura solum concreta ex principiis pluribus, unde et ista varie dispersa possunt sensu destitui, et idonea ta-

men ratione coeëntia contexi in rem sensilem: nec valet factus similitudo, quando is quoque ab initio ex multis constat partibus, pro quarum ratione est magnus, cum singulare principiam mutationi nulli subiaceat. Hæc Gassendus. Tres diversas lectiones et interpretationes in Lambino quæras, omnes enim displicent: Legendum autem *Quod si forte aliquis dicet, duntaxat oriri Posse ex non sensu sensus mutabilitate Ante aliqua, totum partum quam proditur extra.* Et pro obscura et difficili plana subito erit et facilis sententia. Aliquis enim forsã dicat, principia rerum quidem esse insensilla, at vi et virtute rei generantis illa principia mutari in sensilla, et sensu gaudere antequam in animal coalescunt. Huic vs. 13. Lucretius respondet, principia seorsim sumpta mutationis esse prorsus incapacia, nec sensum alicujus animalis produci posse antequam ipsum animal perficiatur; quia sensus postulat eum vitallium motuum consensum, quem in rerum principiis, quæ per aërem, aquam, terram, ignemque (istos philosophos tangit qui omnia e quatuor elementis componi docuerunt) dispersa volitant, frustra requiras. Creech. Omnis tollitur difficultas si locus eo modo legatur atque distinguatur, prout a nobis editur; nec aliter legi potest. Opposit enim mox 'mutabilitati' vs. 985. 'nec commutari,' et rç 'tanquam partu,' illud 'non fieri partum,' &c. Constructio est: 'sed mutabilitate, tanquam aliquo partu, ante quam proditur extra.' Ita omnia plana sunt, nulla fere facta immutatione. *Hæc.*

932 *Proditur*] Foras editur. sic fere usurpat 3. 602. 'Quid dabit tandem, quin extra prodita corpus, Imbecilla foris, in aperto, tegmine demto, Non modo non omne incolmis durare per ævum,' &c. *Lamb.*

934 *Partum*] Id quod pariter idem 4. 1222. 'Semper enim partus du-

plici de semine constat.' *Lamb.*

935 *Commūtari*] *Commūtari* in aliam formam aut naturam, ut ovum in pullum, cibum in sanguinem aut carnem, insensibile denique in sensibile. sed putant quidam legendum *coagmentari*: seu, ut Muretus hoc verbum scribendum existimat, *coamentari*, i. e. concrescere, componi, conflari, constitui. quod si placebit: fiet *οὐλύγησις* duarum vocalium, *o* et *a*. ego lectionem receptam retineo. *Lamb.* *Coagmentari* vel *coamentari*, Muretus: sed *commūtari* placet, ut et 'principium' pro primorum in sequenti versu, quantum 'prima' aliquot locis apud Lucretium pro principiis sumantur. *Creech.*

*Sine conciliatu Principium*] Reposueram in prima et secunda editione, *sine conciliatu primorum*, quia recepta et vulgata scriptura *sine conciliatu principio*, ferri non poterat: 'sine conciliatu' autem 'primorum' interpretabar, 'sine congressu et cœtu principiorum et corporum primorum.' Nam etiam alibi 'prima' posuit pro primis corporibus, ut 2. 713. 'Omnia enim longe nostris a sensibus ipsa Primorum natura jacet.' et 4. 187. 'Propterea qui sunt e primis facta minutis.' Nunc vero, ne longius discedamus ab auctoritate librorum, assentior iis qui legunt *sine conciliatu principium*, ut *principium* sit generandi casus, pro principiorum. Neque tamen mea conjectura erat tam superbe et contumaciter damanda. Quis scit enim, an scriptum sit a Lucretio 'primorum' potius quam 'principium?' Sed quid mirum ex immanibus, feris, et barbaris moribus facta et dicta immania ac superba erumpere? *Lamb.*

936 *Principium*: ut] Sic veteres libri fere. Quidam: *Principio*; male. Lambinus: *Primorum*. Unde istud? Vide et sup. vs. 769. *Gif.*

*Primorum*] Malim quod in al. editionibus et lib. Ms. *Principium*: quanquam 'prima' aliquot locis apud

Lucretium pro principiis sumantur. *Fab.* Imo supra quinque priores literas *primorum*, vel in Marg. videtur fuisse scriptum *principio*. unde Var. Lect. *Hav.*

939 *Terraque creatis*] Quidam libri habent, *flammaque creatis*. *Lamb.* *Terraque creata*. Ita veteres libri. In quibusdam: *creatis*. Marullus et *Vulg. flamma*; male. *Gif.* *Terris, flammaque creatis*. Ita in quibusdam libris legitur, male, inquit Gifanius. Sed ipse ubi animum occupatum habebat, cum in utraque editione scribi voluit, *terris terraque creata*? Nonne succinere licebit, *Pesime*? *Fab.* *Flammaque creatis*. Gifanius, *Terraque creatis*: quasi terra creata diversum ali-quod ab ipsa terra Elementum constitueret. *Creech.*

940 *Convenienti*] Sic legendum, non, ut habent omnes libri vulgati et veteres, *convenientes*. nam cohæret cum voce modo, ut sit 'convenienti modo.' *Lamb.*

941 *Quibus omnituentes Acc. s.*] Putaveram olim legendum, *Quibus convenienter, &c.* offensus scriptura vulgata *Quibus convenientes*, et antiqua *Omne tuentes*? sententia non inepta: nam *convenienter* interpretabar, 'accommodate ad vitam.' Nunc Turnebo assentior, qui *omnituentes* legit, propius accedens ad antiquam scripturam. Est autem *omnituentes*, nomen junctum ex omni et tuentes, eadem ratione, qua 'omnipotentes,' 'fructiferentes,' 'omniparentes,' 'ædituentes,' 'bellipotentes,' 'armipotententes,' 'sagittipotententes,' 'sapientipotententes,' 'pennipotententes,' ac similia. Neque tamen illud *convenienter* adhuc damno. *Lamb.* *Omnituentes*. Sic veteres libri fere. Lambinus: *convenienter*. In quibusdam libris: *omne tuentes*. *Gif.* *Omnituentes*. Quippe animantia conservant. Tertullianus ex hoc loco dixit in lib. de Jeuniis: 'Salutem æmulo modo redaccenderet inedia.' *Fab.*

942 *Accensis sensus*] Sic loquitur infra eod. lib. 957. 'leti dominantem in corpore motum Discutere, ac pene amissos accendere sensus.' 3. 337. 'accensus nobis per viscera sensus.' *Lamb.* Excitati. Ita Cicero in 1. de Oratore, non longe a medio. Sed locus non succurrit. *Fab.*

*Animantem quamque*] Quidam Veteres: *animantium.* *Gif.*

943 *Præterea quamvis animantem, &c.*] Opus prosequitur, et rursus vs. 10. fidem experientie implorat: quippe vehemens ictus, qui nil aliud agit, quam ut solvat texturam et compages corpusculorum, e quibus constat animal, omnem sensum penitus destruit, torpet animal, dissipatur anima, et, particulis illius per poros et meatus e corpore ejectis, consequitur interitus. *Creech.*

944 *Adfigit*] Ad terram dejecit, seu abjicit, *ἠπορωδῆται.* Horat. Sat. 2. 79. 'Atque adfigit humo divivæ particulam auræ.' *Lamb.*

949 *E corpore solvit*] Sic habent tres libri manuscripti. alii, *a corpore solvit.* Quidam docti legendam consent, in *corpore.* *Lamb.*

960 *Per caulas*] 'Caulis a cavo dictæ sunt,' (inquit Festus.) 'Antiquitas enim ante usum tectorum oves in antris claudabantur.' Per 'caulas' igitur corporis significat Lucr. partes cavas et inanis corporis: quas vulgo 'meatus' seu 'poros' appellamus. utitur eadem voce 3. 256. 'Disperditur enim per caulas corporis omneis.' et 4. 624. 'per caulas omne palati Diditar.' et 6. 491. 'Dispergnat animas per caulas corporis omneis.' Cum autem hæc fiunt, interit animal. *Lamb.* Vox Lucretiana, poros et meatus corporis significans. 'Cavola' seu cavila, 'fugela,' fuga. *Fab.*

953 *Fit quoque, uti sol. minus obli.*] Id cum fit, convalescit animal. *Lamb.* Declarat etiam consequenter vs. 9. si ictus fuerit paullo remissior posse post aliquantulam corpusculorum ex-

turbationem status restitutionem fieri, quasi dispositione ad motus vitales dominante adhuc, neque omnino resoluta: sic sopiti excitantur sensus, ab ipso mortis limine redit, et convalescit animal. Hæc omnia, fateor, voluit Lucretius, sed an hi versus hæc omnia satis expriment, merito dubium. Tota autem integrior foret sententia, si reduceretur vs. 1009. ('Neve putes æterna' lego *interna*) una cum duobus sequentibus (quos in isto, in quo nunc legantur, loco nihil agere demonstrabo) et versis 958. subjungatur: hic enim positus Lucretii mentem explicabit, et vim objectionis franget, contra quam non satis provisum videtur. Quippe aliquis dieat, si ab ictu vehementi animæ particulæ disjungerentur, nunquam iterum recolligi possint, sed dispersæ avolarent, et animal interiret. Ideoque ictus iste, qui sensum interrumpit, aliquid aliud omnino agit, quam ut particulæ animæ discutiat et disjungat. Resp. Lucretius, licet ea semina, quæ in rerum superficie sita sunt, quolibet ictu disjuncta avolent; illa tamen, quæ in intimis corporis venis continentur, non tam facile dissipari. *Creech.*

964 *Reliqui*] Ita restitui. In omnibus libris fere: *Reliquis motus vitales.* Vulgati: *Reliquis motus vitales.* Vide Indicem: 'Reliqui.' *Gif.*

*Vincere sepe, Vincere*] *Παλαγγία.* Sic Cic. Arate: 'Et matutinis aerecula vocibus instat, Vocibus instat, et assiduas jacit ore querelas.' Idem Lucret. 3. princip. 'Omnia sic itidem depascimur aerea dicta: Aerea,' &c. idem 5. 299. 'Suppeditare novum lumen, tremere ignibus instant, Instant,' &c. et Virg. 9. 774. 'et amicam Cretea Muais, Cretea Musarum comitem,' &c. Hor. Epod. 11. 2. 'amore perculsum gravi, Amore, qui me præter omneis,' &c. et Epod. 16. 64. 'Ut inquinavit aere tempus aereum, Aere, dehinc ferro



duravit, sæcula.' *Lamb.*

956 *Quicquid*] I. e. quicque. sic 4. 630. 'ubi quicquid possit durare creatum.' eodem lib. 788. 'Certum ac dispositum est, ubi quicquid crescat et insit.' qui versus 5. 132. Idem 4. 146. 'Semper enim summum quicquid de rebus abundat.' et 5. 305. 'et primam quicquid flammai perdere.' ibidem: 1387. 'Sic unum quicquid paulatim protrahit ætas in medium.' et sup. hoc lib. 482. 'Namque in eadem una quoque quoque brevitæ:' nam *quoquequoque* positum pro *quoqueque*, seu *quoqueque*. *Plautus Trinummo* 4. 2. 39. 'Sin unum quicquid singillatim et placide percunctabere,' &c. Idem *Amphitr.* 2. 1. 51. 'Ordine omne, ut quicquid actum est, dum apud hosteis sedimus, Edissertavit? M. Tull. lib. 5. *Tuscul.* 'Ut quicquid objectum est, quod modo a natura non sit alienum, eo contenti non quærant amplius.' Idem *Verr.* de signis: 'Ita odorabantur omnia, ut, ubi quicquid esset, aliqua ratione invenirent.' *Lamb.*

957 *Leti dominantem in corp. m.]* Leti motus, et vitalis motus, pugnant inter se. *Lamb.*

959 *Nam quare potius, &c.]* Nam quæ alia ratio esse potest, quare reliquæ motus vitalis sint victrices, id est, animal convalescat potius, quam moriatur, nisi quod minus acriter ictus oblatu sit? *Lamb.* Quæ enim alia causa sit, nisi quam dico? *Fab.*

*Leti jam limine ab ipso]* Non dissimile est illud Græcorum, ἐν γήραος ὁδῷ, i. e. 'in senectæ limine,' et Herodotus usurpavit in Thalia, ἐς πτωχίην ἀνίκεται ἐν γήραος ὁδῷ, i. e. 'ad egestatem seu mendicitatem pervenit, in senectutis limine.' Iterum *Lucret.* 6. 1155. 'Languēbat corpus, leti jam limine in ipso.' eod. lib. 1206. 'Et graviter partim metuentes limina leti.' Sic et *Catull.* ad *Manlium*: 'et a mortis limine restituum.' Contra alius quidam pœta,

'primeque in limine vitæ.' *Lamb.* Ut 'portæ leti,' ἔδον πύλαι. *Fab.*

960 *Conlecta mente]* Sic legendum, non, ut in vulgatis, *conjecta*, aut *conlecta*. quid sit autem colligere animum, seu mentem, docet M. Tullius libro quarto *Tuscul.* Quæst. 'Quid est seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes in suum locum cogere?' *Lamb. Conjecta mente.* Ita omnes libri; quod respondet 'menti disjectæ.' *Lambinus* tamen: *conlecta*. *Gif. Conjecta* *Gifanius* et alii, imperite. *Creach.*

961 *Abire]* ὄχρεσθαι, obire, mori. 'Abitionem' (inquit *Festus*) 'antiqui mortem dicebant.' *Lamb.* *Proterius* perire, interire. unde *abire*, decedere, ὄχρεσθαι, mori. *Fab.*

962 *Præterea quoniam dolor]* Probat nunc a voluptate et dolore, prima corpora sensus esse expertia, hoc modo: Si principia sentirent, et voluptate afficerentur et dolore. nam quicquid sentitur, aut jucundum est aut molestum: at principia neque voluptate neque dolore afficiuntur, ergo non sentiunt. Voluptatem autem sic quidam definiunt, motum naturæ consentaneum: dolore, motum præter naturam. *Lamb.* Ratio aliter proponi potest: Quidquid simplex est, id gaudii et doloris expertus est: ergo et insensibile erit, quod tale erit; sunt autem primordia ultimæ simplicitatis; ergo, &c. *Fab.* Deinde vs. 10. probat semina voluptatis et doloris, atque ideo omnis sensus expertia; quippe dolor oritur ex principiorum exturbatione ab eo, quo sunt, statu, ita et voluptas a restitutione in eundem statum; at rerum principia sunt simplicia, nec eorum partes ab eo, in quo sunt, statu exturbari possunt, nec in eundem iterum restitui. *Creach.*

964 *Sollicitata]* *Festus*: 'Sollicitare est loco movere, solum autem quin significet locum, quis dubitet, cum exules dicantur loco patriæ suæ pulsi?' auctor vocabularii *Latinogreci*

manusc. *Sollicitat*, inquit, *avarelet*. *Lamb.* Concussa. 'Trepidant' autem moventur. Virgilius crebro, idque ubi nullas formidini locus est. Itaque sæpenumero et 'festinare' significat. *Fab.*

968 *Ex ullis*] Gifanius *ex illis*. Et docet 'Motus' in sequenti versu non voci *Khōsis*, ut *Lambinus* voluit, sed voci *Kōhōrews* respondere. *Creech.*

969 *Quorum motus novitate*] 'Motus' patrii casus est, ut sit hæc hujus loci sententia: principia neque dolore tentantur, neque voluptate afficiuntur, qui non constant ex aliis principis, propter quorum motionis novitatem, seu quorum motu novato laborent, &c. *Lamb.* 'Motus. *Kōhōrews*. *Gif.*

972 *Denique uti possint, &c.*] Hoc sentit *Lucretius*: denique si ad id, ut animalia quæque sentire possint, necesse est principia quoque ea, ex quibus illa constant, sensu esse prædita, sequentur hæc absurda: dicendum erit scilicet, ea principia, ex quibus genus humanum proprie constitutum est, ridere, flere, de natura rerum disputare, et ex quibus ipsa principis constant, quærere, usque ad infinitum. quæ cum sint absurda et delira, illud ex quo hæc sequuntur, falsum est. *Lamb.* Tandem ad absurda adigit adversarios, vs. 18. quippe si debeant res, sensiles cum sint, gigni ex sensilibus, hoc est, similes ex similibus, necesse est ergo hominem v. g. constare ex principiis quæ ipsa rideant, plorent, ratiocinentur, de mistura rerum, deque se ipsis disserant, requirantque e quibus principis constant: nam ridet, plorat, et ratiocinatur homo: si vero res ridens, plorans, et sapiens e principiis neque ridentibus, neque plorantibus, neque sapientibus componi possit, cur non res sensilis e principiis prorsus insensibilibus? Aliud in super premit absurdum; nam si res ridentes plorantes, &c. e seminibus

ridentibus, plorantibus, &c. constitutas, ista etiam semina ex aliis similibus componi debent, inde processus in infinitum, nec ullus foret terminus ubi consistere valeas. *Creech.*

973 *Si etiam*] *Alii* *Si jam*. *Pro Factum* vs. 974. et *Factus* vs. 985. *Gifanius* legit *Auctum* et *Auctus*: pro *Mistura* vs. 977. *Gassendus* *Natura*. *Creech.*

974 *Propriatim*] *Proprie*. Sic autem legendum esse ex *Arnobio* conjecti, seu potius didici. Nam libri et manuscript. et vulgati habent, *proprietim*, et ita profert *Nonius*, si hoc loco est emendatus. Sic autem *Arnobius* lib. 3. adv. *Gent.* 'Usque adeo res exigit propriatim Deos scire, nec ambigere de uniuscujusque vi et nomine, ut, si alienis ritibus et appellationibus fuerint invocati, et aureis habeant structas, et piaculis nos teneant inexpiabilibus obligatos.' *Malim* tamen ut ingæpue fatear, legi *proprietim*. *Lamb.*

*De quibus factum est*] *Omnes* quidem libri habent, *de quibus auctum est*: sed ego legendum puto, *de quibus factum est*: præsertim cum apud *Nonium* legatur, *de quibus actum est*. ordo autem est: quid ea primordia, de quibus genus humanum proprie factum est? scilicet et cachinnant, et flent. Sic infra legendum, non *ex ridentibus factus*, quemadmodum excudendum curavi. Primum enim Latine dici non potest 'auctus de re,' aut 'ex re aliqua,' sed 'auctus re aliqua:' nam 'auctus' casum septimum sine præpositione postulat: deinde aliud est 'auctus re aliqua,' aliud 'factus de re,' aut 'ex re aliqua.' Hoc qui nescit, fateatur se hospitem esse in lingua Latina. *Lamb.* *Proprietim* *de quibus auctum est*. Ita omnes libri. In *Nonio* est *actum*; male. Sic sæpe in 'actum,' et 'auctum,' 'actor' et 'auctor' variatam et peccatum scimus. *Lambinus*: *factum est*. In *Veteribus* quibusdam:

*proprietas*. Gif. Conf. Indicem, et 3. 851. et fateberis veram et hic et vs. 965. meam esse emendationem. *Hav.*

977 *De rerum mixtura*] Quidam docti legendum censent *natura*. Lamb. De concretis, *περ τῆς συγκρίσεως* materiæ physicæ. *Fab.*

978 *Proporro*] Longius, ulterius. *Lamb.* Facere: Ipsa scilicet primordia secum aliquando disputant, quænam uni primordia sint. *Fab.*

979 *Totis mortalibus*] *Totus Animalibus*: Gassendus. *Creesh.*

*Adsimulata*] *Alias adsimulata*: quod idem valet. *Lamb.*

980 *Debent*] Ex positionibus aliorum philosophorum, non autem ex Epicuri assertionibus. *Fab.*

981 *Consistere ut ausis*] Duo libri manuscripti habent, *audcus*: quod iccirco notavi, ut admeam lectorem, hoc *audcus* fuisse primum interpretationem seu declarationem vocis 'ausis': deinde ab imperito librario, rejecta vera scriptura, in contextum translatum, cum putaret *ausis* esse corruptum et mendosum, *audcus* esse verum et germanum. *Lamb.* Quidam libri: *audcus*. Non male. Vide 1. 233. *Gif.*

982 *Quippe sequar*] Quippe te persequar, atque urgebo, ut, quodcumque dices ridere, et loqui, et sapere, fatearis, velle nolle, ex aliis hæc eadem facientibus, i. e. ridentibus, et loquentibus, et sapientibus, constare. *Lamb.*

985 *Non ex ridentibus auctus*] Ita Veteres. Lambinus: *factus*; male. *Gif.*

986 *Et doctis rat. r. dictis*] Doctis dictis. sic 5. 114. 'Multa tibi expeditiam doctis solatia dictis.' Sic Plautus Trinummo 2. 2. 99. 'Multa ego possum docta dicta, et quamvis facunde loqui Historiam veterem,' &c. *Lamb.* Hor. Epist. 1. 4. 8. 'Quid vovent dulci nutricula majus alumno,

Quam sapere, et fari possit quæ sentiat?' *Hav.*

987 *Non ex seminibus*] Repente *ἀπὸ κοινῶ factus*, ut sit non factus ex seminibus sapientibus. *auctus* autem, quod est in libris fere omnibus, ferri non potest: et qui hoc probat, illud improbat, barbarus est. *Lamb.*

990 *Denique celestis*] Profert hos vs. Lactantius, seu (ut alii malunt) Lutatius Firmian. lib. 6. de vero cultu: 'Itaque non errat Lucretius cum dicit. Denique,' &c. sic Virg. Georg. 4. 221. 'Denique namque ire per omneis Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum: Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum.' idem *Æn.* 6. 730. 'Igneus est ollis vigor, et cælestis origo.' et Homerus passim de Jove: *Πατρὶ ἀθάνατ' ἑθεῶν τε.* *Lamb.* Longam de ortu rei sensilis disputationem vs. 32. egregie concludit; colligit enim argumenta antehac deducta, fortius urget collecta, et deinde totam sententiam de ortu sensus explicat: Cum terra imbres ex æthere descendentes receperit, fertilis fit, parit segetes, gramina, et fructus, quibus homines et bestiæ, res sensiles, nutriuntur. At pater ille æther insensilis, imbres etiam descendentes, tellusque mater non magis sensilis. Dissoluta denique animalia partim in æthera avolant, partim in terram, res prorsus insensiles, relabuntur. Sic particulæ modo nullo sensu præditæ, alio modo, alioque ordine dispositæ, sensiles evadunt. Res etiam sensiles mutato ordine et dispositione seminum torpescunt, et omnem sentiendi vim amittunt. *Creesh.*

*Semine oriundi*] In voce 'oriundi,' i et u unam syllabam efficiunt, seu potius i liquescit, quanquam nonnulli libri habent *stirpe oriundi*, quæ scriptura si cui placebit, equidem non repugnabo; verumtamen suspicor easse suppositam. *Lamb.* *Semine. Stirpe,*

quidam libri: quod *παρεμβέβληται*.  
Gif.

991 *Unde alma liquenteis*] Unde, a quo Jove. Virg. Georg. 2. 325. 'Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnibus Magnus alit magno commistis corpore fœtus.' Lamb.

997 *Quapropter merito maternum*] Sic sup. 598. 'Quare magna Deum mater, materque ferarum, Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una.' Lamb.

999 *Et quod miss. est ex ath. or.*] M. Tullius in Catone majore: 'Atque etiam cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quæque discedat; abeunt enim illic omnia, unde orta sunt, animus autem solus, nec cum discedit, apparet.' Lamb.

1000 *Id rursum cæli rellatum templa receperant*] Hi versus ex Epicharmo expressi sunt. Ille de morte nescio cuius loquens sic scripsit: *Ἐπιειρήθη καὶ διακρίθη, καὶ ἀπῆλθεν*, (lege *ἀπῆρθε*, nam Dorico sermone utebatur) *ἴδω φθεῖ, πάλω· γὰρ μὲν ἐς γῆν, πνεῦμα δ' ἄνω. τί τῶνδε χυλετόν; οἰδὲ ἔν.* I. e. 'Concreverat et dissolutus est; eoque, unde prius venerat, remeavit; terra quidem in terram, spiritus autem sursum: quid in ea re tantopere molestatum est? Nilil.' Ex eodem fonte Euripides hauserat quæ lecturus es: 'Ὄθων δ' ἕκαστος ἐς τὸ σῶμ' ἠφέλιετο, Ἐσταυθ' ἀπῆλθε· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' ἐς γῆν. I. e. 'Unde quisque in corpus venit, eo etiam abit: animus quidem in templa cæli, Corpus in terram cedit.' Versus Lucretianos Virgilius more suo, &c. Ceteram qui hunc locus contra positionem Lucretii de immortalitate animorum interpretantur, quam prudenter faciunt, ipsi viderint. Sint enim animi nostri ex materia ætheris, sint ex igni; natura certe corporeæ erunt; unde eadem cum Lucretio sentient. Sed æther,

sed cæli templa, splendida res aciliæet; idque illi generi satis. Fab.

1006 *Nescas referre, &c.*] Sic sup. 882. 'Jamne vides igitur, magni primordia reram Referre in quali sint ordine quæque locata?' hæc cum superioribus conjungas licet: licet et separatim legas, quod tamen male. Lamb. Veteres quidam codices, non male: *eorum*. Gif.

1009 *Neve putes*] Sic habent libri vulgati, *Neve putes æterna parum res. pot.* quam lectionem initio eram secutus: eamque sic explicabam, decens, hæc esse conjungenda cum iis quæ antecedunt, 'Ut nescas referre,' &c. 'Neve putes,' &c. i. e. vel, ut ne putes, quia corpora prima perpetuo jactari et fluitare videmus in extremitate rerum naturalium, et interdum videntur nasci, subitoque interire: (nam re vera neque oriuntur, neque intereunt:) ut ne igitur iccirco putes æterna esse non posse, &c. Nunc autem profiteor, ac testor, (quod in prima quidem editione fugit me lectori indicare, in secunda vero non neglexi, cum præsertim etiam Turnebus noster me admonuisset,) me in omnibus libris manuscr. reperisse scriptum, *Neve putes æterna penes residere, &c.* Atque hanc scripturam nunc secutus sum: quam quidam sic interpretantur, Neve putes corpora prima posse residere penes profandum immensum: nulla, aut certe absurda (ut mihi quidem videtur) sententia. Omnino hoc penes sic positum, quid sibi velit, aut quo pertinet, non est facile mihi quidem exponere. Turneb. Adv. 5. 26. 'penes æterna residere,' sic explicat, 'in æternis textis remanere.' Ego mallem sic: neve putes corpora prima residere posse penes æternitatem omni motu privata. Putavi aliquando legendum *minus pro penes*: deinde statim venit in mentem, 'residere æterna,' pro remanere, seu manere

æterna, genus esse loquendi non satis Latinis usitatum. Quare tutius esse scripturam antiquam integram atque intactam retinere, etiamsi ejus sententia obscura sit. Dicam tamen, quod sentio, libere, his tribus versib. sublatis, 'Neve putes,' &c. 'Corporis prima,' &c. 'Rebus, et interdum,' &c. Sibi de hujus loci sententia deperiturum: quin etiam eorum interpositu sententiam totam obscurari et corrumpi. Lamb. *Neve putes æterna penes, &c.* Ita omnes veteres libri. Marullus: *perum*, et ita Vulgati, ac Lambinus: *male*. 'Residere penes æterna' (quod profundum sibi vocat) et, 'in rerum aspectu ac facie exstare,' opposuisse videtur poeta. Gif. Locus omnino difficilis. Turnebus 'penes æterna' sumit pro æternis textis, quod mihi nimis Stoicum, nimis *perætopor* et metaphysicum videtur, quam ut ita sentire Lucretium existimem. Lambinus olim existimavit pro *penes* legendum *minus*, quod mihi in mentem etiam venerat, priusquam ipsius commentarios legissem: (ita certe ratio postulat:) sed quia duriusculam ei videtur, corpora prima resident æterna, ideo alio confugit, ut dicat hos tres versus, qui tamen mihi magnopere Lucretiani videntur, tolli posse; vel ita explicandum rō residere, ut privationem ab omni motu significet; et 'penes æterna,' positam fuerit pro 'penes æternitatem.' Sed eam quoque sententiam ipsemet Lambinus sibi non satis probari ibidem ostendit; et merito quidem. Gifanius ita scribit: 'Ita o. v. l. Marull. *perum*, et ita vulg. ac Lamb. *male*. 'residere penes æterna' (quod profundum sibi vocat) et, 'in rerum aspectu ac facie exstare,' opposuisse videtur poeta.' Ex quibus liquide cuivis conatere possit, vim sententiæ nulla omnino ratione assecutum eum esse. Sed ubi illud tandem apud Lucretium, ut 'profundum' pro æternis

sumatur? querat modo. Nam nos rō 'profundum' in hoc ipso libro pro *infinito* sumi scimus. Dein, quis dubitet omnia corpora, non modo simplicia sed et concreta, esse in infinito? ubi enim esse queant, nisi in infinito, haud sane video. De Latinitate nil dicam, quippe qui legi sciam apud Tertullianum 'penes' pro 'in,' 'Infantes,' inquit, 'penes Africam Saturno immolebantur palam usque ad,' &c. In Apologetico c. 90. Sed missa hæc facio; neque enim id agitur utrum res sint 'in profundo,' seu 'penes æterna,' quod nihil est; sed hoc Lucretius ait, corpora quæ in concretis perire videntur, non perire tamen, neque ideo minus æterna esse: quod videre debuerat Gifanius. Itaque ut ingenne dicam quod sentio, pro *penes* legendum necessario arbitror *minus* aut *perum*, ut in vulgatis. Denique etsi nullam exemplum præferri possit, in quo *residere* positum fuerit pro *esse*, non continuo sequitur errare illum qui ita existimat. Certe Lucretius 'manere' plurimis locis usurpavit pro 'esse' simpliciter. At si frequentia exemplorum probasset, ea de re dubitarem. Sed ut res tota qua de agitur perspicue magis appareat, pauca quædam addi necesse est. Vult probare Lucretius mortem ipsam nil prorsum in corporibus primordialis ad nihilum redigere, sed ab ea situm modo, figuram, et alia id genus mutari: Nec sic interimit mors res, ut materialia corpora conficiat, inquit, i. e. destruat, consumat: sed tantum cœtum dissipat: inde (i. e. ex iis corporibus) aliæ aliis conjungit, et efficit, omnes res ut convertant formas suas, et capiant sensus, (animantur,) et puncto tempore reddant, (i. e. moriantur, nam hæc ad animalia præsertim pertinent) ut nosca plarimi referre, &c. Et ne putes prima corpora ideo minus æterna esse, quod illa in concretis fluctuare

videntur, modo nasci, modo interire; qui enim nasci illa et interire putant, falluntur. Nam ex oculis nostris subducuntur per iterum *συναριθμῶν*, sed non pereunt; quippe ad cetera primordia reducuntur, seu 'ad sua sæcula,' ut mox loquitur, 'recedunt,' donec motu sibi ingenito in cætus novos redeant, &c. Quod dixi antem de positura et collocatione, potest id, a simili, ex litterarum elementis probari, &c. An itaque nunc, lector, tres illos versus tollendos esse putabis? *Fab.* Lambinus in omnibus libris invenit scriptam, *Neve putes æterna penes, &c.* Atque hanc scripturam quidam interpretatur: 'Neve putes corpora prima posse residere penes profundum immensum:' nulla, aut certe absurda sententia. *Turnebus penes æterna residere* sic explicat, 'in æternis textis remanere.' Lambinus, 'Neve putes corpora prima residere posse penes æternitatem omni motu privata.' Idem aliquando putavit legendum minus pro *penes*: et tandem conjectando fessus versus hunc cum duobus sequentibus rejicit. *Æterna penes*, in ipsis penetralibus, *Palmerius*. Nescio quis dicit hic nihil sollicitandum, 'Penes' i. e. penes nos, et 'minus' subintelligitur. In his versibus explicandis multas est *Faber*, aliorum sententias rejicit, suamque his verbis exhibet. Locus omnino difficilis, &c. Hæc *Faber*, versibus immeritis nimis favens. *Lego* autem, *Neve putes æterna minus, &c.* et vs. 988. subjungo: placet ista conjectura, et scio alios interpretes nihil melius protulisse. *Creech*. Neque mihi displicet, multa enim in *Mss.* *Lucretii* loco suo sæpius mota sunt. *Hav.*

1010 *Fluitare*] *Jactari*, vel *exstare*: *ἐπιπολίζω*. *Lamb.*

1012 *Quintiam*] *Probat* a simili, non ideo minus æterna esse principia rerum, quod modo conjungantur et consociantur, modo dissipantur et

jactentur; et ex iisdem principiis nunc hoc, nunc illud gignantur: eam eorum ordo mutetur duntaxat, et positura, et motus, et similia. *Lamb.*

*Quæque*] *Elementa litterarum*. *Lamb.*

1014 *Namque eadem*] *Viginti tria elementa litterarum*. *Lamb.*

1016 *Si non omnia ætæ*] *Si non omnia litterarum elementa sint consimilia*. *Lamb.*

1017 *Discrepitant hæc*] *Lego discrepitant hæc*, non *discrepitant sæ*, ut est in libris vulgatis. non enim loquitur de rebus, sed de elementis et nominibus, quæ ex litteris constant. *Lamb.* *Litterarum elementa*. al. *res male*. Hanc emendationem *Lambini* iudicio debemus. *Fab.* et *Creech*. Forsan *discrepitanter*, ut mutetur genus; licet modo 'omnia' dixerit. *Hav.*

1022 *Nunc animum*] *Nunc aggregiens ad probandum, non unum esse mundum, sed innumerabile, quia hæc sententia abhorret ab opinionibus et sensibus hominum, utitur προθυρασι* seu *προθυραστῶν*, i. e. præmunitione, et animorum præparatione hujusmodi: nihil esse tam facile et credibile, quin id initio difficile ad credendum videatur: nihil contra tam admirabile et incredibile primum, quod non paulatim desinant homines mirari. *Reddit* auditorem, seu potius lectorem attentum, cum se de rebus novis et magnis pollicetur esse dicturam. *Hac* de re sic *Diog. Laërtius*: 'Ἄλλὰ μὴν καὶ κόσμοι ἐπιπολίζουσιν, εἴθ' ὄμοιοι τούτοις, εἴθ' ἀνόμοιοι. ἄτε γὰρ ἡρώμοι, κτεροὶ ὄδοι, ὡς ἔπρὶ ἀπεδείχθη, φέρονται καὶ πῶρφατόμοι. οὐ γὰρ καθ' ἡμέρανται αἱ τοιαῦται ἡρώμοι, ἐξ ὧν γένοιντο κόσμος, ἢ ὅθ' ἂν ἂν κοπιέσθῃ, οὐτ' εἰς ἕνα, οὐτ' εἰς πεπερασμένους, ὅτε ὄδοι τοιοῦτοι, ὅτε ὄδοι διάφοροι τούτοις. ἄτε οὐδὲν ἐμποδίζον ἐστὶ πρὸς τὴν ἀπειρίαν τῶν τοιούτων κόσμων.' i. e. 'Porro autem etiam mundi sunt innumerabiles, sive huic similes, sive dissimiles.

Nam et atomi, cum sint infinitæ, ut paulo ante demonstratum est, feruntur vel longissime. Non enim consumptæ tales atomi, ex eo tempore, ex quo natus sit mundus, aut ex quibus concretus sit, neque in unum, neque infinitos, neque qui sunt tales, neque qui sunt his dissimiles. Quare nihil obstat, quo minus talium mundorum sit infinitas. Innumerabileis autem mundos esse putavit et Democritus: quod testatur Marcus Tullius lib. 1. de Fin. 'Infinitio ipsa, quam ἀσέπτες vocant, tota est a Democrito: tam innumerabiles mundi, qui et orientur, et intereant.' Idem Lucillo: 'Et ais Democritum dicere innumerabileis esse mundos.' Idem ultima epistola libri noni: 'Ille varo te putabat quesiturum, num unum cælum esset, an innumerabilia.' varo autem, non dare, ut vulgo legitur, i. e. stolidus, a *varia*. Lamb. Plures esse mundos, eosque et nasci docet et interire. *Fab.* Seminibus jam rite preparatis, et motu instructis demandat opus, quo nihil certe majus, nihil prudentius, aut augustius: alios terrarum orbes, alia astra, alios soles, innumeros denique mundos in spatio infinito ædificat. Novum hoc quidem et incredibile, at non ideo rejiciendum: modo Memmius attendat argumenta, et rem ipsam aliquamdiu contempletur, minus insolens et admirabilis quotidie apparebit; multa enim sunt prorsus stupenda, quibus assueti homines non amplius suspiciunt, vs. 1025. ἀλλὰ μὴ καὶ ἑδύμοι ἄστροι εἰσιν, οἷο' ἑμοιοὶ τοῦτο εἰς ἀρόμοιοι. Epicurus ad Herodot. *Creech.*

1023 *Vehementer*] Anapæstus pro spondeo: ut apud Horat. Epist. 2. 2. 120. 'Vehemens et liquidus.' vel lege, *vehementer*. Lamb.

1027 *Nec tam mirabile*] Mire hic locus fuerat depravatus ab iis hominibus, qui, dum plus videre, quam alii, videri volunt, faciunt ut nihil videre judicentur. Nam cum libri

veteres ita haberent, ut ego excudendum curavi, vocem *Principio* transtulerant in versum sequentem: adverbium autem *Paullatim*, a quo initium capere debet versus tertius ab illo, 'Nil adeo magnum,' &c. posuerant in secundo pede ejus versus, qui ab illo eodem secundus est: quo facto tota hujus loci sententia obscurabatur, et corrumpebatur. Sic enim in omnibus libris legitur, *Mirabile quicquam Quod non paullatim minuant mirarier omnes. Principio cæli clarum, &c.* (nisi quod in quibusdam sic legitur, *Quod non paullatim minus fiat mirabile cunctis*) plane mendose. Nunc verborum ordiue restituito, sententia planissima est. hoc enim sentit Lucret. ab hoc loco, itemque 'Nil adeo,' &c. Et similiter nil adeo magnum est, nec quicquam tam mirabile principio, id est primo, quod non desinant omnes paullatim mirari: verbi gratia, hunc cæli clarum purumque colorem, &c. desierunt mirari. Quod autem homo barbarus legit, hæc optima et antiqua scriptura rejecta, *quod non minus fiat; mirabile cunctis, &c.* vel ex hoc solo, cujus ingenii aut judicii sit, autem judicare licet. Non pigebit autem hoc addere, pro *mirabile quicquam*, fortasse legendum *mirabile quicquam*. Lamb.

1028 *Quod non minus fiat*] Ita ex veteribus libris scripsi. In aliis et Volgatis: *minuant mirarier omnes.* Cf. *Quod non minuant mirarier omnes.* Alii Codd. exhibent, *Quod non minus fiat mirabile cunctis*, et pro *mirabile quicquam* in priori versu Lambinus legit *mirabile quicquam. Minuant mirarier*: Ter. Andr. 2. 3. 18. 'Nec tu ea causa minneris hæc quæ faciæ.' *Creech.*

1035 *Aut minus ante quod auderent, &c.*] Sic habent omnes fere, quos quidem viderim, libri et manuscr. et impressi, præter unum veterem, in quo scriptum est *auderent*, plane mendose. nam hujus versus hæc senten-

tia est : aut quid homines minus sperarent, sen crederent fors ? vel aut quid magis esset incredibile, atque inexpectatum ? hoc etiam varietatis est in libris veteribus, quod nonnulli habent *quod auderent*. quod ferri potest, ut sit hic ordo : magis mirabile, aut quod fore gentes minus credere auderent, &c. *Lamb.* Quidam veteres : *auderent*. *Gif.* *Ante quid* *Lambinus.* Et sequentem versum ita legit, *Nulli ut opinor ita hæc species miranda fuisset* *Quam tibi*. Sed aliam lectionem sequor, utpote longe potiore, *Nil ut opinor, ita hæc species miranda fuisset*. Sequentem autem versum ita emendat *Faber*, *Quom* (i. e. cum) *tibi jam nemo fecus, &c.* quæsi diceret, 'Et tamen (ita assueti sunt oculi huic spectaculo) nemo hodie dignatur suspicere in cælum.' Illud autem 'Tibi' (Servii voce utor) vacat : ut 'mihi' apud *Virg. Georg. 1. 45.* 'Jam tum mihi Taurus aratro.' *Cresch.*

1086 *Nihil, ut opinor*] Ita ex veteri codice malui. In aliis : *Nulli, &c.* *Gif.* *Nulli, ut opinor, &c.* Aliarum editionum lectionem sequor, utpote longe potiore, *Nil, ut opinor ; ita hæc species miranda fuisset.* *Fab.*

1087 *Quam tibi*] Utpote philosopho. *μίλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο πάθος, τὸ θαυμάζω.* ut ait *Plato*, i. e. 'valde enim philosophi proprius est hic affectus, videlicet mirari.' quamvis aliter sentiat *Horatius* *Epist. ad Numicum 1. 6. 1.* 'Nil admirari prope res est una, Numici, Solaque, quæ possit facere et servare beatum.' notet lector hoc loquendi genus, 'nulli ita miranda, quam tibi,' pro tam miranda, quam, vel ita, ut : quod et alibi ab eodem usurpatur : sed non dissimulabo, me totum hunc locum sic impressum, scriptum, ac distinctum reperisse in codice *Bertin.* manuscripto, et in uno vulgato *Basileæ* impresso apud *Henricum Petrum* anno *MDCCXXXI.* *Nil, ut opinor, ita hæc species miranda*

*fuisset. Quam tibi jam nemo fecus satiate videndi, Susplicere, &c.* Cujus lectionis sententia plana est neque incepta, nisi quod duriascula videtur, propter tautologiam. Ita enim procederet verborum series, et eorum sententia hæc esset : quid poterat his rebus magis mirabile dici, aut minus credibile gentibus ? nil, ut opinor, subintell. magis mirabile, aut minus credibile poterat esse, ita hæc species miranda fuisset. sequitur nunc alterum æque durum : Quam tibi videndi satietate fecus nemo in cæli lucida templa suspicere dignatur. Verum tamen hanc lectionem non solum non damno, atque improbo : verum etiam ei quam secutus sum, tametsi aliquot librorum et veterum et recentium auctoritate confirmatam, antepono. *Lamb.*

*Quam tibi jam nemo fecus satiate videndi Susplicere in cæli dignatur lucida templa*] Locus depravatus : neque enim ullius hominis esse potest, qui Latine sciat, ad hæc modam loqui : 'nemo suspicit hanc speciem in cælum.' Legendum itaque *Quom* (i. e. cum) *tibi jam nemo fecus satiate videndi Susplicere in cæli dignatur lucida templa.* Quæsi diceret, 'Et tamen, (ita assueti oculi sunt huic spectaculo,) nemo hodie dignatur suspicere in cælum.' Illud autem *Tibi* est *παρόλεον* more *Attico* : quod apud meliores scriptores pervulgatum est et tritam. *Fab.*

*Satiare*] I. e. satietate. idem *5. 1390.* 'Hæc animos ollis mulcebant atque juvabant Cum satiate cibi.' *Attius* : 'Quorum crudelitatem nulla umquam explet satias sanguinis,' ex *Nonio*. et *Q. Septimius* : 'Dein ubi satias omneis tenuit,' &c. Idem, 'neque prius finis factus, quam Græcos satias, et ad postremum fatigatio incessit.' *Ter. Eunuch. 5. 6. 3.* 'ubi satias cepit fieri, commuto locum.' et quidam vetus poëta apud *M. Tull.* lib. 3. de *N. Deor.* 'aut quænam



numquam ob mortem Myrtili pœnis luendis dabitur satias supplicii?' *Lamb.* Hunc ipsum versum laudat Nonius in voce *Satias*, docetque Accium, Varronem, Lucellium, Salustium, et Terentium eadem voce usus fuisse. In sequenti versa pro *in oculis* alii legunt *hinc cœli*. Creech.

1040 *Exspere*] Sic quidem habent omnes fere codices; ego tamen malim legi, *Respuere*. *Lamb.* Sic omnes fere Codices; Lambinus tamen amat *Respuere*. Creech.

1042 *Dede manus*] Da manus: facere te victum veris. Cæsar lib. 5. 'Tandem dat Cotta manus.' Ovid. de A. A. 'Scribe; dabit victas ferrens ille manus.' translatum a re militari. sic infra eodem lib. 1127. 'Nam certe fluere ac decedere corpora rebns Multa, manus dandum est.' et M. Tullius Epist. ad Attic. 2. 'Aiebat illum primo sane diu multa contra: ad extremum manus dedisse.' Idem in Læl. 'Atque ad extremum dat manus, vincique se patitur.' Symmachus in Epist. 'Cum ipsum Annibalem fides certa sit bello invictum manus Campaniæ dedisse.' *Lamb.*

*Acingere contra*] I. e. eam oppugna. Plaut. Amphitr. 1. 1. 152. 'cingitur. certe expedit se.' ductum item a re militari. *Lamb.* Horat. Ep. 7. 1. 'Tandem efficaci do manus scientiæ.' *Fab.*

1043 *Quærit enim ratione animus, cum summa loci sit Infinita foris, hæc extra mœnia mundi; Quid sit ibi porro quo prospicere usque velit mens; Atque animi tactus liber quo pervehit ire*] Quidam perperam, contra veteres libros, hos versus quatuor delent. Ego eos ex veteribus libris emendare conatus sum. *Loci*, i. e. iuanis. Mox *ratione* malui ex quibusdam libris. In aliis: *rationem*. De 'ratione animi,' vide Indicem. Forte: *ratio animi*. Gif.

*Quærit enim rationem*] Hunc versum cum tribus deinceps sequentibus delendos censeo, ut adulterinos.

quos si lector eruditus attentius considerabit, eum facile mihi assensurum arbitror. sunt enim inepti, atque inanes, et verbis et sententia. Atque ut cetera omittam, nomine absurdum est, ita loqui, animus rationem quaerit, quid sit extra hæc mœnia mundi, quo animi tractus ire pervehit? tam versus ille, qui sequitur, *Atque animi tractus liber quo pervehit ire*, non uno modo legitur. alibi enim, ut in Florentinis et Aldinis recentioribus; *Atque animi injectus liber quoquo volet ipse*: in aliis, *Atque animi tractus liber quoquo velit ire*: in aliis, *Atque animi tactus liber quo pervehit ipse*: in aliis, *Liber quo pervehit ire*. Præterea in quibusdam libris versus primus ita legitur, *Quærit enim ratione animus, &c.* ut facile appareat, ab aliquo arrogante atque indocto esse inculcatos, quasi aliquid deesset. Cum hæc scripserissem, homo barbarus hos versus asserere manu instituit. sibi habeat, licet. non equidem video: ne miror quidem. *Lamb.* Hunc versum et duos deinceps sequentes ineptissimos iudico; quod et Lambino visum est; neque alii cœllibet, qui sapient modo, aliter visum iri confido. *Fab.* Hoc totum Lambinus pro adulterino et spurio delet. Gifanius retinet ex Mss. sic correctis: et animi tactum (nam alii libri *tractus*) ut alibi 'corporis tactum,' pro ipso animo et ipso corpore dici observat. Sed verba Lucretii, ex quibus 'tactum corporis' educit, lubrica sunt, et aliter in melioribus codicibus habentur: Cloerionis autem de tactu interiore doloris ac voluptatis nihil huc pertinet. Nonnulli ediderunt: *Animi injectus liber quoquo velit ipse*. Verum videtur: *Quid sit ibi porro, quo prospicere usque velit mens, Atque animi tactus liber quo pervehitare*. Sive malis, *animi injectus*: ut supra hoc ipso libro: 'In quæ corpora si nullus tibi forte videtur Posse animi injectus fieri.' Tale autem vocabulum, sive *jectus*,

sive *injectus*, hic requiri demonstrat Cic. lib. 1. de N. D. ‘si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis; in quam se injiciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut nullam omnino oram ultimam videat, in qua possit insistere.’ Satis apparet Ciceronem et Lucretium, quum tam congruentia scriberent, hunc locum ex eodem fonte hausisse. Έπιβολὰς vocat Epicurus in epistola ad Herodotum apud Diogenem Laërtium: Κατὰ δὲ ταύτην τὴν συνημμένην (εἰρησὺ ἐν ἡμῶν) τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἔχουσαν. Rursus: ἐπεὶ τόγχε θεωρούμενον πᾶν, ἢ κατ’ ἐπιβολῆν λαμβανόμενον τῇ διαβολῇ. Iterum: καὶ ἐπιβολὰς μὲν ἔχοντα ἴδιαις πάντα ταῦτά ἐστι καὶ διαλήψεαι. Item: κατ’ ἐπιβολὰς δ’ ἂν τις, παρακολουθούτος τοῦ ἄθροῦν, ἕκαστα προσεγγουθεῖη. Denique, eis τὰς τοιαύτας ἀναδύοντες ἐπιβολὰς. Noster qui nudum *injectus* vocabulum ita ponere non auderet; ut mollius acciperetur, addidit *anixi*. ‘Pervolitare’ autem Lucretii et Virgilii ad imitationem placuisse olim notatum est. Gron. Obs. 1. 7. De quatuor hisce versibus litigant Interpretes, dum alii fastidiant, quos alii amplectuntur. Ego quidem nec absurdos esse video, nec inutiles; explicant enim futuræ disputationis argumentum; idque non inepte, si modo ita ut edidi legantur. Fayus legit *Quærit enim ratio ne animi*, i. e. ‘an animus inquirat, aut dubitat?’ et quarto versui notam interrogationis subjungit. Non opus est isto acumine. Creech.

1044 *Extra*] Quidam libri: *extera*. Vide supra. Forte legendum: *forte hæc extera*. Gif.

1046 *Tactus*] Sic ex veteribus libris restitui. Vulgati: *tractus*; male. In quibusdam libris, pro *ire*, *ipse*. In quibusdam libris: *pervellit*; non male. Vide Indicem: ‘*Tactus*.’ Gif.

*Pervolet ipse*] Scripsit forsitan poëta

*Pervolet usque*. Hav.

1047 *Principio nobis*] Ex eo quod spatium vacuum atque inane omni ex parte est infinitum, et corpora infinita, probare conatur, innumerabileis esse mundos, et attende, lector, eam hinc capere initium hujus rei probandæ. Frustra igitur dicuntur illa supra, ‘Cum summa loci sit Infinita foris hæc extra mœnia mundi,’ &c. *Lamb*. Infinitum esse spatium, et in illo spatio infinita semina volitare, si Epicurum audias, certum est: at in hunc, quem nos incolimus, mundam omnia ista infinita semina non coaluerunt; quid ni igitur credamus semina in alia spatii infiniti parte compages huic nostro mundo vel prorsus similes vel dissimiles componere, præsertim cum eadem natura ubique regnat, et in omnibus spatii infiniti partibus eodem jure titur? Hoc argumentum vs. 19. continetur. Αἱ τε γὰρ ἀτομοὶ, ἄπειροι ὄντες, φέρονται καὶ πόρην τοῦτον, καὶ ἄλλωδες ἄλλω εἰς ἀπεργασίαν κόσμων ἀπειρων σωφρονονται· οὐ γὰρ κατατρέχονται αἱ τοιαῦται ἀτομοὶ (ἐξ ἑν ἂν γίνοντο ὁ κόσμος ὅστος, ἢ ἐξ ἑν ἂν ποιηθείη ἄλλος) οὐτ’ εἰς ἕνα, (ita legit Meibomius) οὐτ’ εἰς πεπερασμένους, οὐδ’ ὅσοι τοιοῦτοι, οὐδ’ ὅσοι διάφοροι τοῦτοι, ὥστε οὐδὲν τὸ ἐμποδίζον ἐστὶ πρὸς τὴν ἀπειρίαν τῶν κόσμων. Epicurus ad Herodot. Creech.

1049 *Uti docui*] Lib. 1. 957. ‘Omne, quod est igitur, nulla regione viarum Finitum est.’ *Lamb*.

*Vociferatur*] Clamat, *Bof.* sic 3. 14. ‘Nam simul ac ratio tua cepit vociferari,’ &c. *Lamb*.

*Profundi*] Ita vocat Infinitum, vide vs. 1094. *Fab.* et *Creech*.

1052 *Undique cum versum*] Sic habent quidem omnes libri et veteres, et recentiores. Sed videtur legendum, *Cum quoque versum*, seu *versum*: vel sic, *Quoquo cum versum*, seu *versum*. Nam ‘*versum*,’ seu ‘*versus*,’ seu ‘*versum*,’ usitatus cum adverbii motum significantibus jungitur.

‘Quoquo versus’ autem valet quamque partem versus. Sed sic argumentatur Lucretius: Summa rerum est infinita, i. e. et inane infinitum, et corpora prima infinita. non igitur verisimile est, hunc unum mundum esse creatum. nam si ita esset, corpora prima infinita, quæ moventur in inani infinito, extra hunc mundum scilicet, qui ex corporibus primis fortuito genitus est, essent otiosa, nihiloque crearent. Hoc falsum: ergo et illud. *Lamb.*

*Undique cum versus*] Ita omnes libri. *Mirror*, cur *Lambinus*: *Cum quoquo versus*. *Gif.* Sic quidem omnes libri: malit tamen *Lambinus*: *Cum quoquo versus*, vel *versus*, aut, *Quoquo cum versus*: quia illud *versum* vel *versus* vel *versum* usitatus cum adverbis motum significantibus jungatur: *Gifanio* nihil nisi mirante. Vereor ut *Lambinus* satis expresserit mentem suam: voluit enim, cum particulis motum a nobis, non ad nos, significantibus. Nec tamen hæc sufficit ratio ad aliquid mutandum. In contrarium ecce *Varro* lib. 4. de *L. L.* ‘*Curtium*, virum fortem, armatum eacendisse in equum, et a *Concordiæ* versus cum equo in eum præcipitatum.’ Hoc est, ita ut *Concordiæ* ædem a tergo haberet. *Scaliger* conjicit, ad *Concordiæ conversum*: quia *Livius* facit *templa Deorum immortalium*, quæ foro imminet, *Capitoliumque* intuentem. Sed nota in hoc numero *Concordiæ*, sola ut appellari meruerit? *Scioppius* quoque tamen edidit: ad *Concordiæ versus*. Offendit ambos idem, quod *Lambinus* in *Lucretio*. *Justinus* ex *Trogo* lib. 44. ‘*marinæ auræ* antiqueverus adsidui status.’ Ubi etiam vexarunt: sed recte defendit *Berneggerus* ex *Appuleio* *Lib. 4. Met.* ‘*ne cauda quidem et auribus cruribusque undiqueversum elevatis.*’ In *Apologia*: ‘*cum undiqueversum tabulis*

*Delph. et Var. Clus.*

*flagigaretur.*’ *Gron. Obs. 1. 7.* Ita omnes libri: *Lambinus* tamen legit *Cum quoque versus*. Istamque lectionem, ut et omnia inepta, *Fayus* approbat. *Cresch.*

1054 *Æterno motu*] Est enim ingenuus atomo motus. *Fab.*

1058 *Offensando*] I. e. occursando: supra eod. lib. 223. ‘*Nec foret offensus natus.*’ *Lamb.*

1059 *Frustraque coacta*] I. e. ita coacta, ut nihil omnino gignere possent: reperitur autem hæc scriptura in quatuor libris manuscriptis. *Lamb.* Ita veteres. In quibusdam tamen: *frustraque jacta*. *Marallus*, et *Vulgati*: *jactataque frustra. frustra quoque jacta*. *Gifan.*

1060 *Tandem cooluerint ea*] Cum reperissem in libris scriptis partim *colarint*, partim *coierint*, partim *coierunt*, *cooluerint* repositi: quæ scriptura perspicue vera est. *cooliscere* autem valet concrelescere, et coagmentari, seu (ut quidam volunt) coamentari, et coire. *olescere* enim (ut docet *Festus*) valet crescere. quo verbo utitur idem *Lucret.* infra eod. lib. 1123. ‘*Donicum olecendi summum tetigere cacumen.*’ ubi tamen quidam legunt *olecendi*, non recte. Quemadmodum apud *Arnobium* mendose non semel legitur *coalita*: cum sine dubio legendum sit *coolita*, sic enim ductum ‘*coolitum*’ a *coolisco*, ut ‘*concretum*’ a *concreresco*. In ‘*cooluerint*’ autem duæ vocales *oo* coalescant in unam syllabam longam, ut lib. 5. 343. ‘*atque oppida cooperuisse.*’ Si quis tamen pertinacior *coierint* retinere volet, non pugnabo: quamquam prima hujus verbi syllaba brevis est. *Lamb.* *Lambini* conjectura perspicue vera; in lib. *colarint*, *coierint*, &c. ‘*cooluerint*’ autem, concreverint. *Fab.*

*Tandem coierint*] Ita Veteres quidam. In aliis Veteribus: *colarint*, *coartant*, *coartarint*. *Marullus*, et *Vul-*

*Lucret.*

4 F

gati: *coierunt*. Lambinus: *coolerunt*. Ego veteres libros expressi; ut ait Anapæstus secundo loca. *Coitus* vox in hac re Lucretio est familiaris. *Coalerunt* etiam recipere, quia ad veteres libros accedit; et ob verbum præcedens *coacta*, ne videatur Poëta *βαρτολογεῖν*. Giffen. Cicero in eadem vicinia et ex eodem ore: 'Docuit enim nos idem qui cætera, natura esse effectum mundum.' Illud *coierunt* ex Mæ. expressisse ait Giffenianus, ut ait anapæstus. At sic *coierunt* Marulli retinendum fuisse, quod refutat reliqua oratio. Rectius in Indice tribrachyn vocat. Sed hunc pro dactylo posuisse Lucretium non persuadet. Loca, quorum exemplo nititur, in vitio sunt: neque enim aut *fera voluntas* aut *cum ventis gerere bellum*, sic terminato versu, scripsit auctor. Lambinus ex conjectura, *coolerunt*, tolerabilius ad legem metri. Sed censeo scribendam: *concoerunt*. Cum reddidisset librarius, *coerit*, tribus literis, ut passim in membranis videre est, per virgulas superpositas significatis, qui eum sequebatur, *coierunt*, accepit. Frequens autem hoc ea in se auctori. l. 846. 'de terris terram concresecere parvis.' 5. 796. animalia 'Imbris et calido solis conereta vapore.' Et passim apud Diogenem *εὐσπυρον* habes. Nota porro, decrero, decrerim, decresse etiam apud Cic. et Liv. Fortassis et sequenti versu permisit sibi, ut scriberet: *fuertunt exordia semper*. Vel, ut *quis conjecta, &c. fuerint*. Gron. Obs. l. 7.

*Conjecta*] Sic infra: 'Conjicere,' &c. Giff. In unum locum scilicet: l. c. congressa, collecta, coacta, compulsa in concilium. Quidam legunt *collecta*, seu *collecta*, ego tamen nihil mutavi. nam et infra mox ita loquitur, et alibi utitur verbo hinc contrario, 'disjicere' pro dissipare: et 'disiectus material' similiter apud eundem legitur, cui opponitur 'con-

greasus et concilium material.' Lamb.

*Conjecta repente Magnarum rerum fuerunt exordia semper, Terræ, maris, et cæli, generisque animantium*] Pessime: neque enim SEMPER cum REPENTE convenire potest. Errorem autem ut viderent Interpretes, certe scripturam varietas satis efficere debuerat. Hic enim versus in 5. 430. repetitus fuit, sed nove etiam mendo deformatus. Sic enim ibi legitur: *Tandem conveniant ea, que conjuncta, repente Magnarum rerum sunt exordia sæpe*. Sed et hic et illic scribendum est, non *semper*, non *sæpe*, sed *nempe*. *Magnarum rerum fuerunt exordia, nempe Terræ, maris, et cæli, generisque animantium*. Vitium autem ex compendiarie scribendi ratione natum est. Nam pro *nempe* scribebant *sæpe*, unde procederunt illud 'sæpe,' quemadmodum ex 'sæpe' τὸ 'semper' procreavere. Faber. At vero ista tintinnia 'Conjecta repente' 'Exordia nempe' quam auris pati potest? Cresch.

1064 *Esse alios alios terrarum in partibus*] Series verborum: *Esse alios orbis terrarum in aliis partibus τῶν κερτρῶν scilicet*. Faber.

1065 *Avido*] Vasto, ingenti. sic 6. 290. 'Inde avidam partem montes, silvæque ferarum Possedere.' Lamb.

1066 *Præterea cum materies, &c.*] Præterea cum materies satis multa est, eaque parata, et accommodata ad signendum, id est (ut loquuntur Peripatetici) ad recipiendas formas, et cum locus est, res gignitur. Lamb. Iterum vs. 16. hoc modo arguit. Positis omnibus ad rem aliquam producendam requisitis; quidni res ista producat? At est sufficiens materies copia, idoneus insuper locus, nec deficit ista vis naturæ, que hæc mundum ex seminibus fortuito occurrentibus composuit; quidni igitur præparatam et sibi obedientem materiam in aliis etiam spatii infiniti partibus conjungat, et cælum, terras, mare,

hominēs, atque animalia producat? Metrodorus dicit, *ἕκαστον εἶναι ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα στέχον γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ* ἔτι δὲ ἕκαστοι κατὰ τὸ πλῆθος δῆλον ἐκ τοῦ ἕκαστου τὰ αἴτια εἶναι· εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος πεπερασμένος, τὰ δὲ αἴτια πάντα ἕκαστα ἐξ ἑνὸς ἕδε ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρου εἶναι. ἔπου γὰρ τὰ πάντα γέγονεν αἴτια, ἐκεῖ καὶ τὰ ἀποτελέσματα. Plutarchus de Placit. Phil. 1. 5. Ita hoc et superius argumentum complectitur Metrodorus familiaris Epicuri. *Creec̄h.*

1068 *Geni debent nimirum*] I. e. gigni. sic autem legendum esse vincit ratio, atque ipsa veritas, quatumvis hic reclamant licet barbari. confirmat hanc emendationem id quod infra non longe ponitur: 'Huc accedit, ut in summa res nulla sit una, Unica quæ gignatur,' &c. *Lamb.* *Geni* Gifanius, qui de hac voce cum Lambino perpetuo litigat; suam sententiam e libris tnetur Gifanius: se defendit Lambinus vs. 1077. 'Unica quæ gignatur,' &c. *Creec̄h.*

*Geni debent*] Lambinus: *geni*; contra omnes libros. *Gifan.*

*Conferi*] Alibi Lucret. et Virg. *Æn.* 4. 116. 'Nunc qua ratione quod instat Conferri possit, paucis adverte, docebo.' *Creec̄h.*

1076 *In summa*] In summa rerum, in omni, in universo. argumento a simili probat, mundos innumerabiles et nasci quotidie, et interire, et hoc modo. Quemadmodum nihil unicum gignitur, neque crescit: sed infiniti homines, infiniti equi, infiniti tauri, &c. et geniti sunt, et quotidie gignuntur; sic et mundi innumerabiles. *Lamb.* Tertium denique vs. 13. proponit argumentum: Res omnes creatas circumspecte, in unoquoque genere plurima, quæ vocant, individua inveniunt; in genere humano homines, in feris feras, &c. Unicum igitur solem, unicamque terram dices? Inepte id quidem, cum sol, terra, cælum, &c.

sint tam interitura (ideo autem genera animalium plurima complectuntur, quia singula intereant, ut isti philosophi affirmant, contra quos disputat Lucretius) quam cætera concreta. *Creec̄h.*

1078 *Quin quoque sient seculi, &c.*] Hos duos versus, contra librorum consensum, circumducere non sum ausus, licet videantur *ἀμωρότεροι*. Alii libri habent: *Quin alio in quovis sunt seculo, multaque.* Gifan. Hic istud, *Quin cujusque sient secli,* Hier. Avanti est, Aldinarum correctoris: nam libri, *quin alio quovis sit seculo,* aut, *alio in quovis.* Nec tamen istud commodius: neque enim 'quisque' est aliquis. Lambinus denuo et hunc et sequentem versum amputat: quod non ausus Gifanius, judicat tamen eos *ἀμωρότεροι*. Sed scribendum ex Vossianis membranis: *Quin aliquis sient secli.* Esse autem Lucretio *secula*, numeros, genera, corpora, turbas, nemo ambigit. At in subsequenti, 'in primis animalibus indice mente,' longe suspectiores hos versus reddidit. Lipsius lib. 5. Epist. quæst. 12. tentat: *in primis, animalibus injice mentem.* Paulo ante diximus de injectu animi. Scio etiam Ciceronis: 'cui deorum ira mentem injecit, ut Milonem laceraret.' Sed neutrum eam conjecturam puto. Legendum: *in primis animalibus, inclite Memmi, Invenies.* Est enim hic Memmius, quem appellat identidem, cui totum opus dedicavit. 3. 8. 'deus ipse fuit, deus inclite Memmi.' Vossianus quoque et tres Florentini pro *genitam* habebant *geminam*: quod et ipsum forte non spernendum. Hoc etiam, inquit, argumentum est multitudinis mundorum: in tota rerum universitate nulla invenitur res, quæ sola et unica suæ formæ sit edita, seque propaget: (neque enim de phœnice videtur credidisse Lucretius:) sed quæcumque sunt, alicujus sunt secli et numeri, et

complures ejusdem generis agnoscuntur. In animalibus maxime, o Memmi, palam vides sic ferarum montivagarum esse non priva et singula diversæ formæ capita, sed aliquod genus plurimorum capitum ejusdem formæ: sic et hominum utrovis sexu intelligis genus esse et multitudinem: sic pisces et volucres uniuscujusque formæ, non singulos, sed genus et copiam. In primis animalibus, est, in animalibus primum. Sic apud Virg. *Æn.* 2. 612. 'Heic Juno Scæas sævisima portas Prima tenet.' In *Georg.* 1. 13. 'Tuque o cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridente.' Errant Servius et Parrhasius, qui Atticam terram ita notant designari, quia Athenienses primam terram suam seque primos homines gloriarentur. Livius 4. 20. 'Romuli spolia, quæ prima Opima appellata, sola ea tempestate erant.' &c. *Gron.* *Obs.* 1. 7. Hic versus cum sequenti Lucretianus non est; quod et interpres vidit. *Faber.* Libros sequitur Gifanius; retinet licet non approbet. Corrupti forsân; at mutilus sine illis locus, ideo omissis aliorum conjecturis, hoc modo corrigendos censeo, *Unica quæ gignatur, et unica solaque crescat Cujuscunque siet seclî; Permultaque eodem Sunt genere: Imprimis Animalibus injice mentem, Invenies sic montivagum, &c.* 'Injice mentem' a Lipsio accipi; et ex his vocibus commoda et digna Lucretio sententia effingi potest. *Creech.*

1080 *Invenies sic montivagum*] Duos versus, sine dubio spurios, inter hunc et versum 'Unica quæ gignatur,' &c. inculcatos, delendos censeo. *Invenies* (inquit) sic feras esse genitas, nempe infinitas, sic homines, sic pisces, et aves. *Lamb.*

1081 *Mutas squamigerum pecudes*] I. e. pisceis. sic sup. eod. lib. 342. duo epitheta posuit ad pisceis significandos, 'mutæque natantes.' Nam

per mutas pecudes, nullo alio addito, significantur simpliciter animalia rationis et sermonis expertia. et 5. 202. 'Quom pecudes mutæ, quom denique sæcla ferarum,' &c. *Lamb.*

*Sic*] I. e. Itidem infinitum. *Fab.* *Genitam prolem*] Nescio quis geminam i. e. utrumque sexum. *Creech.* Ita jam ex *Ms. Lugd. Bat.*

1085 *Unica*] *Unam Ms. Nonii,* qui laudat hunc versum in voce 'Innumerabilis:' at *Ms. isti ne credas. Creech.*

1086 *Quandoquidem vitæ, &c.*] Quoniam cælum, sidera, &c. tam interitura sunt quam cetera concreta. *Fab.*

*Depactus*] *Defixus. Lamb.* 1. 78. et alibi, 'Alte terminus hærens.' *Sua* vi translatione ornatum est, ab agricolarum terminis profectum, qui interdum alte panguntur. Terminum autem transilire nefas et violare: eoque magis si alte defixus loco moveri, longiusque proferri non possit. Hæc translatio Maroni placita est, scribenti *Æn.* 4. 614. 'Et si fata Jovis poscant, hic terminus hæret.' *Turn.* *Adv.* 25. 1.

1087 *Tam manet his, et tam*] Hunc locum restitui a oodicibus manuscriptis admonitus atque adjunctus. Nam cum in eis reperissem scriptum *et tam,* non, ut in vulgatis, *etiam,* facile mihi fuit conjicere legendum *Tam manet his, et tam nativo hæc,* non, ut vulgo, *Tam manet hæc etiam.* ordo autem verborum est: quandoquidem terminus vitæ tam alte depactus manet his, nempe cælo, terræ, soli, et lunæ, &c. et tam nativo corpore hæc constant, quam genus, &c. i. e. quoniam cælum, terra, &c. æque finem habent certum, ratum, et fixum, ad quem cum pervenerint, sunt interitura; et tam nativo constant corpore, quam animantes, &c. *Lamb.*

*Tam manet hæc*] Ita in veteribus quibusdam, et fere vulgatis; in veteribus quibusdam *et Tam.* *Gif.*

1088 *Quod his generatim rebus abum-*

dat] Crescit ex aëre, aqua, calore solis, &c. secundum genera et species soas. *Fab.*

1089 *Qua bene cognita si teneas: natura videtur Libera continuo dominis privata superbis, &c.*] Recte ex positis: Dii enim si ex hisdem principiis consentent, quibus cetera, qua ratione immensum, seu τὸ πᾶν regere possint, ipsi finiti? Dein quo pacto omnia poterunt qui pars tantum totius sunt? Sed hæc deliramenta sunt, dices. fateor. at ponamus τὸ πᾶν esse finitum, et aliorum philosophorum opiniones sequamur; non minus absurda de Deo enascentur; verum aliud est de Diis, aliud de Deo agere. Tum extremam dementiam videri debet, hæc cognitionis nostræ modulo metiri velle, quæ quid sit infinitum nunquam plane comprehendet. *Fab.* Vss. 16. E positis pro more Lucretius in Providentiam impetum facit. Pace et otio Deos olim donavit, quia nihil beatum quod negotiosum: jam vero felix beatumque Numen aliquibus curis distringi posse supponamus; quæ autem vis infinitos mundos regere, quæ solibus, terris, &c. innumeris præsidere valeat? Infinitum enim mundi major sunt provincia quam ut a Deo vel maxime negotioso commode administrari possit. Hæc impius de puillo isto Deo quem homini similem effinxit. Scommate denique, quæ athei communiter utuntur, concludit omnia, et certe felicitas scommate quam argumento contra providentiam pugnatur. Καὶ μὴν ἐν τοῖς μετέωροις φορᾶν, καὶ τροπῆν, καὶ ἑκλείψην, καὶ ἀνατολήν, καὶ δύσιν, καὶ τὰ σὺντοιχα τοῦτοις, μήτε λειτουργοῦντός τινος νομίζων χρεῖναι δεῖσθαι, μήτε διατάκτοτος ἢ διατάξωτος, καὶ ἕνα τὴν πᾶσαν μακαριότητα ἔχοντος μετὰ ἀφθαρσίας ὃ γὰρ συμφανέως πραγματείας, καὶ φροντίδες, καὶ ὄργα, καὶ χρεῖτες μακαριότητι, ἀλλὰ ἀσθενείας, καὶ φόβου, καὶ προσδεχέσθαι τῶν πλησίον. Epicurus ad Pythoclem. *Craeck.*

1090 *Dominis privata superbis*] Diis. *Lamb.* Refer ad illud 'privata dolore,' in l. 60. Ita ut 'privari' in bonam et sequiorem partem sumatur. *Fab.*

1091 *Dis agere expers*] *Dis expers*, i. e. Deorum expers. sic loquitur et Catull. de coma Beren. 'Quicum ego, dum virgo quondam fuit omnibus expers,' &c. quamquam hunc versum sic cum proximo legunt quidam, *Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expressa Unguentis una milia multa bibi.* Sed si nos hic deficit Catullus, Plantam testem citemus. Sic igitur Amphitr. 2. l. 81. 'Eo more expertem te factam adveniensi offendi domi.' Idem Asinar. l. 31. 'Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.' Idem Persa 4. 3. 40. 'ea res me domo expertem facit.' *Lamb.* Usitatius est, *expers alicujus rei*, quam *re*; sed tamen ita Salust. et Plantas sæpiissime. *Fab.*

1092 *Nam (pro sancta, &c.)* Iterum exclamat non sine stomacho, quasi fieri non possit, ut ulla vis, ullave providentia hanc mundi fabricam regat. Sed errat Epicurus, et cum Epicuro Lucretius. *Lamb.*

1093 *Quæ placidum, &c.*] Sic 5. 83. 'Nam bene qui didicere Deos secunram agere ævum,' &c. *Lamb.*

1094 *Quis regere immensi summam, &c.*] Sic Velleius apud M. Tull. lib. 1. de N. Deor. 'Quibus enim oculis inventi potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo atque ædificari mundum facit: quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt?' &c. *ibid.* 'Sive enim ipse mundus, Deus est, quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cæli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum est: sive in ipso mundo Deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes tem-

porum, rerum vicissitudines, ordinesque conservet, terras et maria contemplans, hominum commoda, vitasque tueatur; ne ille est implicatus molestis negotiis et operosis.' Ad priorem illam Ciceronis locum pertinent illa Lactantii, seu Latatii Firm. ex lib. 2. de origine erroris: 'At idem quoties Epicureus est et non vult a Deo factum esse mundum, quaerere solet, quibus manibus, quibus machinis, quibus vectibus, quæ molitione hoc tantum opus fecerit.' Cum hoc autem Lucretii loco congruit illud ejusdem ex lib. 1. 152. 'Quippe ita formido mortaleis continet omneis,' &c. et illud ex eod. 1020. 'Nam certe neque consilio primordia rerum,' &c. et illud ex hoc lib. 167. 'At quidam contra hæc ignari,' &c. Hac eadem de re sic Laërt. *Και μὲν ἐν τοῖς μεταφύροις φασὶν, καὶ τροπῆν, καὶ ἑκείων, καὶ ἀνατολῆν, καὶ θέσιν, καὶ τὰ σὺντοιχα τοῦτοις, μήτε λειτουργοῦντές τινας νομίζουσι χρῆναι δεῖσθαι, μήτε διαπέμποντος, ἢ διατρέξαντος, καὶ ἕμια τὴν πᾶσαν μακαρίστηγα ἔχοντος μετὰ ἀφροσύνας. οὗ γὰρ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι, καὶ φροντιστεῖς, καὶ ὄργανα, καὶ χάρητες μακαρίστηγι, ἀλλὰ ἀσθενεῖς, καὶ φέβου, καὶ ἀπροσέθετοι τῶν πλησίον. i. e.* 'Atqui in his quæ sublimia et superna sive supra dicuntur, motum ex loco ad locum, solstitia, defectus solis, et lunæ, ortum, occasum, et his similia, non esse existimandum quoquam administratore egere, neque gubernatore, aut aliquo qui ea ordine digerat, aut digessisset, qui idem omnem beatitudinem cum immortalitate obtineret. Non enim congruunt molestiæ, et curæ, et iræ, et gratiæ, cum beatitudine; sed cum imbecillitate potius, et metu, et indigentia opis alienæ.' Lamb.

1096 *Indu manu*] I. e. in manu. sic sup. lib. 1. 89. 'viamque Indugredi cœleris.' et sup. hoc lib. 101. 'At non esse tamen perplexis indupedita.' et 4. 848. 'Indugredi porro pariter

simulacra, pedemque Ponere,' &c. ibidem: 775. 'Quippe ubi prima perit, alioque est altera nata Indu statu.' et 5. 108. 'Nec jacere indu manus, via qua munita fidei Proxima.' et 6. 890. 'Quod genus indu mari spirat fons dulcis aquai.' Licet tamen etiam *endo manu* legere, et *endogredi*, et *endopedita*, et *endo manus*, et *endo mari*: ut nonnulli volunt. Neque tamen in hoc eis assentior, quod negant veteribus usurpatum esse 'indu' pro ia. Refellit enim eos et grammaticorum veterum auctoritas, in his Probi: et liberorum veterum consensus. Lamb.

*Endo manu*] Ita in vet. cod. *Gif*. Plures tamen hic *indu*, quod et defendit Voss. de Arte Gramm. 2. 26. Eunii quoque illud adducens Annal. lib. 17. 'Indu magno fluctus extollere certant.' Hav.

*Moderanter*] *Διὰ κράτους*, ita ut moderetur. Fab.

1096 *Cœlos*] Non memini me legere apud quemquam veterem scriptorem, τὸ *cœlos*; ea enim vox semper *ἀνωκῆς* dicitur, ut ait Cornelius Fronto apud Agellium lib. 19. Sed Epicuræ sectæ scriptores, qui infinitos mundos statuebant, necesse habuerunt dicere *cœlos*; idque *ἀνωκῆς*, nam et cœlus et cœlum vastiores arbis scriptores usurpare. Fab. Quia infinitos mundos statuebant Epicurei, hinc factum esse ut Lucretius Epicureus τὸ *Cœlos* numero multitudinis, quæ vox *ἀνωκῆς* semper dicitur teste Frontone Cornelio apud Gellium 10. 8. Tanaquillus Faber ad Lucretium observabat ingeniose. τὸ *Cœli* tamen *πληθυστικῶς* occurrit in hoc versu vetustissimi poetæ. 'Jupiter in Cœlis, Cœsar regit omnia Terris.' Menagius. Creech.

1097 *Suffire*] Vaporare, suffraginigare. Item 4. 1168. 'Et miseram tætris se suffit odoribus ipœa.' et Virg. Georg. 4. 241. 'Et suffire thymo, terrasque recidere imbecis'



*Lamb.* Vaporare, calfacere. *Fab.*

1099 *Caligae aereum concutiat sonitu]* Ex Ter. in Enn. 3. 5. 43. 'Qui templa cœli summa sonitu concutit: 'Terentius autem ipse ex Ennio. Sed quomodo tandem sui oblitus est Lucretius, cum dicit, serena cœli tonitru concuti? negabit enim alibi et quidem accurate, fieri unquam posse ut cœlo sereno tonet. Videlicet ex vulgi sententia, non sua, loquitur. quod manifestum est. quasi dicat, Qui tandem, ut isti palpones Deorum aiunt, fieri queat, ut Jupiter cœlos convertat, sereno cœlo tonet, &c. Virgilius ipse haud aliter in Georg. 1. 487. accipiendus: 'Non alias cœlo ceciderant plura sereno Fulmina.' Nam ille alter, non minus Epicureus quam Virgilius, anxi imponere volebat cum caneret, Od. 1. 34. 8. 'Plerumque per purum tonantes Egit equos volucremque currui,' &c. Quis autem satis ex dignitate rideat illud *plerumque*? Diceret certe tertio quoque die id fieri. Videlicet naso opus est, ut causas, rationesque, et consilia scriptorum sagaciter odorari possis.

*Fab.* Hic multa Faber, quasi oblitus sui fuisset Lucretius, qui alibi negabit, et quidem accurate, fieri unquam posse ut cœlo sereno tonet; vel saltem ex vulgi sententia, non sua loqueretur. *Cœli aereum* melius interpretetur ampla et spatiosa cœli templa, quid enim ex vulgi sententia loqueretur Poëta, cum ad argumentum suum nihil faceret? quid denique cœlum serenum cogitaret, ejus faciem tenebrosis nubibus in priori versus parte obscuraverat? Nihil hic de palponibus sacerdotibus Lucretius; nihil Virg. cum cecinit Georg. 1. 487. 'Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulmina.' Nec Ausi imponere voluit Hor. Od. 1. 34. 8. 'Plerumque per purum tonantes Egit equos volucremque currum.' Naso opus est, ut inquit, Faber, ut causas, rationes-

que, et consilia scriptorum sagaciter odorari possis, sed nasum nolo nimis nasutum. *Creech.*

1101 *Deserta]* *Deserta* Gassendus: et in sequenti versus pro quod quidam Codd. exhibent *qua*. *Creech.* Lactantius incerta, quasi vellet in incerta. Sed recte se vulgata lectio habet; recedere enim Jovem ait in deserta, quasi ibi brachia consuefachat et incertos firmet, sienti loquitur 6. 306. *Hav.*

1103 *Servat exereens telum, &c.]* Sic lib. 6. 387. 'Quod si Jupiter, atque alii fulgentia Divi Terrifico quatiant sonitu cœlestia templa, Et jacinant igneis, quo cuique est cumque voluntas; Cur, quibus incautum scelus aversabile cumque est, Non faciunt, icti flammam ut fulguris halent, Peotore perfixo, documem mortalibus aere?' &c. totus enim ille locus mire cum hoc congruit. sic et M. Tull. lib. de consuetu: 'Nampater altitonans, stellanti nixtu Olympo, Ipse suas arceis, atque inclyta templa petivit, Et Capitolinis injeoit sedibus igneis.' *Lamb.*

*Quod capis]* In quibusdam libris: *quo*. *Gif.*

1108 *Indignos]* Indignos, qui exanimantur, ut explicat ipse, immanenteis. Sic loquitur Hor. Sat. 2. 2. 103. 'Cur eget indignus qualem, te divite?' M. Tull. Tusc. 4. 'Misericordiam datam esse dicunt ad opem ferendam, et calamitates hominum indignorum sublevandas.' *Lamb.*

1104 *Multaque post mundi]* Redit ad institutum. *Lamb.* Mundos indinitos extruxit, mortales asseruit, animalibus similes, atque idos nutrir, crescere, aliquando etiam diminui, senescere, et ad interitum vergere affirmat vs. 17. infittum enim universam subministrat semina, quibus receptis et debite conjunctis crescit mundus, et fit vegetior; cum tœ semina emittit quot recipit, tum con-

sistit, i. e. neque crescit, neque dimittitur: cum vero plura e mundo emittuntur semina, quam recipiuntur et debite conjunguntur, tunc debilius fit mundus, et senescit. *Creech.*

*Multaque . . . corpora sunt*] Repetit propositum. *διὰ μέσων* autem legendi illi versus 15. ab illo, *Quæ bene cognita, &c.* Faber.

1106 *Addita corpora sunt, &c.*] I. e. et multa post ortum mundi corpora addita sunt, alia extrinsecus, alia circum. hic versus, qui deinceps sequitur in omnib. libris, *Semina, quæ magn. &c.* sine dubio non est Lucretii: sed ab aliquo nimium sibi arrogante pro Lucretiano interpositus est, quasi aliquid deesset. itaque eum delendum censeo. *Lamb.* Hæc Lambinus, quam sententiam qui sequitur, errabit. vid. l. 995. *Creech.*

*Magnum jaculando contulit omne*] Et hunc contra omnes libros rejicit Lambinus; male. *Jaculando*, ut sup. *jectata. Omne, τὸ πᾶν.* Ita 'Magnum Inane,' sup. l. 1096. *Gif.* Quum ita ait Poëta, ab immenso illo universo, quod *omne* vocat et interdum *Summam summarum*, corpuscula conferri dicit, quibus mundi hujus elementa constant et augeantur, mundusque crescat et amplificetur. *Turn. Adv. 5. 27.*

1108 *Unde*] E quibus corporib. additis extrinsecus, et additis circum. *Lamb.*

1109 *Adpareret spatium*] Libri scripti alii habent *appareret*, alii *apparet*, alii *aperiret*: quod postremum in prima editione probaveram, existimans ita a Lucret. scriptum: ut intelligamus, versum initium capere ab anapæsto, *Aperiret spatium: aperire spatium* autem, id est, *explicare*. et tamen lectionem vulgatam, *Aptaret spatium*, secutus eram. in secunda editione vero, et itidem in hac, *Apparet* magis probavi, Turnebo nostro assentiens. 'Appareret' autem verbum est junctum ex ad et pario: et

valet acquireret, sibi adderet, seu sibi compararet spatium, i. e. amplitudinem: atque hoc totam appareret spatium, id est amplius et spatiosius fieret, augeteretur, amplificaretur. *Lamb.* Sic (*adpareret, &c.*) restitui ex veteri meo quodam, i. e. acquireret. In aliis: *Aptaret, Apariret, Apparet, Aperiret.* *Gifan.* Ita optime in 2. editione emendavit Lambinus: *adparere* autem ab *adpario*, proprie est quod Græce *ὑποκρίσθαι*, acquirere aliquid, adjungere. *Faber.*

1112 *Et ad sua sæcla recedant*] Nonnulli libri, ut *Flor.* habent, *Et ad sua semina cedant*: quam scripturam non probo. Quomodo enim corpora prima ad sua corpora prima cedant? nisi dicamus, corpora prima confluere ad corpora prima sibi cognata et similia. cod. *Vatic.* habet, *Ad sua sæcla recedunt*, plane mendose. Atque illud *sæcla* factum esse puto ex *sæcla*. nam sæpe reperimus in libris manuscriptis scriptum *d pro cl*, et *cl pro d*, propter similitudinem. ita cum ex *sæcla* factum esset *sæda*, facile jam librarius imperitus scripsit *sæda*. Sed quidam non indoctus putabat hic legendam, *Ad sua fœdera cedunt*, ex illa scriptura Vaticana faciens conjecturam. addebat ille, quo suam conjecturam confirmaret, verbum *recedunt* hujus loco non convenire, quia cum significet Lucretius, corpora prima ad sui generis principia convenire et confluere, recedere autem sit retro cedere, et discedere, verbo ab eo quod sentiret, alieno uteretur. 'Ad sua fœdera' autem interpretabatur ad ea corpora, ad quæ per fœdera, et leges naturæ, concedere et confluere deberent. Ego respondebam, verbum *recedunt* mihi videri ad hunc locum maxime accommodatum. Nam cum dicat Lucretius, corpora prima per plagas ad sua sæcla recedere; motus autem, qui fit per plagam, non sit naturalis; neque ad lineam, sed eon-

trarius: proprio et significanter ea dixisse recedere ad sua secula: quod est plagis seu icibus repulsa cedere. Sed de his hactenus. ego scripturam vulgatam, et receptam, et trium antiquorum testimonio comprobata retineo. hoc tantum. cetera iudicio lectoris permitto. *Lamb.* Hæc (*et ad sua secula recedens*) est veterum librorum optima scriptura. *Gifan.* Adjungunt se humida humida, terrena terrenis, &c. notanda significatio. *Fab.* Ad sua semina cedunt alii. Ad sua fadera alii. frustra: dum et Codices, et ipse poëta alibi exhibet 'sua secla.' *Creech.*

1114 *Procedunt*] Sic habent quatuor libri manusc. utriusque Aldini, Vicetini, et Lugdunenses. *Lamb.*

1115 *Donicum ad extremum, &c.*] Sic legendum, et ita habent quatuor libri Mss. nisi quod in duobus pro *perfica*, legitur *perficie*, quemadmodum et apud Nonium Marcell. plane mendose. Nam quod ad Nonium attinet, apud quem ita scriptum est, 'Perficie, perficeris: Lucret. 2. 1115. Donicum ad extremum crescendi perfice finem,' &c. sic est corrigendus: *Perfica, perficiens: Lucret. 2. 1115. Donicum ad extremum crescendi perfica finem, &c.*

'Donicum' autem idem valet quod donec, eodemque modo interpretatur auctor vocabularii Latinogræci, mihi a Cl. Putaneo, juvene ingeniosiss. et eruditiss. commodati. Sic enim ille, 'donicum,' inquit, *ἔχει τοῦ, ἔως.* Plautus Aulul. 1. 1. 19. 'neutrum reddibo, donicum res dijudicata sit,' ex Prisciano. Idem Plaut. Trucul. 1. 1. 18. 'usque adeo, donicum foras eduxit.' Sosipater Caris. 'Donicum' pro donec. ita usurpat Livius Androm. 'Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehementem domum venisse.' Plautus quoque in *Fragm. 2. 25.* 'Inimicus esto, donicum ego reverebo:' sed et Cato: 'Cum otiosus ambulas, qui apud re-

gem faisti, donicum ille tibi interdixit rem capitale.' Hactenus Caris. Cato de re rustica: 'Donicum solutum erit, aut ita satis datum erit: quæ in fundo illata erunt, pignori sunt.' Lucret. inf. 1128. 'Donicum olescendi summum tetigere cacumen:' et item sæpe. ordo autem et sententia verborum est: Donicum, seu donec, natura rerum creatrix, omnia ad extremum crescendi finem perfica, i. e. perficiendo, seu perficiens, seu perfectrix, perduxit. Cum hæc scripsissem anno 1563. prodit in lucem biennio post Nonius a quodam aliquot locis emendatus. ubi hic locus ad oram libri sic ab illo emendatur, diasinulante, unde sumserit. Utitur autem eodem nomine et Arnob. lib. 4. adv. Gent. 'Etiamne perfica una est e populo numinum, quas obscenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere?' Ex quibus Arnobii verbis intelligere licet, 'Perficam,' deam apud illos Romanos fuisse quæ res Venereas ad exitum perdacere crederetur. De Thraseone autem illo, qui hunc quoque locum *σπερσιῶνα*, piget queri. Usquequaque licet hic illud usurpare, *καὶ τοῦτο σπερσιῶνα.* *Lamb.* Ita sæpissime veteres, pro donec. Exempla passim reperias, et sæpe usus Lucretius. *Faber.*

*Donicum*] Ita ex veteribus libris scripsi. Vulgati: *Denique.* *Gifan.*

*Perfica finem*] Sic lego ex quodam veteri. Ita et P. Victorius invenit in veteri libro, et in Nonio. Quidam veteres: *perfica.* Vulgati: *perspice:* pessime. Vide Indicem. *Gifan.*

*Perfica*] Effectrix, perfectrix. Vss. qui hunc sequuntur, perquam faciles sunt; Itaque illos transiliam. *Faber.* Effectrix, perfectrix. *Perfica* Gifaninus, et Pareus, i. e. perfecte: ne credas lector. Alia vero præter naturam Dea olim dicebatur 'Perfica.' Arnobius lib. 4. adv. Gent. p. 121.

‘Etiamne Perfica una est e populo manium, quæ obœcenas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere?’ Et pag. 188. ‘Pertandæ’ Perficam conjungit. Creech.

1117 *Ut sit, ubi*] Hæc referuntur ad superiora: et est argumentum a simili. Quidam tamen legi volunt, *Id sit, ubi, &c.* Lamb.

*Ut sit*] Forte: *Id sit.* Gifan.

1119 *His ætas, et His natura*] Alii *Hic ætas, et His natura* e Codicibus. Creech.

1120 *His natura suis refrœnat*] Cum in quattuor libris manuscr. scriptum reperissem, *Hic natura suis, &c.* reposui, *His natura*: ut sit *παλλογία*. Omnibus his rebus ætas consistit, quæ ad extremum finem a natura, creatrice rerum, perducta sunt: his (inquam) rebus natura desinit suis viribus incrementum dare. Lamb.

*Hic natura*] Ita vet. cod. Forte: *Hic*, ut Lambinus. Vulgati: *Sic*. Gifan.

1121 *Nam quæcumque vides, &c.*] Quotiam mundos suos aliquando crescere, aliquando diminui asseruit, totam rationem et incrementi et decrementi in animalibus (et eadem est rerum aliarum ratio) vs. 23. explicat. Crescunt autem animalia, quia in prima ætate plus alimentum convertitur in animalis substantiam, quam ex illa deperat; media tantundem convertitur, quantum deperit: ideo consistit animalis ætas, id est, neque crescit nec decrescit animal: extrema autem ætate amplius deperit quam convertitur. Ita crescunt et decrescunt animalia. At unde evenit quod in prima ætate plus recipitur et adjungitur, in media tantundem, in extrema minus, nondum inquiri Poëta: latet causa, et, id scio, atheos semper latebit. Creech.

*Hilaro grandescere adactus*] Læto et alacri augetur incremento. mendose autem legitur in libr. vulg. *Hila-*

*rem grand. ad actum.* licet etiam legere, *Hilarigrand. adactus*: et ita scriptum est in codice Bertiniano. Lamb.

1124 *Diditur*] I. e. distribuitur, non, ut vulgus putat, dividitur. Nam ‘dido’ verbum est integrum, compositum ex di et do, das, non deminutum a verbo divido. Utitur eodem verbo hic idem scriptor pluribus locis: ut 3. 246. ‘Sensiferos motus quæ didit prima per artus.’ et 4. 626. ‘Inde quod exprimimus, per causas omne palati Diditur.’ et 5. 20. ‘Ex quo nunc etiam per magnas didita gentois Dalcia perculset animos solatia vitæ.’ Virg. Æn. 7. 144. ‘Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.’ et 8. 132. ‘Cognatique patres, tua terris didita fama.’ Lamb.

1126 *Et plus dispendi*] Plus damni, detrimenti, summa. Lamb.

*Quam vescitur ætas*] Quidam vir doctus, amicus meus, legendum videret, *Quam pascitur ætas.* ego nihil muto. Lamb. Versus sunt illustres, et ex penitissima corporum animatarum consideratione petiti; sed in illo, ‘Et plus dispendi faciant, quam vescitur ætas,’ plane aliquid est quod contra Poëtæ mentem faciat. Constat quippe hæc verba, ‘quam vescitur,’ opposita illis esse, ‘plus dispendi faciant’: Itaque rō ‘vesci’ significaret acquirere, parare, &c. cui rei linguae Latine usus reclamat. Quamobrem hunc locum ita semper legendum existimavi: *Et plus dispendi faciant quam nascitur ætas.* ‘Nascitur’ autem [i. e. acquirit] cum verbum protriti usus non sit, depravasse illi videntur, qui memoria patrum mercede conducti libros describebant, proque eo intrusisse, *nascitur*, quod nihilo melius est; unde alii suum *vescitur* efflexerunt, quod ego vitiosum esse arbitror. ‘Nascitur’ autem fit a nancior; id a nancio est, quod olim usurpavit Græchus, ut ex Priaciano novimus: Ex ‘nancio’ autem nova

proles orta est nanciscor, quam recentior usus retinuit. 'Nancior' autem significat occupo, prehendō, capio. In 12. tab. si QUID FIGNERIS NANCITOR, SIBI HABETO (ubi nancitor veteris orthographiæ est pro nancitur) inde 'renancitur' apud Paulum Diaconum Festi Epitomisten, pro reprehendit, seu iterum prehendit. Cum autem videam vocem antiquam, quæ in foro nostro et tabulariis etiamnum obtinet, *des nants*, pro pignoribus sumi, unde et *nantir* et *nantiss*, et *ναντίζω* in Græco-Barbaro, facile adducor ut credam e veteri jure Romano eam esse petitam, cum, ut dixi, in 12. tabulis legatur, 'Si quid pignoris nancitor, sibi habeto.' *Fab.* Festi tamen Codd. exhibent *renanciscitur*. *Lucretii* codd. *vescitur*, quæ vox forsam commode retineri potest. *Creesch.* Vulgata lectio recte se habet; nam ut alteram est quod exit e corporibus, ita *vescitur* est quod ingreditur. Itaque non minus hoc rectum quam quod apud Virgilium 'Vescitur aura;' sed et apud Plautum et Festum est 'renascitur.' *Id. Voss.*

1127 *Ac decedere]* *Atque recedere* alii: et pro *Multa*, *manus dandum est* in sequenti versu *Multimodis, dandum est.* *Creesch.*

1128 *Multimodis, dandum est]* Ita in veteri quodam nostro. Vulgati: *Multa manus*; quod non tam placet. *Gifan.*

*Manus dandum est]* Concedendum est. 'dandum est' autem, pro dare oportet, *δορίω*. ut supra iterum atque iterum. Alii quidam legunt, *Multa modis multis, dandum est.* ego sic scriptum reperi, ut edidi, in quatuor libris manuscr. *Lamb.* Concedendum est, fatendum est, multa flere, &c. Dandum est *τὰς* 'manus,' de quo dicendi genere in l. fusiua. *Fab.* Ita *Ms.* et omn. edd. vet. recte probante *Lambino.* Male supposuit *Gifanias*: *Multimodis dandum est. Ma-*

*nus dandum est*, i. e. fatendum est, negari nequit. Ut sup. 1041. 'si vera videtur, Dede manus: at si falsum est, accingere contra.' *Hor. Epod. 17. l.* 'Jamjam efficaci do manus scientiæ.' Nec aliter scripsisse *Claudianum* existimo lib. 1. in *Estropiōm*, vers. 366. 'Quicquid amas, dabit ille manus.' Ipse nimirum *Estropius* manus promittet: non *illa*. *Ovid.* lib. 1. de A. A. 'Sed semel est cunctos longum redimendus in avam, Sæpe dabit, dederit quas semel, ille manus.' Frequens autem ille *Græcismus* *Lucretio* et aliis. &c. *Gron. Obs. l. 7.*

1129 *Donicum oleascendi]* Sic in veteribus nostris. *Vulg. Donoc.* In *Nonio*: *Denique*; male, ut et modo. *Nonius* etiam, *oleascendi* videtur legisse. Sed in veteribus omnibus: *oleascendi.* *Gifan.*

*Donicum oleascendi summum]* I. e. donec ad summum crescendi cacumen pervenerant, non est autem dubium, quin ita legendum sit. Nam quod apud *Nonium Marcellum* in verbo 'adolescere,' ita legitur hic versus, *Dumque adolescendi summum, &c.* corruptus est eo loco *Nonius*, atque ita corrigendus: 'Adolescere, crescere, unde oleascendi dicit *Lucret.*' 2. 1128. 'Donicum oleascendi summum tetigere cacumen.' Errant autem qui *oleascendi* legunt, ut diximus. nam verbum *alesco* non est *Latium*, sed in ejus locum substituentium est 'olesco,' ex quo sunt hæc composita, *adolesco*, *inolesco*, *subolesco*, *exolesco*. Præterea 'caelum' (ut dixi) non est vox *Latina*, quamvis reperiatur in codicibus *Auli Gell.* et *Arnob.* et aliorum auctororum. Nam, ubicumque reperitur, *caelum* reponendum est. neque ita dico, hoc mihi videri, aut hoc me opinari, sed me scire. *Lamb.* Vide va. 1000. *Creesch.*

1130 *Robor adunum]* Sic habent li-

bri manuscripti, et plerique typis excusi. *Lamb.* Ita veteres libri. Vulgati: *robur*. *Gifan.*

1131 *Liquitur*]: Tabescit, *r̄scera*. *Lamb.*

1132 *Augmine demto*] Sic codex Vaticanus. *augmine demto* autem, i. e. detracto: quod fit, cum desinit crescere et augeri. Ordo est: quanto res aliqua amplior, et quo latior est; eo-plura in omnem undique partem corpora dispergit, augmine demto. *Lamb.* Bene: nec *Augmine adepto* recte scribitur. *Creech.*

1134 *Pluria eo dispergit*] Eo plura dispergit. sic autem legendum, non, ut in vulgatis, et quibusdam scriptis, *Plura modo*. 'pluria' autem dixisse veteres testantur A. Gell. 5. 21. et Carisius lib. 1. et ita Terentius in *Phorm.* 4. 3. 6. 'nova hic compluria.' et idem Lucretius lib. 4. 1082. 'Unaque res hæc est, cujus quam plura habemus, Tam magis ardescit.' &c. *Lamb.* In aliis: *Plura modo*. *Gifan.*

1136 *Nec sitis est, quæ per*] Versus adulterinus, neque Lucretianus germanus: qui ita varie legitur, ut pligat me referre. In scriptis quidem libris tribus sic reperi scriptum, *Nec satis est pro qua largos exæstuat artus*: in Bertin. *Nec satis est proquam largus*, &c. in Aldinis antiq. *Nec satis est cum pralatos*, &c. Atque ut magis credas esse adulterinum, versus, qui est ab hoc tertius, cujus initium est, 'Quantum opus est,' &c. non reperitur in libris scriptis: cum librarii hunc ineptum versus scripsissent, Lucretianum omisissent. Credibile est autem, adjectum esse ab aliquo confidente, qui cum videret a Lucretio de cibo sermonem haberi, nullum de potu verbum fieri, putarit aliquid deesse, quod si quis versus hic desideraretur, et locum vacuum explere nobis liceret, talem versus substituerem: *Nec potus proquam sitis artus arida torret*. *Lamb.*

*Nec satis est, proquam largos*] Ita veteres libri quidam, et quidam veteres; *proqua*, quidam: *proquans*. Alii, *æstus*. 'Proquam' adverbium est. Nothum putat *Lambinus*. *Gifan.* *Æstus*, opinor, pro ultima voce, quam in contextu habet *Gif. artus*. *Preig.*

*Nec satis est proquam largos exæstuat artus*, *Unde queat tantum suboriri et suppeditare*, *Quantum opus est, et, quod satis est, natura novare*] Monuit *Lambinus* tertium illum versus, 'Quantum opus est,' &c. in Mss. Codd. non reperiri; quem ipse gænninum Lucretianum arbitratur, contra autem, hunc, 'Nec satis est,' &c. spurium esse contendit. Cur ita? nimirum non dispiciebat, qua ratione emendandus foret. Sic autem legendus videtur: *Nec satis est, proquam largos exæstuat auctus*, *Unde, &c.* Cujus hic erit sensus: Ubi corpus ad crescendi vacuum venit, tunc defluere et minui debet, quia nihil satis est unde tantum suboriri possit, præquam exæstuat largos auctus; i. e. substantiam prins acquisitam amittit. 'Auctum' enim vocat eam substantiam qua illud aut illud corpus auctum est, ut et alibi. *Faber in Emend.* In al. edit. *Nec satis est, pro quam largos exæstuat artus*. Sed ut operæ parcamus, tu legendi, ego scribendi, vide emendationes. *Faber in Not.* *Lambinus* legit *Nec sitis est quæ per largos*, &c. totumque versus tanquam adulterinum rejicit. *Faber* ita legit, *Nec satis est proquam largos exæstuat auctus*. Nulla est utriusque interpretis conjectura: iniquus ille, qui rejicit hunc versus, nec æquior ille qui emendat. Quis enim nescit corpora animalium tantum effluviorem copiam quotidie emittere, ut alimentum, nisi copiose subministratum illis reparandis non sufficiat? Jure igitur legitur *Nec satis est*. Quis etiam ignorat effluvia ista in modum aquæ e fistulis expressæ erumpere? Quænam igitur vox sig-

nificantior ista voce 'æstus?' *Creech.*

1137 *Unde*] Ex quo cibo. *Lamb.*

*Suboriri*] In locum eorum quæ amissa et consumta sunt, oriri, sic sup. l. 1048. 'Quare etiam atque etiam suboriri multa necesse est.' *Lamb.*

1138 *Quantum opus est, et quod satis est*] Ordo est: unde, seu ex quo cibo, tantum, quantum opus est, suboriri ac suppeditari queat, et unde natura id novare queat, quod satis est, quidam vir doctus legendum putat, *quoad satis est nat. nov.* *Lamb.* Ita et mox. Quod satis est, et opus est ad ministrare ac suppeditare; satis est ad novare. In vulgatis inversus hic est ordo. *Gifan.*

1141 *Tuditantia*] I. e. tudentia. et ita *Festus*, qui hunc locum citat. *Paullus* apud eundem: 'Tuditantes rem, significat negotium tudentes, i. e. agentes, Tuditæ, mallei a tundendo dicti, inde et cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo simile habuerit,' Idem *Lucretius* infra §. 395. 'Et quam interval- lis tantis tuditantia possint Concurrare,' &c. *Lamb.*

1143 *Sic igitur magni quoque*] *Demum* vs. 29. concludit, Mundum eo modo quo animalia senescere, meatus viz. quos in animalibus venas voces, assiduis corporum externorum ictibus labefactati sægre recipiunt materiam mundo reparando idoneam ex infinito defluentem: et jam tam late expansa est hæc compages, ut plus materiæ e se dimittat, quam ex infinito accipit, atque ideo diminuat necesse est, et devigescat. *Quin*, ut *Epicurus* statuit, omnia genera animalium, fruges, arbores, &c. spon- te sua tellus olim produxit, quam tamen hodie effectam sentimus, ideo- que ipsam senescere fatendum est. *Creech.*

*Circum*] *Ἐν κύκλῳ*, adverbium. nam 'mœnia' recti casus est, nec conjungi debet cum voce 'omnia,' quæ se-

quitur tertio versu, ut vulgata interpunctio ostendit. *Lamb.*

1144 *Dabunt labem*] Collabentur, et corruent. *Lamb.* Quemadmodum minora *συνκλυμαρα* quotidie perire ante oculos videmus, ita et majora, tellus, aër, cœlum, aliquando ex necessitate physica 'dabunt labem,' dissolventur, dilabentur. Sed antequam his notulis finem imponam, dabis veniam, spero, si metas egrediar, et ab hoc *Lucretii* loco admonitus, quid sentiam de quodam *Virgilio* loco qui in ore est omnibus, aperuero. Is in *Æn.* 2. 97. legitur. 'Hinc mihi prima mali labes.' Nil facilius, in- quies; verum aliter multo jam pridem sentio; neque me pudeat profiteri id ignorare me quod corruptum esse et a nemine unquam intellectum fuisse arbitror. Certe licuit mihi dissimulare, et ignorantiam cauto silentio obtegere; sed aliter visum est. Dico igitur, et clare dico, locum hunc a nemine intelligi posse, nisi qui ultro et volens sibi imponat. Quid enim est 'labes?' Aliquando repentinam aliquam calamitatem significat vel ab aquis immodicis, vel a grandine, fulminibus, &c. vel a chasmate et hiatu terræ, id quod docti annotarunt. Illud ipsum est, opinor, quod in libris *Jurisconsultorum* nostratum 'vimere' dicitur, i. e. vis major: quæ cum advenit, tunc damnum coloni non est. Hæc autem significatio nullum hic locum habere potest; quid enim erit 'calamitas mali' aut 'labes mali?' Vel, si metaphorice sumi dices, necessario expungenda erit illa vox 'mali'; cum ea enim stare non poterit r̄d 'labes.' Altera autem significatio hujus vocis est, macula, et metaphorice probrum, dedecus, &c. quæ nihilo plus loci hic habebit quam illa altera. Quid enim esset, 'macula' et 'probrum mali?' Ut voles, inquis, quidvis afferas licebit; constat certe ita scriptum a *Virgilio* versum illum fuisse; nam unde ia-

tud Justini in 18. nisi e Virgilio? 'Hinc illa prima mali labes, hoc initium impendentis ruinæ fuit.' Bene sane, inquam; etiamnum puer imitationem illam Virgilianam apud Justinum annotaveram. Sed si vera illa sunt quæ de significatione τοῦ 'labes' superius scripsi, in eodem into hæsitamus; idque tantum probas quod minime probari necesse fuit, locum illum Virgillii scilicet a quibusdam veteribus ita lectum fuisse ut nunc legitur, i. e. jampridem depravatos esse codices Virgillii: sed non aliter scripserat Virgilium, id vero est quod probari oportuit. At ego affirmare posse videor scriptum ab illo fuisse, *Hinc adscita mihi labes* . . . Papæ! inquis, 'Jam mihi vehementer nova res molitur ad aures Accidere, et nova se species ostendere rerum!' Ita est: sed et illud non minus verum erit: 'nihil tam mirabile quidquam Principio, quod non minuunt mirari omnes Paulatim.' Hæc enim lectio, quæ tam longe a vulgata abit, sciu' quo fundamento nitatur? Excerptis Servii, mi lector, ex quibus liquido constat, non potuisse aliter legere clarissimum illum grammaticum: cum ejus expositio receptæ lectioni non congruat, sed hæc, quæ a me proposita est, plane et necessario supponat: sic autem se habet Servii explicatio: '*Hinc* pro hac causa, vel propter hoc, et est adverbium locale pro conjunctione causali: quia secuta sunt postea oraculum, et *Adscita* Calchantis factio: *Adscita* sane dicitur, *absumpta*.' (legendum *adsumpta*.) 'Labes' vero ruinam significat a lapsu.' Vides ita veram esse eam lectionem, quam ego ab oblivione reducem feci, ut illud '*Adscita*' non modo in explicatione Servii reperiat, sed, quod omnem dubitationem tollet, ab eo etiam exponatur per '*adsumpta*.' Præterea '*labem*' explicat per '*ruinam*.' Itaque illud '*mali*' stare non potest.

Sed unde illud '*prima*.' Ex glossemate grammaticorum, qui ad oram libri adscripserant, *prima labes*. ad oraculum, *secunda*. ad Calchantis cum Ulyssæ compositam fraudem, *tertia*. Si quis hæc otiose et æquo animo apud se reputabit, a me opinor non longiuscule abibit. Nunc fortasse jam tempus sit ad Lucretium regredi, sed est et aliud in *Æn.* 8. 62. quod me revocat; idque tale esse existimo, ut tecum communicatum oporteat; certe de illo tecum agere decreveram in N. ad J. Lucret. Loquitur Tiberinus: 'Ego sum pleno quem flumine cernis Stringentem ripas, et pingua culta secantem, Cæruleus Tybris cælo gratissimus amnis. Hæc mihi magna domus celsis caput urbibus exit.' Multa vero ad hæc interpretes, et eo quidem conatu, qui quam magnus et operosus, tam et profecto irritus et ob rem nullam est: alii enim ad vocem '*caput*,' notaverunt, 'de fonte fluvii in editore Etruriam parte exeunte intelligi debere, nam capita fontes amnium vocari solent.' Alii de exitu seu ostiis fluminis id accipi debere arbitrantur. Alii denique de dignitate et præstantia urbis Romanæ multa hinc illinc corraserunt; magnum *ἀδύρωμα* scilicet, et dignum isto genere hominum, qui offarcinatas scholasticis nugis editiones nobis obtrudunt. Sed nemo, quod sciam, extitit, qui vel minima suspicione verum tetigerit. At si, quod unum esse in interpretando, præque omnibus unum ante oculos esse debet, si, inquam, sermonis Latini genium consulissent, pauciora quidem multo, sed et multo meliora scripsissent. Primum enim quid est, 'Hic mihi magna domus caput exit?' An quia latissimos fontes Tybris habet? Eato, quamquam, &c. Sed an e montibus Etruriæ repente circa ea loca fontes illi delati sunt, in quibus postea condita Roma est? Deinde si '*caput*' fontem significabit, quid erit quod cum



'caelis urbibus' jungi queat? Praeterea quid isthuc, 'domus exit?' An id moris erat temporibus Heroicis, ut tecta horum illorum sine machinis transmoverentur? (Quanquam reperti sunt quibus tale aliquid in Piceno circa aedulam sacram magna hodieque celebritate insignem multis postea saecula factum fuisse persuadere libuerit.) Sed si mota Tybridis domus est, qua ratione intelligetur, 'exit hic.' Uno itaque verbo dicam, loqui Deum, et in eo versa vaticinium esse; itaque si vocem aliquam ἀρχαίων usurpaverit Virgilius, id ex Decoro personae fecerit, quemadmodum alibi saepe; et quia, uti dixi, vaticiniis hie versas complectitur (tunc enim et Roma et Romulus ἐν ἰδίοις Ἰδρύμασι jacebant), verbum aliquod futuri temporis in eo fuerit necesse est: Quare nonquam dubitavi quin sit legendum, *Hic mihi magna domus caelis caput urbibus exciit, sen essit*, i. e. erit; de quo ad Lucret. lib. 1. antea dictum. Hoc certe habet emendatio nostra, quod omnibus omnino difficultatibus obviam eat; sensu tam perspicuo, ut nil supra. Hic mihi magna domus, aliquando cunctarum urbium caput erit. Atque equidem haud scio an te haec legisse tædeat, me quidem scripsisse haud sane pavitet. Sed tandem, tandem tempus est ut in viam redeamus. *Faber*. Adde et Lips. de Phil. Stoica p. 866.

*Putresque ruinas*] Gassendus *Tristesque*. Creech.

. 1145 *Omnia*] Res omneis. nam vox *omnia* est casus accusandi. regitur enim ab infinitivo *integrare*: neque pertinet ad duos superiores versus. *Lamb.* Huic versui nonnulli subjungunt proprus inoptam *Et fulcire cibus, ac omnia sustentare*. Hic enim delendus est, imo, si libri permitterent, tres alios rejicerem. *Creech*.

1146 *Et fulcire sitis, ac omnia, &c.*] Quis non videt, hoc versum esse *καταβιβλημένον*, et ab eadem incude

atque efficta, ex qua superiores aliquot, profectum, sive legamus *Et fulcire cibus*, sive *Et fulcire artus*, sive (ut quidam malunt) *Et fulcire sitis*? *Lamb.* Hunc versum nothum cum *Lambino* putamus. Forte interim 'Et fulcire,' &c. expungi volunt, ob depravatam passim lectionem, quæ ex Codd. Lugd. Bat. clara et perspicue vera a nobis est reposita. Dicitur autem 'fulcire cibus,' ut (notante *Casaub.* ad *Perid Sat.* 1. p. 74.) *Gregorio Nysseno* dicitur ἡ τροφή ὑποστηρίζει τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐνδέξ. Atque *Seneca* de *Beata Vita* dixit 'animo fulcire corpus,' quomodo et ipse *Lucret.* 3. 125. 'Noscere ut hinc possis, non æquas omnia partes Corpora habere, neque ex æquo fulcire salutem.' *Hav.*

1147 *Nec venas perpetuantur*] Recipiunt, habent: ita et *Gr. παρχοβα*. *Faber*.

1149 *Jamque adeo*] Vim probandi habet istud *adeo*, quasi diceret: Idque ita verum est, ut ante oculos omnia paulatim efficta fieri videamus. *Faber*.

*Jamque adeo fracta est ætas, effataque, &c.*] Sic mihi videtur legendum, et ita scriptum fere est in omnibus libris manuscr. nam libri quidem *Faëni*, et *Tettii*, habent, *Jamque adeo facta est ætas, affectaque tellus*. *Bertinian.* autem, *Jamque adeo facta est ætas, effataque tellus*: Memm. sine ulla varietate, *Jamque adeo fracta est ætas, effataque tellus*. Quod si quis malit ita legi, *Jamque adeo fracta est ætas, affectaque tellus*, equidem libenter ei assentiar. Videtur enim tellus affecta quidem esse, sed nondum efficta. Ne hæc quidem rejicienda est, *Jamque adeo affecta est ætas, affectaque tellus*. quid sit autem affecta ætas, affectum bellam, et similia, sciunt, qui Latine sciunt. *Lamb.* Ita (*fracta*) omnes fere libri veteres. Quidam tamen: *facta*; et *affecta*. Sed hoc ex

pronunciacione manavit. Vide et inf. 5. 825. Illa similitudine et loquendi formula a fœmina sumptis in eadem re utuntur Virgilius, Columella, et Sallustius. *Gifan.* Locum Sallustii aliosque in Indice Gifaniano habes. Opponit autem 'fœta' et 'exhausta' i. e. effœta Lucanus in Catonis Marcia 2. 338. 'Dum sanguis inerat, dum vis materna, peregi Jussa, Cato, et geminos excepi fœta maritos. Visceribus lassis partuque exhausta, revertor.' De hac autem Epicureorum opinione adi Turnebi Opera Tom. 3. p. 20. et Lipsium Philos. Stoicæ p. 872. *Hav.*

1153 *Aurea de celo*] Hunc versum profert Nonius in voce 'funis,' et A. Gell. 13. 19. notans 'funis' dictum esse a Lucr. genere fœmineo, ut versus esset grandiore sono. Animalia (inquit) non sunt e cœlo delapsa, aut perfunem illum aureum demissa, sed a terris initio edita. Alludit ad catenam illam auream, quam commemorat Homer. *Il.* 8. 18. *Εἰδὲ ἄγε, κειρήσασθε θεοί, ἵνα εἴδετε πάντες, Ζεῦν χροσίην ἐξ οὐρανῶδεν κρεμάσαστες, Πάντες δ' ἐξέπτεσθε θεοί, πᾶσαι τε θέαιναι,* &c. Plato in *Theæt.* per hanc catenam, solem significari arbitratur. sic ille, 'Ὅς οὐδὲν ἄλλο ἢ καὶ ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ θεοὶ, χρυσίην σείραν ἔτι ζῆς μὲν ἂν ἢ περιφορὰ ἢ κινουμένη, καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις· εἰ δὲ σταίη τοῦτο, ὅσπερ θεὸν, πάντα χρήματα ἂν διαφθαρείη, &c. i. e. 'Namque nihil aliud Homerus quam solem dicit, et ostendit esse auream catenam: quia dum sol mundum suo cursu ambit ac lustrat, omnia salva sunt, et conservantur, tum quæ apud Deos sunt, tum quæ apud homines: si vero stet, et quiescat tanquam vinctus, res omnes interierint.' At Macrobi. lib. 1. in somnium Scipionis, catenam illam Homericam vult esse 'a summo Deo ad ultimam rerum facem, connexionem suam mutuis se vinculis religan-

tem, et nusquam interruptam.' *Lamb.* E terra, inquam, hæc omnia orta; neque enim ut isti providentiam assertores aiunt, animantia e cœlo per catenam illam, quam unus hominum Homerus vidit, demissa sunt; neque porro a mari et fluctibus littora pulsantibus edita; sed quæ tellus hodie omnia genera alit, illa ipsa est quæ cuncta protulit. *Faber.*

1154 *Nec mare*] Solent poëtæ, quem significare volunt inhumano atque inimiti ingenio esse præditum, e mari eam dicere esse natum. Homerus *Il.* τ. 34. *γλαῦκῃ δὲ σ' ἐτρύει θάλασσα.* *Lamb.*

*Plangentes*] Verberantes. *Lamb.*

1156 *Nitidas fruges*] Nitidas, i. e. plenas, et opimas. sic item sæpe alibi. Sic Hor. *Epist.* ad Albium Tib. de seipso: 'Me pinguem et nitidum, bene curata cute,' &c. Vide sup. eod. lib. 504. et 993. 'Tum porro nitidas fruges arbustaque læta.' *Lamb.*

1160 *Et viris agricolarum*] Sic habent libri manuscr. aut, ne mentiar, *viris*: quod indocti non intelligentes, corruperunt, et subdiderunt *viribus*: eademque opera addiderunt duas versas, qui deinceps sequuntur: *Conficimus ferrum vix arvis supp.* vel, ut alibi legitur, *Conficimus seris*, &c. deinde alterum, *Usque adeo percussit factus*, vel, ut alibi legitur, *pariunt factus*: vel, ut alii libri habent, *percussit* &c. quos ego delendos censeo. *Lamb.*

*Et viris agricolarum*] Ita veteres libri. I. e. agricolas; ut 'vis equorum,' pro equis. *Vulg. viribus.* *Gifan.* *Conterimusque boves*, &c. *Conficimus ferrum*, &c.] Hi duo vs. unde olim malum pedem tulere, eo et referre debent: neque enim *Laetii lucerna digni* sunt. *Faber.* 'Sera' autem arva, tristia, quæ fructum ægre reddunt: ut 'Sera mors' *Æn.* 6. 'Mors gravis;' et 'serum bellum' apud *Salustium*, 'Grave bellum.' *Servius.* Quidam legant: *Conficimus, ferrum vix arvis suppedit-*

*taris*. Creech. Recte *arris* legit Gro-  
nov, Obs. 1. 17. atque similibus ex  
Virgilio aliisque locis illustrat, ve-  
rum ostendit 'sera arva' hic non sig-  
nificare tristitia et laboriosa, verum  
tarde provenientia, atque ita pro  
tanto labore maligne et sero fructum  
reddentia. Hos autem versus omni-  
no Lucretianos esse patet ex colla-  
tione 5. 207. et seqq. 'Quod super-  
est arvi, tamen id natura sua vi Sen-  
tibus obducat, ni vis humana resistat  
Vitai causa valido consueta bidenti  
Ingemere,' &c. Dicit vero 'suppedi-  
tare arvis,' pro sufficere, ut Plaut.  
Asin. 2. 4. 17. 'Labori non quo  
suppeditare.' Cicero Catilin. 2. 'Sed  
si omisis his rebus omnibus, quibus  
non suppeditamus.' *Hav.*

1161 *Confiscimus. seris vix arvis sup-  
peditati*] Ita ex veteribus quibusdam  
libris, et ratione suadente scripsi, et  
interpunxi. Quidam libri: *ferrum*;  
male. Quidam libri: *pariant*. For-  
tasse hi duo versus sunt nothi, ex  
mendosa præcedentis versus scriptura  
interjecti: quod et alias contigit.  
Vide versus præced. *Gifan.*

1162 *Usque adeo pererunt factus*] Pal-  
merius *parcunt factus*, i. e. parcus  
redduntur, et augentur labores.  
*Creech.*

1163 *Jamque caput quassans*] Quas-  
sare seu movere caput, gestus est  
irascantis, aut minantis, aut lamen-  
tantis. Virg. *Æn.* 7. 292. de Junone:  
'Tum quassans caput, hæc effudit  
pectore dicta: O stirpem invisam,'  
&c. idem 12. 894. 'Ille caput  
quassans, non me tua fervida terrent  
Dicta ferrox,' &c. Homer. *Odüss.* e.  
285. *Κυψῶς δὲ κἀπὴν κροτὶ δὲ μύθησ-  
το θυμῷ.* Plantus *Trinum.* 5. 2. 45.  
'Quid quassas caput? Cui cruciatur  
cor mihi, et metuo.' *Lamb.*

1166 *Laudat fortunas sæpe par.*] Sic  
habent quattuor lib. manuscr. vulgati  
*parentum*. *Lamb.* Qui hunc seque-  
bantur versus duo, delevimus; quia  
et inepti sunt, et a libris nostris abe-

rant. *Gifan.* Si retinere velles, pos-  
ses legere, *Tristis item vetula vicia  
sator ægra fatigat Tempora, et incusat  
Numen, sæclumque fatiscens.* Ita Virg.  
*Georg.* 1. 75. 'Aut tenues fœtus  
viciæ, tristisque lupini.' Est enim  
vicia leguminis genus; et tenuis hic  
victus antiquis illis et antiqua lau-  
dantibus convenit. 'Fatigare' vero  
simpliciter dixere pro concivis et  
maledictis incessere; nt docet Sal-  
mas. ad *Vopisc.* p. 796. *Hav.*

*Laudat fortunas sæpe parentis*] Huic  
fere, quamquam alio fine, illud Flacci  
A. P. 173. simile est, 'laudator tem-  
poris acti Se puero.' *Faber.*

1167 *Tristis item vetula; &c.*] Vide,  
sodes, lector, nugatoris illius, qui hos  
duos versus affinxit, impudentiam  
cum pari stultitia atque inscitia con-  
junctam. quemadmodum supra ver-  
sui, in quo nescio quid de cibo dice-  
batur, subjunxit versum de potu,  
sen potius de siti; ita hic, quia Lu-  
cretius aratorem dixerat suspirare et  
lamentari, se toties frustra laboras-  
se, tum præsentia tempora cum præ-  
teritis conferentem parentis sui for-  
tunas præ suis laudare; quasi aliud  
deesset, addidit de suo quiddam de  
vinitore. Hunc igitur versum, *Tris-  
tis item vetula, &c.* et alterum ei pro-  
ximum, *Temporis incusat nomen, &c.* ille  
sibi habeto: nos hinc, deleamus.  
*Lamb.*

1168 *Et crepat*] Et crebro habet in  
ore, crebris usurpat sermonibus: *és*,  
i. e. 'quam,' vel quomodo antiquum  
genus pietatis plenum, 'facile,' i. e.  
sine magno labore, καὶ μετὰ βραδείας,  
'toleravit ævum,' egerit ætatem, vitar-  
tam traduxerit, aut sustentavit ang-  
ustis agrorum limitibus ac terminis:  
i. e. parvo agello. Hunc versum  
profert Nonius in verbo 'crepare,'  
cum illo Horatiano: 'Quis post vina  
gravem militiam crepat?' *Lamb.* Jac-  
tat, dicitat. Hor. *Faber.* Argumen-  
to, quod modo duxerat ex Epionri  
placitis, subjungit poetarum fabulas

de auro secale, viz. tum temporis mire fertilis erat terra, omnia sponte produxit, quæ jam multo labore subacta ægre homines sustentat : concius autem poëtas istos hanc terræ fertilitatem Numinis benevolentis plis hominibus faventis attribuisse, istam opinionem scommate impugnat, et despicit ignorantiam illorum, qui tellurem senio effectam fieri nondum intellexerint. *Cresch.*

1170 *Perfacile toleraris avum*] Beati viverent; sic enim hunc locum capto, ut illem Terent. 'Quam vos facile vivitis.' Inde apud Homer. Il. §. 138. Dii *βία* *ῥ'ἀορες* dicuntur. Per 'scopulum' autem intelligit exitium, labem, ruinam. *Fab.*

1171 *Quom minor esset agri m. m. a. s.*] Contrariam inter ruinæ Romanæ Reip. causas enumerat Lucanus l. 167. 'Tunc longos jungere fines Agrorum, et quondam daro sulcata Camilli Vomere, et antiquos Cariorum passa ligones Longa sub ignotis extendere rura colonia.' *Hav.*

1172 *Nec tenet*] Nec intelligit. Sic §. 137. 'Nec tenet, amissam lævam cum tegmine sæpe,' &c. *Plant.* *Poenulo* §. 1. 72. 'tenetis rem.' Respondent *Advocati*, risu quæsito ex joco præter expectationem subobscæno : 'Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digitis primoribus,' qui jocus, si cui nondum etiam plenus est, eum suo loco, cum *Plautam* commentariis

illustratum edemus, declarabimus. *Lamb.*

*Tabescere*] Minui, liquescere, *ῥαγεῖν*, *φθίβεσθαι*. *Plautus* *Sticho* 5. 5. 11. 'Postea accumbam, quia sensim extabescit dies.' *Lamb.*

1173 *Ad scopulum*] Ad interitum, translatum a navi, quæ infligitur scopulo. *Lamb.* Per 'scopulum' intelligit exitium, labem, ruinam : *Faber.* *Salmasius* autem asserit *Scopulum* esse metam, seu parvum scopum : sic *Suetonius* in *Domitiano* cap. 19. 'Nonnunquam pueri procul stantis, præbentisque pro scopulo dispansam dextræ manus palmam,' &c. *Cresch.* Quoniam in *Ms.* optimo *L. B.* legitur *Ad copulum*, a manu antiqua puto scriptum olim fuisse *Ad capulum*, i. e. ad locum funeris et interitum. *Navigibus* enim quæ scopulo alliduntur, illud in medio cursu accidunt non sensim; metæ quoque scopulus, ut diminutivum, quæsitum in *Suetonio*, hic locum habere vix potest; neque ire, sed currere vel simile quid tunc dixisset. At quæ de terra nt 'effœta' agat, quæ modo 'tabescere' dixit, nihil videtur convenientius, quæ *ad capulum*, quod ætati vetustæ convenit. *Hor.* de *Lyce* jam vetula et effœtæ formæ 4. 13. 26. 'Possent ut juvenes visere fervidi, Multo non sine risu, Delapsam in cineres facem.' *Hav.*

In hoc libro positæ sunt omnes *Epicuri* fortunæ, exiguæ quidem istæ, quas tamen multi olim affixerunt, et *Tullius* diripuit. Instaurare demum magno conatu nititur *Lucretius*, eo successu, quem meretur. Idem enim *Epicuri* opinionibus accidit quod facti mali staminis : copiosum licet, et

saluberrimum alimentum ingeras, debilis tamen manet, et infirmus.

A vs. 66. ad vs. 82. docet poëta motum esse, nec diffitemur; motum etiam rerum omnium e motu seminum oriri, illud quoque agnoscimus : sed dum vs. 82. pondus seminibus, et inde motum attribuit, nimiam sibi

et suis atomis indulget: quis pondus omni materiæ, et quis corporibus ejusdem molis idem pondus concedat? Sensus enim et experientia reclamant. Vidit autem Epicurus lapidea, ligna, cuncta denique intra mundi hujus ambitum contenta deorsum tendere; atque ideo credidit omnia ab æterno descendisse: quam opinionem qui amplectitur, næ ille erit nitidissimus de grege Epicuri philosophus. Idem enim ac si diceret, rotas, elateres, et reliqua machinæ alicujus membra id factura seorsum, quod conjunctim faciunt. Sed ut hoc quoque largiamur. Habemus tandem infinita semina per inane infinitum pari passu et æquali velocitate deorsum tendentia. In immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interjecto inani coherescunt tamen inter se, et aliæ alias apprehendentes continentur, ex quo efficiuntur hæ rerum formæ et figuræ. Unde vero aliæ alias apprehendant, cum pari velocitate omnes ferantur? viz. paulium, et quam minimum declinant, vs. 231. Sed ipsa hæc declinatio ad libidinem fingitur, (ait enim Lucretius declinare atomos sine causa, quo nihil turpius physico,) et illum motum naturalem omnium ponderum e regione inferiorem locum petentium sine causa eripuit atomis. Nec tamen id, cujus causa hæc fluxerat, assecutus est: nam sive omnes atomi declinabunt, nullæ unquam coherescunt; sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur, erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. Tullius primo de Finibus.

Hanc difficultatem sensit ipse Lucretius vs. 235. ubi non tam solvit, quam vi ejus succumbit oppressus et prostratus. Sed vs. 251. aliam difficultatem movet, cujus ope vim prioris effugere conatur; vel, ut sepia,

tenebras et caliginem offundit, ut difficilius inveniri et capi possit. Aserit enim sine ista seminum declinatione libertatem voluntatis, quam in omnibus animalibus sentimus, explicari non posse. Respondet Cicero lib. 1. de N. D. Hoc persæpe facitis Epicuræi, ut cum aliquid non verisimile dicatis, et reprehensionem effugere velitis, efferatis aliquid quod omnino ne fieri quidem possit: ut satius fuerit illud ipsum, de quo ambigebatur, concedere; quam tam impadenter resistere: velut Epicurus, cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suapte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset eorum motus certus et necessarius; invenit quo modo necessitatem effugeret, quod viz. Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paulum. Hoc dicere turpius est, quam illud, quod vult, non posse defendere. Et lib. de Fato: Epicurus uno tempore res duas suscipit inenodabiles, unam, ut sine causa fiat aliquid, ex quo existet ut de nihilo quippiam fiat: quod nec ipsi, nec eniquam physico placet: alteram, ut cum duo individua per inanitatem ferantur, alterum e regione moveatur, alterum declinet. Fusus deinde hanc causam agit in eod. lib. Quæ ergo nova causa in natura est quæ declinat atomum? aut num sortiuntur inter se, quæ declinet, quæ non? aut cur minimo declinet intervallo, majore non? aut cur declinet uno minimo, non declinet duobus aut tribus? Optare hoc quidem est, non disputare; nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri dicis, neque in illo inani, per quod feratur atomus, quidquam fuisse causæ cur ea non e regione ferretur, nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est, quoniam natura sui ponderis motum non teneret. Ita cum attulisset Epicurus nullam cau-

sam quæ istam declinationem efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur, quum id dicat quod omnium mentes aspernentur et respuant. Ita hortos Epicuri vastat Cicero, et evertit totam illam, quæ providentiæ iniquior est, philosophiam.

Melius tamen succedit longa illa a vs. 333. ad vs. 580. disputatio de varietate figurarum quæ in seminibus invenitur; similiter illa de seminibus diversimode figuratis in unoque composito contentis, a vs. 581. ad vs. 728. Argumentum enim fabulis subinde introductis ornat, et sententiam suam variis, iisque firmissimis rationibus confirmat.

Nec nullus unquam Epicuræ philosophiæ adversarius effugiet ista argumenta, quibus a vs. 729. ad vs. 1021. demonstrat semina coloris, odoris, caloris, omnis denique qualitatis et sensus esse expertia: originem sensus ipse, fateor, non recte explicat, at sensum animalium sensilibus principiis (quod unum in hoc libro agit) minime deberi eo, quo Lucretium decuit, acumine persuadet.

Quod denique a vs. 1022. ad vs. 1103. innumerabiles mundos extruit, hoc etiam ferri potest, si aliquem architectum adhibuisset. Sed quis credit ex atomorum concursione for-

tuita hunc mundi pulcherrimum ornatum esse perfectum? An cum machinatione quadam aliquid moveri videmus, ut spheram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus quin sint opera illa rationis? cum autem impetum cœli cum admirabili celeritate moveri vertique videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias cum summa salute et conservatione rerum omnium, dubitamus quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione? Quod si mundos efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum non potest, quæ sunt minus operosa, et multo quidem faciliora? Hæc Cicero, providentiæ gratissimus videtur.

Demum a vs. 1104. ad vs. 1172. mundos innumerabiles quotidie nascentes et intereuntes contemplare, et beatum te iudicabis, lector, qui inter tot tantasque ruinas integer manes et illæsus. Interim ridebis lactentes istos, et senescentes mundos, modo fame enectos, modo pinguedine nimis obesos. Certo enim certius, tum perire omne Lucretii acumen cum providentiæ adversetur. Creech.

---

## DE RERUM NATURA LIB. III.

1 *E Tenebris tantis*] Epicurum affatur, eumque, ut harum rerum inventorem, et vitæ beatæ parentem, laudat. Sic L. Torquatus libro primo de finibus, de Epicuro: 'Quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus (al. *terroribus*) hominum animos liberasse, et omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene beateque vivendum.' *E tenebris tantis*,

i. e. ex tanta rerum et causarum ignorantione. *Lamb.*

*Tam clarum extollere*] Tantam rerum obscurissimarum cognitionem expromere, tamque facilem et proclivem beate vivendi viam demonstrare. *Metaphora*, seu allegoria, est ab iis qui navigantibus, sublatiis facibus, lumen prælucent, et ubi sint, quoque cursum flectere debeant, ex aliqua spe-

enla significant. *φρκατωρεδ*, et *πυρρεβειν* dicunt Græci. *Lamb.* Id Græci dicunt *αλειν πυρδν*; et cum quid e speculis ea ratione significabant, id *διὰ πυρδν*, et *παρὰ πυρδν* nuntiari dicebatur: Herodotus in Polymnia, et initio Calliopes. Hinc sumpta metaphora est, qua Lucretius usus. Epicurum autem alloquitur. *Fab.* Alloquitur autem vs. 30. Epicurum Atheniensem philosophiæ Epicuriæ principem. Invenit quidem Democritus, sed ita expolivit et perfecit Epicurus, ut pater rerum et inventor a Lucretio haud absurde diceretur. Huic quidem felix ingenium gratulatur, beneficia agnoscit quæ contulit hominibus, dum naturam rerum explicavit, et omnem de providentia opinionem et terrores inde natos dissipavit: idem denique asserit, quod L. Torquatus in Ciceronis lib. 1. de Fin. Ego arbitror Epicurum unum vidisse veram, maximisque erroribus hominum animos liberasse et omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene beateque vivendum. *Creech.*

2 *Illustrans*] Qui extollit lamen proculdubio illustrat: in versu sequenti pro *gentis decus: gentis dux* Gassendus. *Creech.*

4 *Fixa pedum*] Libri scripti habent *facta*, mendose: quod ideo notavi, ut admoneam lectorem, librarios illos veteres scribere solitos esse *c* et *s* pro *x*, ut '*asca*,' pro *fixa*, '*connecca*,' pro *connexa*. Ita factum est '*ficta*.' *Lamb.* Sic (*ficta*) omnes veteres libri; optime. Marullus et vulgati: *Fixa*. Vide Indicem. *Gifan.* Quidam *αρχαϊκῶς facta*, sed quod ejusdem significationis sit. *Faber.* Nec enim Lambinus id negare debet, quod Diomedes alique veteres grammatici asseruerunt. *Creech.*

5 *Non ita certandi cupidus, quam propter*] Non ita certandi cupidus, quam, &c. pro, non tam certandi cupidus, quam, &c. sic sup. 2. 1036. '*Nalli, ut opinor, ita hæc species*

miranda fuisset, Quam tibi,' &c. sic enim vulgo legitur. Sed, ut ad eum locum notavi, malim omnino legi, *Nil, ut opinor, ita hæc species miranda fuisset. Quam tibi jam nemo fessus satiate videndi, Suspiciere in cæli dignatur lucida templa:* ut sit hæc sententia: Nil, ut opinor: videlicet poterat his rebus mirabilius dici, aut nil, quod gentes minus auderent credere futurum. sequitur jam *επιφάνημα*: '*ita hæc species,*' &c. i. e. usque adeo hæc species, i. e. hæc facies, seu hæc forma, videlicet cæli, et errantium siderum, &c. mirabilis fuisset. sequitur nunc, *Quam speciem nanc nemo videndi satietate defessus, id est, cujus formæ videndæ satietate defessus nemo tibi dignatur suspicere in cælum. tibi* dativus casus est venustatis causa positus. Sic videtur hic locus potius et legendus, et intelligendus, quam quo modo impressus est. *Lamb.*

6 *Quod te imitare aeo*] Ita recte libri veteres. In quodam etiam veteri: *habeo. Gifan.*

*Quid enim contendat hirundo cyonis*] Theocrit. *id.* §. 41. *βάρραχος δὲ τὸν ἀκρίδης ἐστὶν ἐπίδω.* Sic Virg. *Pharm.* 8. 55. '*Certant et cyonis ululæ.*' verbum '*contendat*' conjunxit cum dandi casu, ut Horatius *Epist.* ad Loll. 1. 1. 18. '*mihi contendere noli.*' *Lamb.* Cygnorum enim cantus admirantur omnes, qui ingratorum Hirundinum garrulitatem damnant. *Τί σοι θέλεις ποιεῖν, τί, κοπιλή καλιδόν;* Anacr. *Od.* 12. Ita enim legendum: non *τί σοι, λάλη χελιδόν.* *Κόπιλος* autem *ἀπατηλός, ἀπατερόν, δάλιος, λάλιος* *κοπιλή λαλιονάτη.* Hesych. *Creech.*

7 *Artubus*] Ita erat in vet. libris Vide Indicem. *Gifan.* Alii, *artibus*, quod olim usurpare solebant; sed ego *artubus* prætulim; cum sciam ab *artes* (*τέχναι*) dici *artitos* (Horat. *Od.* 4. 1. 15. '*et centum puer artium*'): ut '*Artitus*' in Glossis Philoxeni vertitur *πάρτεχνος, δαίδαλος*, sic ab *artes*

*artates*, i. e. robustos vocabant. Sunt tamen quibus hæc minus certa videntur, sed nil ad Lucretium. *Faber.*

8 *Fortis Equi vis*] I. e. fortis equus: *replappois*. Ennius: 'Sicut fortis equus, spacio qui sæpe supremo Vicit Olympia,' &c. profert autem hunc versum Nonius, et 'fortis' interpretatur celeris. *Lamb.*

9 *Tu pater et rerum*] Sic legendum, non *Tu pater es*. *Lamb.*

*Patria*] Paterna, seu patrita. Tu patrias nobis præceptiones, seu, tu patria nobis documenta præbes. *Lamb.* Modo dixerat Epicurum esse patrem et inventorem rerum. *Creech.*

10 *Tuisque ex inclute chartis*] Et ex tuis chartis. Sic 4. 827. 'validis ex apta lacertis,' et 3. 861. 'quibus et summas uniter apti,' et item sæpe alibi. *inclute* autem habent libri scripti: quos secutus sum. Sic 1. 41. 'petens placidam Romaniam, incluta, pacem.' *Lamb.*

11 *Limant*] Sic habent lib. manusc. tralatio autem est ab iis qui ferulam limant. *limant* autem, i. e. deterrunt, decerpant, depascuntur. alii *libant*. non probo. neque me movet illud Virg. Georg. 4. 54. 'et flumina libant Summa leves.' Virgilius enim 'libari flumina' dixit: Lucretius: non 'flumina,' sed flores omnes qui sunt in saltibus floriferis. Itaque idem Virgil. eodem versu flores ab apibus non dicit 'libari,' sed 'meti:' quod tantundem fere valet, aut etiam *δραπέδων ἀνδραπών* est, quam Lucretianum verbum 'limare.' Sic Virg. Georg. 4. 54. 'Illæ continuo saltus, silvasque peragant, Purpureosque metunt flores.' *Lamb.* Ita Lambinus. malim tamen ubique *libant*, cum aliis editoribus. *Giffan. in pr. Ed.* Ita Lambinus e Codd. Alii *libant*: quæ vox cum sequenti 'depascimur' melius convenit. *Creech.*

*Libant*] Ita legisse videtur Virg. Georg. 4. ac Victorin. et ita impressi, et nostri veteres. Alii: *limant*, quod

nimis durum est, et repugnat verbo, 'depascimur.' *Giff. in post. Ed.* Vide Giffanii Indicem, licet hunc locum celet. Cicero quoque 1. de Div. 'Naturale (sc. divinandum genus) quod animus arripere, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos aut libatos haberemus.' *Preig.*

12 *Auræ dicta*] Jam alibi de voce 'anreus': fortasse hoc loco respexit ad *χρυσῆ τῆς* Pythagoræ. *Faber.*

14 *Ratio*] Philosophia, secta tua. *Faber.*

*Vociferari*] *Βοῶν*. Horat. Epist. 1. 17. 48. 'Clamat, victum date.' iterum Lucretius sup. 1. 732. 'Carmineo quim etiam divini pectoris ejus Vociferantur, et exponunt præclara reperta.' *Lamb.*

15 *Naturam rerum hæud dicimus*] Sustulerant negationem Christiani homines, non ferentes scilicet sententiam falsam et impiam. Recte. sed Lucretium aliud fecerant loquentem, quam sentiat. Lucretius enim et Epicurei omnes volunt, hanc rerum naturam non a mente aut providentia divina esse creatam, sed ex fortuito atomorum consensu natam. Negandi igitur particulam restituimus ex codice Donati Jannoeti Florentini, typis impresso quidem illo, sed ad manuscriptum emendato: ad cuius oram ipsius manu hæc negatio erat adscripta. Sed quid si legamus, eadem sententia, *Dicimus sine mente coortam?* ut suspicemur ex *divum sine*; factum esse *divina*. *Lamb.* *Hæud* abest ab omnibus veteribus libris, et vulgatis plerisque. *Giffan.* *Hæud* abest ab omnibus libris, sed restituit, sententia ipsa postulante, Lambinus: conjicit etiam legendum *Dicimus sine*. pro *Coortam* mox alii *coactam* mutant; quidam etiam libri *creatum* exhibent. *Creech.*

*Coortam*] Tres libri veteres habent *coartam*: unde possit quis conjicere, legendum *coactam*. Quod si placebit,



'coactam' interpretabor, concretam, collectam. In nonnullis aliis libris reperi *creatam*. Lamb. Recte Lambinus. Simile quid admisere, qui contra mentem Poëtae, pro vera lectione: *quod sæpe nocentis Præterit*, sup. 2. 1103. Joh. Bapt. Pio suppeditarunt: *quod sæpe nocentis Perterit*. Preig.

17 *Diacedunt*] Dissipantur et dissipantur: vel dividuntur et hiant, ut apud M. Tull. Off. 3. 'Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus.' et Virg. *Æn.* 9. 20. 'video medium diacedere cælum.' Lamb. Longe latiora, ampliora, sunt; animus fines nullos habet, quos intra coërceatur, ut antea. Faber. Melius vero Lambinus: dividantur et hiant. Perdiducta enim et hiantia mundi mœnia in magnum inane prospicit. M. Tull. et Virgilius in locis a Lamb. citatis. *Creech*.

*Geri res*] A natura rerum, sed fortasse *geni* etiam hic legendum. *geni* autem valet *gigni*, ut sæpe diximus. Verum tamen *geri* hoc loco videtur esse ferendum, atque adeo retinendum. Lamb. Ita (*geri*) omnes veteres codd. Dicit, mœnibus mundi disparatis, videre se et quæ apud Superos, et quæ apud Inferos gerantur. Gif. Atque ex hoc loco apparet meliorem Gifanii (quod raro fit) quam Lambini esse causam, qui perpetuo invicem litigant, utrum *geri* an *geni* sit scribendum; quorum prius Lucretio placuisse, vel hinc discimus. Hav.

18 *Apparet divum numen*] Sed cur apparet divum numen? Videlicet quæ ante Epicurum vulgus philosophorum sentiebat, ita ab eorum natura aliena erant, nihil ut de illis certi haberetur; at nunc apparent, &c. fortasse etiam non minus recte dixeris, apparet numen deorum quietum, (sequitur enim, 'sedesque quietæ,') ita ut ab illis nil mali quidquam metuendum sit; cum jam molesta illa odlosaque providentia remota sit. Ceterum 4. illi ver-

sus, qui hunc sequuntur, ex Homero adumbrati sunt; quod si Turnebus non annotasset, alii annotare possent. Fab. Frigidus vero istas observationes respuit poëta: *Apparet Divum Numen*, quoniam per hiantia mundi mœnia in immensum inane prospiciens non minus Deos, quam cæteras res vidit: vs. 25. 'Nusquam apparent Achærsia templa.' *Creech*. Virgiliana et hujus versus imitatio exstat *Æn.* 2. 631. 'Apparent diræ facies, inimicaque Trojæ Numina magna Deum.' Hav.

19 *Quas neque concutiant*] Adrianus Turnebus, collega meus, vir doctissimus, indicavit mihi, hos quattuor versus, qui deinceps sequuntur, ex Homero esse expressos. versus autem Homeri sunt 'Ὀδυσσ. ζ. 42. Ὀδυσσεύς, ὅτε φασὶ θεῶν θεὸς ἀσφαλὲς αἰεὶ ἴεμεναι: ὅτι ἀνέμοισι τινάσσεται, ὅτε πύρριμβρον δάβεται, ὅτε χεῖν ἐπιβλῦται: ἀλλὰ μὲν ἄλλη Πέντατος ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιβρομιαν ἀήλη.' quos profert Arist. lib. de Mundo, cap. 6. Lamb.

21 *Semperque in nubibus æther*] Sic habent omnes fere vulgati: quibuscum consentiant manuscripti. Bertin. et Memm. alii, *Semper sine nubibus æther*. Homer. ἀνέφελος. Lamb. Ita quidam veteres codd. In aliis veteribus: *semper sine nubibus*. Fortasse: *semper in nubibus*. Gifan. Quidam Codd. *sine nubibus*. melius tamen *in nubibus* legendum Homerus, e quo hi quatuor versus desumpti sunt, utitur voce ἀνέφελος, *Odyss.* 2. 45. *Creech*.

22 *Integit*] Sic legendum, non *integer*; et ita habent lib. manuscr. Utitur eodem verbo sup. 1. 406. 'Naribus inventum intactas frunde quietis.' et Catull. ad Lesbiam: 'gemina integuntur Lumina nocte.' ubi tamen vulgo legitur, *gemina teguntur*: ut 'gemina' cohæreat cum voce 'nocte.' Lamb.

*Et large diffuso luminis ridet*] Virg. *Ecl.* 5. 56. 'Candidus inæuetum miratur lumen Olympi Sub pedibusque videt colos et sidera Daphnis.' Lu-

cauus de Pompeio post fata Inter Semideos recepto 9. 11. 'Illic postquam se lumine vero Implevit, stellasque vagas miratur, et astra Fixa poliis, vidit quanta sub nocte jaceret Nostra dies.' Uterque vero agit de loco Dæmonibus seu Semideis adsignato, 'Quodque patet terras inter lunæque meatus.' ut ibid. Lucan. vs. 6. at perspicaciores oculos agnoscit Lucretius, qui per omnes cælos ad inane usque ferantur. *Hæv.*

*Ridit*] Sic vet. libri. Marullus et vulgati: *ridet*. Gifan.

23 *Omnia suppeditat*] Subaudi, 'illis,' scilicet Diis. Illud autem 'animi pacem' ad avertendam opinionem de providentia. *Faber.* Diis viz. sic 1. 66. 'Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri.' *Creech.*

24 *Delibrat*] Sic videtur legendum, repugnantibus lib. omn. Adjuvant hæc scripturam libri vet. aliquot, qui habent *deliberare*. 'Delibrare' autem valet decorticare, et per translationem, extenuare, ac deminuere. utiturque eodem verbo inf. eod. lib. 1100. 'Nec prorsum, vitam ducendo, deminus hiltum Tempore de mortis, nec delibrare valemus,' &c. et 6. 69. 'Delibrata Deum per te tibi nomina sancta Sæpe aderunt,' sic enim legunt docti quidam, non *Delibata*. *Lamb.*

*Delibat*] Ita omnes veteres libri. *Lambinus*: *delibrat*; male. Vide *Ind. Gifan.* Al. *delibat*, melius multo. *Faber.* Quasi decorticat, et extenuat: *Lambinus*: Alii *delibat*, quos sequor. *Creech.*

25 *Nusquam apparent Acherusia templa*] Nulla enim sunt, si mortales animi hominum habeantur; quod Lucretius assererat. *Faber.*

26 *Nec tellus obstat*] Ratio enim obstantia omnia pervadit. *Faber.*

*Quin omnia despiciantur*] Sic habent libri manuscripti, non *despiciantur*. *Lamb.* *Despiciantur*, quod *Pio* acceptum referant *Var. Læctt.* sane quam

elegantissimum est et huic loco aptissimum; adeoque immerito neglectum videri possit. Loquitur enim de his, quæ infra nos, sub pedibus nostris, ubique per inane, ut non sine emphasi loquitur, gerantur; ut ea non tam dispicere atque curare, quam excelsa quadam sede, et voluptatis gratia, despiciere liceat. *Stattius* ad ejusdem sectæ, ejusdem horti, ejusdem gregis hominem: 'Celsa tu mentis ab arce Despicias errantes,' &c. in *Sylvis*. Vide *Senecæ* illum *Lucræus*, si ita loqui liceat. Qua similiter fere 'terrarum orbem superne despiciere' sese fingit. in *Nat. Quæst.* in præmio libri primi. *Preig.*

27 *Per inane geruntur*] A natura rerum administrantur atque aguntur. Sed si legamus *geruntur*, interpretabimur, ut ante, gignuntur, creantur ab eadem natura, rerum creatrice et perfectrice. Omnino *geruntur* ferri hoc loco potest. *Lamb.*

28 *His tibi me rebus*] Sic legendum, et ita habet cod. *Florent.* tibi autem venustatis gratia positum est, ut apud *M. Tull.* lib. 2. offic. 'Ecce tibi qui rex populi Romani esse concupierit,' et apud *Terent.* *Phorm.* 5. 3. 21. 'Qui mihi ubi ad uxore ventum est, tum sunt senes,' et iterum apud *Lucret.* hoc eod. lib. 178. 'Is tibi nunc animus quasi sit corpore,' &c. *Idem* 2. 2036. 'Quam tibi jam nemo fessus satiate videndi, Susplicere in cæli dign. luc. templa.' *Lamb.*

*His ubi me rebus*] Ita veteres omnes. *Marullus*: tibi; et sic vulgati alii; male. Vide *Ind. Gifan.* Istud 'tibi,' ut *sol.* et, me, te, passim apud Græcos, passim apud Latinos, *repè-* *itur* est. *Faber.* *Lucret.* 2. 137. 'Quam tibi jam nemo fessus satiate videndi,' &c. *His ubi* *Gifan.*: et interpretatur 'ubi' in qua re, in qua ratione, præceptis, via, philosophia. Imperite. *Fayus* vero: ubi, postquam, cum, quoniam, relative ad vocem 'quoniam' vs. 31. *Lambinus* legit tibi: *supp. fa-*

teor. Quæ demonstrant sacrificium istum ne legere quidem Lambinum potuisse. *Creech.* Gif. ubi, relative nimirum; atque ita in altera demum editione. Sed quis non videt, istiusmodi relativum prorsus excludi per voces 'His rebus,' quæ hæc ad proximæ præcedentia ita jam alligant, ut nihil opus sit aliqua voce relativa. 'Tibi' eleganter, et suo more dixit, exempla passim obvia. Quam facile autem 'tibi' in 'ubi' et vice versa transeat, dicere nihil attinet. *Preisg.*

29 *Percipit*] Occupat, pervadit. Sic loquitur Plautus *Amphit.* 5. 1. 66. 'Nam mihi horror membra misero percipit dietis tuis.' Iterum Lucretius infra, 80. 'vitæ Percipit humanos odium,' &c. ad quem locum plura. *Lamb.*

*Percipit*] Ita in Veteribus quibusdam; quod rectius videtur. In aliis: *percipit*, etiam recte. *Gif.*

*Percipit*] Penetrat, subit, &c. Ita alibi noster; Plautus et Virgilius. Intimæ significationis vox est. *Fab.* Alii *Percipit*. Quidam legunt *Quod sit Natura tuæ tuæ Tum manifesta patens ex omni parte retorta.* 'Retorta' autem est evoluta, quæ prius quasi contorta, et involuta videbatur. *Creech.* Πόρτα γυμνά καὶ τετραχρηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς. ut loqueretur Paulus ad *Hebr.* 4. 13. *Hav.*

*Horror*] Κατάπληξις, ingens admiratio, θάμβος: vel dic proprie φρίκη, τρόμος, tremor. *Lamb.*

30 *Patet*] Quidam, *patet*, ad naturam conversa oratione; male: nempe metuebant, ne ob syllabæ modulū rueret versus. *Faber.*

*Retecta*] Sic legendum, non *retecta* *est*. Epicurum enim alloquitur. Præterea *patet* reposui, neque quenquam movere debet syllaba posterior brevis, ut sæpe ostendimus. Non displicet tamen mihi scriptura illa, *Tum manifesta patens ex omni parte retecta est.* Sed hæc, meo iudicio, vera est, et germana. sic 2. 27. 'Nec domus

argento fulget, auroque renidet,' &c. transit jam ad disputationem de animæ atque animi natura. *Lamb.*

*Retorta*] Sic ex veteri quodam malim. In aliis, ut in vulgatis: *retecta*. *Gifan.*

*Est*] Male, contra veteres libros, Lambinus: *est*. Nam totus sermo est ad Epicurum. *Gifan.*

31 *Docui*] In 1. et 2. *Faber.* In primo et sec. lib: multa de seminibus ipsis, de eorum figuris et motibus: jam vs. 10. accuratam de anima disputationem promittit, ut homines metu mortis, et pœnarum post mortem liberaret. *Creech.*

*Exordia*] Atomi: quas tamen nunquam nominavit Lucret. Manilius autem individua principia vocavit, &c. lib. 1. pag. 5. 'Sive individuis, in idem reditura, soluta Principiis natura manet post sæcula mille, Et pœne ex nihilo sumptum est, nihilumque futurum, Cæcæque materies cælum perfecit et orbem.' *Faber.*

32 *Qualia*] De magnitudine, soliditate, &c. jam supra. *Faber.*

33 *Alternò percita motu*] Ἀλλήλωντιν nominat Epicurus, i. e. mutam plagam, quæ alternam et mutam verberationem. quidam tamen hoc loco legunt, *alternò percita motu*; quo modo sup. 2. 966. 'Multimodis volitent, æternò percita motu.' al. *alternò*: quod idem valet. *ai* enim diphthongus fuit antiqua pro *æ*, ut sup. diximus ad lib. 1. ex qua 'musai,' 'aulai,' 'terrai,' et simil. pro musæ, aulæ, terræ, &c. *Lamb.*

*Alternò*] Ita veterum more scriptum olim fuisse puto: ex eoque postea (ut sæpe i in *l*, et contra, commutarunt librarii) factum, *alternò*. Vide inf. 4. 28. ubi hi versus repetuntur. Ibi diserte est: *alternò*. *Gifan.*

*Alternò motu*] Notam quid sit; quidam tamen *alternò*; quod ob motum ingenitum atomorum damnari non potest. *Fab.* Leg. *alternò*: quomodo

do enim semina alterno motu percita 'aponte sua' volitant? 2. 1054. et 4. 28. ubi hi versus repetuntur. *Creech.* Marg. nost. *alterno*, quod et in Fabri edit. hoc loco habet, Ma. auctoritate fulcit. Additque V. *alterna*. Vossii, credo, auctoritate. Sic et 4. 27. Fabri contextus habet *alterno*, noster in marg. rursus *alterno*. Ego *alterno* recte se habere arbitror, cum hoc tum illo loco. *Lambinus*, si uspiam, hic friget. *Preig.*

35 *Secundum*] Post, *trouibus robrous*, 467. *Faber.*

*Animi atque animæ*] Anima, animus, et mens differunt, et sede et facultate, uti mox apparebit, et jam dictum. *Faber.*

36 *Claranda*] Usus et Horat. sed pro, illustrem efficere, claritudinem afferre. *Faber.* 4. 779. 'Multaque in his rebus querantur, multa que nobis Clarandum est.' *Creech.*

37 *Acheruntis*] Sic habent lib. manuscr. et mens inferorum (inquit) ex animo ejiciendus est fanditus. *Lamb.* Ex hac itaque schola (notante *Turneb.* Adv. 21. 10.) Virgillii illa *Geo.* 2. 491. 'Atque metus omnes et inexorabile fatum Subjecti pedibus, strepitumque Acherontis avari.' Ad quem locum etiam hosce *Lucretii* versus citans *Philargyrius*, hæc ita dici notat, 'quis philosophiæ cognitione, et mortis metum, et inferos, quibus voluptas humana inquinaretur, domari et tolli credebant.' *Hav.*

39 *Omnia suffundens mortis nigrore*] Quibus nemo unquam aliquid venustius: omnia quæcumque alii protulerunt excutias, nunquam palehrior imago. *Creech.*

41 *Num quod sæpe homines, &c.*] Dicat forsan aliquis, idem alios philosophos præstitisse quod *Lucretius* promittit, nec solum *Epicurum* metum istum *Acheruntis* præcipitem egisse, cum plurimi docuerint animas interire, nullasque post mortem pœnas timendas esse; *Empedocles* v.

g. dixit animam esse cordi suffusam sanguinem: atque ideo *Epicurum* non tantas mereri laudes, nec *Lucretium* majus beneficium conferre mortalibus, quam alii olim contulerint. Respondet poëta vs. 14. omnes istos philosophos fortia quidem verba loqui, sed mortem timere æque ac vulgus hominum; inter dolores, infamiam, angustias vitam tolerant: et cum periculis, morbis, &c. premantur, nunquam invenies magis humiles animos aut superstitioni magis obnoxios. *Creech.* Ad hunc locum faciunt versus *Mæcenatis* apud *Senecam*; 'Debilem facito,' &c. *Faber.* in *Not.*

*Nam quod sæpe homines morbos magis esse timendos, Infamisque ferunt vitam, quam Tartara lethi, Et se scire animi naturam sanguinis esse, Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere*] Ex istis quatuor vs. posteriores duos arbitror deleri oportere. Primum nihil opus illis est; dein, quænam isthæc Latinitas, 'Natura animi est sanguinis?' Video quid velit; sed barbarus ait et plane *æpuos* qui ita loquatur. Ille autem vs. 'Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere,' quid tibi tandem habet? Hinc discimus rem profecto mirabilem, bellam, et elegantissimam *Lucretianæ*, scilicet! animum nostrum non egere nostra ratione. Qui hæc amant, faciat Deus ut ne unquam nostra ament. *Faber.* Duos hosce vs. delet *Faber*; quia primum nihil opus illis est, dein quænam isthæc Latinitas, 'Natura animi est sanguinis?' iste autem versus 'Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere,' quid tibi tandem habet? Hinc discimus rem profecto mirabilem, bellam, et elegantissimam *Lucretianæ*: viz. Animum nostrum non egere nostra ratione. Admirabilem profecto rem! quasi ratio apud *Lucretiam* non sit philosophia, et vox ista 'se' in priori versu cum 'egere' in hoc vs. minus conveniat. *Leg.* autem *Et se scire ani-*

mi naturam sanguinis incassæ. Et tum sententiam Empedoclis, qui dixit animum esse cordi suffusum sanguinem, Cic. 1. Tusc. Quæst. non inepte adumbratam assero. Quis etiam nescit Lucretium, licet carmina Empedoclis admiratus sit, opiniones tamen illius ubique convellere? Creech. Pro animi marg. noster habet *anima*. pro *prosum*, *prosum*. Quorum illud quidem considerata dignum non opus est. Hoc dictum scriptumque ut 'susum,' 'deusum' alibi. Contra Fabrum autem in hunc modum disserit: 'Nempe quia putabant naturam animi sequi temperamentum sanguinis. sic sensere Aristoteles et complures alii. Vide Galeni scriptum de hac re. Dicebant itaque illi, quos hic indicat Lucretius, nos non debere affici terrore mortis, quia talis sensus proveniat a temperamento sanguinis. Illum itaque non curare rationes animi, utpote quæ e sanguinis vitio oriuntur, non ex ipso animo aut rei veritate. Vide Etym. M. voce *alua* Addeis Thom. Canteri Var. Lect. lib. 1. cap. 5.' Preig.

44 *Vetiti, si fert ita fera voluntas]* Ita ex veteribus libris. Vulgati: *venti*. Et forte: *vetitum laudi, Fera vetito* respondet. optime. Ex numero mendum. Gifan.

*Venti]* Inanis gloriæ et ostentationis causa. Mendose legitur in quibusdam libris, *vetiti*: quod quidam secuti sunt: iidemque (quod non risu, sed flagris dignum est) pro *si fert ita forte voluntas*, aut, ut alii libri habent, *voluptas*, scripserunt, *si fert ita fera voluntas*. quid huic homini facias? Lamb. Gloriolæ, fumi. Græci etiam in ea notione *αδρω* dicunt. Vide Peregrin. Luciani. *Faber. Sera voluntas* Palmerii non est nauci. Scribendum vero: *Hæc, licet advortas animum, magis omnia laudis Aut etiam vetiti, si fert ita forte voluntas, Jactari causa, quam quod res ipsa pro-*

*betur*. In antiquissimis membranis Vossianis est *forte*, ut recte Lambinus. *Fera* viri cætera doctissimi monstrum est ad barbariam relegandum. Pro *hinc*, quod est vulgo, etiam legimus *hæc*. Utrumque sententia necessarium facit. Ait metum Acheruntis non posse melius præcipitem agi quam per Epieuri philosophiam. Nam quod inveniuntur viri quidam, ut videtur, animosi, qui sæpe dicant morbos et infamem vitam morte magis esse metuenda, et nosse se naturam animi totam esse sanguinis, neque egere ad hoc dogmatum Epicureorum: hæc omnia scias licet jactari magis ostentationis causa, aut si revera ita volunt sentiuntque, si mortem præ morbis aut turpitudine expetunt, faciunt id magis quia non aliter possunt, quia illa, quæ sperrunt, vetita sunt illis, quam quod ratione rem habeant probatam. Etenim illi ipsi extorres patria et a conspectu hominum procul acti, omnibus denique ærumnis adfecti, si licet, tamen vivunt, &c. *Gronov. Obs. Lib. Novo*, 4. 12. Atqui utraque lectio summi habet acumen et defendi potest. *Vetiti* si malis, juxta illud Medæe apud *Ov. Met.* 7. 19. erit explicandum: 'Aliudque Cupido, Mens aliud suadet. Video meliora, proboque, Deteriora sequor.' 'Venti' atque 'laudis' causa aliquid illi faciunt, quorum alii videri tantum, alii esse laudabiles volunt; quomodo Archiam poetam, teste Cicero pro Arch. cap. 8. 'non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant.' 'Ventosos' dixerit Horatius, Ovidius, aliique inflatos superbia; sed 'ventus' pro inani gloriola minus usitatum. *Invpnes* tamen apud *Persium Sat.* 3. 27. 'Hoc satis an deceat pulmonem rumpere ventis, Stemmata quod Tuscorum millesime ducis.' *Hæc*. Placet altera lectio *vetiti*; nam 'laus' et 'vetitum,' multo concinnius sibi op-

ponuntur, quàm 'laus' et 'ventus.' Et credibile est, τὸ 'vetitum,' absolute ita dictum imperitiorum auribus oculivse potius, quàm τὸ 'ventus' pro inani gloria, similiterve sumptum officisse; cum tamen eodem modo, et forte ad imitationem hujus loci, locutus sit Claudianus in Eutrop. 2. 52. 'Nitimur in vetitum: damni secura libido.' Accedit quod et sequens hemistichium, nescio quomodo, multo opportunius nobis oggeratur, quasi boni ominis causa. Non ita dissimili ratione ab illo Homérico, qui Jovis voluntatem post male omiata illa primorum 5. versuum Iliados suæ, commemorat his verbis: *Αἰὸς δ' ἐρεάλερο βούλησθαι.* Preig.

*Voluntas*] In aliis libris nonnullis scriptum et impressum est, *voluptas*. Lamb. In Mss. quibusdam *fera voluntas*: in aliis, *fera voluptas*. Sed quia τὸ 'fera' priorem syllabam brevem habet, existimo esse glossema vocis alicujus, quæ hinc exciderit. Ea autem esse nulla alia potest quam 'dira'; 'Dirus' enim non est, quod vulgo putant, deorum ira immissus, eum e Græco δειδρὸς natum sit. Ita Lucræti 4. 1039. de impetu sævientis et impotentis amoris dixit, 'Iritata tument loca semine, fitque voluntas Ejicere id, quo se contendit dira libido.' et expresse magis post panlo scripsit, 1083. 'Unaque res hæc est, cujus, quam plura habemus Tam magis ardescit dira cupidine pectus' Quod et Virg. in se se transtulit 9. 185. 'An sna cniqve Deus fit dira cupido.' Sic alibi in *Æn.* 8. 349. de Capitolio loquens, 'Jam tum religio pavidos terrebat agrestes Dira loci.' Ad hunc modum 'diritas morum,' in Tjbetin Suetonii, δειδρὸς erat et asperitas; quod ex Cicerone firmari potest, qui fratres illos Terentianos comparans, ait, in altero esse 'diritatem,' in altero 'comitatem.' Ita denique, (nam alia proferre haud libet) 'dirus hydrops,' apud Horatium

sumi debet. *Faber*. Quidam *fera voluntas*: unde Palmerius *sera voluntas* i. e. stulta, sinistra, turpis: Giffanum *fera* retinet, de metro minime sollicitus: *dira* scribit *Faber*: dum alii *corde* reponunt ex Virg. *Æn.* 6. 675. 'Si fert ita corde voluntas.' Au vero hæc verba illos spectent qui laudem istam aut auram popularem ambient, an subjungenda sint *Hinc licet advertebas animum*: alii disputent. *Creech*. Emendandum esse: *sera voluntas*. Nam *fera* numeri etiam respnant: quomodo tamen est in vet. cod. Et 'voluntas sera' est sinistra, stulta, inutilis. Sic 'sera arva,' 2. 1161. tristitia ac laboriosa et gravia sunt. Ita interpretatur Servius *Æn.* 5. 524. 'Seraque terrifici cecinerunt omnia (Al. omnia) vates.' Addit ex Hist. Sallust. 'Serum bellum in angustiis futurum.' Et *Æn.* 6. 569. 'Distulit in seram commissa piacula pœna (Al. mortem.)' Qualiter item Propertius 2. 7. 25. 'Sed postquam sera captiva est reddita pœna.' Sed et Lucr. 2. 1162. 'sera arva,' quod tarde ægreque fructum ferant. *Palm.* in spicil. tom. 4. Fac. Crit. pag. 870. et seqq. Turneb. Adv. 36. 17. 'Versus ille Maronis, inquit, videtur refragari rerum eventui, et cum poëtæ sententia pugnare 5. 524. 'Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.' Nam mox incensa classe, illius diri portenti fides representata est. Sed videtur 'serum' non hic tardum significare, sed dirum, ac videtur ex eo male ominosum esse, quod sera omnia et tarda, prosperos non habeant successus, quæ erat causa ut postridianos dies aversarentur, neque his quicquam inciperent. Postridie enim quod incipitur, mature non inchoatur, nec tempestive. Itaque in nomine ipso, obscærum inest, et inauspicatum omen. Sed etiam 'seri ominis' significationem explicavit Servius, in hanc Maronis locum 'Seraque culminibus ferali carminæ bubo.' In Ma-

rone, 4. 462. etiam legit Nonius, si codices ejus maculosi non sunt. Ita bubo erit vel noctu canens, vel inauspicatus.' *Preig.*

47 *Jactari*] *Diels.* Virg. *Æn.* 1. 106. 'talìa jactanti.' *Salust.* 'Jacit,' i. e. dicit, in Jugurthino. *Faber.*

*Quam quod res*] *Quam* quod ita sentiant. Ab his non admodum abhorrent, quæ sunt apud Aristotelem libro primo *Elenchorum*: *Ὁδὲ γὰρ ταῦτὰ βοῶλονταί τε καὶ φασίν. ἀλλὰ λέγουσι μὲν τοὺς ἐδωχημοιστάτους τῶν λέγων, βοῶλονταὶ δὲ τὰ φωνόμενα λυσιστελεῦν ὄλον τεθῆναι καλῶς μᾶλλον, ἢ ζῆν ἰδέσθαι φασὶ δαῖν· καὶ πένεσθαι δικαίως μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν αἰσχροῦς. βοῶλονταὶ δὲ τὰ σωτήρια.* i. e. 'Non enim eadem et volunt, et dicunt homines: sed loquuntur verba quidem honestissima et speciosissima, volunt autem ea quæ expedire videntur, exempli causa: honeste mori potius, quam jucunde vivere dicunt oportere: et paupertatem justam divitiis turpiter partis dicunt esse anteponendam: sed contraria volunt.' *Lamb.*

48 *Extorres idem*] *Exules.* *Lamb.* Quasi diceret, ventosam illam gloriosam frigidam perfundens. Si ex animo dicant infamiam magis metuendam quam mortem esse, quid igitur causæ est, cur exilio multati, et probris scædati, vivant tamen: moriantur, per me licet; jam tempus est: infamia enim et dedecore flagrant. *Faber.*

50 *Omniibus ærumnis adfecti*] *Quidam* libri habent *adfecti*; quam scripturam probat. *Lamb.*

*Adfecti*] *Veteres* quidam: *adfecti.* *Gif.*

51 *Parentant*] *Justa* persolvunt parentibus mortuis, aut aliis, quos æque caros habent. Auctor vocabularii *Latinogræci.* 'Parentat,' inquit, ἀποκατε, seu ἀποκατε νεκροῖς νεύοντα. *Lamb.* Mortuis sacra faciunt, quo illos sibi propitios habeant. Unde hoc? inquit: ex mortis formidine. Et tamen qui hæc faciunt, turpem famam aie-

bant multo minus formidari debere, quam vanilla mortis terriculamenta. Itaque nugæ, fumi, quidquid isti gloriosuli vulgo prædicant. *Faber.* Mortuis sacra faciunt, ideoque animas post mortem superesse credunt: itaque nugæ, fumi, quicquid isti gloriosuli vulgo prædicant. Quid enim verba audimus, cum facta videamus? *Creech.*

52 *Et nigras mactant*] *Mactant,* i. e. immolant. Sic Nonius: 'nigras autem pecudes Diis manibus et mortuis immolabant antiqui.' Virg. 6. 153. 'Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunt.' *Lamb.*

*Et manibus divis, &c.*] Sic legendum, et ita Nonius. cum quo faciunt libri manuscripti. nam vulgati habent, *quas manibus.* Manes autem, ut scriptum est in vocabulariis *Latinogræco, δαίμονες χθόνιοι,* h. e. 'dii terrestres,' seu 'dii inferi.' *Lamb.*

53 *Inferias*] 'Inferiæ, sacrificia, quæ diis manibus inferebant,' inquit *Fest.* Auctor vocabularii *Latinogræci,* 'Inferiæ,' inquit, χοαί. χοαί autem, i. e. 'libamina.' *Lamb.*

*Multoque in rebus acerbis Acris adverti. &c.*] Hoc ex *Tito Livio* multis locis intelligere licet. *Lamb.* Quod neutiquam facerent, si mortem minime metuendam crederent. *Fab.*

55 *Hominem spectare*] Sic habent libri manuscr. quos nunc sequor. Nam vulgati habent *homines,* et sequens, *qui sint.* *Lamb.* Sic (*hominem*) omnes veteres libri; recte: ut sit mutatio numeri. Quidam tamen: *homines;* et mox: *qui sint.* *Gifan.* Alios philosophos, quos tanquam Epicuri æmulos sectatores sui prædicabant, rejectit, quoniam illorum dogmata metum mortis non penitus abolerant. Deinde 4. vs. addit minime credendum esse istis, qui lætis rebus florentes magnifice loquuntur, spectandi autem sunt homines periculis cincti et miseris oppressi, si tum se fortes præstant, tum faten-

dum est illis philosophiam profuisse. *Creech.*

58 *Ejiciuntur*] *Elicuntur* habent omnes libri manuscr. et vulg. quod si probemus, interpretabimur 'expriuntur.' Sed existimant tamen docti legendum *ejiciuntur*, ut intelligamus, homines ipsos in rebus adversis veras voces ejicere, id est, mittere. et ita amicus meus putat legendum in oratione pro M. Cælio, 'Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem ejiciat?' ubi vulgo legitur *eliciat*. Cui propemodum nunc assentior, quamvis olim dissenserim. Sed si mutatio consilii est inconstantia, ut non est; et si in toto vitæ statu licet interdum, temporibus postulantibus, sententiam mutare: quanto magis in iis quæ ad studia litterarum pertinent? ego igitur et in hac tertia editione *ejiciuntur* odendum curavi, et item in secunda, cum in prima *eliciuntur* editum esset. neque hic me movent libri veteres. Scio enim in eis sæpenumero *i* pro *l*, et *l* pro *i* scriptum reperiri. *Lamb.* Ita (*ejiciuntur*) posui. Vide Indicem. In libris, tamen: *Elicuntur*. Gifan. Sic 'jacere,' 'rejectare,' et 'mittere' vocem, Lucretius. Alii tamen e Codd. *Elicuntur*. *Creech.* Marg. noster sive Vossius ille, sive Beverlandus, ex Mss. *Elicitur eripitur persona manere*. Quo et confirmatur omnium, quos quidem Lambinus viderat, Mætorum lectio. Adlit Ovidii locum, 'Voce mea voces elicente Dei.' *Præig.* Adde Claudian. in Ruf. 2. 56. 'Justitia insultat, vitisque a stirpe recisais, Elicet oppressas tenebroso carcere leges:' hic 'elicere' est evocare, protrahere in lucem; sic idem Carm. 17. 100. 'Tu prima hominem sylvestribus antris Elicis.' *Hav.*

59 *Denique avaritiæ*] Versus, qui mox legentur, ab homine rerum Ethicarum perito non possunt satis legi, selegi, tanta in iis vis boni reperitur.

Certum enim est mortis formidinem probri, dedecoris, perfidiæ, crudelitatis, invidiæ, deperationis, &c. fontem esse. *Fabbr.* Et hinc oritur magna Epicuri gloria, qui præceptis suis metum mortis, e quo tot mala fluunt et derivantur, fugat. *Creech.*

60 *Transcendere finis*] *Trepbalow* robs *spous roû buxalov.* *Lamb.*

61 *Et interdum socios, &c.*] Et cogunt eos præbentis se socios, ac ministros, seu adjutores scelerum, niti summo labore emergere, i. e. ex humili loco et rebus angustiis evadere, et pervenire ad magnas opes. *Lamb.*

62 *Præstante labore*] In quibusdam libris scriptum est *perstante*: quod si probabimus, perstantem laborem interpretabimur, assiduum, et improbum, et pertinacem. Ego nihil mutavi. *Lamb.*

*Præstante*] Ita et supra, lib. 2. vers. 12. Quidam tamen libri: *perstante*. Gifan. Sic lib. 2. v. 12. Alii Codd. *perstante*; i. e. assiduo, improbo et pertinaci. *Creech.* Mart. 7. Epigr. 43. 'Primum est, ut præstes, si quid te Cinna rogabo illud deinde sequens, ut cito Cinna neges. Diligenter præstantem, non odi Cinna negantem Sed tu nec præstas, nec cito Cinna negas.' *Is. Voss.*

64 *Non minimam partem*] I. e. non minima ex parte. sic enim loquuntur alii boni scriptores. Cæs. lib. 4. de Bell. Gall.: 'Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt.' M. Tull. Orat. perf. 'Magnam partem ex jambis nostra constat oratio.' Idem Offic. lib. 1. 'Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiscantur ea quæ concupiverunt.' iterum sic Lacr. 6. 1247. 'Inde bonam partem in lectum mœnore dabantur.' al. in lectum. *Lamb.* *Non minimam partem* i. e. *Kerd. Fab.*

65 *Turpis enim fama, &c.*] *Secutus*



sum in hoc versu codices vulgatos potius, quam manuscr. nam cum ita habent manuscr. *Turpis enim ferme contemptus, &c.* vulgati autem sic, *Turpis enim fama contemptus, &c.* hanc vulgatam leviter immutavi, et ex *fama*, feci *fama*, &c. et cuius lectionis hæc sententia est: *Turpis enim 'fama,'* i. e. infamia, seu ignominia, et 'contemptus,' i. e. *ἀδύσπλις*, vel *καταπρόβησις*, et acris egestas, hæc videntur esse a dulci vita remota. turpis fama et contemptus pro uno videntur esse posita. Nam quamquam inter se differant, in eo tamen certe similia sunt, quod honori opponuntur. scripturam autem, quæ reperitur in libris calante exaratis, ut probarem, a me impetrare non potui: quamvis sciam, eam ita explanari posse: '*Turpis contemptus,*' i. e. vita obscura, et honoris expertus, atque adeo infamis, et acris egestas, '*ferme,*' i. e. prope modum, videntur esse remota a vita beata, et mortis instar. Nam illud '*ferme*' non mihi videtur apte hoc loco positum. Itaque vulgatorum codicum lectionem manuscriptorum scripturæ anteposui. Reperitur et hæc alia scriptura: *Turpis enim forma, seu forma contemptus, &c.* quam etiam mendosam arbitror; ex qua quidam faciunt, *Turpis enim forma, et contemptus, &c.* Veram neque hæc lectio mihi probatur. '*Turpis fama*' autem ita dictum a Lucretio est, ut '*turpis existimatio*' a M. Tull. Orat. pro Cæcina. Jam vero etiam Epicuri præceptum fuit: *εὐδοξίας ἐπὶ τοσοῦτον προσοῦσθαι, ἕρ' ἕσων μὴ καταφρονεῖσθαι*: i. e. 'bonæ famæ usque eo curam esse habendam, quoad non contemptaris.' Si quis tamen scripturam antiquam hæc anteponet, non reclamabo: multo minus pugnabo. *Lamb.* Quidam Codd. *Turpis enim ferme.* Unde alii scribunt *Turpis enim forma*: alii *Turpis enim fama*: at codicibus istis et conjecturis melius Lambini iudicium,

qui edidit *Turpis enim fama, &c.* Epicuri autem præceptum fuit, *εὐδοξίας ἐπὶ τοσοῦτον προσοῦσθαι, ἕρ' ἕσων μὴ καταφρονεῖσθαι*. *Cresch.*

66 *Ferme contemptus*] Ita Veteres libri. Vulgati: *fama contemptus*. *Lambinus*: *fama, et contemptus*. Verum alterum respondet cæcæ hominum cupidini, alterum avaritiæ. *Gif.*

*Semota ab dulci*] Sic loquitur l. 59. '*Semota* ab nostris rebus, sejunctaque longe.' et item 2. 19. nisi quod præpositionem non addidit: '*mente fruatur Jucundo sensu, cura semota, metuque.*' dixit enim '*semota cura,*' pro *semota a cura, &c.* *Lamb.*

67 *Et quasi jam leti portas*] Et videntur quasi jam ante mortis portas residere, seu exspectare, seu morari. *Lamb.* Ductum videtur ab illis, qui ad portas aut januas cum venere, ibi interdum cunctantur, nec recta statim ingrediuntur: ut apud Aristoph. in *Nub.* vs. 131. *Τί τῶν' ἔχων στρατηγεῖσθαι*; Iterum vs. 509. *Τὴ κυνέξαι ἔχων περὶ τὴν θύραν*; *Turn.* *Adv.* 30. 9.

68 *Dum se fugiisse*] Sententia Epicureis mirifica placita: eos enim, qui perturbati sunt, aut quos aliquid urit, et e perturbations maloque exire conantur, '*se fugere*' velle dicunt, nec tamen plerumque effugere posse, ut hujus libri clausula vs. 1061. '*Hoc se quisque modo fugitat: quod scilicet, ut sit, Effugere haud potis est.*' In sensum igitur superioris loci est. Isti, inquit, quos pertæsum est inglorios et despiciatos vivere, effugere se volunt, i. e. suam indignitatem, ignobilitatem, et humilitatem atque contemptum, et omni contentione ad gloriam et divitias emittunt. *Turneb.* *Adv.* 30. 10. Jam antea multis exemplis probatum est, veteres, '*me,*' '*te*' et '*se*' in modo infinito usurpasse, *σαρωλαῖστος*. '*Omnia homines qui se se student præstare ceteris animantibus.*' *Sallust.* *Isted* '*se*' poterat abesse. *Fab.*

69 *Refugiisse*] *Effugiisse*; male. *Gif.*

*Longeque remasse*] Vulgati: *remosse*. Quod quia agens est, 'refugisse' autem absolutum, non convenit huic loco. Itaque conjectura ducta, responsum verbum Ennianum. *Gif*.

*Refugisse volunt longe, &c.*] Sic legendum, non *effugisse*. Sed manebat scrupulus, quod *refugisse* hoc loco est verbum absolutum: *removisse* autem, quod reperitur in libris omnibus, pro eo quod edendum curavi, *recessisse*, agens: qui eximetur, si *recessisse* legamus. Quare sic plane puto esse legendum, et ita a Lucretio scriptum: quod cum minus esset intellectum a sciolis, esse depravatam, et *remosse* suppositum. *recessisse* autem dictum est pro *recessisse*: quemadmodum 'promississe,' 'extinxisse,' et similia, pro *promississe*, et *extinxisse*, &c. atque ita hac tertia editione excudendum curavi. Quod autem *bascanus* quidam vult legi, *longeque remasse*, pro *remeasse*; ferri hic non potest, neque ullo pacto convenit. nam *remeare*, est reverti: At qui revertitur ad eum locum, unde prius abiit, ex eo quo posterius venit, redire intelligitur. quod hic quadrare non potest. *Lamb.* Ter. in *Andria*, 4. 6. 2. 'Quæ sese inhoneste optavit parare hic divitias potius, quam in patria honeste vivere.' *Creech*.

*Recessisse*] Al. *remosse*. *Gifan*. autem *remasse*, id est *remeasse*. fort. etiam non minus recte, *remasse*, *προλεσθησαν*. *Fab.* Scribe *remosse*, subaudito rursus provocabulo *se*, notissimo Græcismo, atque Lucretio perfamiliari, unde etiam 4. 70. 'Nam certe jacere ac invergi multa videmus.' *Se* scil. legit *Jo. Fr. Gronov.* Obs. 2. 7. illustrans illo *Comici Eun.* 3. 3. 7. 'Ait rem divinam fecisse.' Recte vero idem judicat quia 'remosse' agens sit, 'refugisse' absolutum, aliam lectionem ab interpretibus fuisse substitutam. *Hav.*

71 *Cædem cædi accumulantes*] Sic fere loquitur *M. Tull. Catilin.* 1.

'Nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?' *Lamb.* 'Cæd' pro *cæde*, ut *inf. vs. 734.* 'contagi' pro *contage*, juxta *Lamb.* Tamen ibi, ut et hic *Ms.* *contage* atque *cæde*. Utrumque veteribus usitatum; sed pro *cæde* etiam facit *Macrobr.* 6. 2. citans hæc *Lucretii*, ut cum *Maromianis* illis conferat *Georg.* 2. 511. 'Gaudent perfusi sanguine fratrum, Exilioque domos et dulcia limina mutant.' *Hav.*

73 *Timentque*] Metu veneni. Itaque omnem cœnam dubiam esse putant; sed alio senon quam a *Parasito Terentiano* dictum est. *Fab.*

75 *Macerat invidia*] *Hor. Epist.* 1. 2. 57. 'Invidus alterius macrescit rebus opimis.' *Lamb.*

76 *Clarus qui incedit honore*] *Duo* lib. *manusc.* habent, *claro qui incendit honore*; ex qua scriptura feci, *clarus qui incedit honore*. nam 'claro,' factum ex *claro*: 'claro' autem pro *claro* positum. Quomodo sæpe veteres loquebantur. Ex eadem scriptura olim feceram, *claroque incendit honore*: ut esset hæc sententia: illum esse potentem, illum digito monstrari, atque adspectari, *macerat* alios homines *invidia*: et 'honore,' i. e. propter illius honorem, homines *invidos* 'incendit,' *urit*, et *cruciat*. *Sic Horat.* 2. 1. 13. *Epist. ad August.* 'Urit enim fulgore suo, qui prægravat arteis *Infra se* positas,' &c. *vel dic*, 'et honore,' i. e. honoris studio, et cupiditate homines illos inflammant. *sic Hor. Sat.* 1. 9. 53. 'accendis quare capiam magis illi *Proximus esse*.' Nunc autem malo *sic*, *Clarus qui incedit honore*: *vel sic*, *Clarumque incidere honore*. *Lamb.*

*Claro qui incedit honore*] *Quidam veteres*: *claro qui incendit*. *Quidam veteres*: *claroque incidere*; etiam bene. *Incendit*, non admitto. In quibusdam veteribus etiam: *incendere*; male. *Gif.*

*Claroque incidere honore*] *Alii clarus*

qui incedit honore. Alii clavo qui incendit honore. Fayum vide, lector, et ridebis. Creech.

78 *Statuarum et nominis ergo*] 'Ergo' correptum (inquit Festus) idem significat, quod apud Græcos *ὄν*: productum, idem quod *χάρις*, h. e. 'gratia,' cum scilicet gratia intelligitur pro causa. vide cetera apud eundem. Virg. *Æn.* 6. 670. 'illius ergo Venimus.' Præterea admonendus est lector, in quibusdam libris vet. scriptum esse, *Statuui et nominis ergo*.

*Statuui, et nominis ergo*] Cum in quibusdam libris esset: *statuui*, in aliis: *statuarum*, in aliis: *statim*; ego *statuui*. Qua in re sæpe est peccatum. Et olim, 'statuæ honor' dicebant et Græci et Latini. *Statuarum* etiam non male. *Gf.* In quibusdam Codd. *Statuui*. Alii *Interuenies fastus tantum*, vel *Interuenitque potentatus*. Creech.

*Statuarum*] Marg. noster: *statum*. Addito: Fecit Is. Voss. *Interuenies fastus tantum et nominis ergo* vel *Interuenitque potentatus*. At vide, ne sit necesse, ut quicquam mutemus. 'Partim' ita citra geminationem ponere, et in huiusmodi partitionibus, amat noster, ut alibi dictam. Nec noster tantum, sed et Cic. 1. de Divin. 'Statuarum' autem mentio non ita huic loco inconueniens. Juven. Sat. 1. 8. 'Stemmata, &c. et stantes in curribus Æmilianos.' *Preig.*

79 *Vita Percipit humanos odium*] Sic loquuntur et alii boni scriptores. Ter. Eun. 3. 1. 14. 'Tunc sicubi eam satietas hominum, aut negoti si quando odium ceperit.' *ibid.* 5. 6. 2. 'Neque agri, neque arbis odium me unquam percipit.' Idem Hecyra 2. 1. 22. 'Jam pridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam.' Plautus Trucul. 2. 5. 14. 'Si bene facere incepit, ejus eum cito odium percipit.' Idem Stichus: 2. 2. 17. 'Quid ego, quoi misero medullam ventris

*Delph. et Var. Clas.*

percepit fames?' sic idem Lucret. sup. eodem lib. vs. 29. 'His tibi me rebus quædam divina voluptas Percipit.' *Lamb.* Lucret. sup. vs. 27. 'His tibi me rebus quædam divina voluptas Percipit.' Ubi tamen alii legunt *Percitit*. Pro *humanas* Gassendus legit *ingratos*. Creech.

80 *Lucis que videndæ*] I. e. vitæ colendæ. Virg. *Æn.* 4. 631. 'quam primum abrumpere lucem:' et 6. 435. 'lucemque perosi.' Cicero pro Mil. 'Lucem intueri.' Græci poetæ, *ὄψιν φῶς ἡελίου*. *Lamb.*

84 *Pietatem evertere funditus*] Ita conjectura scripti. Vulgati: *suadet*. In veteribus libris quibusdam *fundet*, et *fundit*. Hinc feci, *funditus*; ut sit dactylus in fine, qua in re sæpe est peccatum. Vide Indicem: 'Versus.' *Lambinus*: *fundo*; non male. *Gf.*

*Pietatem evertere fundo*] Sic hunc locum, in omnibus libris sine dubio depravatam, restitui, a veteribus quidem codicibus adjutus, sed magna ex parte conjectura ductus, cum ex *fundet*, fecissem *fundo*. Quam conjecturam neminem litteris mediocriter tinctum, iudicioque non impolitissimo præditum, improbaturum arbitror. *Suadet* autem, quod est in omnibus libris vulgatis, jequi. Sic Virg. locutus est 10. 88. 'Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur?' 'vertere fundo,' i. e. funditus perdere. Thraso quidam mavult scribi, *vertere funditus*, ut sit dactylus in extremo versu: mendosissime, et plane ridicule. *Lamb.*

87 *Nam veluti pueri, &c.*] Positi jam sunt hi vs. sup. initio 2. 54. et tertium legentur non longe a principio sexti, 34. *Lamb.*

94 *Primum animum dico*] Liber hic tertius, quo animi immortalitas a Lucretio oppugnatur, a Christiano homine caute est legendus: neque ejus argumenta, quantumvis probabilia, cum sint infirma, falsa, fallacia, et captiosa, ullo modo vel audienda, vel

*Lucret.*

4 H

in pectoris sedem recipienda: sed animo jam preparato, instructo, atque armato, ne, quasi venenata tela in eum penetrant, in eoque inhaerant, ad hujus libri lectionem veniendum. Omnino nulla tutior armatura adhiberi potest, quam pietas et religio nostra: quæ non sinet nos in hac de anima disputatione titubare aut errare: verum tamen licet etiam ex scriptoribus Christianis arma quædam hujus quæstionis propria sumere. Juvabit autem non parum Tertulliani libros de testimonio animæ, de substantia animæ, de anima denique, pervolutare et perlegere: in quibus libris vir ille totam quæstionem de anima non solum maxime pie et Christiane, sed et pereradite tractavit. *Lamb.*

*Mentem quem sæpe vocamus*] Sic habent quattuor libri manuscripti et antiqui Veneti: quam scripturam non video quamobrem mutare debuimus. Hic enim ordo verborum est: Primum igitur dico, animum quem sæpe mentem vocamus, esse hominis partem, &c. Vulgati autem habent, *mentem quam*: quam lectionem tamen non damno, cum præsertim sic referat Caris. lib. 2. 'Primum.' Lucr. 'Primum animum dico, mentem quam,' &c. ubi Velius Longus, 'Primum (inquit) adverbialiter audiendum est.' *Lamb.* Ita (*quem*) omnes libri veteres. Marullus, et Vulgati: *quam*. Gif. Hinc, quam et ipse, nunquam Epicureus, Virg. 'mentem animumque' conjunxisset in illis *Æn.* 6. 11. 'Magnum cui mentem animumque Delius inspirat vates: Servius hæc notavit: 'Perissologia est: Nam secundum Lucretium unum est, mens et animus.' *Hæc.*

96 *Esse hominis partem nihilo minus, &c.*] Immo multo magis: nam hominis quidem pars est animus: sed pes et manus, corporis humani partes sunt potius, quam hominis. *Lamb.*

*Esse hominis partem*] Corpore at-

que animo constat homo: ergo dum in homine partes. Et tamen vides quid hinc colligat Epicurus. Sed verus homo animus est. *Fab.*

98 *Putari*] Ita veteres quidam libri. In aliis: *putaret*. Alii: *putarunt*. *Gif.*

99 *Sensuum animi certa, &c.*] Inf. eod. lib. 547. 'Et quoniam mens est hominis pars una, locoque Fixa manet certo, velut aures atque oculi sunt, Atque alii sensus,' &c. *Lamb.*

101 *Harmoniam Graei*] Sic Plato in Phædone: Καὶ γὰρ οὐδ', ὁ Σώκρατες, οἶμαι ἔγωγε καὶ αὐτὸν σε τοῦτο ἐπιθεσθῆσαι, ὅτι τοιοῦτό τι μέγιστα ὑπολαμβάνομεν τὴν ψυχὴν εἶναι, ὅσπερ ἐνεταμένον τοῦ σώματος ἡμῶν, καὶ συνεχομένον ἐπὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ἰγροῦ, καὶ τοιοῦτων τῶν κρᾶσιν εἶναι, καὶ ἁρμονίαν αὐτῶν τούτων τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ἐπειδὴ ταῦτα καλῶς καὶ μετρίως κρᾶσθ' ἔχει ἅλλαλα. Lege cetera quæ sequuntur apud Platonem: valde enim ad hunc locum pertinent. Hæc autem sic interpretor: 'Namque equidem arbitror, Socrates, te quoque hoc aliquando tecum considerasse, tale quiddam nos existimare animum esse, veluti intento corpore nostro, et constante ex calido et frigido, sicco et humido, et quibusdam aliis hujus generis, temperationem, et harmoniam harum ipsarum rerum esse animum nostrum, cum hæc res recte et moderate inter se fuerint temperatæ.' Hanc veterum opinionem refert et Aristoteles libr. 1. de animo, eamque refellit, his verbis, Καὶ ἄλλη δὲ τις δόξα παραδεδόται περὶ ψυχῆς, καθῆτι μὲν πολλοῖς, καὶ οὐδεμίᾳ ἦταν τῶν λεγόμενων λόγων δὲ, ὅσπερ εἰδέναι, θεοκῶν καὶ ἐν τοῖς ἐν κοινῇ λεγόμενοις λόγοις ἁρμονίαν γὰρ τινὰ αὐτὴν τὰς λέγουσι, καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν, κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν τινὰ ἐναντίον εἶναι, &c. i. e. 'Alia quoque opinio de animo tradita est, probabilis quidem illa multis, nullaque earum quæ sermonibus hominum usurpantur, inferior, sed quæ fuit com-

munibus philosophorum disputationibus agitata, ac veluti iudicium rationum referendarum subit: harmoniam enim quandam eum quidam esse dicunt; quippe harmoniam, temperationem et compositionem esse quandam contrariorum, &c. et M. Tull. Tusc. 1. 'Proxime autem Aristoxenus musicus, idemque philosophus, intentionem ipsius corporis quandam, velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante dictum et explanatum a Platone.' *Lamb.* Quamvis aliud Aristoxenus, aliud Plato videtur docuisse. Lactantius 7. Instit. 'Sicut in fidibus ex intentione nervorum efficitur concors sonus atque cantus quem musici harmoniam vocant, ita in corporibus et compage viscerum ac vigore sensuum vis sentiendi existit.' Hanc opinionem poëta primo vs. 19. explicat et evertit: quippe qui corpore aliquando dolet, animo lætatur, et qui nihil doloris in corpore sentit, animo miserrime cruciatur; anima igitur non est totius corporis intentio et concentus, sed pars hominis a corpore distincta, non minus quam pes, manus, caput, &c. sunt partes humani corporis a se invicem distinctæ. *Creech.*

*Quod faciat nos Vivere cum sensu*] Sic sæpe loquuntur boni scriptores, Plautus, Virgilius, ipse Lucretius. Uno Virgilii exemplo nunc contenti erimus; *En.* 2. 538. 'nati me cernere letum Fecisti, et patrios fœdasti finere vultus.' et aliquot ex Lucretio: infra eod. lib. 302. 'Quæ faciunt tremulum membris existere motum.' Idem 6. 266. 'Flumina abundare ut facerent, camposque natare.' Idem ibidem, 454. 'Hæc faciunt primum parvas consistere nubes.' Idem eod. lib. 511. 'Urget, et e supero premit,

et facit effluere imbreis.' Idem 6. 760. 'Quæ faciunt igneis interstinqui, atque perire?' *Lamb.*

102 *Cum sensu*] Ita Codd. et recte. Tacere tamen non possum mihi aliquando placuisse *concentu*, ista enim vox voci 'harmonia' non absona videbatur. *Creech.*

105 *Non certa parte reponunt*] Eam statim dicit esse in media pectoris regione repositum, vs. 141. 'Idque situm media regione in pectoris hæret.' *Lamb.*

107 *Sæpe itaque in promptu*] Sic legendum, et ita habent libri manuscr. et impressi Paris. et Veneti antiq. Nam vulgati habent fere, *Sæpe utique in promptu*, &c. *Lamb.*

*Ægrit*] Cum in aliquot libris vulgatis legatur, *ægrum est*, in manuscriptis vero, *ægrum*, sine verbo substantivo: ego in prima et secunda editione *ægrum est*, ut in lib. vulgatis, probaram. Nunc vero commotus ab antiqua scriptura, et communitus, (non enim temere omnes libri antiqui habent *ægrum*), ex hoc *ægrum*, quod depravatam esse arbitror, feci *ægrit*, quo verbo utitur iterum inf. eodem lib. 836. 'Præter enim quam quod morbis tum corporis ægrit,' &c. *Lamb.* Dicebant *ægrit* et *ægrit*. *Faber.* Ita veteres, ut et *ægrit*. Gifanians tamen et alii, *ægrum est*. Recte autem illi faciunt, qui vs. 108. retinent *latent*, et rejiciunt *valenti*. An vero ubi vel *uti* legi debeat in sequenti versu litigent interpretes. Suumque *labore* vs. 112. retineat *Fayus*, dum alii *dolore* præferunt. *Creech.* Verbum *ægrit* versu hujus lib. 836. Lucretio restituendum docuit Turneb. Adv. 30. 10. uti videtur, primus. Hunc secutus Lambinus idem quoque hoc loco (quo jure, viderint, quibus otium est) reponere in animum induxit suum. Scribendum tamen si non hoc loco, at altero illo, *ægrit*, tanquam ab ægreo, ægere, post Gifanium, satis solide jam evicit

vir eximius in Etymologico suo, ex eo, quod non 'ægresco' sed 'ægresco' dixerint. *Preig.*

108 *Parte latentis*] Nempe animo. sic autem habent libri quattuor manuscripti, et aliquot typis impressi. alii enim habent, *parte valenti*. *Lamb.*

109 *Et retro fit uti contra, &c.*] Sic est legendum, et ita habent codices fide digni, nisi quod in omnibus ubi scriptum est pro uti, plane mendose. *Lamb.*

*Et retro fit, ubi*] Sic veteres libri omn. et vulgati; recte. *Lambinus: uti. Gif.*

113 *Præterea molli cum somno*] De somno et somniis lege 4. 905. 'Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem Inriget,' &c. *Lamb.*

*Molli*] Sic poëtae Græci *μαλακῆ ὑπνῷ*. Virg. Georg. 2. 470. 'mollesque sub arbore somni.' *Lamb.* Aliud argumentum priori simile vs. 5. proponit: somno relaxentur membra, nulla sit intentio membrorum, nullus sit viscerum concentus, sed effusa jaceant omnia et languida, interim tamen variis insomniis aliquid quod ad hominem pertinet agitur, dolet, gaudet, &c. Hoc autem quod sentit est animus, animus igitur non est corporis harmonia, relaxato enim somno corpore, ut in fide laxatis nervis nulla fit harmonia. *Creech.*

114 *Onustum*] Cibo et potu. 4. 951. 'Deinde cibum sequitur somnus.' *Lamb.* Alii cibo aut potu, alii cura, vel labore; ego mallem somno, sic 'sopor gravissimus' 4. 953. In versu sequenti pro aliud apud plures aliquid. *Creech.* Annotator quoque noster *honestum* habet, *Vossii* nimirum adscripta auctoritate. Idque exponit, integrum, laudato Cicerone teste. Et is quidem suam sibi habeat explicationem. Nobis non intempestivum videtur hic aliquid novi moliri. Quid enim sibi vult vulgatum illud *onus-tum*? otiosum quid, planeque molestum. Vide, ne legendum sit: *jacet*

*sine sensu corpus honesto.* *Preig.*

118 *Nunc animam quoque*] Ab hoc loco refellere conatur eorum sententiam, qui animus, seu animam, harmoniam esse volunt, eademque opera probare, esse in numero partium corporis humani. *Lamb.* Tertium argumentum, quo probatur animum non esse corporis harmoniam, vs. 13. sic se habet. Ut in fidibus detractis quibusdam nervis totus perit concentus, sic abacissis quibusdam membris tota totius corporis harmonia interiret, nulla itaque vita foret, nullus sensus. At homines membra mutilos et vivere et sentire, non est quod quis dubitet. Licet autem detractis multis membris integra maneat vita, et sensus integer; si tamen quedam caloris et aëris particulae e corpore diffugiant, corrumpitur animal, nulla relinquitur aut vita, aut sentiendi vis. E quibus conficitur, vitam et sensum non ex intentione omnium membrorum, nervorum, et viscerum oriri, sed ab istis caloris et aëris particulis dependere. *Creech.*

*In membris*] In numero membrorum. nam statim docebit, animam corporea natura esse præditam. *Lamb.* In numero membrorum *Lambinus*, et post illum alii: at hic 'in membris' idem sonat quod in vs. 121. *Creech.*

120 *Detracto corpore multo*] Detracta magna corporis parte, seu detractis multis corporis partibus: ut detracta et amputata tibia, reciso brachio, et similibus. *Lamb.* Magna parte substantiæ corporis. *Faber.*

122 *Corpora pauca caloris*] Infra docebit, animum constare ex aura, vapore seu calore, aëre, et quarta natura, nominis experte. *Lamb.*

123 *Per os*] Nam ægri moribundi dicuntur agere animam. *Lamb.*

124 *Extemplo*] Continuo. *Lamb.*

125 *Noscere ut hinc possis, &c.*] I. e. ita, ut facile hinc intelligere possis, non omnia corpora prima partem æ-

qualeis animæ obtinere, et ex æquo vitam ac salutem tueri ac sustentare: sed semina quædam venti et caloris efficere, ut in membris vita maneat. Ad hunc locum pertinent illa quæ dicuntur a Cebete apud Platon. in Phædone: Ὁ Σώκρατες, τὰ μὲν ἄλλα δοκεῖ ἔμοιγε καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μὴ, ἐπειδὴν ἀπαλλαγῆ τοῦ σώματος, οὐδαμῶ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκέλευ τῇ ἡμέρῃ διαφθεῖρηταί τε καὶ ἀπολλέηται, ᾖ δὲ ὁ ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος, καὶ ἐκβαλνουσα, ὅσπερ πνεῦμα, ἢ καπνὸς, διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπταμένη, καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμῶ ᾖ. i. e. 'Cetera quidem, Socrates, præclare mihi dici videntur: sed quæ de animo dicuntur, valde sunt omnibus incredibilia, ut verendam sit, ne, cum ex corpore excesserit, nusquam jam sit: sed illo ipso die, quo die homo interierit, intereat, ac perimatur continuo ex corpore decedens, egrediensque, tanquam ventus, aut fumus, dispersus diffugiat, atque in diversas partes evolet, et nusquam jam quicquam sit amplius.' *Lamb.*

*Non æquas partes]* Animæ scil. *Faber.* Animæ viz. Lambinus et alii: diversam interpretationem sequuntur sum. *Creech.*

126 *Neque ex æquo fulcire salutem]* Vitam sustinere, retinere. *Faber.*

127 *Venti calidique vaporis]* Nota partes quæ animam constituunt, quibus et tertia qualitas accedet infra. *Faber.*

128 *Curare]* I. e. efficere: translatio est a rebus animatis. Sic 4. 804. 'Quod ne miremur, sopor atque obliuia curant.' *ibid.* 246. 'Efficit ut videamus, et internoscere curat.' et 6. 230. 'Curat item, ut vasis integris vina repente Diffugiant.' *Lamb.*

130 *Moribundos]* Morienteis, seu jamjam morituros. *Lamb.*

*Qui nobis moribundos deserit artus]* Fieri non potest quin legendum sit,

*qui, nobis moribundis, deserit artus.* Alioqui contra sensum locutus fuerit Lucretius. *Faber.*

131 *Quapropter quoniam, &c.]* Disputationem de harmonia vs. 6. cum scommate, ut erat pronus ad scommata, concludit: Habeant igitur sibi boni isti et faceti musici harmoniam istam, vocem inepte fictam, et ineptius applicatam, quid enim in istorum nugis refutandis diutius immorarer? *Creech.*

132 *Redde harmoniæ Nomen ab organico]* Redde (inquit) nomen harmoniæ delatum ex monte Musarum organico: i. e. ab iis sumtum, qui ex fidibus et nervis suaveis eliciunt sonos. *Lamb.* Scio de harmonia quid dictum, fictum, scriptum fuerit; neque Aristoxenus ille Aristotelis discipulus eam opinionem primus induxit, cum jam ante Aristotelem ipsum, in Phædone, ubi de animorum immortalitate agitur maxime, tale aliquid scriptum a Platone fuerit. Sed cur 'harmonia nomen ab Heliconis organico saltu delatum' dicat Lucretius, id vero unum est quod mihi nunquam placere potuit, quippe qui 'montem organicum' seu 'musicum,' (nam organici, haud dubie musici dicuntur, ut ex ipsomet Lucretio alibi constat,) montem, inquam, musicum, non magis quam grammaticum aut dialecticum dici posse putem. Inde adeo factum est ut semper legerim, neque adhuc scripasisse Lucretium aliter arbitrer: *Nomen ab organico cantu ductum citharai.* Sed cum ex 'citharai,' i. e. citharæ, ut 'terrai,' 'harmoniai,' 'aulai,' et alia id genus, librarii τὸ *Citharonis* fecissent, facile fuit doctus, qui vitium in metro animadverterent, eam vocem mutare in τὸ *Heliconis*, ut laboranti versui subveniretur. Cetera autem, uti et corrupti carminis ratio postulabat, pro captu cujusque mutata, versa, interpolata fuere. De hac nostra conjectura judicabant qui et

narum habent, et poetice facultatis expertes non sunt. Quod autem addit Lucretius, 'Sive aliunde ipsi porro traxere.' Non temere factum, cum 'harmonia' sumatur etiam pro junctura seu compage ligni vel solidioris alienius materie. Inde apud Aristophanem ἁρμονίᾳ διαχασκισίᾳ. Inde et Hesychius in quodam loco veteris scriptoris, quem ipse quidem non nominat, sed nos Herodotum esse scimus, ἁρμονίας interpretatur ὀξυέτω, seu conjunctionem. *Faber.* Hæc Faber, cujus ingenio plurima indulgerem, si sibi ipsi imperare potuisset. Saltum Heliconis non absurde dici probari potest ex Manilio ejusdem fere ætatis scriptore, 'Primusque novis Heliconia movere Cantibus, et viridi notantes vertice silvas.' *Astronomicum* lib. 1. Illum saltum dici posse organicum, utpote musarum, carminumque plenum nemo dubitavit, qui meminert eum toties a poetis vocalem fuisse dictum. Est tamen qui legit. *Ad Organicos alto delatum Helicone,* Et pro traxere in sequenti versu texere. *Creech.*

*Redde harmonici Nomen, &c.]* Sic Is. Voss. preesse vestigia secutus vulgatae lectionis; et ex eo Annotator noster; qui explicationis gratia addit: 'Organici sunt, quales Aristoxenus, et alii musici, qui animam dicebant esse harmoniam.' Quod tamen vereor, ne longe nimis petatum sit. Noster *organicos* (vide *Fab.*) musicos simpliciter et alibi dixit. *Preig.* Restitue organicis (inquit *Turneb.* *Adv.* 21. 2. et 30. 10.) nomen harmoniæ, quod illi Helicone deportarunt, ubi Musæ et Musarum præses Apollo, modulis et cantibus præfecti, musicorum instrumenta suis addita signis habent, et eorum inventionem censentur et nobilitantur inter mortales. Hæc *Turneb.* Verum neque hac neque multis aliis explicationibus, quæ fluctus in simpulo excitant, egemus; si simpliciter ita constituamus atque

interpungamus locum, uti jam a nobis factum est, optimorum Mss. consensu. *Redde,* inquit, harmoniæ nomen Heliconi, cui est proprium atque nativum, utpote ex umbrosis ejus saltibus ortum atque delatam. Saltus enim et arbores quis Heliconi negabit, pluribus poetis Manilio accinentibus. Testes *Propertius* 3. 2. 1. 'Virus eram molli recubans Heliconis in umbra, Bellerophontei qua fuit humor equi.' *Statius Sylvar.* 4. 4. 96. 'Parnassique jugis, silvaque Heliconide festis Thura dedit flammis.' Atque ibidem vs. 46. 'cui non Heliconia cordi Serta, nec imbelles Parnassi e vertice laurus.' Quare etiam de *Ennio Lucretius* 1. 119. 'Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.' Hunc vero saltum Heliconis 'organicum' appellari posse nemo dubitabit, qui contulit hocce *Clandiani* versus de *Consul. Mallii* 17. 370. 'Nuncia votorum celeri jam fama volatu Moverat Aonios, auditu consule, lucos Concinnit felix Helicon, fluxitque Aganippe Largior, et docti riserunt floribus amnes.' *Hav.*

184 *Et in illam] Rem, quæ res, &c. Lamb.*

185 *Transulerunt] Quidam Veteres: Transulere. Gifan.*

*Res nomine egebat] Miror: nam ante harmoniam uisitata nomina erant θυμὸς, ψυχή, σοφία. Sed de θυμὸς propter πολυμαθίαν est qui contradicere, quamquam frustra, possit; de σοφία, dixerit aliquis esse actionem non facultatem. At de ψυχή non video qui contra stari possit; nam quod ψυχή aliquando pro sanguine positum legitimus, (quippe locus est ad rem in *Nebulis Comici,*) ubi cimices, quos *Corinthiōs* vocat, τῆν ψυχήν ἐκρίνοσαν. Sed id ita intelligi debet ut orientales vulgo sentiebant, qui sedem animæ in sanguine ponebant. *Faber.* Hæc item *Faber,* qui labori suo parcere potuisset, si hæc omnia esse scommatum plena percepisset. *Creech.**



137 *Nunc animum, atque animam, &c.*] Nunc docere incipit, inter animum et animam quid intersit. volt autem, animum esse mentem, et consilium, et rationem, ejusque domicilium esse in medio pectore: animam autem per totum corpus esse fusam. Sed non dissimulabo in cod. Vatic. scriptum esse, *conjuncta teneri*. Lamb. Vocibus 'anima' et 'animus' indiscriminatum usus est Lucretius; et quidni id faceret, cum 'animus' et 'anima' unam tantum naturam constituent? Animus autem, in quo ratio sita est, latius naturæ præcipua pars in corde situs est, ubi omnes passionis sedes suas habent, et sese ostentant: τὸ δὲ λογικὸν ἐν θώρακι ἐς δῆλον ἔκ τε τῶν φόβων, καὶ τῆς χαρᾶς. Diogenes Laërtius. Docet etiam Epicurus τὰ πάθη καὶ τὰς ἀσθήσεις ἐν τοῖς πεποσθόσι τόποις esse. Plutarchus de Pl. Phil. anima vero hujus naturæ pars inferior in qua facultas locomotiva præcipue sita est, per totum corpus diffusa est, et ad nutum animi movetur. Licet tamen illi obsequatur, non omnes illius affectiones sentit, sed vehementes tantum; hinc dolore et tristitia animus afficitur, cum tranquillam ætatem anima agat; at si magno dolore tota anima commovetur, deliquium patitur animal, nec in tuto ipsa vita est. Unde certum est animum esse animæ conjunctum, quoniam movet animam et ab illo impulsæ anima corpus etiam propellit. Hæc omnia vs. 25. Pro *conjuncta* quidam Codd. *coniuncta*. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, διμερῆ τῆν ψυχῆν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθύπευκτον, τὸ δὲ ἕλλογον καθ' ἅλην τῆν στήθεσιν τοῦ σώματος διασπαρμένον. Plutarchus Placit. Phil. 4. 4. *Creech*.

*Conjuncta*] Veteres quidam: *coniuncta*; ut inf. vs. 417. *Giffan*.

139 *Sed caput esse quasi*] Sed consilium esse quasi caput, ἵσπερ κεφαλὴν ἔχειν vel εἶναι, 'instar capitis esse.' *Lamb.*

140 *Quod nos animum mentemque vocamus*] Egregie vero Tertullianus, qui 'suggestum animæ' vocavit. Locus est pag. 814. edit. post. 'Proinde et animum, sive mens est, ΝΟΤΟ apud Græcos, non aliud quid intelligimus, quam suggestum animæ ingenitum et insitum, et nativitas propriam, que agit, quo sapit,' &c. *Faber*.

141 *Idque situm media regione*] Diog. Laërt. Τὸ δὲ λογικὸν ἐν θώρακι, ἐς δῆλον ἔκ τε τῶν φόβων καὶ τῆς χαρᾶς. i. e. 'Consilium, seu rationem in thorace, (i. e. ut interpretatur Tertullian. lib. de anima, in lorica pectoris esse,) ut apparet ex timoribus et lætitiis.' Idem Lucret. infra 5. 108. 'via qua munita fidei Proxima fert humanum in pectus, templeque mentis.' Idem sup. 2. 277. 'Jamne vides igitur, quamquam vis extima multos Pellit, et Inuitos cogit procedere sæpe, Præcipiteisque rapit, tamen esse in pectore nostro Quiddam, quod contra pugnare obstareque possit?' ibid. 45. 'Tum vacuum pectus linquant, caraque solutum,' ad quem locum plura. *Lamb.*

*Media regione pectoris*] Ideo 'pectus' pro animo, et *φρένες*, &c. *Faber*. Quod et Stoici affirmarunt. Vide locos apud Lips. Phys. Stoicæ Lib. 3. Diss. 18. *Hav*.

142 *Hic exultat enim*] Hoc Lucret. argumentum valde est imbecillum: In pectore versantur et exsultant animi motus atque affectus: ergo in pectore animus locatus est. Idem inf. ex eo quod animus perturbetur affectibus; curis, luctu, metu contabescat, ira exardescat, lætitia exsultet; colligit esse mortalem. Sed hoc refellitur a M. T. lib. 1. Tuscul. ut suo loco dicemus. *Lamb.*

143 *Lætitia*] Nota, 'Lætitiis.' ita 'paupertates' apud Varronem in fragm. 'glorias' apud eundem et Tullium. 'audacias' dixit Cato apud Festum. 'Quietes' Salust. pro somno. ut et Cicero. de Offic. 'Sapientias.'

Item in Tusc. 'Pacos.' Varr. et Horat. Græci quoque nonnulla dabunt. 'Αλυσίαι Isocrat. Euagor. initio. ταρπίδες Diodor. pag. 50. ταῖς βήμαις, ibid. θεωλογίας pag. 232. idem. εἰς 320. τὰς πωλίας, ut Varro 'Panperitates,' Plato pag. 251. in Lachete. Faber. Cicero Epist. Fam. 2. 9. 'Repente vero incesai omnibus lætitiis.' Pomponius 'Quot lætitiis inasperatæ modi mihi irrepere la sinum!' Atque iterum Cicero de Finib. lib. 2. 'Ille Cæcilianus qui omnibus lætitiis lætum se esse narrat.' Hav.

145 *Ad numen mentis, momenque*] Ad nutum, et momentum, seu motum, et quasi πορῆς mentis. Lamb. Inf. vs. 189. et 190. 'Mominē uti parvo possint impulsā moveri. Namque moveretur aqua, et tantillo momine flutat.' Hav.

146 *Idque sibi solum, &c.*] Hoc in animo habebat Tertull. supra. Faber.

147 *Ulla*] Quidam Codex: una. Gifan.

148 *Quasi cum caput*] I. e. et quemadmodum, &c. Lamb. Pergit porro, animam esse partem hominis, ut pedes, manns, &c. Faber.

152 *Novitate*] Jucunda scilicet; itaque voluptatem intelligit. Quare voluptas et dolor, novitatis nomine veniunt; causa aperta est. Ceterum quæ mox addit, commode per spiritus explicari possunt. Faber.

153 *Verum ubi vehementi*] Idem de quavis alia magna perturbatione sentiendum, ut de amore, de ira, de mærore, atque angore. in nomine 'vehementi' duæ syllabæ, prima et secunda, pro una habentur: aut anapæstus est pro spondeo, seu dactylo: aut legendum *veamenti*, ut sæpe alibi. Lamb.

*Vementi*] Sic Veteres; recte. Marullus, et alii: *vehementi*. Gifan.

155 *Sudores itaque et pallorem*] Sic restitui, secutus cod. manusc. nam vulgati habent, *Sudores quo ita, pallores*, ordine perverso. Lamb.

156 *Infringi linguam*] Debilitari, titubare. Lamb.

*Aboriri*] Intercludi, intermori. locum habet proprie in fæminis. Arnob. lib. 3. adv. Gent. 'Et quoniam quædam sunt fæminarum generis propria, sequitur, ut eas quoque credamus circumactis persolvere suas mensibus. leges, fastidiosos ducere atque habere conceptus: aboriri, perferre, et præpropere partu septimanas edere aliquando feturas.' Lamb. Ita Codd. *Aboriri* vero proprie abortum facere, Nonius; eaque voce utitur Arnobius Lucretianarum vocum conservator Lib. 3. adv. Gent. 'Et quoniam quædam sunt fæminarum generis propria, sequitur ut eas (Deas viz.) quoque credamus circumactis persolvere suas mensibus leges, fastidiosos ducere, atque habere conceptus, aboriri, perferre,' &c. Aliquando tamen legi *aboleri*. Creech.

157 *Sonere*] Tinnere. 'Sonere' antiquum a sono, is, it. Nonius: A sonit, sonere. Lucret. 3. 157. 'Caligare oculos, sonere aureis, succidere artus.' Accius Neopt. 'Atque adeo valvas sonere sensi regias.' lege cetera apud Non. utitur eodem verbo idem Lucret. infra, eod. lib. 886. 'Scire licet non sincerum sonere, atque subesse Cæcum aliquem cordi stimulum.' lege et Priscianum lib. 9. ubi hunc versum Enan̄i profert ex 2. Ann. 'Tum clypei resonant, et ferri stridit acumen.' Lamb. Unde *sonit aure* legit Scaliger in Severi Ætne versu 292. pro *resonante dia*, &c. Hav.

*Succidere artus*] Plaut. Curcul. 2. 3. 3. 'tenebræ oboriuntur, genna succidunt.' Lamb. Cæterum nihil in πολυβουλοσίνῃ isto Sapphus carmine, quod Longini beneficio Græce, et a Catullo Latine ejusdem metri carmine redditum ex parte habemus, tam sublime, quod non quam elegantissime et copiosissime hic exprimat Lucretius: sic illa; ex emend. Is. Voss. Τὸ μαι τὰν καρδίαν

ἐν στήθεσσι ἐπτάσασεν. Ὅτι γὰρ εἶδον σε, βροχίους με φωνᾶς ὀδῶν ἐπ' ἤκει. Ἀλλὰ κομμευῖ γλάσσα σέστυγε, λεπτόν δ' Ἀδρῖκα χρῆ πῦρ ὑποδεδρόμαιον, Ὀσπτάσασεν δ' ὀδῶν ὕρημι, βομβεῦσεν δ' ἀκοαί τοι. Καθδ' ἰδρῆς ψυχρῆς χεῖται, τρέμος δὲ Πᾶσαν ἀργεῖ χλωροτέρα δὲ ποίας Ἐμμί, τοσνά- κτη δ' ἄλγυ ἴδιεῦσα. φαίνομαι ἕλλα. Catull. 'Lingua sed torpet: tennes sub artus Flamma demanat, sonitu suoapte Tintinant aures; gemina turgentur Lumina nocte.' *Præig.*

158 *Ex animi terrore*] Ex terrore animi, non est enim legendum *exanimi* conjunctim. *Lamb.*

161 *Percussa est*] Sic habent libri manuscr. et plerique typis impressi, quos sequor: quamvis apud Nonium in verbo 'icit,' legatur *Percussa est*. *Lamb.* Apud Nonium legimus: 'Quæ cum animi vi Percussa est, exinde propellit corpus, et icit.' Emendate forsitan. Solet enim Lucretius præpositionem 'pro' in compositis corripere; quod non usquequaque ita videntur potuisse concoquere exscriptores, quin aliquid quandoque immutaverint. Exempla vide in 'procumbere,' 'profari,' 'profundere,' 'propagare.' Denique et in hoc nostro 'propellere.' Nec obstat, quod versu ab hoc tertio, ac tantum non eodem habitu, primam in 'propellere' producit; nam sic quoque 6. 1025. 'Aër, a tergo quasi provehat atque propellat.' Cum mox, vs. 1027. 'Sed tali fit uti propellat tempore ferrum.' *Præig.*

*Exin corpus propellit, et icit*] Sic reperi scriptum in libris manuscript. quibuscum consentiant vulgati Parisiens. et Veneti antiquiores. atque hanc scripturam agnoscit Priscian. lib. 10. apud Nonium autem legitur: *Exinde propellit corpus et icit.* 'icit' autem, i. e. verberat et percudit. in nonnullis libris legitur, *Extra corpus propellit, &c.* *Lamb.*

*Percussa est, exin corpus propellit, et icit*] Ita Nonius: *Icit*, et in nostris

libris veteribus. Sententia postulat. Alii *extra*. In Nonio etiam: *Percussa est*; male. Priscianus, lib. 10. *exhinc*: etiam recte. *Gifan.* Seu *exhinc* legi potest, nullo vero modo *extra*. Creech.

162 *Hæc eadem ratio, &c.*] Eodem argumento probat vs. 7. animum et animam esse corporeæ naturæ; dum animus movet animam, illam tangat necesse est, dum anima corpus propellit, ibi etiam contactus; at 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.' Hoc et quod proxime sequitur argumentum his verbis ipse Epicurus complectitur: *οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματαιάζουσιν, οὐδὲν γὰρ ἐν εὐόνω ποιεῖν, οὐτὲ πᾶσχει, εἰ ἢν τοιαύτη· γιν' δ' ἐναργῶς ἀμφότερα ταῦτα διαλαμβάνει περὶ τὴν ψυχὴν τὰ συμπτάματα.* Creech.

163 *Corpoream docet esse*] Sic Epicurus apud Laërtium: *Ὡστε οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν, ματαιάζουσιν. οὐδὲν γὰρ εὐόνω ποιεῖν, οὐδὲ πᾶσχει, εἰ ἢν τοιαύτη τις.* i. e. 'Quare qui animum incorporeum esse dicunt, inanes sunt: nihil enim neque facere, neque pati possent, si talis esset.' Sed Epicurus ipse inanis est: meliusque et verius, qui animum incorporeum esse putarunt, ut Plato. Itaque cum antiquiores Philosophi omnes, ut testatur Aristot. lib. 1. de Anima, ψυχὴν finierint ac terminarint fere tribus, *κωήσαι, ἀσθήσαι, ἀσωμάτω*, i. e. 'motu, sensu, incorporeo.' immerito illi quidem reprehenduntur, qui animam movere seu movendi vim habere dixerunt, meritissimò autem, qui eum moveri, aut agitationem esse, et qui eam ex quattuor elementis constare putaverunt, ut res omnem sentire possit. Verum quod ait Lucr. ex vehementi animi metu totam animam in corpore pari motu affici: ex quo existere in corpore pallorem, sudorem, linguae hæsitantiam, et similia: metus, ira, libido, et hujus generis motus non sunt animi,

seu mentis, sed earum animi partium, quæ sunt illæ quidem rationis consilii experte, ratione autem et consilio regi possunt: qualia sunt *τὸ ἐπιθυμητικόν, καὶ ὑπονοητικόν. Lamb.*

*Ubi enim propellere]* Sic argumentatur Lucretius: Animus et anima corpus propellere, atque immutare vultum possunt. at impulsio non fit sine tactu, neque tactus sine corpore. ergo animus et anima corporea natura sunt prædita. *Lamb. Ubi enim,* dictum ut Græcorum *ἄνω γὰρ. i. e. cum enim. Turneb. Adv. 21. 2.*

164 *Corripers ex somno]* Iste versus mihi nunquam placuit, et si codices permitterent, rejicerem. *Creech.*

167 *Nec tactum porre]* Sup. 1. 305. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.' *Lamb.*

169 *Præterea pariter fungi, &c.]* Aliud vs. 9. continetur argumentum: Cum corpore patitur animus; alteri infligis vulnus, et languet alter: sive autem telum, sive corpus læsum hos motus et perturbationes in animo excitaret, periende est, utramque enim animum corporeæ naturæ esse probat. *Creech.*

*Fungi]* Pati, ut sup. 1. 444. 'At facere, et fungi, nisi corpus nulla potest res.' *Lamb. Pati. Faber.*

170 *Consentire]* *ἑυκρίνομαι,* ut sup. *Lamb.*

171 *Si minus offendit, &c.]* Hic versus, et quattuor deinceps sequentes, vereor ne non sint *συνροῦ:* sed ejus, qui putaverit aliquid deesse, cum re vera, si diligenter attendas, nihil desideretur, his quinque versibus sublati. Hoc enim dicit Lucretius: Præterea vides, animum nobis pariter cum corpore perpeti, et sentire, si quid corpori acciderit. Ergo corporea animi est natura, quandoquidem malorum corporeorum est particeps. Adde quod hic primus versus non satis apte connectitur cum superiore. Adde quod elocutio non sincerum sonat, neque olet lucernam Lu-

cretianam. Postremo illud 'intus adacta' non videtur Latine dictum: 'intro' enim 'adigere' Latine diceremus, non 'intus': quamquam Lucretius 'intus' pro intro interdum usurpare videatur. *Lamb.* Nothos putat esse hos quinque versus Lambinus: insigni errore. Est etiam (sic Gifan. posteriore ed. priori autem: *Est enim*) anthypophora egregia. Ita abrupte, et sup. 1. 918. alibi. *Gif.*

*Teli]* Alii *letii,* præfero *teli* ex vs. 177. Hunc et quattuor sequentes versus supposititios esse et Lucretio indignos suspicatur Lambinus, illiusque suspicionem vir maximi iudicii Gassendus approbat, cuius sententiam mille Gifanis et Pareis libenter præfero. Faber illustrare, et corrigere conatur: *In terra mentis qui gignitur astus* vs. 174. mutat in *Interdum moriendi gignitur astus.* Deinde addit: 'Hoc quid sit nerant optime, &c. Qui paulo tristiores sunt vel a natura, vel ab ærumnis, hæc opinor probabunt, neque fortasse alii improbabant.' Ego quidem et a natura, et ab ærumnis paulo tristior, hæc tamen improbo. Perturbationes motusque animi in corpore vulnerato describit poeta: Ad primum ictum collabitur, dum humi jacet novos sentit motus, interdumque subit voluntas, ea autem non certa satis et confirmata, a terra surgendi. Hæc omnia vulnerati sentiunt, et quæ isti experti sunt quidni narret Lucretius? Mentis in terra igitur interpretor 'Animi una cum corpore vulnerato humi jacentis.' Alii tamen legunt *Inter morrentes.* Alii *Inter lamentas.* *Lamentas* autem pro lamentationes, Pacu. Harmonia, Nonius. *Creech.*

*Teli]* Veteres quidam: *teli. Gif.*

173 *Intus adacta]* Si legeremus *subter adacta,* effugeremus genus loquendi minus usitatum. *Lamb.* Genus loquendi minus usitatum Lambinus dicit. At ita quoque Virg. *Æn.* 10. 850. et fortasse, dum Carum nostrum hoc

loco miratur, an imitatur? 'Nunc alte valens adactum' Vide 'Intus,' pro intro. In Collectaneis Gif. Quamquam, nescio quid *επιπυρρῶδες* habet hoc 'Intus adacta' quam si dixeret 'intro.' *Proig.*

173 *Terræque petitus Suavis*] Dum il quibus ægre est, terram cupide petant, id est, in terra decumbere cupiunt, non possunt enim il quibus aliqua valetudinis perturbatio desubito accidit, recti stare, sed coguntur decumbere et jacere, sic Virg. *Æn.* 3. 98. 'Submissi petimus terram, et vox fertur ad aureis.' et Lucr. sup. lib. 1. 98. 'Muta metu terram genibus submissa petebat. *Lamb. Terræque petitus*, est tristitia, nam tristes terram contuentur: quod Horatio 'posito capite flere:' vide Nonium. Sed verius puto nihil mutandum. Petunt terram moribundi, in terra vero prostrati æstuant interdumque de novo exurgendi illis nascitur cupido. *Is. Voss.*

174 *Et in terra mentis*] Sic habent quattuor libri manuscripti. Florentini autem, et *in terra mitis*. Omnino horum verborum, cuiuscunque sint, sententia obscura est, nisi forte hæc sit: et insequitur suavis terræ petitus, et mentis æstus, i. e. conturbatio, quæ fit in terra, ægro illo in terram sensim collapse. Quod si quis malit legi *mitis*, mitem æstum intelligemus, non letalem neque pestiferam. *Lamb.*

*Mentis*] Quidam veteres: *mitis*, Gif.

175 *Et interdum exurgendi*] I. e. et interdum deliberatio, seu dubitatio, utrum exsurgat, an etiam jaceat. sed non est quod his verbis explicandis tantam operam ponamus, nam si nothi sunt, inanem operam sumimus: sin germani, satis explicati sunt. *Lamb.* Insigni errore, inquit Gifanius, hos quinque versus (ab 171.) nothos esse putat Lambinus. Sed nec vere, neque sine impudentia hæc loquitur Gifanius: nam Lambinus satis

habuit dicere, vereri se, ne illi *ῥοῦ* *ῥοῦ* non sint. Et sane non aliter judicare potuit, qui videret eis illis aut obcurissimum esse, aut corruptissimum. Sed Pyrgopolynices noster cur postremum illum non explicavit? et *in terra mentis qui gignitur æstus*. Si corruptus est, danda saltem opera fuit, ut emendaretur. Sed homo malignus, invidiosusque vim *ερεχονυχῆ* nullam habuit; neque illo anquam in his literis judicio valuit, quod ipsius editio plus mille decentis locis facile probare possit. Ego autem cum rem ipsam, qua de loquitur poeta, attentius considerassem, pro his verbis, et *in terra mentis qui gignitur æstus*, quæ nihil sani habent, legendum putavi, et *interdum moriendi gignitur æstus*, *Interdumque quasi*, &c. Hoc quid sit, morunt optime qui lipothymiam ex animi anxietate aliquando passi sunt; tunc enim non sine aliquo jucunditatis et suavitatis sensu terram succidui petimus, et interdum mori lubet, interdumque voluntas incerta fluctuat inter vivendi moriendive consilium. Tale aliquid descripsit Virg. 4. 261. in Didone moriente, eam jam sibi pugionem adegisset. Versus sunt plane admirabiles: 'Illa graves oculos conata attollere, rursus Deficit: infixum stridet sub pectore volnus. Ter se se attollens, cubitoque innixa, levavit; Ter revoluta toro est; oculisque errantibus alte Quæsitivæ cælo lucem, ingemuitque reperta.' Sed legenda illa in primis sunt, quæ a Michaële Montano scriptore Gallo, quæ de seipso, cum ex equo vi subita deturbatus esset, memoris mandavit. Quod enim hic Lucretius scribit, si emendatio nostra vera est, omnium optime interpretabitur vir clarissimus. Ceterum 'moriendi æstus' erit moriendi impetus, consilium certum, &c. Qui paulo tristiores sunt, vel a natura, vel ab æraminis, hæc, opinor, probabunt; neque fortasse alii improbabunt. Nam pluribus

agere ea ut confirmem, nec vacat, neque adeo lubet. *Faber.*

178 *Is tibi nunc]* Nunc docere incipit, cum animus sit corporeus, quali sit corpore præditus, et qualibus aut quantulis corpusculis constet. Et probat, ex minutissimis, et subtilissimis, et rotundissimis principis seu corpusculis esse conflatum et concretum. *Lamb.* Animum naturæ corporeæ esse satis, si Lucretio credimus, demonstratum. Quo autem corporum genere constet hic animus docet vs. 31. Atomi viz. quæ animum constituunt, minutæ sunt, tennes, et rotundæ. Quippe animus est maxime mobilis, at quod maxime mobile est debet componi ex iis particulis, quæ tum propter texturam, tum propter molem et figuram sunt ad motum aptæ. Res enim alias contemlemur, ideo mobilis aqua, quia partes ejus parvæ sunt et volubiles; mel interim motum difficulter recipit, quia componitur e partibus magis implicatis et perplexis. Pariter levi vento papaveris aliorumve granorum acervus dissipatur, dum spiculatorum aut lapidum acervus fortiter resistit: si causam requiras, tela ista et lapides grandia sunt corpora et aspera; grana vero rotunda, lævia, et minuta. *Ψυχή σύγκεται ἐξ ἀτόμων λειοτάτων, καὶ στρογγυλωτάτων, οὗ* (istam particulam interponit Gassendus) *πολλῆ τῶν διαφορουσῶν τῶν τοῦ πυρός.* Epicurus. *Creech.*

*Et unde]* Et ex quibus primordiis. *Lamb.*

180 *Per subtilem]* Sic Epicurus: ἡ ψυχή λεπτομερῆς σῶμα, καὶ λεπτομεροτάτοις σῶμασι σύγκεται. i. e. 'animus corpus est tenuium partium, et ex tenuissimarum partium corporibus conflatum.' Idem, ἡ ψυχή σῶμά ἐστι λεπτομερῆς, παρ' ὅλον τὸ ἕθροισμα παρεσπαρμένον. i. e. 'anima corpus est tenuibus partibus præditum, per totam animantis massam diffusum.' *Lamb.*

183 *Nil adeo fieri celeri ratione vid. Quam si mens]* Vide apud Homer. in *Odyss.* de admirabili celeritate, 'Ocius cogitatione.' *Fab.* Unde icon fere summæ celeritatis, apud poëtas, ex gr. ὄσπευ νόημα' ὄσπευ πτερῶν, ἢ νόημα. et similia, quæ videri possunt apud Rittersh. ad Oppian. *Hall.* lib. 5. vers. 600. Quibus adde, quod Heliodorus in *Æthiopicis* valde familiare habet λόγου ὄσπευ, et λόγου τῶχιον. pag. 410. 305. 173. 28. Item pag. 188. ἀλλ' ἦν ἕρα καινοῦ παντὸς ἰξύτερον τὸ θεῖον. *Preig.*

185 *Ocyus ergo animus]* Vult Lucretius, cum Epicuro, animum esse mobilissimum quiddam, atque a se moveri: quod autem ita mobile est, necessario constare ex primordiis minutissimis, lævissimis, et rotundissimis. Etiam Plato dicebat, animum a se moveri, et esse mobilissimum: et Pythagorei sic animum definebant, numerum seipsam moventem. Sed Aristoteles lib. 1. de *Anim.* eos refellit, qui animum a se moveri volunt, negatque omnino animum moveri; ex quo efficitur, neque a seipso moveri: docetque non esse necessarium, si anima sit principium motus, eam quoque moveri: sed contra ipsam quidem esse immobilem, cur autem corpus moveatur, esse causam. *Lamb.*

186 *Ante oculos quarum]* Sic legendum, non *quorum*, ut est in libris vulgatis: nam hæc est verborum structura: animus ocyus se percipit, id est, permovet, quam res ulla earum rerum quæ cernuntur. *Lamb.*

187 *Constare rotundis, &c.]* Sic Epicurus: Καὶ ἐξ ἀτόμων αὐτῆν συγκείσθαι λειοτάτων, καὶ στρογγυλωτάτων, πολλῆ τῶν διαφορουσῶν τῶν τοῦ πυρός: i. e. 'Et eam ex atomis constare lævissimis, et rotundissimis, et ignis atomos rotunditate longe superantibus.' *Lamb.*

189 *Momine uti parvo]* Ut parvo momento impulsa moveri possint.

*Lamb.* Ita Festus; qui tamen habet: *si parvo possent.* Quidam libri: *Non mine; male.* Ita inf. 6. 473. *Gif.*

190 *Tantillo*] *Minimo, δεικνῶς.*  
*Lamb.*

*Fluctuat*] Ita restitui; ut sit *Dactylus* in fine. Vide *Indicem.* Qui numerus hic optime congruit. In libris quibusdam: *fluctat*, in quibusdam: *flutat.* Neutrum *Lucretio* dignum. Vid. et inf. 4. 75. *Gif.*

*Flutat*] Sic habent libri manuscripti, quibuscum consentiunt *Parisienses* et *utrique Aldini.* 'flutat' autem positum puto pro fluitat. Alii habent *fluctat.* Quod si cui probabitur, 'fluctat' erit positum pro fluctuat, quod postremum nonnulli probant, atque adeo, aliis scripturis reiectis, solum tenentur et retinent.

*Lamb.* Fluitat, fluit. *Lucretio* indignum, inquit *Gifanius*; vellem causam diceret. *Fab.* Et hinc 'flutæ murenæ,' quia solis vapore calefactæ in summo fluitant æquore, nec cute siccata mergi possunt. *Turn.* *Adv.* 19. 34. *Annotator* noster in marg. *flutrat.* Ita fluctuatum hoc loco; neque quo pedem figerent viri vel eruditissimi habuisse videntur. Causa mali, si dicam quod sentio, fuere, qui *fluctuat*, simplicissimum, et hinc loco aptissimum verbum, cum *δυσλᾶβος* efferre non possent, ferendum non esse existimant, adeoque immutarunt: unde flutare, fluctare, fluctrare, et quæ non? Idem autem, quod hoc loco, etiam, 4. 75. statuerim. Pro verbo 'flutare' quid faciat 'fluta murenæ' apud *Macrobius*, ab *Turneb.* *Adv.* 29. cap. 34. adducta, quippe non a 'flutando,' sed a 'fluyendo' ita dicta, ut solide satis ostendit in *Ety. Ger. I.* *Voss.* non video. *Preig.*

193 *Et cunctantior actus*] Et tardior cursus, seu fluxus: tralatio est ab illis quæ aguntur. *Lamb.* Tenor, ductus. *Fab.*

197 *Namque papaverum aura potest*] Non video, cur antiquam scripturam

vel *Marullus* immutare debuerit, si verum est ab eo esse immutatam et corruptam, vel ego sequi non debuerim. Quamvis enim ea quam habent libri *Florentiæ* impressi, sit speciosa, *Nam pappos minima aura potest, &c.* antiqua tamen, quæ reperitur etiam in aliis impressis, sententiam continet non absurdam, sive *papaveris* legatur, sive *papaverum.* est autem hic ordo verborum: Namque aura parva et levis cogere potest, ut altus papaverum, seu papaveris, acervus tibi ex imo diffuat. *Pappi* autem, si quis forte scripturam *Florentinam* malit, cui nullo modo assentior, sunt carduorum flores: qua voce utitur infra *Lucret.* Sed cum in libris manuscriptis plane scriptum sit partim, *Namque papaveris*, partim, *Namque papaverum:* eorum sequamur potius auctoritatem, atque harum duarum scripturarum posteriorem magis probemus. *Lamb.* *Namque papaverum aura.* Hæc verior videtur scriptura. Vide simile supra, lib. 1. vs. 362. de verbo, 'corporum.' Alii: *papaveris.* *Gif.* Ita *Codd.* et recte. Alii: *Nam pappos*, qua voce utitur *Lucret.* vs. 387. At 'pappos' istos seu carduorum flores lævigatos et rotundos quis dixerit? *Creech.*

*Suspensa*] *Aura suspensa*, i. e. placida, lenis, silens: et ita *Nonius.* *Ter. Phorm.* 5. 6. 26. 'hoc ubi ego audivi, ad fores *Suspensio* gradu ire perrexi.' *Lamb.*

199 *Lapidum conjectum*] I. e. acervum lapidum, lapides in unum locum conjectos. quidam viri docti, in his *Muretos*, legunt *lapidum conjectum.* Ego, cum in omnibus libris scriptum reperissem *conjectum*, nihil ausus fui mutare: ne nunc quidem quicquam mutavi. Sed tamen *conlectum* magis probo. *Lamb.*

*Conlectum*] Sic legendum puto. *Vulgati: conjectum.* Vide *Indicem.* *Gif.*

*Spiclorumque*] Et spiclorum, telorum. libri veteres tamen habent, *spi-*

corumque: unde legendum suspicor *epicorumque*, i. e. et *epicorum*. Nam veteres dixisse 'spicum,' in genere masculino, pro *epicam*, testatur Pompeius Festus. *Lamb.* Alii *conlectum*, *epicorumque*. Alii *epicorumque* seu *epicorumque*, veteres enim dicebant *epicam*. *Spiculorum* vero huic loco, et poetæ menti magis convenit. *Creech.*

200 *Nenu potest*] I. e. non potest. sic autem habent libri manuscripti: neque dubium est, quin hæc scriptura recta sit. 'Nenu' enim dixerunt veteres pro non, ut notat Nonius: citatque testem Lucillum lib. 30. 'Sed tamen hoc dicas, quid id est, nisi nenu molestum est:' et Varro, epiſtola ad Puffum, 'Si hodie non venis, cras quidem venies:' &c. Idem Lucretius 4. 716. 'Nenu queunt rapidi contra constare leones.' *Lamb.* *Nenu*. Non. Fit autem a *nequ*. Hinc negativa in sermone nostro. Ceterum in prosa etiam oratione usurpatur Ciceronis tempestate; nam Varro in Epistola quadam dixerat, 'si nenu venis.' *Fab.* Et frustra sunt illi qui legunt *Nulla*. *Creech.*

*Quantis*] *Marg. proquam*, idque exponit *utquam*, ut 2. 1186. et 6. 10. *Preig.*

*Proquam*] Ita veteres libri fere omnes. Vide Indicem. Quidam veteres tamen, ut et Marullus, et Vulgati: *quanto*. Quidam veteres etiam: *perquam*. *Gifan.*

201 *Ita mobilitata*] Adverte animam ad hoc loquendi genus, quanto parvissima et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur, seu ita mobilitate feruntur: quæ posterior scriptura ex codice Vaticano et libro Memmii expressa est: in quibus legitur *mobilitate feruntur*. 'Quanto, ita,' pro quanto, tantum. sic sup. 2. 587. 'Et quam quicque magis, &c. Atque potestates, ita plura,' seu 'plurima,' &c. Sed non dissimulabo, me scriptum repertum in cod. Bert. *Parvissima corpora perquam*: in Vaticano, pro-

quam, quæ fortasse recta scriptura est. Non est autem, quod quæquam offendat participium 'mobilitata.' Est enim natum a verbo *mobilitor*: quod usurpat infra eod. lib. non longe idem Lucret. vs. 248. 'Accipit; inde aër, inde omnia mobilitantur.' usurpat et Cæcilius activum: 'Itaque quæ lætitia me mobilitat, mæror molitur metu.' *Lamb.*

*Ita mobilitata feruntur*] Ita in quibusdam veteribus; nisi quod pro, *mobilitata*, erat, *mobilitate*. Vulgati: *mobilitate fruuntur*. *Gif.*

202 *At contra quo quæque magis*] Sic legendum, non *quæqueque magis*, ut est in vulgatis. *Lamb.*

*Cum pondere*] Fateor gravia me tui resistere, at melius huic loco convenit *corpore*: quis enim nescit aquam esse oleo graviorem? licet vero gravior sit, quoniam e minutioribus corporibus seu particulis componitur, ideo mobilior. *Creech.*

209 *Hæc quoque res atiam, &c.*] Animum constare ex atomis minutis, levibus, et rotundis docuit, quia est maxime mobilis; jam vs. 23. demonstrat animi et animæ naturam subtilem esse, tenuis texture, et e minutis corporibus conjunctam; quippe moriatur animal, tota avolat anima, at si metiaris cadaver, eadem est mortui, qui fuit viventis membrorum moles; si expendas, idem pondus. Igitur quod avolat est subtile quoddam et minutum, solidam enim aliquam partem magnamve detrahas, diversa erit totius moles, et diversum pondus. Breviter, ut judicamus florem vini, odorem unguenti, et saporis sapidi alicujus corporis constare e particulis subtilibus et minutis, quoniam postquam vinum vaporem fiat, unguentum istud amittit odorem, et sapidum corpus inspidum reddatur, corpora tamen ista ejusdem sunt molis, et ejusdem ponderis quo prius; similiter etiam propter eandem rationem idem de anima judicandum



est. *Ἐστὶν οὐδὲ ὄντι λευκομελὲς τρωπὸν τὸ ἰσθρῶσιμα παρεστραπῆσαν.* Epicurus. *Creech.*

*Deliquat*] Declarat: ut sup. l. 307. 'plus in se corporis esse Deliquat.' Est autem, quod supra me lectori significare fugit, hoc quoque unum ex ducentis vocabulis Latinis, quae aliis esse ignota, sibi uni nota, vere gloriabatur Gulielmus Pelissierus, Episc. Monspeis. Præterea auctor vocabularii Latino-græci, mihi, a Cl. Puteano commedati, sic interpretatur hoc verbum: 'deliquat,' *ἀπέθει, ἀναίτη*: quae verba Latine rursus reddita, sonant 'transcolat,' 'desineat.' Quis igitur non videt, 'deliquare' et hoc loco, et aliis, idem valere quod declarare, translatione ducta a viso, et similibus desineatis, et liquidioribus effectis. *Lamb.*

*Naturam dedicat ejus*] Vide sup. l. 308. *Gifan.* *Deliquat.* Declarat; vox minus nota, ideo alii præferunt *dedicat*, ut l. 308. *Creech.*

211 *Si posset conglomerari*] Cum duo libri veteres haberent *se posset*, suspicatus sum, librarium transposuisse vocale *s* et *i*, et scripsisse *se possit*, pro *si posset*: quam puto veram esse scripturam: 'si posset conglomerari' autem, h. e. si posset in unam massam, in unam molem, et in unum quasi glomum cogi et conducti. *Lamb.*

*Si posset*] Ita omnes Veteres fere. Marullus: *possit.* *Gifan.* At vero inauditum et inusitatum genus est dicendi, antiquum tamen, cujus duo proferam exempla: 'quamque loco se Contineat parvo, se possit conglomerari.' Sic vulgo edunt, adulterantes antiquitatem: et l. 105. 'Quippe etenim quam multa tibi me fingere possum.' Vetustatem autem interpolantes, jam *fingere possunt*, edunt. Ego vero notare malui istas, ut singulares et prope prodigiosas dicendi formas, quam loco movere: cum sciam Arabalsmi consuetudine illum accusativum expressum fuisse, ubi

postea tacitum est: ut apud Sallastium in Catil. Cap. 1. 'Omnes homines, qui sese student præterea cæteris animantibus.' *Turn.* *Acto.* 29. 34. At ego illud, 'si possit,' potius explicarem: si tamen possit fieri ut conglobetur atque ad unum locum redigatur inclusa hæc animi textura; quod negat satis clare in seq. quam vers. 218. dicat non in unum locum esse stipatam, sed 'nexam per venas, viscera, nervos.' *Hæv.*

213 *Indepta*] 'Indipiscor' verbum compositum ex simplici *ispiscor*, et præpositione *in*. interponitur *d*. quo utitur et Plantus non uno loco. Vel lege *endepta*, a verbo *endipiscor*, ex præpositione *endo* et *ispiscor*. Ego tamen *indepta* retineo. *Lamb.* *Indepisci*, *assequi*, *adipisci*, Festus. *Creech.*

214 *Nihil ibi limatum*] Nihil demtum, nihil detractum, detritum, deminutum. Sic autem videtur legendum potius, quam, ut vulgo, *libatum*. *M.* Tull. Epist. lib. 3. 'Etsi de tua prolixâ beneficaque natura limabit aliquid posterior annus: hincabit, i. e. deminuet, detrahet, decerpit: ubi tamen nonnulli libri veteres habent *limitabit*, ut et vulgati aliquot, ab eodem verbo. Si quis tamen legi malet *libratum*, ut assumpta præpositione *de*, fiat *delibratum*, non pugna-bo: quin magnopere probabo. *Lamb.* Magis probem al. editiones, *libatum*. Faber. Detractum: Alii *libatum*: sed Lambinus maxime probaret *Nihil delibratum*. *Creech.*

215 *Mors omnia præstat*] I. e. mors omnia relinquit integra. *Lamb.* Facit ne quid detrimenti in mole corporis appareat. Vadem se et prædem in omnia exhibet. Ita 'prætare periculum,' 'fidem publicam præstare.' *Faber.*

219 *Quatenus*] Quoniam. Sic et alibi. *Lamb.*

220 *Extrema membrorum circum-cæsuræ*] *Extrema circum-cæsuræ*, l. e. ex-

tremitas, *ἐπιφάνεια*, summus cortex. Denique 'circum-cæsura' est *περικωπή*. hunc verum profert Priscian. lib. si bene memini, tertio. idem Lucret. 4. 651. 'Ut sunt dissimiles extrinsecus, et generatim Extima membrorum circum-cæsura coërcet.' *Lamb.*

222 *Quod genus est*] I. e. quale est, vel cujus generis est: ut sup. 2. 194. 'Quod genus, e nostro cum missus corpore sanguis,' &c. et infra non longe: 'Quod genus in quovis animantium viscere volgo Est odor,' &c. Malim autem sic legi, *Quod genus, aut Bacchi cum flos evanuit*, &c. ostendit a simili, animum minutis admodum primordiis constare, quia, quemadmodum cum odor vini aut unguenti evanuit, vinum aut unguentum nihilo minus est ad speciem atque ad adaspectum: ita postquam animus excessit e corpore, ipsa extrema corporis cæsura nulla ex parte videtur deminuta. *Lamb.*

*Bacchi cum flos*] Per florem Bacchi fortasse uvam labruscæ significat: quam *ananthē* appellat Græci. De qua sic Plin. 20. 11. 'Odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen.' Idem 12. c. ult. 'Eodem et *œnanthē* pertinet. Est autem vitis labruscæ uva, colligitur cum floret, i. e. cum optime olet.' Alii simpliciter de odore vini dictum volunt. Sic Plautus Carcul. 1. 2. 1. 'Flos veteris vini mels naribus objectus est.' Idem Casina 3. 5. 15. 'nisi hæc mero clodo Se uspiam percussit flore Libyco.' Idem Cistel. 1. 2. 8. 'Quiaque adeo me complevi flore Liberi.' Fortassis autem Plautus per 'florem Bacchi,' seu vini, significat *ἀρωματώδης*, i. e. vinum, cujus non solum sapor palato et linguæ, verum etiam naribus gratus est. *Lamb.*

227 *Quia multa*] Nisi vox ista 'multa' sileat, vereor ne poëta sibi parum constare videatur: sint enim minuta semina, at 'multa' detrahas, et moles

et pondus diminuetur: vid. etiam. vs. 279. *Cresch.*

232 *Nec tamen hæc simplex*, &c.] Subtiles has atomos, e quibus animam composuit, non esse animi et ejusdem generis asserit vs. 6. Observaverat enim in morientibus exhalari auram, eamque calidam, una cum aëre (sine quo calor esse non solet) intermixto; at qui moritur, effiat vel expirat animam; ideoque anima ista ex aura, aëre, et calore constat. *Ψυχὴ οὐρά ἐστι λεπτομέρῃ παρ' ἄλλο τὸ ἄβροσμα παρειαυμένον, προσεφερότατον δὲ πνεύματι θερμῷ τῶν κρῶσιν ἔχοντι, καὶ πῆ μὲν τούτῳ προσεφερέσ, πῆ δὲ τούτῳ.* Epicurus. Et apud Plutarchum adversus Colotem Epicurei dicuntur τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν συμπαγνύοντες ἐκ τῶν θερμῶν, καὶ πνευματικῶν, καὶ ἀερίδων. *Cresch.*

*Tenuis enim quadam*] Primus pes hujus versus est proceleusmaticus pro dactylo, ut apud Virg. *Æn.* 5. 432. 'Genua labant:' nisi dicamus esse hoc loco consonantem, sic iterum apud Lucr. 4. 1235. 'Tennæ, locis quia non potis est affigere adhæsum.' et hoc lib. 384. 'Nec nebulam noctu, nec aranei tenuis fila.' et sæpe alibi. Incipit nunc docere, animum constare ex vento tenui, vapore, aëre, et natura quadam nominis experte, qua nihil quicquam subtilius, nihil tenuius excogitari potest. *Lamb.*

237 *Multa cieri*] Sic conjecit legendum esse Turnebus, cum scriptum reperisset in cod. Bertiniano, *multa qua ri*. quam conjecturam magnopere probò. Nam ex 'cieri,' factum 'ceri,' ex 'ceri,' 'queri.' *Lamb.*

*Moveri*] Quidam legendum putant: *cieri*. Gifan. Cum Turnebo *ciere*, vel cum aliis *moveri* legas, periand est. *Cresch.*

238 *Triplex*] Et calor, atque aër, et venti cæca potestas. *Fab.* Anima hæc ex aura, aëre, calore constans est plane imperfecta, nondum vim sentiendi aut cogitandi sortitur: quar-

tum igitur aliquod, quodcumque illud sit, nomine enim tenuis Epicureis ignotum, addendum est. Istud quantum e minutissimis, maxime lævibus et subtilibus atomis constat, quippe primum movetur, et tum calorem, auram, et aërem per membra excitat, omnesque partes corporis pro diverso motu vel dolorem vel voluptatem sentiunt. Si motus hic vehementior sit quam animi textura pati possit, si usque ad ossa et medullas penetret, dissipatur anima, et mors insequitur. Si minus vehemens, si in corporis superficie sistatur, tum integra manet anima, et sensus sive doloris sive voluptatis oritur. Hæc vsa. 21. Plutarchus et alii dicunt Epicurum non fecisse simplicem animi naturam, sed esse voluisse κρῆμα ἐκ νεοσάπων, ἐκ ποιοῦ πυράδους, ἐκ ποιοῦ ἀεράδους, ἐκ ποιοῦ πνευματικοῦ, ἐκ τέρτατου τινὸς ἁκατονομήτου, ὃ ἦν ἀβρίφ ἀλοθρυκόν. De Placit. Phil. 4. 3. Creech.

240 Nil horum quoniam, &c.] I. e. quoniam mens, seu ratio animi, non recipit, seu non approbat, quicquam horum trium posse sensiferos motus creare: qui motus res aliquas cogitare et volutare queant. reperitur autem hæc scriptura in cod. Florentinis duntaxat. Lamb.

241 Mente volent] Sic Lucill. 'Hæc tu me insimulas? non ante in corde volutas?' et Virg. Æn. 4. 523. 'Sic adeo insistit, secumque ita corde volutat,' et 6. 185. 'Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat.' et Plautus Captivis, 4. 2. 1. 'Quanto in pectore hanc rem meo magis voluto, Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.' Lamb.

Jam triplex animi est igitur natura reperta: Nec tamen hæc aut sunt ad sensum cuncta creandum; Nil horum quoniam recipit mens posse creare Sensiferos motus, quædam qui mente volent] Postremus versus ita in quibusdam editionibus legitur, posse creare Sen-

Delph. et Var. Clas.

siferos motus quædam, quæ mente volent; et ita habet editio Gifanii; sed ea lectione nihil nequius, aut ridiculum magis. Prior autem illa stare non potest, quid enim sani habet id, quod jam lecturus es? Mens nihil horum recipit posse creare motus qui mente quædam volent. etque pro his verbis, quædam qui mente volent; sic legendum existimo, quæ omnia mobilantur. Certe ita postulat ratio, cui ascultandum est invitis centum millibus Mss. Codicum. Nam de 'mobilantur,' quod dicam nihil est, cum duobus tribusve locis id verbum apud Lucret. 3. 248. reperitur: inde omnia mobilantur. et alibi in 3. 201. quoque quæ mobilata feruntur. Fab. Gifanius Sensiferos motus quædam, quæ mente volent. Eum, uti solet, sequitur Pareus, ita tamen interpretatur: 'Quia ratio animi non approbat quicquam horum trium posse sensiferos motus creare, qui motus res aliquas cogitare et volutare queant.' Ista vero Gifanii lectione nihil nequius aut ridiculum magis. Prior autem (inquit Faber) illa non stare potest, &c. Ita scribere debuisse Lucretium dicat Faber. Ita scripsisse minime concedo: Ut sensiferos motus, quædam qui mente volent. Aliquis non minus intelligat quam Motus istos sensiferos, qui cogitationi inserviant. Alii tamen legunt, Sensiferos motus, qui dant quæ mente volentes. Creech. Non intemptive Marg. noster ad Fabri illam emendationem; 'Hac ratione,' inquit, 'omnia ex omnibus fieri possunt.' Adeoque Vossianam præfert, quam et nos amplectimur, donec melius quid occurrerit. Preig.

242 Quarta quoque his igitur] Quoniam tria illa superiora sensiferos motus creare non possunt, qui quædam cogitent, quarta eis quædam natura addatur necesse est: quæ addita, suis jam sit omnibus partibus animi natura absoluta atque perfecta,

Lucret.

4 I

Sic M. Tull. lib. 1. Tusc. Quæst. de Aristot. 'Quintum genus adhibet vacans nomine, et sic ipsum animum ἐτελέχεια appellat, novo nomine, quandam continuatam motionem et perennem.' Quo tamen loco reprehenditur M. T. a doctis, qui putarit ἐτελέχεια esse motionem, cum et ἐτελέχεια significet perfectionem quandam, sive functionem sive actum, et Aristoteles perspicue dicat, animum movere quidem, sed non moveri. *Lamb.*

246 *Didit*] Διαδίδου, 'destruere,' &c. Virg. *dividere*, sibi. vs. 272. in eadem notione. *Fab.*

248 *Inde calor motus*] Sume verbum 'accipit,' ut sit, inde, i. e. ab hac quarta natura, calor motus accipit. Nam 'motus' est numeri multitudinis, accusandi casus. *Lamb.*

250 *Tum quatitur sanguis, &c.*] Secutus eram initio codices duos manuscr. Sed cum postea reperissem in aliis libris item manuscriptis, *Concutitur sanguis, tum viscera persentiantur*, ex *Concutitur*, feci *Tum quatitur*, suspicatus, ex *Tum quatitur* factum esse *Cum quatitur*; deinde *Concutitur*, et ita hunc versum esse depravatum. Nam omnino scriptura recepta, *Concutitur tum sanguis, viscera persentiantur*, cum sit inepta, tum ne ferri quidem potest. *Lamb.* Ita rectius, et sonantius Lambinus. dnm alii scribunt *Concutitur tum sanguis*. Creech. Quidam retineamus, *Concutitur*, quod non nisi Lambini auctoritate in *Tum quatitur* transiit. *Concutitur sanguis δὲ ὀνδέρως*, ut alias sæpe. *Preig.*

251 *Postremo*] Forsan rectius scribas cum Mss. Lugd. Bat. *postremis*, loquendi genere hand inusitato. *Hav.*

252 *Contrarius ardor*] 'Ardor' hic dolorem significat, si locus emendatus est. Sed quibusdam videtur legendum, *ægror*, seu *angor*. Ego nihil muto. Nam sic fere usurpavit Cæll. nomen 'ardoris,' iu secundo

carmine, 'Credo dum gravis acquiescat ardor.' *Lamb.* Quidam legunt *contrarius ægror*, seu *angor*; sed nihil mutant interpretes, cum apud Cæll. 'Ardor' sit 'Dolor:.' 'Credo ut gravis acquiescat Ardor.' licet voci isti nequius aliquid subesse Vossius existimet. *Creech.*

*Ardor*] Hæc verissima scriptura. vide Indicem. *Gif.*

255 *Usque adeo, ut vite desit locus*] Cum reperissem scriptum in libris manuscriptis *desit*, non *desit*, *diffugiant*, non *diffugiant*, scripturam veterem adjuvi, reposita particula 'ut' post vocem 'adeo.' Nam vulgati libri sic habent: *Usque adeo vite desit locus, atque animi Diffugiant partes per c. &c.* ut sit epiphonema. Quam scripturam, ut mendosam et suppositam, rejeci. Licet tamen vetere scriptura servata sine particula 'ut,' sententiam ex ea optimam elicere. *Lamb.* Sic (*desit*) veteres omnes, et quidam vulgati. In aliis vulgatis, *desit*; et mox, *Diffugiant*; mendose. Lambinus: *ut desit*. Vide: 'Ut.' *Gifan.*

257 *Sed plerumque*] Sed plerumque (inquit) motus sensiferi et vitales interrumpuntur, non in ossibus et medullis, sed in summo quasi corpore: quod cum fit, tum non moritur animans, sed brevi tempore, aut certe aliquando, convalescit. *Lamb.*

259 *Nunc ea quo pacto*] Nunc docere meditat, quo pacto quattuor illa inter se mista sint. *Lamb.* Difficile opus jam aggreditur Poëta, et cui pro dignitate sua perficiendo Latina lingua non suppeditat voces congruas et aptas; pergit tamen, et vs. 30. docet quattuor istas res, calorem, auram, ærem, tertiamque inominatam rem inter se perfecte misceri, at inde fiat una quædam, eaque tenuissima substantia, quæ per totum corpus animalis fusa tum ab ipso contineatur, tum ipsi causa salutis sit. Omnibus vero non eadem regio et se-

des; pars illa quæ animus proprie dicitur, interius et altius sita, est veluti totius animæ fundamentum: aura vero, calor, et aër, ita inter se miscentur, ut unam, pro diversa animalium natura, substantiam componant. Sic calor, sapor, odor, in quolibet viscere miscentur; non tamen diversa, sed unum tantum corpus constituunt. *Creech.*

*Quibusque Comta modis]* Quidam legendum putant, *Juncta modis.* et item 4. 31. ubi legitur, 'Et quibus e rebus cum corpore comta vigeret.' ego nihil mutandum censeo. *Lamb.* Hoc unum quoque ex illis vocabullis est, quæ nunquam ab interpretibus intellecta fuere. Fateor quidem *comptum* aliquando significare ornatum, aliqua præstantia insignem, præditum, &c. Sed ei significationi quid cum hoc loco Lucretii esse potest? Nihil quidquam. Deinde ratio vociferatur, eo vocabulo opus esse, cui convenire possit cum 'inter sese mista,' quod videlicet colligationem, nexum, et vinculum aliquod notet. Quare ne dubita quin legendum sit *coapta*, seu melius *cepta*; quod etsi auribus nostrorum hominum novam esse scio, non ideo tamen minus certa minusque necessaria erit emendatio. *Coaptus* autem seu *coptus* idem est quod 3. 851. dixit 'unitur aptus.' 'quibus e sumus uniter apti.' Vides, 'Ex illis apti sumus;' quod hic unica voce expressit, 'comptum' dicens. Item 3. 868. 'qui casta conjugioque Corporis atque animæ consistimus uniter apti.' Adde quod in 4. 31. locus est, qui facile et *υπερ ἀδύκην* probet *comptum* vitiosum esse. Quis enim Latine sine vitio dixerit 'anima compta est cum corpore?' Quod tamen jam visurus es: 'Atque animi quoniam docui natura quid esset, Et quibus e rebus cum corpore compta vigeret.' Ibi itaque restituendum, *cum corpore coapta vigeret.* i. e. uniter apta, coapta, connexa, *εὐσφαιστα.*

*Faber. Juncta* alii: nihil mutat *Lambinus*: sic 4. 31. 'Et quibus e rebus cum corpore compta vigeret.' *Faber* tamen legit *cepta* seu *esapta*, ratio enim vociferatur, eo vocabulo opus esse, cui convenire possit 'inter sese mista,' quod viz. colligationem, nexum, et vinculum aliquod notet. *Creech.*

260 *Reddere aventem]* Reddere cupientem: lib. manuscr. habent, *reddere habentem*, quod iccirco notavi, ut meminerit lector, quod eum jam ante admonui, *b* pro *u*, et contra *u* pro *b*, a scriptoribus illis librariis perverse esse scribi solitum. Treis nunc ex uno eodemque scriptore exempli causa, præter eos quos alias collegi, afferam locos; ex *Arnobio*, inquam, aduersus gentes: quorum primus erit ex libro primo. ubi sic legitur in libris vulg. 'Atque a nobis procul, procul inquam, aberruncetur amentia.' legendum *averruncetur*. alterum ex lib. 3. in extr. 'Adestote Dii penates, tu Apollo tuque Neptunæ omniaque hæc mala, quibus uror, terreo, vexo, vestri numinis aberruncate clementia.' legendum *averruncate*. tertium ex lib. 7. 'Satis, ut opinor, ostendimus frustra Diis immortalibus hostias rebus cum consequentibus admoveri, quod neque alantur his, neque percipiunt voluptatem, neque iras aut animos ponant, neque ut res tribuant faustas, neque ut abigant aberruncantque contrarias. legendum, *averruncantque*. 'Averruncare' autem est avertere. *Lamb.*

261 *Abstrahit invitum patri]* Sic sup. l. 140. 'Propter egestatem linguæ et rerum novitatem.' *Lamb.*

263 *Inter enim cursans]* I. e. primordia ex quibus constat animus, inter se intercursant mutatis motibus, ita ut nullum ab altero distingui aut secerni possit, neque ullo intervallo separari. *Lamb.*

266 *Sed quasi multæ vis]* Sed sunt veluti multæ potestates in unum cor-

pna coactæ et coagmentatæ, &c. Secutus sum autem in hoc loco restituendo codicem manuscripti auctoritatem. Sic sup. usus est nomine 'vis,' numero multitudinis, 2. 586. 'Et quam quicque magis multas vis possidet in se,' &c. *Lamb.* Al *dyrdvæus*. Salust. *Faber*. Salustius, 'Male jam assuetum ad omnes vis controversiarum. Priscianus lib. 6. *Creech*. Non male *Sed quasi multa ejus unius corporis exstat*. Ut sensus sit, non divisa, sed multa potestas, ejus unius corporis. *Preig*.

267 *Quod genus*] Quemadmodum, ejus generis, *olor*. *Lamb*.

*Viscere*] Carne, corpore. *Faber*. Inepta hic *visceris* mentio. Temere ut videtur transumpta an arrepta, ex vs. ab hoc septimo. Planissima res est, si recipiamus quod in var. lect. est et auctoritate haud contemnenda fulcitur: *animantum est visere*. Verum tunc ita distinguendum erit: *Quod genus in quovis animantum est visere volgo: Est odor, &c.* *Preig*. Simplicissima illa secundum *Mss.* lectio videtur, quam representavimus. Dicit, 'Quod genus,' &c. uti mox vs. 277. 'Quod genus in nostris membris,' &c. i. e. ejus generis in quocunque animali sunt odor et sapor quidam &c. *visere est*, i. e. cernere licet: confer 1. 738. 738. et 2. 577. *Hav*.

268 *Quidam calor*] Alias, *quidam calor*. *Lamb*.

*Quidam calor*] Ita habebant quidam libri. Vide sup. 2. 678. Alii hic et ibi habebant: *calor*. *Gifan*.

269 *Augmen*] *Orykos* Græcis 'moles' est et 'magnitudo.' Lucretius Latine *augmen* dixisse videtur, unum itaque *augmen*, est una moles, *els dykos*. *Turn.* *Adv.* 20. 22.

270 *Venti potestas*] *Ventus ipse*. ita sæpe Græci. *Is Πιδουον*, &c. *Faber*. *Ventus ipse* vs. 278. 'Animi vis, et Anima potestas.' vs. 288. 'Aëris potestas,' *Creech*.

271 *Mobilis illa Vis*] Quarta illa natura, nominis experta. *Lamb*.

272 *Initum motus quæ*] Quæ tribuit et impertit ceteris partibus initum seu introitum. in nonnullis libris legitur *initium*: quod si cui magis placeat, i et x coënnit in unam syllabam. *Lamb*. Variavit hæc ita 2. 261. 'Nam dubio procul his rebus sua quoique volutans Principium dat: et hinc motus per membra rigantur.' Ubi quod 'principium' dixit, hic vocat 'initium,' de cujus vocis vocalium coitione consule notas ad 1. 13. *Hav*.

*Initium*] *Initum*. *Gifan*.

274 *Latet subestque*] Maxime intima est homini; ultra quam non datur pergere. *Faber*.

275 *Nec magis hæc infra*] Si hic versus Lucretianus esse, sententia ejus hæc videtur est: Nec quicquam interius est hac natura in corpore nostro, nihil magis abstrusum, nihil magis reconditum. itaque, ut hæc ipsa sententia magis exprimitur, quidam legi volunt *infra*, quos nonnulli codices adjuvant. Sed videtur plane versus alienus et suppositus. Quod si secus videatur doctis et acutis, a quibus dissentire difficile est, licet hæc lectionem defendere ac tueri, et sic explicare: Nec quicquam est magis hæc (anima) *infra* (id est, *infra sensus nostros*) in corpore nostro: ut hoc dici a Lucretio intelligamus, nihil esse, quod tam fugiat sensus nostros, quodque minus cadat sub sensus nostros, quam animam. Hanc lectionem, ejusque interpretationem, confirmat versus ille libro quarto, non longe admodum a princip. vs. 110. 'et in primis quoniam primordia tantum Sunt *infra sensus nostros*, tantoque minora, Quam quæ primum oculi ceptant non posse tueri,' &c. *Lamb*. Hic versus Lambino non placet, nec mirum, cum 'infra' interpretatur *infra nostros sensus*: situm enim non exiguitatem quartæ naturæ innominatæ Poëta exprimit; ut anima cor-

pori intima, sic quarta ista vis expers nominis ipsi animæ; et est quasi anima totius animæ, quoniam sicut anima corpus, sic animam ipsa vegetat, et sensus perficit. *Creecch.*

276 *Atque anima est animæ*] Ita hæc quarta natura ceteris præstat tenuitate, subtilitate, mobilitate, et similibus, ut sit quodammodo animæ totius anima. *Lamb.*

281 *Atque animæ totius ipsa, &c.*] Sic reatitui ex auctoritate codicum manuscr. adhibita tamen facili et illustri conjectura. Nam cum in aliis duobus reperissem scriptum, *Atque animæ quasi totius ipsa Proporro est anima*: in aliis, *atque animæ totius*, aine voce *quasi*: suspicatus sum a Lucretio scriptum esse animæ, deinde cum ex animæ factum esset animæ, culpa librariorum, ab aliquo studioso adjectum *quasi*, ut verum perficeret. Vulgata lectio autem talis est, *Atque animus quasi totius ipsa, &c.* *Lamb.*

*Atque animæ quasi, totius ipsa*] Ita in plerisque omnibus libris. In aliis abest, *quasi*: quod tamen non est otiosum. *Gifan.*

*Anima est animæ*] Ita Philo in lib. de Opificio mundi, mentem esse quasi animam animæ dixit. *Faber.*

282 *Proporro*] I. e. producte, longe. *Lamb.*

284 *Inter se commista*] Hoc unice probat, quod in emendationibus ad vocem 'copta' dictum fuit. *Faber.*

285 *Subsit magis, emineatque*] Aliud magis subsit aliis, aliudque magis emineat aliis: 'subesse' et 'eminere' dixit Latino sermone, quod Græci *ἐπιπράσθαι, καὶ ἐπιπροσθῆναι*. *Lamb. Subsit.* Intimum sit, 'infra sit.' *Faber.*

286 *De omnibus*] Sic legendum potius, quam *ab omnibus*. *Lamb.*

287 *Ne calor ac ventus*] Libri manuscripti habent *ni calor*: quam scripturam si recipimus, accipiendum *ni pro ne*. *Lamb.* Ita (*ni calor*) in veteribus libris. Alii, *Ne*. *Gifan.*

289 *Est etiam calor ille animo, &c.*]

Ex aura, calore, et aëre, animos componi probat vs. 35. admittas enim, et variæ animalium temperies commode explicari possunt. Unde v. g. leo ad iram proclivior, nisi quod calor in illius animo emineat? Unde cervorum timiditas, quia in illorum animabus aura dominatur. Bonum vero constantiam neque iræ nimis neque metui obnoxiam aëri tranquillo acceptam referas: calorem enim ex irati oculis emicantem, et scintillas tantum non erumpentes videmus: tremunt et horrescunt cervi; et tranquilla est bonum gravitas. Huc, si Gassendus permitteret, illa e Stobæo desumpta referrem, τὸ μὲν πρῶτον κίρῳ, ὃ δὲ ἀπὸ ἡρῆλων, τὸ δὲ θερμὸν τῆν φαινομένην θερμότητα τοῦ σώματος, τὸ δὲ ἀκατανομαστικὴν τῆν ἐν ἡμῖν ἐπιταί ἀλόγησιν. Deinde in hominibus etiam aliquod horum trium dominari docet vs. 16. Quidam enim ad iram, alii ad metum proclives, dum alii mansueti sint ac mites. Et quoniam hæc tria commisceri tanta varietate ob graduum varietatem possunt, inde morum diversitates innumeras sequi. Philosophia autem vitiosam naturam emendari aliquatenus, sed ita ut vestigia quedam τῆς κακίας remaneant, (quippe homines doctrina exculi et maxime politi sunt quibusdam pravis affectionibus obnoxii,) id quod non impedit quo minus quis jucunde vivat. *Creecch.* Legendum, *Est etenim*. quippe eorum rationem affert quæ in vs. 17. scripserat, 'Ne calor ac ventus seorsum, seorsumque potestas Aëris,' &c. Probat, inquam, esse in animo calorem, auram frigidam, et aërem temperatum: quasi diceret, Neque vero temere assero calorem esse in animo: 'est etenim calor ille animo quem sumit in ira,' &c. imo reliquas duas qualitates resumat et astruit in versibus qui mox sequuntur, auram, inquam, frigidam, et aërem temperatum: 'Est et frigida multa comes formidinis aura,

Quæ ciet horrorem in membris et concitat artus. Est etiam quoque pacati status aëria ille, Pectore tranquillo qui fit, voltuque sereno.' Itaque hæc satis plana puto, iis ut æquus lector acquiescat. *Faber in Emend.*

*Est etiam calor*] Vido Emendationes. Illud autem acribus pro acris, quod tamen a Gifanio probatur, quanquam nihili est, Passeratio et Lambino acceptum referri debet. *Faber in Not. Est etenim.* Faber, quippe eorum rationem affert quæ vs. 287. scripserat, 'Ne calor ac ventus soorsum, eorsumque potestas Aëris,' &c. Conjecturam non improbo, sed inepta ratio quam addacit. *Creock.*

290 *Et ex oculis micat*] Ardor oculorum iram significat. Hom. 'Ι. α. 109. μίνος δὲ μέγα φρόνες ἀμφιμέλαινα Πήχελαρ', ὅσα δὲ εἰ πύρι λαμπερόσσητι ἔδεικνυ. *Lamb.*

*Acribus*] Sic necessario legendum est, atque hunc locum imitatus est Virg. *Æn.* 12. 102. ut me admonuit Passeratio: 'Sciatiillæ abasiunt, oculis micat acribus ardor.' Sic et M. Tull. loquitur lib. 1. Tusc. Quæst. 'Nec vero quisquam de hoc dubitare posset, nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe usu venit, qui acribus oculis deficientem solem intuentur, ut ad aspectum omnino amitterent,' &c. *Lamb.* Gifanius tamen *Acrisus.* vs. 295. 'Acria corda.' *Creock.*

292 *In membris*] Tò in abest ab aliis quibusdam veteribus. *Gifan.* Neque iis vulgaribus, nam et in Lugd. Bat. optimo quoque desideratar. At quis de mente Poëtæ, quomodo scripserit, iudicabit? *Hav.*

294 *Fit qui voltuque*] Ita veteres libri: more Lucretiano. Marullus et vulgati: *quæ fit.* Vide 2. 730. *Gif.*

295 *Sed culidi mæus est*] Sic Plutarchus libello *περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς*, non admodum longe ab extremo: Οὐ γὰρ ἀρθόγητι δοξάν, οὐδὲ φαυλόγητι θῆκου,

τοῖς μὲν ἀλκαὶ καὶ ὄρμαι πρὸς τὰ φαυλόματα δευὰ παρίσταται, τοῖς δὲ ἀρετήχωνος πτωαὶ καὶ φέβη τῆς ψυχῆς ἀλλὰ αὶ πρὸ τὸ αἶμα, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ σῶμα δυνάμεις, τὰς τῶν πωθῶν διαφοράς ποιῶσιν, ὅσπερ ἐκ βίξης τοῦ πωθητικοῦ τῆς σαρκὸς ἀναβλαστέουσας, καὶ συναπαφέροτος τὴν πωθῆγητα, καὶ τὴν κρῆσιν. i. e. 'Non enim propterea quod rectas aut pravas opiniones habeant, bestiis aliis excitantur vires et impetus adversus ea quæ his videntur mala et incommoda, alii vero pavores et motus animæ; sed quæ circa sanguinem, et spiritum, et corpus, sunt potestates, affectuum differentias et dissimilitudines efficiant: ea animæ particula, quæ affectibus æstuat, ex carne, tanquam radice, pullulante, et una qualitate et iudicium efforrente.' *Lamb.*

299 *Iserum fluctus*] Sic Catull. carmine de Pelei et Thei. nupt. 'Prospectit, et magnis conrarem fluctuat undis.' Virg. *Æn.* 4. 532. 'magnaque irarum fluctuat æstu.' De leonibus lege *Plin.* 8. 16. et *Aristot.* lib. 9. de historia animalium, et *Eustathium* ad hunc *Homeri* locum, 'Ι. α. v. 164. Πηλεΐδης δ' ἐτέρωθεν ἰσχυρίων ἄγρο, λῆον δὲ Στότης, ὃν τε καὶ ἑσθροε ἀποικειόμενος μωμάσιν, Ἀγγράμωσι, πῶς ἄλλωσι, &c. *Lucret.* infra eod. lib. 741. 'Denique cur acris violentia triste locorum Seminium sequitur?' *Lamb.*

300 *At ventosa magis cervorum*] De cervis *Plin.* 8. 32. *Homerus* 'Ι. α. α. 225. κωδὸς ἕμμου' ἔχου, κρῆδην δ' ἀλάφου. Verba sunt *Achillis* in *Agamemnonem*, impudentiam et timiditatem ei objicientis. *Lamb.*

303 *At natura bouum*] De bouibus, *Plinius* legendus lib. eod. cap. 45. *Lamb.*

304 *Subdita*] Subjecta. Sic Virg. *Georg.* 3. 271. 'Continuoque avidiis ubi subdita flamma modulis.' Sic *M. Tullius* pro *Milone* dixit, subjicere facis invidiæ. *Ciceronis* verba sunt hæc: 'Quin hoc tempore ipso, cum



omnes a tuis inimicis faces invidiam mihi subjiciuntur,' &c. *Lamb.*

*Percit]* Perciet, permovet: subintell. boum naturam. *Lamb.*

306 *Perfixa]* Tralatio ab iis, qui telia perfixi sunt. supra 2. 360. 'Desiderio perfixa juveni.' *Lamb.*

308 *Sic hominum genus est]* Significat, naturam vitia non posse doctrina funditus extirpari: ita tamen doctrina, studio, et diligentia, minus et levare posse, ut nihil vetet, quo minus sapiens beate vivat, et homo inter homines Deus quidam esse videatur. *Lamb.*

310 *Anima]* Hoc ex veteribus quibusdam malui. Loquitur enim de animo ac mente. Alii: *anima*. *Gifan.* Lugd. Bat. aliique *natura*, quasi vellet naturaliter, sua indole, &c. *Hav.*

*Vestigia prima]* Tolle hanc distinctionem; nam *μωυρδρη* virgula satis fuerit. Sensus est: Doctrina vitiosam naturam emendari aliquatenus, sed ita ut vestigia *της κακίας* remaneant; id quod non impedit quo minus quis jucunde vivat. *Fab.* Scribendum forsitan *prima*, quæ pluribus in locis familiaris nostro vox est. Ita inf. 390. 'nec priva pedum vestigia quæque,' i. e. singula, singularia. Hæc autem 'vestigia prima' seu 'priva,' mox va. 319. 'principia' vocat. *Hav.*

316 *Moreque sequacis]* *Sequacis*, i. e. ad sequendum facileis et flexibileis, *μμηγικοδο, ακολουθητικοός*. *Lamb.* Horatius locum hunc imitatus est. *Fab.*

317 *Cæcis]* Obscuras. *Lamb.*

319 *Variantia]* Differentia. *Lamb.*

320 *Ilud in his rebus videor firmare potesse]* Quarumdam editionum lectionem revocavi: necessario enim legendum est, *videor*, non *video*. *Faber.* Recte *Faber*, nec *video* pati possumus. *Crech.*

*Video firmare potesse]* Nodum in scirpo hic querit *Faber*. *Video* haud

dabio recte se habet, ut sit sensus: *Video me firmare posse, &c.* *Amant enim veteres τὸ ἀποσθῆκυστον;* nam, ut hoc loco, 'video firmare potesse,' sic alibi luro, 'possum me fingere.' 'Student se præstare,' et 'possit se conglomerari,' ut vs. 211. 'Firmare' autem verbum huic loco aptissimum est, quo et *Tacitus* utitur *Annal.* 6. 6. 'Neque frustra præstantissimus sapientis firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici lanatus et ictus,' &c. *Preig.*

321 *Naturarum]* Docti quidam legi volunt, *naturai*. *Lamb.* Quibusdam placet *naturai*. Et pro *Dictis* in sequenti versu *Doctis* scribitur. *Crech.*

322 *Depellere doctis]* Secutus fueram initio libros vulgatos. Nam manuscr. habent *depellere noctes*, unde suspicabar legendum, *ratio depellere docta*. Nunc *doctis* magis placet, ut ait hæc sententia: quæ vestigia naturarum ratio nequeat a doctis depellere. Ne cui autem mira sit, aut absurda videatur hæc locutio, sic et *M. Tullius* locutus est in oratione pro *Milone* paullo ante confirmationem: 'Sin hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa præscripsit, omnem semper vim,' &c. *Lamb.*

*Doctis]* Sic legendum puto ex libris veteribus, in quibus est, *dictis*. *Marullus* et *Vulgati*: *noctis*; male. Ut alibi, 2. 986. Vide et inf. hoc libro, vs. 627. *Gifan.* A viris doctrina perpolitus. Notum illud est, quod a *Pindaro* dictum de disermine quod naturam inter et educationem reperitur. *Faber.* Valde fluctuant in hoc versiculo viri docti. Ita ut neque *Gifanus* neque *Lambinus* sibi constant; quorum ille in prima *dictis* jam ediderat, quod in postrema in *doctis* mutavit, *Lambinus* ac. tacite, præsertim *Ciceronis* illa autoritate manunitus, secutus, qui et ipse *dictis* ante aut *docta*, ad postremum vero *doctis* legendum contendit. Verum

quæ necessitas diacodendi a vet. libris? qui habent: *Quæ ratio nequeat depellere noctis.* Nonne ita more suo loquitur Lucretius? ut in istis: 'Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est Non radii solis neque lucida tela diei Discutiant, sed naturæ species ratioque.' Suadet autem hanc loquendi formulam, quod cum Diis ipsis de felicitate ac serenitate contendere instituit, ut ex vs. seq. patet. 'Dignam enim Diis vitam degere' iis demum, ex ipsius Poëtæ mente, licet, quibus sedes quietæ, ut loquitur hujus libri principio: 'Quas neque concutiunt venti neque nubila nimbis Aspergunt,' &c. atque adeo, apud quos ratio omnibus rebus noctes depellant. *Preig.* Quoniam Græci noctem *εὐφροσύνη* vocarunt, quod opportunum maxime ad studia et consilia illud sit tempus, hinc 'rationem noctis' pro consilio prudenti capi posse arbitratur Turneb. Adv. 20. 22. Sed opportune Cicero nis locum adduxit Lamb. qui nisi videretur ob stare, legerem *quæ nequeat ratio depellere, doctos Ut nihil impediat, &c.* Neque enim quis tam beati sunt, sed docti tantum, i. e. Epicuri sectam (si Dis placet) secuti; qua ratione fortius loqui mihi, quam alias, videtur Lucretius. Preigeri mei admitterem conjecturam, sed *quæis* pro *quæ* Vossii est, non *Mss.* neque *tenebras* absolute sed *mentis* dixit 1. 147. 'doctin' præterea respondet magis vs. sup. 308. *Hav.*

323 *Dignam Diis*] Beatam, sic Epicurus, *ζῆλον δὲ ἐν τοῖς ἀνθρώποις. οὐδὲν γὰρ τοῦτε θνητῶ ζῆλον ἀνθρώπων ἐν ἀθανάτοις ἀγαθῶν.* i. e. 'vives autem ut Dens inter homines; nulla enim mortali similis est homo in bonis immortalibus vitam agens.' *Lamb.*

324 *Hæc igitur natura*] Animus ex quattuor illis naturis conflatus. *Lamb.* Animam ex aura, calore, aëre, et quarto innominato formatam vs. 14. ita corpori conjungit, et immiscet,

neque corpus sine anima incolumè, neque anima sine corpore integrà maneret. Epicurei censuerunt animam a corpore contineri, (Epicurus apud Laërtium utitur verbo *συνεχόμενος*, apud Empiricum *διασπαστέον*) corpus etiam mutuo ab anima teneri, ne proueret in exsolationem. Neque voluerunt animal esse quasi telam, in qua stamen esset corpus, subtegmen vero anima, adeo ut utrumque mutuo intertextum opus constans evaderet, altero vero dissoluto alterum, atque ideo utrumque simul, exsolueretur. Exemplum velis? en thuris glebam, odorem ab isto thure separa, et nec odor, neque thus integram manebit, et idem de animo et corpore sentiendum. *Creech.*

326 *Nam communibus inter se*] Significat, animum et corpus animantis ita inter se esse conjuncta et colligata, ut alterum ab altero sejunctum vivere aut esse non possit. *Lamb.*

328 *Quod genus*] Quemadmodum. Probat a simili neque animam a corpore animantis sejunctam, neque corpus ab animo semotum esse possit. *Lamb.*

329 *Haud facile*] Ita alibi hujusmodi *μολαω* usurpavit. Nam 'haud facile' significat plane *ἀδύνατον*. *Faber.*

331 *Quia omnia dissoluantur*] Alii legunt ita, *dissoluantur*, ut sit quinque syllabarum, fiatque *διαίρεσις*: alii *dissolantur* sine diacresi, ut sit verus spondiacus: ego susque deque habeo. *Lamb.*

332 *Implexis*] Implicatis. 'Implexum' compositum a præpositione in, quæ vim augendi habeat, non negandi; ut in his 'incurvas,' 'incanus,' et similibus, et 'plexum.' 'plexa' autem (ut docet Festus) colligata significat ex Græco: cui nos etiam præpositionem adjicimus, cum dicimus 'perplexa.' *Lamb.*

333 *Consorti rita*] Notandum, pas-

sive sumi. Non temere alibi. Tamen ita auctor Ceiridis, seu ille Virgilinus est, seu quis alius. 'Si me jam summa sapientia pangeret arce, Quatuor antiquis quæ heredibus est data consors.' *Faber.*

334 *Nec sibi quæque sine alterius, &c.*] Sic legitur hic versus in libris vulgaris, præter Parisiens. et Vicet. et Venetos antiquos, *Nec sine vi quicquam alterius sibi posse videtur, &c.* in manuscriptis autem, *Nec sibi quæque sine alterius vi posse videtur, &c.* quos secutus sum, quamvis alteram scripturam, quam olim secutus eram, non damnem. *Lamb.*

*Nec sibi quidque sine alterius*] Ita in veteribus omnibus, et nonnullis vulgaris. In aliis: *Nec sine vi quidquam alterius sibi posse videtur.* Ego a veterum librorum consensu, etsi parum intersit, discedere nolui. *Gifan.*

335 *Sentire*] *Constare.* *Gifan. Codd. Constare,* quibus minime credendum. *Creech.*

336 *Conflatur*] Nescio qua negligentia factum sit, ut in utraque Gifanii editione scriptum fuerit, *conflictatur.* *Faber.*

337 *Accensus nobis per viscera sensus*] Sic sup. 2. 942. 'quibus convenienter Accensus sensus animantem quamque tuentur:' vel, ut legendum potius, *quibus omittentes, &c.* *Lamb. Accensus sensus* jam antea dictum est, in 2. (492.) opinor, quid sit; sed animadverti Gifanium in Indice suo longe aliter sensisse. Existimat enim 'accendere' hoc loco idem significare quod complere. Ita me amet Deus, ubi isthæc lego, tum mihi 'cerebrum impfiscitur,' *αὐτὰ Πλαστῶν.* Hinc homini credas scilicet, tum bene se tibi res habebunt. Utinam modo per otium liceret cribro pollinario illud opusculum succutere; quantum ibi furfuris! quantum! *Faber.*

338 *Corpus*] Corpus hominis, seu cujuslibet animalis. *Lamb.* Istam animæ et corporis adunationem vs. 13.

iterum demonstrat. Corpus neque generatur neque crescit sine anima, et cum anima avolet, distrahuntur illius particulæ, resolvuntur vitalia vincula, putrescunt membra, denique perit corpus. Quid interim de anima existimandum? Nempe illa dispergitur in tennes anras, et evanescit. Cum vero neutrum sine altero maneat integrum et incolume, credendum est, eorum substantias conjunctas esse, atque intime unitas. *Creech.*

340 *Non enim, ut humor*] Argumentum a disparibus seu dissimilibus. Non, (inquit) ut aqua calefacta, amisso calore, manet incolumis, neque perimitur: sic corpus humanum efflata anima salvum et incolume manere potest; sed penitus corrumpitur, computrescit, atque interit. *Lamb.*

*Dimittit sæpe vaporem*] Sic libri manuscripti et item nonnulli typis excusi: Florentini, et Lugdunenses, et Veneti recentiores, *vaporem.* Ego illam scripturam probo, et 'vaporem' interpretor calorem, seu halitum calidum. *Lamb.*

*Vaporem*] *Saporem.* *Gif. Nonnulli Codd. saporem,* improbe: neque *ab hac causa* in *ab ea causa* mutandum. *Creech.*

343 *Discidium*] I. e. 'discissionem ac divulsionem, a verbo discindo. *Lamb.*

344 *Conque putrescunt*] Et conputrescunt. *Lamb.*

345 *Sic corporis, atque animæ mutæ, &c.*] Ordo est: sic mutæ corporis atque animæ contagia vitales motus discunt etiam in membris maternis reposita et recondita. *Lamb.*

346 *Mutua vitalis discunt contagia motus*] Verbum 'discere,' hoc loco elegantissimum est; simili translatione 'noscere' usurpat 6. 915. 'Ex alioque alius lapidis vim vinculaque noscit.' 'Discere' autem pro experiri, aut cogi, similiterve sumptum

etiam a Virg. *Æn.* 1. 684. et 5. 222. *Proig.*

347 *Alloque reposita*] Hinc non magis idoneum sensum hauriri posse ait Turneb. *Adv.* 21. 2. quam ex pumice squam; reponit itaque *reposito*, quo modo certa legitur in optimis Membr. Lugd. Bat. imo penitus juxta lectionem Turneb. qui hic in, et in sequenti verso ut, delet. Quum itaque attentius locum hunc ejusque connexionem considerarem; vidi adjuvandum esse distinctione, atque porro ex Turnebo et Mss. ita refingendum, ut fecimus: *legobatur autem Ex in-cantis avo sic corporis atque animæ Mutua vitalis dicitur contagia motus, Maternis etiam in membris, alioque reposito; Dissidium ut nequeat fieri, &c.* Neque tamen viderant interpretes duos illos priores versus non pertinere ad sequentes, sed esse conclusionem præcedentium, atque respondere illis, qui leguntur vs. 332. 333. majori itaque distinctione egere. Novam deinde argumenti confirmationem proposui a similitudine et exemplo desumpto a fetu sonndum in lacem edito, sed adhuc latente reposito alio membrisque maternalis. *Hæc.*

351 *Quod superest*] Probare conatur, eos errare qui omnem sensum attribuant animæ, corpus nihil sentire opinantur. *Lamb.* Modo asseruarat Poëta, neque corpus ab anima separatum, neque animam a corpore separatam per se aliquid agere aut sentire posse, sed sensum per viscera excitari ex communi utriusque conjunctim agentis motu. Deinde Philosophus aggreditur qui solem animam istius motus quem sensum vocamus capacem affirmabant: istos autem ad experientiam provocat, concedatur enim corpus sentire, non magis istius sensus consilii essemus, quam jam nunc sumus; ideo corpus sentire confitendum est: dicat autem aliquis, si corpus sentiat, unde dimissa anima vim istam et facultatem

sentiendi non retineat? Quia nempe non corpori soli, sed corpori animæ conjuncto vis ista et facultas competit. Hæc omnia vs. 9. Similiter Epicurus apud Laërtium lib. 10. *αὐτὴ μὴν* (Anima) *εἰδέσκει ἐν ταύτῃ* (sentiendi facultatem), *εἰ μὴ ἐπὶ τοῦ λαινοῦ ἀπολαύματος ἐπιτελέσθαι πᾶς τὸ δὲ λαίον ἄρρωσμα παρασκευάσων ἐκείνη τὴν αἰτίαν ταύτην, μεταλλάξει καὶ αὐτὸ τοιοῦτου συμπτώματος παρ' ἐκείνης ἐπὶ ἀπαλλαγῆς τῆς ψυχῆς οὐκ ἔχει τὴν αἰσθησιν, αὐτὸ γὰρ αὐτὸ ἐν ἑαυτῇ ἀείρειτο τὴν ἕσπεμον, ἀλλ' ἐπείν ἕμα συγγεγενημένον αὐτῷ αὐτὴν ἢ φέσει παρασκευάσει. *Creech.* Quod superest autem, i. e. reliquum est. *Lamb.**

351 *Renatat*] Sic legendum, non *refutat*. nam 'solutare' (inquit Festus) redarguere est, compositum a fando, versa s littera in n. 'renatat' autem, i. e. negat, reatit, non vult, 4. 604. 'Incolanis transire potest, simulacra renatant.' *Hor.* *Epist.* 1. 16. 49. ad Quintium. 'reatit, negat atque Sabellus.' *Lamb.* Ita Lambinus, dum alii *refutat* præferunt. *Creech.*

*Refutat*] Ita omnes libri Lambina: *renatat*. *Gifan.*

*Quod superest, si quis corpus sentire renatat, &c. Vel manifestus res contra, verasque repugnat. Quid sit enim corpus sentire quis offeret [al. asseret] unquam?* Postremus versus corruptus est, sic autem legi debet: *Quid sit enim corpus sentire quod asserat unquam. Sententia plana et vera. 'Quid sit enim quod asserat [i. e. probet] corpus nostrum sensu præditum esse, et vere sentire, nisi illud quod res ipsa docet?'* Explicat autem quod dixerat, 'Vel manifestus res contra verasque repugnat.' Neque enim petit Poëta 'Quid sit sensus?' (quod faceret tamen, si recepta lectio sequenda foret; sed ait hominem quemque sentire se sensu præditum esse; itaque tanta mole argumentorum nihil esse opus. Præterea hoc addam quoque, memi-

nem, qui quidem sani capitis fuerit, ac unquam locuturum: 'Quis homo id asseret nisi experientia?' ridiculum est ac delirum; et tamen ita loqueretur Lucretius nisi mandam vidissemus: *quis id asseret, nisi quod res, &c. Faber.*

355 *Quid sit enim Corpus sentire quis afferet?* Alii *Asseret*: sed Faber, quod *asserat*: et hoc modo explicat: 'Quid sit enim quod adserat,' &c. Hæc Faber, qui raro quidem errat, nisi cum insigniter fallat. Quid enim his verbis inculentius, 'Quis unquam asseret quid sit corpus sentire, nisi id sit quod res ipsa palam dedit, ac docuit nos?' *Cresch.* Vulgata lectio proba est. Quis enim est ille, qui docere possit, quid sit sentire corpus, id est, quid sit sensus, nisi ipsa res et ipse sensus? *Ls. Voss.* Imo: Quis enim *afferet* vel *afferet*, h. e. verbis exponet, quid sit, aut sibi velit corpus aliquod sentire, nisi dicat, sensus consistere in eo, quod res ipsa palam nobis dedit, et nos docuit? *Preig.*

356 *Si non ipsa palam quod res?* Codices quidem et manuscripti, et typis impressi sic habent: sed contendunt doctissimi quidam viri, sic esse legendum: *Si non ipse, palam qui res dedit, ac docuit nos?* 'ipse' autem, nempe sensus. Ego nihil muto. *Lamb.*

357 *At dimissa anima corpus, &c.]* *Ἐποφθα*, quam statim solvit. At corpus, inquit, (dicit aliquis) dimissa anima, sensu caret: ergo corpus non sentit, sed anima. *Lamb.*

358 *Perdit enim, &c.]* Hunc Lambinus exturbat. Videtur parenthesi includendus. *Gifan.* Hunc versum rejicit Lambinus, et sequentem 'Multaque præterea' &c. retinet, quem Faber et alii sequuntur: *Gifan*ius ejusque sequaces una cum *Gassendo* parenthesi includunt. Ego vero retinendum censeo, nec affirmare dubitem illum potiori jure hunc locum possidere quam *Multaque præterea*

quem Codex Vaticanus non agnoscit. Rationem petis? en validam ex ipsis Epicuri verbis ductam: δὲ ἀπαλλαγὴ τοῦ σώματος οὐκ ἔχει τῆς αἰσθητικῆς οὐ γὰρ αὐτὸ (corpus) ἐν αὐτῷ ἐπιτελεῖ τῆν αἰσθητικῆν. *Laërtius* lib. 10. Ubi eidem objectioni idem respondet Epicurus, quod hoc verum Lucretius amplectitur. *Cresch.* Mire hic quoque turbatum. At nisi vehementer faller, nativo splendori suo restitutus erit, modo levi immutatione illud *Vossianâ* tertii, in quo, nostrum facinorosus. Fecit inde vis ille doctissimus: *Perdit enim quod non proprium fuit ejus, inquam.* Et, si bene quid video, apud annotatorem nostrum pro verum *Multaque præterea, &c.* substituendum censuit, vel saltem isti proxime non præmittendum, sed adnectendum. Acute sane et inganiose! at si licet, quod facile est, inventis aliquid addere, lege: *inquam.* et ita distingue: *At dimissa anima corpus caret undique sensu, Multaque præterea perdit, cum expellitur ævo. Perdit enim, quod non proprium fuit ejus unquam.* Vocabulum *ejus, τριανδλλῆτος,* et prima producta, nescio quod spectrum pertentumve visum librariis est. Verum, qui toties ei priori longa usurpat Poëta (quod *ei* tyronum causa scripsere *Palamones*, non ipsi, ut opinor, auctores veteres) quid cæcæ dicamus tandem, cur non idem in *ejus* sibi permiserit: quasi pronuncian-dum dederit *ejus*. Quod ad sensum vere attinet; 'ævo expelli,' non tam de ipsa morte, quam de putrefactione, et omnimoda cadaveris homani, brutive deformatione acceperim potius, ne bis idem dicat Lucretius. Cæteram agnoscenda hic figura Poëtæ familiaris est, in repetitione verbi 'perdit.' Nam et hoc lib. sup. vs. 12. similiter: 'depacimur aurea dicta; Aurea, perpetua,' &c. Plura exempla vide apud *Fabrum* 6. 792. *Preig.* Omnino retinendus; 'ævum' enim hic vitam significat, ut inf. 452. et sæ-

pius, more Græcorum, nam et apud Homeram et Sophoclem *ἀλλ'* ita usurpatur, ex quorum imitatione ita loqui Poëtam observavit Turneb. Adv. 20. 22. Præterea Codd. Lugd. Bat. cum aliis versus hunc quoque retinent; sed tamen non possum, quin Preigeri mei acumen laudem, ex cujus sententia reposui *εἰς* trisyllabum. Versus autem ita, ut sunt, constitutos, servare malo. Si cum illo unquam legas, dicit Poëta sensum sine animæ conjunctione nullam unquam corpori fuisse, unde &c. *αὖ* autem, notat nihil esse mirum si corpus anima destitutum, i. e. mortuum, nihil sentiat, quum, vel vivum etiam nihil per se sentire potuerit nisi quoad cum anima fuerit conjunctum. Demique illud *εἰ*, quod a manu prima fuisse in altero Lugd. Bat. agnoscitur, docet vetus latere ulcus male obducta a librariis et correctoribus cicatrice. *Hav.*

360 *Multaque præterea, &c.*] Solutio objectionis. Quid mirum (inquit) corpus carere sensu? vel quid tum postea, si corpus caret sensu post animæ discessum? Multa etiam alia præterea amittit, cum expellitur *αὖ*, id est, cum desinit ætatem agere et vivere. hæc mihi videtur hujus loci et recta scriptura, et vera sententia. Itaque versus superiorem, ut adulterinum, delendum censeo. Movet me codex Vaticanus: a quo abest hic versus, 'Multaque præterea,' &c. animadverti enim hoc sæpe usavisse, ut cum adjectus esset huic poëtæ versus aliquis alienus, scriptor librarius, qui postea illud exemplum sequeretur, versus adjectum et alienum scriberet, verum et germanum prætermitteret. Atque, ut magis credas, lector erudite, hunc locum esse corruptum, docti quidam existimant hic aliquot versus deesse, dubitantque, utrum versus is, quem dico, sit τοῦ ποιητοῦ, necne. sed non attendunt, quandocumque duo versus inter se

proximi in eandem vocem desinunt, magno id argumento esse, alterum eorum esse alienum. Cum igitur necessario alter ex his duobus versibus foris irreperit in alienum locum, locutionis similitudo, et sententiæ consecutio facile indicant, versus, 'Multaque præterea,' &c. esse germanum Lucretianum; illum autem superiorem, spurium atque adulterinum. *Lamb.*

360 *Dicere porro, oculos, &c.*] Refellit eorum sententiam, qui dicebant, mentem videre, mentem audire, &c. notum illud Heracliti, τοῦς ὀφθαλμοῖς, τοῦς ἀκοῦσι, 'mens videt, mens audit.' quod adscribit Tertullianus Epicharmo lib. de Anim. sic enim ille: 'Meminerat scilicet et Epicharmi comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda et cæca sunt.' idem videtur sensisse M. Tull. sic enim ille lib. 1. Tusc. 'Nos enim ne nunc quidem cernimus ea quæ videmus. Neque enim ullus sensus est in corpore, sed, ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt: vix quasi sunt ad oculos, ad aureis, ad nares, a sede animi perforata,' &c. Eodem pertinent illa, quæ sunt lib. 3. de N. D. 'Cur contuereris autem altero oculo, causa non esset, cum idem obtutus esset amborum, et cum rerum natura, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset.' *Lamb.* Quia fuerunt, qui existimarent non debere totum compositum, puta animal, dici sentire, sed animam per se et solam id munus ita exsequi, ut organa nihil cooperarentur. Sed essent quasi mære fores per quas reclusas anima intus existens externa perciperet; inter quos emicuit Epicharmus dicens, τοῦς ὀφθαλμοῖς, τοῦς ἀκοῦσι, vs. 11. subjungit Lucretius, et duobus argumentis demonstrat futilem istius opinionis vanitatem; nempe si oculi essent tantum fores, unde vim ali-

quam aut laborem a fulgidis objectis sentiunt? Deinde oculos (fores istas) evellas, melius externa perciperet anima, dum liberior daretur prospectus. Creech.

362 *Desipere est*] Hoc malui ex veteri Codice. Alii tamen, *Difficile*. Sic et alibi eos 'delirare' dicit, imitatus Epicurum. Vide Cic. lib. 1. de N. D. ubi de Zenone Epicureo. Gif. Sic jam edendum curavi in secunda editione, cum vulgo legeretur, *Difficile est*. Hanc emendationem Thraso sibi arrogavit. Lamb. Ita recte Lambinus contra Codd. qui exhibent *Difficile est*. Creech.

*Contra cum sensus dicat*] Sic legendum vel codicibus omnibus reclamantibus: in quibus vel scriptum, vel impressum est, *contra cum sensus ducit*. Quam scripturam quid est quod accuratus refellere coner, cum id sentiat Lucretius, quod Epicurus Græce dicere solebat *ἀντιπαρρησιῶν*, seu *ἀντιπαρρησιῶν*? Præterea Latine dicimus 'contra dicere,' 'contra ducere' non item. Lamb.

*Ducat*] Ita omnes libri. Videtur tamen legendum, *dicat*, et proximus versus notus. Gifan.

363 *Sensus enim trahit, &c.*] Hunc versum delendum censeo: nam primum supervacaneus est, eoque sublato de sententia nihil deperit; immo planior atque illustrior est, ut statim ostendam: deinde falsum est, quod per eum significatur, et ab Epicureis decretis abhorret: postremo loquendi genus inelegans atque adeo inquinatum est. Lamb. Versus exponendus. Fab. Omnes, si unum Fayn excipias, (quanquam quis iste?) interpretes hunc versum rejiciunt. Creech. Neque tamen omnes interpretes rejiciunt, nisi Turnebus numero illorum sit excludendus; cujus hæc satis comoda est explicatio Adv. 30. 10. Suspicio (inquit Poëta) ipsius sensus testimonio refelli eos, qui animum censent videre per oculos, ut

per fores aut fenestras. Trahit enim et detrudit sensus ad aciem ipsam ad spectumque, et ad testimonium suum adducit, quo junguntur. Hav. :

365 *Lumina luminibus, &c.*] Quia oculi nobis præpediuntur, objecto lumine et splendore, præsertim acriore: cujus rei causam explicat 4. 325. 'Splendida porro oculi fugitant,' &c. Lamb.

366 *Quod foribus non fit*] Hoc sentit hoc loco Lucretius: res splendidas intineri nequimus, propterea quia oculi nobis præpediuntur a lumine externo acriore, quam ut ferre possint: quod non fieret, si solus animus cerneret, et oculi essent tanquam fores aut fenestræ, per quas cerneret: cum experiamur, si per fenestram aut januam aliquam apertam et patentem aspicimus, nihil eam laborare. Lamb.

*Quæ*] H. e. per quæ ostia; adverbium motus per locum. Lamb.

368 *Præterea si pro foribus*] Hoc Lucretii argumentum, quo conatur probare, falsum esse, animum per oculos, tanquam per fenestras, cernere, refellit et irridet Lactantius lib. de Opificio Dei, cap. 8. his verbis: 'Cum autem videamus momento temporis, plerumque vero aliud agentes, nihilominus tamen universa, quæ contra sunt posita, intueamur: verius et manifestius est mentem esse, quæ per oculos ea quæ sunt opposita, transpiciat, quasi per fenestras, lucente vitro, aut speculari lapide, obductas. Et ideo mens et voluntas ex oculis sæpe dignoscitur. Quod quidem ut refelleret Lucretius, ineptissimo usus est argumento. Si enim mens, inquit, per oculos videret: erutis et effossis oculis magis videret; quoniam evulsæ cum postibus fores plus inferant luminis, quam si fuerint obductæ. Nimirum ipsi, vel potius Epicuro, qui eum docuit, effossi erant oculi, ne viderent, effossos orbis, et ruptas oculorum fibras, et fluentem

per venas sanguinem, et crescentes ex vulneribus carnes, et obductas ad ultimum cicatrices nihil posse lucis admittere, nisi forte auribus oculos simileis nasci volebant, ut non tam oculis, quam foraminibus cerneremus: quo nihil ad speciem fœdium, ad visum inutilius fieri potest, &c. *Lamb.*

370 *Res] Rem:* forte vere. *Gifan.*

*Sublatis postibus] I. e. sublatis oculis,* qui sunt animi fores. Eodem sensu etiam respondent apud Varro- nem lib. 4. de L. L. aruspices, Deum Manium postea leonem postulari, i. e. civeis fortissimum eo dimitti, nam Deum Manium postea appellatur ter- ræ hiatus, qui consebatur Orci janua. *Turn. Adv. 20. 22.*

*Postibus] I. e. foribus.* sic 4. 275. 'Primus enim, citra postea que cer- nitur aer.' et Virg. *Æn. 2. 466.* 'pos- teaque relicti A tergo; infelix qua se, dum regna manebant,' &c. *Lamb.* seu Fores cum Postibus, ut explicat Lactant. lib. de Opificio Dei, cap. 8. *Creech.*

371 *Illud in his rebus, &c.]* Docet errare Democritum, qui singula ani- mi primordia singulis corporis semi- nibus apposita esse dicat. *Lamb.* Ollm declaravit Lucretius animam esse mole parvam, totamque illius substantiam exiguo loco posse excipi, si seorsum conglomeretur; id jam longe uberius edisserit vs. 26. ad- versus Democritum, qui quot essent partes corporis, totidem partes ani- mæ illis applicitas ponebat. Inde enim sequeretur nos omnia sentire quæ parti alicui corporis applicarentur: nam cum corporis particula, et animæ pars illi apposita moveatur, quidni sensus oriretur? At plurima sunt, ut ex allatis exemplis constat, quæ corpori nostro applicita nequa- quam percipimus; frustra igitur sin- gulas partes animæ singulis partibus corporis aliquis conjungat. *Creech.*

*Sumere possis] Valet ponere, dice-*

re, afferre: estque verbum philoso- phicam aut dialecticum, quod *λαμβάνω* Græce dicitur; unde *sump- tiones* dicantur partes ratiocinationis complexionem antecedentes. *Turneb. Adv. 20. 26.*

372 *Democriti quod sancta viri] Democriti sententia,* periphrasis: i. e. Democritus. sic Horat. Sat. 1. 2. 31. 'Macte Virtute esto, inquit senten- tia dia Catonis,' i. e. Cato. cujus cir- cumlocutionis si plura exempla qua- ris, petito ex commentariis nostris in Horat. Porro autem hic Lucretii versus iteratur lib. 5. 621. *Lamb.* Hic vs. in 5. 621. repetitus fuit; et quemadmodum versum illum 'Mag- narum rerum fierent exordia semper,' quem in quinto repetitum etiam constat fuisse; mendosum utrobique esse supra ostendi, idem de hoc quoque sentio; quippe qui non putem, dici commode et eleganter posse, 'sancta sententia viri Democriti,' pro Democrito ipso. Scio quidem apud Ho- merum 'Vim Herculis,' 'Vim Pri- ami,' ut et alia id genus apud Pinda- ram et Tragicos reperiri; pro Her- cule, Priamo, &c. neque oblitus sum dici quoque 'Cor Ennii;' pro Ennio ipso; quin et 'mitis sapientia Lælii,' apud Horatium, Lælius ipse est *ἀνθρωπίνος*; et nos ollm congestis ex- emplis ex libris, qua Græcis qua La- tinis, id ostendimus, quia tunc otio abundabamus: sed illa exemplorum seges nihil ad hunc Lucretii locum. Aliquo enim opus testimonio foret, ubi 'cor viri Ennii,' 'sententia viri Catonis' reperiretur. Quamobrem, mi Lector, centies scribatur hic ver- sus, centies repetatur, toties ego ex- clamavero, 'Corruptus est.' Sed, dices, Quæ tua est sententia? Pri- mum, si velim, licebit mihi dicere, *ἀποπῶ* circa emendationem; dein ali- quid, spero, dubitandum afferre possim: si minus id licebit, æqui lectores hunc meum conatum ita for- tasse interpretabuntur, quasi si ob-



servationem aliquam circa vim et genium proprietatis Latinæ scripserim. Itaque pro *Democriti quod sancta viri sententia ponit*, legi posse arbitror, *Democriti quod sancta sibi sententia sumit*. Neque vero id sine exemplo: sic enim in l. 876. scriptum est: 'Id quod Anaxagoras sibi sumit.' Fortasse et alia alibi, et ita esse scio. Sumere autem vox est quam sibi Dialecticorum natio quasi propriam vindicavit, ut et arripere, quod ex Lacretio constat. *Faber*. Haud contemnendus iste a Fabro injectus scrupulus est. Verum magnum postulat, qui duos versus, similiterque recurrentem suo loco utrumque sibi emendandum sumit. Ego compendiosè dictum arbitror quod huc rediret: si plene efferretur, *Quod Democriti sententia, sancta, inquam, istius aut tanti viri sententia ponit*. Sic solent, ac fere ex abrupto laudare auctores Cicero alique. Ex. gr. Democriti hæc est sententia. 'At quanti viri?' *Preig*. Distingue itaque aut et post 'viri,' nisi præstet 'sancta viri,' capere quasi dixisset, 'viri sancti.' *Hav*.

373 *Primordia singula primis Adposita alternis variare, &c.*] Nullo sensu: quid enim sibi vult, que respicit illud 'primis?' Scribo, et distingo: *Corporis atque animi primordia singula, privis Adposita, alternis variare et neciterè membra*. 'Privis,' h. e. propriis quæque suis apposita, alternis vicibus variare. 'Alternis' absolute eo sensu et alibi usurpat Lacretius, ex. gr. l. 1065. 'Alternis nobiscum tempora cæli Dividere,' &c. Eandem vocem restitue 5. 515. *Preig*.

374 *Nectere*] Ita omnes libri, *Fayus* tamen *vertere*. *Creech*.

376 *Quam quibus*] I. e. quam ea elementa, ex quibus corpus nostrum constat. Sic autem edendum curavi, *Quam quibus e*, nonnullis codicib. antiq. approbantibus; aliis reclamantib.

qui habent, *Quam quibus et corp. &c.* *Lamb*.

377 *Numero quoque concedunt*] Numero cedunt, quod valet, inferiora sunt: i. e. pauciora sunt. *Lamb*.

378 *Promittere*] I. e. affirmare. *Hor.* Sat. 1. 4. 101. 'quod vitium procul a fore chartis, Atque animo prius, ut, si quid promittere de me Possum aliud, vere promitto.' *Lamb*.

379 *Quantula prima queant, &c.*] Hoc dicit: ut duntaxat affirmare possis, prima corpora animæ tantum spatii occupare, et tam late in corpore disseminata, quanto spatio quantoque numero prima illa corpora nobis injecta possint in nostro corpore motus sensiferos excitare. Legendam fortasse est, *Quantis prima queant, &c.* 'Quantis' autem nempe intervallis. Verum nihil mutare ausim. *Lamb*.

382 *Nam neque pulveris*] Hoc argumento probat, singula animi primordia non esse singulis primordiis corporis annexa: quia si ita esset, sentiremus pulverem exiguum corpori adhærentem, cretam insidentem, nebulam, aranæ telam, et similia: hoc non fit: ergo, &c. *Lamb*.

*Adhæsum*] Adhæsum pulveris, i. e. pulverem adhærentem. Profert hunc versum Nonius in voce 'adhæsum:' usurpat *Lucret.* eandem vocem 4. 1285. 'locis quia non potis est adfigere adhæsum:' et 6. 471. 'Suspensæ cum concipiunt humoris adhæsum.' crebro autem utitur hujusmodi nominibus verbalibus desinentibus in *us*, conciliatus, commutatus, offensus, conjectus, injectus, adjunctus, itus, initus, adauctus, et simil. *Lamb*.

383 *Insidere*] Libri fere omnes et vulgati, et manuscr. habent *siders*, a verbo *sido*, is. Sed volunt quidam legi hic *insidere*, in composito. quibuscum nolo pugnare. *Lamb*. Amat simplicia fere *Lucretius*. Sic supra vs. 320. 'firmare,' pro affirmare aut confirmare. Præsertim cum proxime

præcedens vocabulum vim præpositionis suæ hic verbo 'sidere' communice, quemadmodum haud dubie etiam fit, 6. 562. 'Inclinata minent in eandem prodita partem,' pro, imminet. Incossæ autem membris cretæ exemplum hoc loco a petitorum togis mutatur, quæ cretatæ erant, unde 'Candidati' dicti sunt. Res lippis jam et tonsoribus nota. *Preig.*

384 *Nebulam noctis*] Docti quidam legi volunt, *Nec nebulam noctis.* Lamb.

386 *Supera*] *Supra.* Lamb. Ita (*supera*) veteres libri. *Gifan.*

*Vietam*] Languidam. 'Vietus' (inquit Festus) 'languidus, sine vi, et naturalibus viribus privatus.' Et Donatus ad illum Terentii locum Eun. 4. 4. 21. 'Hic est vetus, vietus, veterinosus senex.' 'Vietus' (inquit) 'mollis, flaccidus, et flexibili corpore. unde et vimina, et vimenta, et vites, et vietiores dicuntur, et viere religare dicitur, quia virgis vietis magis religare quidlibet possumus.' Lucretius aranæ dixit 'vietam vestem,' i. e. putri mollitia præditam. Lamb.

387 *Papposque volanteis*] Profert hunc versum Festus in voce 'pappi,' et docet, 'pappos' esse carduorum flores. Lamb. Vide quanta orationis gravitate, ne dicam majestâte rem vel levissimam, ac nihili prorsus describere doctus sit Lucretius noster. Simile quid 2. 117. de pulviscolorum volatu solis radiis per opaca domorum illustrato: 'Et velut æterno certamine prælia pugnasque Edere turmatim.' In quibus Virgilium habuit imitatore, sed, præfiscine dixerim, longo post se intervallo relinquit. *Æn.* 8. 22. 'Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ Omnia pervolat late loca, jamque sub auras Erigitur, summique ferit laquearia tecti.' *Preig.*

388 *Gravatim*] I. e. gravate, ob ni-

miam levitatem gravate cadunt: i. e. ægre, et vix cadere possunt. Lamb.

389 *Itum*] *Incessum.* Utitur hæc voce et Arnob. lib. 6. 'An habes itus liberos, cum liberoit abire quocumque, et ab suis sedibus simulacrisque discedere?' Lamb.

390 *Privas*] *Privata,* propria, seu singula. 'Nam' (ut docet Festus) 'privos, privasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam et privata dicuntur, quæ unicujusque sunt.' Lamb. Singula. alias significat quod cujusque est, privatam. Emen- da locum Manilii lib. 2. pag. 31. edit. Scaligerianæ; dignus est enim qui prius legatur. Ait ibi poëta, se Latinorum omnium primum rem astronomicam attingere. Versus sunt ingeniosi et grandes, et supra sæculum Manilii: 'Integra quæramus rorantes prata per herbas, Undamque occultis meditantem murmur in antris; Quam neque durato gustarint ore volucres, Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igni; Nostra loquar; nulli vatam debemus orsa; Nec fartum, sed opus, venit, soloque volamus In cœlum curr: priva rate pellimus undas.' In penultimo versu legendum, *nostroque volamus, &c.* Hæc emendatio poëti ingenii hominibus placebit, scio: neque adeo explicanda est; ab aliis enim laudabitur. *Faber.* *Singula,* Lucil. Sat. lib. 1. 'Ad cænâ adducam, et primam his abdomina Thygni Advenientibus priva dabo.' Lucret. 3. 722. 'Quod si forte animas extrinsecus insinuari Vermibus, et privas in Corpora quæque venire Credis?' Nonius. *Creech.*

392 *Usque adeo prius est, &c.*] Scripturam antiquam restitui, corruptam ab iis quorum nominibus parco, propter ingenii gloriam: quæ etiam mortui et vivunt et vivent. Sed illi nimium licentiæ sibi permittentes, quæ in bonis scriptoribus non intelligebant, suo arbitratu mutabant et de-

pravabant: ut, cum hanc versum ita scriptum reperissent, *Usque adeo prius est in nobis nulla ciundos, &c.* sic mutarunt: *Usque adeo prius in nobis sunt nulla cienda, &c.* præclare, et eadem sententia manente, fateor. Sed cuius confidentiæ atque impudentiæ est, homines non aliunde, quam a Lucretio, Catullo, M. Tullio, et similibus scriptoribus, Latini sermonis scientiam consecutos, eos ipsos, a quibus didicerunt, Latine loqui docere conari? Sic igitur Lucretius locutus est, *Usque adeo prius est in nobis nulla ciendum Semina.* Illi hoc genus loquendi non probarunt scilicet, et sic reposuerunt, *Usque adeo prius in nobis sunt, &c.* Atqui illo potius modo Lucretius loqui solet, ut alias admonui, et ita l. 112. 'Æternas quoniam pœnas in morte timendum:' ad quem locum plura exempla collegimus. jam quod nonnulli libri scripti habent *ciendo*, hoc 'ciendo' factum est ex 'ciendos,' 'ciendos' ex 'ciendox:' 'ciendox' autem idem valebat quod 'ciendom.' Scriptores enim illi imperiti z pro m scribebant in extremis nominibus: 'ciendom' porro, seu 'ciendum,' pro ciendum, seu ciendum, accipiendum est, o pro u: quod etiam supra admonuimus. *Lamb.*

395 *Et quam intervallis tantis*] Sic legendum est, non, ut quidam volunt, et nonnulli libri comprobant, *Et quantis intervallis tuditantia, &c.* vel sic, quod magis probo, quia vox *tantis* abest a veteribus codicibus: *Et quam sis intervallis tuditantia possint.* 'sis' autem, i, e. suis. *Lamb.*

*Et quantis intervallis*] Sic recte omnes veteres. Marullus: *Et quam intervallis tantis.* Et ita vulg. Vide inf. vs. 567. *Gifan.* Marg. noster, *quantis*, etiam repræsentat. Interim, quis sit sensus, nemo explicat. Mihi hic videtur: Multa prius semina cieri debent, et ad tanta intervalla, quantis tuditantia possint concursare, h. e. quantis opus est ut concursare, &c.

*Delph. et Var. Clas.*

possint. Lambini conjectura, ingenuosa quidem illa est, proxime ad veterem scripturam accedens, et Lucretiano more 'sis' pro suis antiquæ effert, quemadmodum circa finem huius libri, vs. 1038. 'Lumina sis oculis etiam bonus Ancu reliquit.' Verum quid causæ dicamus, cur Lucretius scripserit hoc loco *Et quam sis intervallis, cum posset: Quamque suis intervallis.* Preig.

*Tuditantia*] I. e. tudentia: ut supra 2. 1142. 'Nec tuditantia rem cessant,' &c. Sententia autem huius loci hæc est: usque adeo multa in nobis corpora prima moveri debent, quæ sunt corporibus nostris immista, quam primordia animæ concussa sentiant, seu sentire incipiant: et prius quam primordia animæ, pellendo, et crebro tundendo, utpote tam magnis intervallis disposita, possint concursare, et convenire, et ita sensum signere, &c. Sup. 378. 'et rara per artus Dissita sunt, duntaxat ut hoc promittere possis. Quantula prima queant nobis injecta ciere Corpora; sensiferos motus in corpore, tanta Intervalla,' &c. *Lamb.*

397 *Et magis est animus, &c.*] Videtur aliter sentire Nonius. cum ita docet: 'Animus, quo sapimus: anima, qua vivimus,' sed non pugnant hæc inter se. *Lamb. Vss. 137.* Animum, in quo ratio et vis sentiendi sita est, in pectore posuit; animam vero, in qua loco-motiva facultas sita est, toti corpori adjunxit: jam vs. 21. isti animo præcipuas in vita conservanda partes attribuit: nec absurdum hoc, quicquid alii sentiant, aut philosophiæ Epicuræ dissonum: animus vs. 274. qui magnam partem constat ex quarto illo Epicuri nominato, quod solum sentiendi facultatem largitur, ita animali conjungitur, ut nulla res magis subsit, imo est totius animalis et ipsius animæ fundamentum. Substracto autem fundamento tota moles corruat necesse est. Animum et animam oculi

*Lucret.*

4 K

lo recte compares, ubi animus pupillæ vicem sustineat, anima reliqui orbis; pupillam laceres, cæcitas insequitur; alias oculi partes, manet videndi potestas. *Creock.*

399 *Nam sine mente*] Videtur hoc esse falsum; idque adeo apparet ex furiosis, qui sine animo et mente, i. e. sine ea parte qua sapimus, vivunt: sine anima autem neque furiosi, neque quisquam omnino vivere potest. Sed dicendum, Lucretium non ita accipere animum. *Lamb.* Id Lambinus minus verum esse credebat; sed Chænetus vir acutissimi iudicii et vir admirabilis P. Gassendus aliter senserunt. *Fab.*

401 *Sed comes insequ.*] Libri scripti habent *cumes*, mendose u pro o: ut 'epistula,' et 'adulescens,' pro epistola, et adolescens: de quibus alias. *Lamb.*

*Cumes*] Ita veteres omnes. Vide Indicem. *Vulgati: comes. Gifan.*

406 *Succipit*] Melius quam *suscipit*. Excerpta Serviana alicubi. *Faber.* Servii locus, quem respicit, exstat ad Virg. *Æn.* 6. 249. 'tepidumque cruorem Succipiunt pateris,' ubi doctus ille grammaticus notat: 'succipiunt: Antiquæ dictum, nam modo suscipiunt dicimus.' *Hæ.*

407 *Omnimodis*] Omnibus modis. *Lamb.*

409 *Ut lacerato oculo*] Probat a simili, animum vitæ esse dominum, atque auctorem magis, quam animam, hoc modo: Quemadmodum oculo læso ac lacerato, si modo pupilla illæsa et integra mansit, manet videndi potestas sive facultas; ita, cui adempta anima est, animo incolomi remanente, is manet in vita. *Lamb.*

*Circum*] Πέρεξ. *Lamb.*

*Pupula*] Ἡ κόρη, τὸ ἐν μέσῳ μέλαν: acies, qua cernimus, quæ etiam pupilla appellatur. Est autem hæc oculi pars crystallina, seu glacialis, vitreus humor autem proxime sequitur glaciale intransum; contraria

ex parte extrorsum, aquena. Vitreum humorem complectitur tunica, quæ appellatur ἀμφιβλεστρον, i. e. 'rete circumdans:' hæc tunica excipit ea, quæ dicitur uvea: quam ambit cornea membrana. *Lamb.*

410 *Vivata potestas*] *Vivatus* et *visidus* a vi magna dicuntur, inquit *Vestus. Lamb.* *Inf.* vs. 559. *Creock.*

411 *Dummodo ne totum corrumpas*] Explicat id quod dixerat obscurius, 'lacerato oculo.' Poterat enim tardinaculus aliquis sic accipere, toto oculo lacerato, videndi sensum incolum manere. Huic igitur occurrentem, dummodo, inquit, ne totum oculum corrumpas, sed aciem, seu pupulam integram relinquant, eamque ita circumcidas, ut intacta et salva maneat. Nam id quoque, id est, ea talis aciei circumcisio, ut salva remaneat, et sola intacta relinquantur, fiet sine oculorum pernicie. Sequitur deinceps, 'At si,' &c. *Lamb.*

*Luminis orbem*] Orbem oculorum. Sic *Soph.* in (Ed. *Tyr.*: "Ἄρας ἕκαστην ἕρθε τῶν αἰνοῦ κύκλων, i. e. 'sublata manu (vel sublatis fibulis quas manu tenebat) orbis oculorum suorum percussit, (vel artis orbium suorum percussit.)' *Lamb.*

412 *Et circumcidas, &c.*] Sic restitui hunc locum ex vet. libris. *Marullus* et omnes *Vulgati: Sed circumcidas.* *Lambinus* etiam, *conflet.* Male omnia. Ait *Poëta*, acie non læsa, visum manere; non tamen, si ita oculum undecumque corrumpas et circumcidas, ut præter aciem seu pupulam nihil relinquant. *Gifan.* in edit. post. Hæc *Gifanus*, cui nemo credit qui versum sequentem legit, 'At si tantula pars oculi,' et comparisonem accuratius perpendit. *Creock.* *Marg.* *nost.* *Is.* *Vossii* auctoritate, non modo et ipse conjunctivam hoc loco adversativæ substituit; sed et sequens verbum disjunctim scribit hoc modo: *Et circum cædas aciem, &c.* Ego et supra vs. 406. *circumcassis*, et heic cir-

*cumcædas* conjunctim legendum arbitror; ἀρχαῖκᾱς, non *circumcæsis*, aut *circumcædas*, et in hujusmodi si non cunctis aut plerisque, saltem multis compositis celeberrimo ad Catull. commentatori, p. 170. obtemperandum. Cæterum locus ipse obscurior est; Lambino Gifanione accedas dubium. Viderint, quibus otium est. 'Circumcidere,' seu 'circumcædere,' videndum, quam non idem sit aut fere idem, quod 'ad vivum reseccare,' περιτέμνω quod huic respondet proprie, præterquam quod in sacris notissimi ac peculiaris est usus, adhibitum etiam videas pro abscindere includere atque separare a reliquo corpore. Sic apud Xenoph. lib. 5. Cyrop. Ἔστι δὲ καὶ περιτεμνόμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἡδίσκητο. ἄρματα nempe. Preig.

*Aciem*] Pupulam. Lamb.

413 *Id quoque enim sine, &c.*] Circumcidere aciem, quod est, detracta ea parte, quæ appellatur a Græcis κερροειδής, i. e. cornea, solam aciem incolumem relinquere, fiet sine pernicie oculorum: *conflet* autem reposui, cum in omnibus libris *non fiet* legeretur, ab ipsa sententia ad veram scripturam veluti manu ductus. Quod autem Thraso vulgatam lectionem *non fiet* tuetur in Indice, cum in contextu improbet: pro *Sed circumcædas*, autem, legit *Et circumcædas*, hoc sensu: Dummodo ne totum oculum corumpas, et nihil præter aciem relinquas: nam si hoc fieret, non sine pernicie oculorum fieret, ea vero scriptura ferri non potest. Nam si ita esset, hoc est, si ita diceret Lucretius, *Id quoque enim sine pernicie non fiet eorum*, non apte subjiceretur, 'At si tantula pars,' &c. Nunc autem cum dixerit, *Id quoque enim sine pernicie conflet eorum*, apte quadrat et convenit, 'At sit tantula pars,' &c. Præterea, si legeretur *non fiet*, copulatio quoque esset supervacanea. At supervacanea non est, et profecto declarat non posse legi *non fiet*. Lamb.

*Conflet*] Recte Lambinus. In libris: *non fiet*. Gifan. in ed. priori.

414 *At si tantula pars, &c.*] Ordo: At si media pars oculi, tantula illa, &c. Sic 5. 698. 'Tantulus ille queat tantum sol mittere lamen.' Vide etiam, quæ ad vs. 372. sup. Preig.

416 *Tenebraque*] Et cæcitas. Lamb.

417 *Vincti*] Sic habent libri scripti: nam vulgati minus recti, *juncti*. Lamb. Quidam libri: *juncti*. Gifan.

418 *Nunc age nativos, &c.*] Nunc aggreditur ad probandum animos, seu animas, (jam enim alterutrum pro eodem usurpat,) esse nativos, et ita, mortalesis. Quidquid enim ortum est, necessario aliquando interibit. Ex quo illud Xenophanis, æque impios esse, qui Deos natos esse dicerent, atque qui interituros. Sunt autem argumenta quibus utitur, admodum infirma et levia: neque tamen possunt ulla afferri firmitiora. Quod si essent firmissima, nihil apud nos valeret tamen religione Christiana imbutos. Vetat enim pietas cum in plerisque aliis, tum in hoc maxime, audire Epicurum. Lamb. Animas mortales esse probaturus profitetur vs. 8. in hac disputatione non indigentem fore; quoniam vero ipse animum ab anima distinxerit, et Stoici maxime distinguunt, ne vim rationum non recte perciperet Memmius, monet, omnia sua argumenta æque contra animum ac animam, e quibus una tantum res constituitur, militare. Creech.

*Nunc age, &c.*] Animum nativum, et mortalem esse, docet pluribus argumentis; quibus Firmianus respondet, 7. 12. &c. Gifan.

421 *Disponere*] Sup. 1. 47. 'Studio disposta fideli.' Lamb. Deponere. Gifan.

*Tua vita*] Te; neque aliter boni scriptores Latinitatis. Faber. Aliquando tamen legi *Tuo vite*. Creech.

422 *Tu fac utrumque*] Sic habent libri manuscripti, non *Tu face*. jam

quod sequitur, uno *subjungas*, si scriptura emendata est, positum pro *sub uno jungas*, vel 'uno' dictum pro uni, vel legendum uni. Lamb.

*Fac*] Marullus: *face*. Gifan.

426 *Principio quoniam*] Hoc primum argumentum est, quo ostendere conatur, animam esse mortalem: Anima constat ex primis corporibus longe subtilioribus et minoribus, quam aqua, aut nebula, aut fumus: at aqua, vase fracto, diffugit ac diffuit; fumus et nebula, qua patet exitus, discedunt in auras. Ergo magis anima, cum excessit e corpore, diffunditur ac dissipatur. Lamb. Primum argumentum, quo probat animam (quo nomine etiam animum comprehendit) mortalem esse, ducit vsa. 20. ex illius subtilitate et tenuitate olim demonstrata, et hic loci ulterius confirmata. Est enim quid corporeum longe tenuius, mobilius, et dissoluti magis obnoxium, non modo quam aqua, verum etiam quam nebula, aut fumus, quippe cum percellatur rebus fumo nebulaque tenuioribus, (ut puta illorum simulachris, ex quorum per somnium appulsa, res ejusmodi cogitamus:) ac ideo necesse sit illam dissipari quam ista facilius: frustra autem aliquis dicat illam a corpore solutam in aëre integram manere posse, quid enim tenuis aër illam conservet incolumem, quæ per meatus crassi corporis sæpe effluit. Creech.

*Quoniam*] Huic verbo, 'quoniam,' quod et mox repetit, ob quædam interjecta, ibi: 'Nunc igitur quom,' &c. tandem subjungit *ἀρα καθόσω*, ibi: 'Crede,' &c. Gifan.

431 *Quippe ubi imaginibus fumi, &c.*] Epicurus enim neque cerni quidquam, neque cogitari, neque somnari putabat sine imaginibus. *Quippe ubi* autem, i. e. quippe quia, seu quippe cum. Lamb. Illud quoque Græcanicum est, est enim quod Græci scriptores *ἔρον γε* dicere solent,

quod valet, præsertim cum. Ait enim principia animæ esse tenuiora fumo et nebula, præsertim cum fumi et nebulae imaginibus et simulacris soleant moveri. Turneb. *Ado*. 20. 26. Quandoquidem. Est autem lepidum argumentum. Species sola fumi, nebulae, soni, &c. animum movet, ergo debet esse levissimus. Faber.

432 *Ubi cernimus*] Cernimus in somnis, i. e. cernere videmur. Lamb.

433 *Exhalare vapore*] Forte: *Exhalare vaporem altaria, &c.* Sic semper 'exhalare,' ut et simplex 'halare' apud Nostrum non tantum sed et apud alios credo. Preig.

434 *Genuntur*] I. e. gignantur: sic autem legendum non *geruntur*, reclamantibus libris omnibus, sic enim loquitur infra 4. 143. 'Nunc ea quam facili et celeri ratione genantur,' &c. et iterum eod. lib. vs. 133. 'Sunt etiam quæ sponte sua gignantur, et ipsa Constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aër.' Lamb.

*Geruntur*] Lambinus: *genuntur*, male; contra omnes libros. Gifan. *Genuntur*, an *geruntur* legi debeat litigent Gifanios et Lambinus: melius forsitan ille qui *feruntur* legit. Creech.

435 *Nunc igitur quoniam*] Superius illud, 'Principio quoniam,' non habet *ἀρα καθόσω*: et quia multa sunt interposita, sumit alterum orationis principium, 'Nunc igitur quoniam,' cui respondet id quod sequitur, 'Crede animam,' &c. Lamb. *Ἀρα καθόσω*, quale supra forsitan, 2. 1029. in causa fuit, ut turbaretur contextus varietate refingeretur. Sic enim ibi; auctoritate præstantissimarum codd. postquam præcessit: 'Sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet: itemque Nil adeo magnum, neque tam mirabile quicquam, Paullatim quod non minus fiat mirabile cunctia.' Mox ita pergit: 'Principio cæli clarum purumque colorem,

Quemque in se cohibent palentia sidera passim, Lunæque et solis præclara luce nitorem: Omnia quæ si nunc primum mortalibus adsint, Ex improvise ceu sint objecta repente, Quid magis his rebus poterat mirabile dici? Aut minus ante quid audent fore credere gentes? Nihil, ut opinor, (ita hæc species miranda fuisset.) Quam tibi jam nemo (feasus satiate videndi) Susplicere in cæli dignatur lucida templa! Ubi tamen ordo potest esse, et meo iudicio est. *Cæli clarum colorem, &c. Quam nemo tibi jam dignatur susplicere, h. e. Quam pauci, imo quam nulli omnino, &c. Preig.*

440 *Cum semel ex omnibus*] Ita veteres omnes. In quibusdam: *hominis*; qua in re sæpe variata est. Sup. 1. 120. Cur ergo Marullus: *omnibus e membris*? Vide Indicem, 'Omnibus.' *Gifan.*

*Cum semel ex hominis membris*] In duobus libris manuscr. reperi scriptum, *Cum semel ex hominis membris*: quos nunc sequor. Nam olim secutus eram vulgatam et receptam scripturam, quam alii veteres confirmant, *Cum semel omnibus e membris, &c.* quam tamen ne nunc quidem damno. Thraso autem ridicule vult legi, *Cum semel ex omnibus membris*. Nam omnino vel sic, ut nunc edidi, vel sicut olim, legendum. *Lamb.* Alii Codd. *Ex hominis membris*: *Gifan.* *Ex omnibus membris*: 'omnibus' autem Terentius et Plautus sæpe corripunt. *Creech.*

*Cum semel omnibus e membris*] *Ex hominis* V. et Mss. et recte. Observaverat Scaliger primam in 'omnibus' brevem esse. *Beverl.*

441 *Quippe etenim, &c.*] Cum anima (inquit, corpore cohiberi non possit, ubi id aliquo casu) tanquam vas, conqussatum et rarefactum est, quanto minus ullo aëre contineri poterit? *Lamb.*

442 *Cum cohibere nequit*] Quidam

libri habent, *Quam cohibere nequit, &c.* quam lectionem probo, ut sit hic ordo verborum: Quippe etenim, qui credas animam ullo aëre cohiberi posse, quam corpus, quod quasi vas ejus fuit, non potuit cohibere, &c. nonnulli, *Quom cohibere, &c.* quam non improbo. *Lamb.*

*Quom cohibere*] Ita scripsi, cum in quibusdam libris esset, *Cum*; in aliis, *Quam*. *Gif.*

443 *Venis*] Tollenda est distinctio; minor enim esse debet. *Faber.*

445 *Corpore qui nostro rarus magis am cohibessit*] Hunc locum ita feliciter restitui, ut omnes eruditos et politos homines mihi gratulatos confidam. Nam libri vulgati, in quibus scriptum est, *rarus magis incohibessit*, plane mendosus, neque verbum *incohibessit* Latinum est, neque probabile ex ea lectione sententia elici potest. Hæc autem scriptura, quam restitui, facilis et plana est. Qui aër (inquit) nostro corpore rarior, *am* (i. e. *eam*) *cohibessit*, i. e. cohibuerit. 'Am' dicebant antiqui pro *eam*, 'im' et 'em' pro *eum*, ut testantur grammatici veteres. Jam 'cohibessit' pro cohibuerit, etiam antiquum: cujusmodi sunt illa apud Plant. 'servassim,' 'supplicassim,' 'negassim,' 'prohibessim,' &c. pro servaverim, supplicaris, negaverim, prohibueris, &c. Cum hæc scripsissem, et ita edidissem, nisi quod *em* pro *am* aliud agens edideram, Thraso *cohibessit* quidem probavit, sed pro *em cohibessit*, quod olim edideramus, *am cohibessit* scribere se velle dixit, quasi hujus emendationis inventor. Specta, lector, hominis ingenuitatem et candorem. *Lamb.*

*Am cohibessit*] Cum in vulgatis libris esset, *incohibessit*; Lambinus fecit: *em cohibessit*. *Gif.*

*Am*] Nos, *an*; ut ex 'inquirere,' 'anquirere' alibi. *Gifan. in Ed. pr.* Nos, *am*. Vide Indicem. *Gifan. in Ed. post.* Dicebant 'Im,' pro *eum*,

'Am,' pro eam, &c. *Faber.* Car non, *Eam cohibessit*, ut inf. 507. 'Cur eandem.' *Preig.*

446 *Præterea gigni*] Secundum argumentum: Mens una cum corpore gignitur, crescit, senescit: ergo et cum corpore moritur. *Lactantius*, sen (ut alii appellari volunt) *Latatius Firmianus*, ducto hinc initio, omnia fere *Lucretii* argumenta adversus animorum immortalitatem diluit ac refellit 7. 12. de Div. Præm. Verum quod ad hanc sententiam attinet, etiam *Aristoteles* et *M. Tullius præclare* has easdem rationes dissolvunt, ut mox ostendemus. *Antipater* quoque clarus medicus, ut refert *Eustath.* ad illum locum *Hom. Iliad. λ. vs. 115.* 'Ἀψάλλω τε σφ' ἦτρον ἀνήρα, ex eo ratiocinabatur et concludebat, animum una cum corpore affici, quod una cum eo crescat et minuatur: cum tenerum corpus est, animum quoque esse tenerum: cum adultum, animum quoque esse adultum et perfectum: et ita una cum corpore intereunte, interire. Crebro autem usurpat *ἦτρον ἀψάλλω*, et *ἀψάλλω φρόνας*, *Homerus*, i. e. 'tener animum,' et 'tenera mens,' de animalibus nondum adultis loquens. Sic *Lucretius* inf. eod. lib. 756. 'Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem Non fugient. quod si jam fit, fateare necesse est, Mortalem esse animam.' *Lamb.* Secundo *vs. 14.* hoc modo disputat: Quod cum corpore gignitur, adolescit, senescit, et deficit, id mortale est: at hæc omnia de animo dicenda; pueri enim æque mentem ac corpus debiles incedunt, adolescenti cum firmiter viribus accrescit firmiter iudicium, dum senis mens et corpus pariter vacillant. *Creech.*

449 *Animi sequitur sententia tenuis*] *Ter. in Hecyra 3. 1. 30.* 'Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt? Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.' *Hav.*

454 *Linguaque, mensque*] In quibusdam libris legitur, *lingua, animusque.* Ego tamen nihil mutandum censeo. 'Delirat lingua' autem, i. e. delira, aut deliris convenientia loquitur. *Lamb.* In quibusdam libris, pro *mensque* est *animusque.* *Gif. Alii, Lingua animusque:* nescio quis legit *lingua, madet mens.* ut *vs. 478.* *Creech.* *Marg.* quoque nost. *madet mens,* ut *pag. seq. verum ex ista seq. pag. h. e. ex vs. 478.* invito, ut opinor, auctore, transsumptum veraque lectioni hoc loco substitutum est, ut factum apud *Lucretium* sæpius in similibus. *Preig.*

455 *Desunt*] Forte: *defunt.* *Gifan.*

457 *Ceu fumus in altis*] Subintell. dissolvitur: aut legendum, *ceum fumum.* *Lamb.*

*Ceu fumum in altis*] Sic legendum assero: etsi in libris: *fumus.* Tò m, non extritum, mendi origo. Vide inf. hoc lib. *vs. 582.* et sup. 2. 456. *Gifan. in ed. post. tantum.* Vide *Emendationes.* *Faber.* Sed nihil ibi ad hunc locum reperitur. *Ceu fumum* *Gifan.* Quamquam non video quid ibi agat 'fumus.' Qui argumentum perpendit, fatebitur *Lucretium* scripsisse cum corpore: nam *vs. 456.* 'Gigni pariter cum corpore, et ana Crescere sentimus.' *Creech.*

458 *Pariterque videmus*] Sic jam bis edidi, neque nunc factum mutō. Sed non displicet mihi tamen altera scriptura, *Pariterque videtur Crescere, et (ut docui) simul ævo fessa fatisci.* *Lamb.* Pro *pariterque videmus* alii legunt *Pariterque videtur Crescere, et ut docui, simul ævo fessa fatisci.* non tanti est, priorem tamen lectionem libenter præferam. *Creech.*

459 *Fessa fatisci*] Sic habent omnes fere libri vulgati, et tres calamo scripti; unus, *fatisci.* quod si recipimus, legendum erit in versu superiore, *pariterque videtur.* 'Fatisco' autem dixisse veteres, pro *fatisco,*



notat Nonius: eoque utitur Lucret. 5. 309. 'Non delubra Deum, simulacraque fessa fatisci?' Jam quod dicit hic Lucretius animam seu animum cum corpore senescere, negat hoc Aristot. lib. 1. de Anim. docetque, quemadmodum si senex, juvenis oculum sumeret, fore ut æque acute cernat atque juvenis: ita si instrumentum, aut vas animæ, detur seui integrum et recens, fore ut contempletur, cogitet, intelligat proinde ac si juvenis esset. non esse igitur animi vitium, si senes delirent aut desipiant, sed corporis: neque senectutem esse in animo, sed in instrumentis et sedibus animi. animum enim esse morbi et senectutis expertem, et divinam quiddam. *Lamb.* Quidam veteres: *fatisci*. *Gifan.* Legendum *σρεπῆ ἀδύκν*, legendum, inquam, *fatisci*. Geminat autem voces suas Lucretius. *Faber.*

460 *Huc accedit, uti, &c.*] Sic habent lib. manuscr. non, ut vulgati, *id ipsum*. Sic autem Arnob. lib. 2. adv. Gent. 'Quicquid enim causa ingruente nonnulla, ita mutatur, ut integritatem suam retinere non possit, id necesse est judicari esse passivum. Quod autem est proutum atque expositum passioni, corruptibile esse, ipsa passibilitate interveniente denuntiatur.' Hoc argumentum refellit etiam M. Tull. lib. 1. Tusc. Quæst. his verbis: 'Alteram affert rationem Panætius' (adversus animorum immortalitatem scilicet) 'nihil esse, quod doleat, quin id ægrum esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolore autem animos: ergo etiam interiri. Hæc refelli possunt. sunt enim ignorantis, cum de eternitate animorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacet: non de partibus iis, in quibus ægritudines, iræ, libidinesque versentur: quas is, contra quem hæc dicantur, semotas a mente et disciusas putat.' *Lamb.*

Tertio vs. 15. Cum corpus morbo tentetur, mæror, timor, &c. animum occupant; at morbo isto corpus corrumpitur, par igitur est ut animus mærore corrumpatur. Imo morbis, quorum sedes in ipso corpore esse omnes confitentur, mens aliquando attingitur. Sic insani animus delirat, lethargici sopitur; cum vero vis morbi et dolor ad animum usque penetrant, mortem etiam insequi maxime credendum. *Creech.*

*Ut ipsum] Id ipsum.* Aliis: *in ipsum*. *Gif.*

461 *Durumque dolorem]* Sic habent lib. manuscr. vulgati autem, *durumque laborem*. *Lamb.* *Durumque laborem* alii: quam lectionem non rejicerem, cum vs. 367. 'Ostia suscipiunt illum reclusa laborem.' *Dolorem* vero defendi potest e vs. 473. 'Nam dolor, et morbus lethi fabricator uterque est.' quamvis aliqui legunt *pavor*. *Creech.* Ita (*dolorem*) in veteribus libris, ut et inf. *Nam dolor ac morbus*. Vulgati: *laborem*. *Gifan.*

464 *Quinetiam]* Tertium argumentum: Animus interdum est particeps morborum corporis, l. e. morborum corporis sensus et contagio ad animum penetrat, ac permanet: ergo æque, ut corpus interit. Huc pertinet illud Arnobii ex lib. 2. 'Ipse denique animus, qui immortalis a vobis et Deus esse narratur, cur in ægris æger sit, in infantibus stolidus, in senectute defessus.' *Lamb.*

465 *Dementit enim, del.]* Quidam libri habent, *dementia enim, detraque fatur*. Ego scripturam receptam retineo, *dementit enim*: quamquam *dementia enim*, reperitur etiam in nonnullis libris vulg. Parisianis, Germanicis, Italicis. Omnino verbum *dementire* mihi suspectum est, ut a nemine alio, quod sciam, usurpatum, nisi forte a Lactant. lib. 4. ubi fortasse pro *dementire*, dementare legendum est. Usitatius enim est 'dementare': eoque utuntur Apuleius

et Tertullianus. *Lamb.* Quidam libri: *dementia.* Gifan.

466 *Lethargus*] Veterno. Ex quo veterosus, qui gravi premitur somno. *Lamb.*

467 *Nutuque cadenti*] Ita habent tres libri scripti, et aliquot impressi: Florent. autem et Lugd. *vultuque cadenti.* quam posteriorem scripturam non improbo. Sic enim fere Virgil. *Æn.* 6. 868. 'Sed frons læta parum, et dejecto lamina vultu.' Veramtamē hanc, quam secutus sum, magis probo. Nam hoc 'nutu cadenti,' illis simile est, quæ supra collegi ad illum locum. 'Sonitu distare sonanti,' 1. 826. quibus adde et illud ex eodem Lucret. 4. 586. 'Ludoque jocanti.' Nam per nutum nihil aliud significari videtur, quam capitis dejectio, seu demissio: vel caput demissum, et quasi cedens. Sic Plautus *Asin.* 2. 3. 28. 'Atque hercle ipsum adeo contor, capite casanti.' Ita enim lego apud Plantum, non, ut vulgo, *capite quassanti.* Atque hæc est una ex sexcentis emendationibus nostris, quibus Plautus a nobis in integrum restitutus propediem in manus hominum, Deo opt. max. approbante, perveniet. *Lamb.* Ut 'sonitu sonanti,' et 'ludo jocanti.' Alii *vultuque cadenti:* utrumvis eligas, nullibi vero invenies lethargum venustius depictum. *Creech.*

*Vultuque cadenti*] Ita erat in libris nostris; quod rectissimum est. Alii: *nutu.* Gif.

469 *Ad vitam quo revocantes*] Solebant veteres aqua calida mortuos abluere, et per intervalla conclamare, quod plerumque solet spiritus extremus efflatus esse patari, et homines fallere. Donatus ad illum Terentii locum in *Eunuch.* 2. 3. 54. 'jam conclamatum est,' hæc annotat: 'i. e. transactum ac finitum est, ut, conclamata corpora nihil reliqui jam habent ad vitæ officia.' Virg. *Æn.* 3. 68. 'animamque sepulcro Condimus, et

magna supremum voce ciemus.' Ne illud quidem ab hoc alienum est, quod illi iidem veteres, eorum qui in terris longinquis et alienis, aut in prælio mortui essent, animas ter vocare solebant. Homer. *Odysso.* 1. 64. *Ὀδὸν ἔρα μοι προτέρω νῆες κλον ἀμφέλωσαι, Πρὶν τὰ τῶν θεῶν ἐτέρων τρὶς ἕκαστον δῖσαι, Ὀτ' ὄθων ἐν ποδίη Κικόνων ἔπο δημοθέτες.* i. e. 'Neque vero mihi prius seu ulterius naves utrinque incurvæ cucurrerunt, quam unamquamque infelicium sociorum, qui in campo Ciconum ferro interamti erant, ter vocassemus.' Et Virg. 2. 769. 'mæstasque Creusam, Nequicquam ingeninans, itorumque, iterumque vocavi.' Idem 6. 505. 'Tunc egomet tumulam Rhæteo in litore inanem Constituī, et magna maneis ter voce vocavi.' *Lamb.*

470 *Lacrymis rorantes*] Ex quo verbum 'complorare.' *Lamb.*

473 *Quandoquidem penetr.*] Profert hunc versum Nonius in voce 'contagium.' *Lamb.*

473 *Leti fabr.*] Mortis causa efficiens, seu mortis effector. Tralatio est. *Lamb.*

*Dolor*] Marg. noster: pavor. Confer Var. Lect. ad vs. 461.

474 *Multor. exitio perd.*] Post hunc versum inculcant quidam duos vs. *Præterea mentem sanari, &c. Et pariter flecti, &c.* non recte. Qui suo loco infra non longe ponentur. Hic locus eis alienus est, neque huc recipi nec debent, nec possunt. *Lamb.*

*Præterea mentem sanari, corpus ut agrum, Et pariter flecti medicina posse videmus*] Ex Cod. Anglicano hos interjeci; qui, etiam infra paullo post repetantur, hic tamen non sunt alieni. Et illud: 'Et quoniam,' &c. indicat hos versus hic jam antea fuisse positos. Iisque hic ostendit, morbis obnoxiam esse mentem. Gifan. Marg. noster, huic non nisi unicam subnectit versiculum. Isque ita habet: *Præterea mente sanari corpus inani.*

Addita expl. 'mente inani, i. e. vacua ab omni dūra et dolore. Male expunxit Lambinus.' Sic ille. Mihi vero nondum liquet. Turbatum non-nihil hoc loco, facile mihi persuadeo. videri enim possunt vs. 473. et 474. 'Nam dolor,' &c. potius versui 463. subjiciendi, hoc modo: *Quare participem leti quoque convenit esse; Nam dolor ac morbus, &c.* Nimirum ut tanquam ad aliud argumentum transeat in seqq. 'Quin etiam morbis,' &c. Quorum hæc denique sit clausula: *Quare animum quoque dissolvi fateare necesse est; Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi, Et pariter mente sanari corpus inani.* Monendum quoque, ita vulgatam potius lectionem vs. 461. *laborem*, quam *dolorem* arripi debere, ut versu sequenti; 'dolorem' quidem ad animum, 'morbum' autem ad corpus referat, atque ita evincat, illum animo idem quod hunc corpori præstare. Verum penes lectorem eruditum judicium esto. *Preig.*

475 *Denique cur hominem*] Quartum argumentum quod est item valde imbecillum. et tangit Aristoteles libro primo de animo. est enim non intelligentis, hæc omnia fieri et accidere vitio corporis, non animi. *Lamb.* Quarto, vs. 11. ebrium in scenam producit, delirantem, clamantem, cælum denique cum terra miscentem; cujus, ut neque manus neque pes, ita nec aures nec oculi, neque mens ipsa officium suum faciunt. Unde vero hæc omnia, nisi quod spiritus vini agiles et impetiosi per corpus omne diffusi turbant, agitant, et distrahunt animum? At quicquid imbelli vi turbati disjicique possit, idem vehementiori impetu corrumperetur. *Creech.*

477 *Præpediuntur Crura vacill.*] Sic Chremes ille Terentianus in Eun. 4. 5. 1. 'Atat, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum, quod bibi, At dum accubabam, quam videbar mihi pulchre sobrius! Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum

officium facit.' sic Pseudolus ille Plautinus 5. 1. 3. 'Quid hoc? sic-cine hoc fit? pedes statim' an non? An id vultis, ut me hic jacentem aliquis tollat? Nam hercle si cecidero, vestrum erit flagitium. Pergitin' pergere? ah, sæviendum mihi Hodie est. Magnum hoc vitium vino est: Pedes captat primus; luctator dolesus' est.' *Lamb.* Uti Terentius tribus verbis, sic unico LXX. Interp. Jer. 23. 9. *ἄσπαστος σωεχόμενος ἀπὸ οἴνου*, quem Propheta sacer 'virum, quem vinum transiit,' in ipso fonte vocat. *Preig.*

481 *Cur ea sunt*] Marg. nost. *Curvascunt.* Forte *Curvascunt*, nisi quis malit *Curvascunt*, aut *Curviescunt*, inde exculpendum duxit. Certe apud Cic. 1. Tusc. Quæst. cap. 28. ex veteri poëta legimus: 'Rami baccarum ubertate incurvascere.' Subit hoc loco cogitare, veteres fortasse 'curvascere,' ad formam *τῶς* 'tenerascere,' quod inf. usurpabit noster, vs. 766. &c. usurpasse; Lucretium autem hoc loco ad habitus corporis, &c. inordinatos traduxisse, quemadmodum primitivum *curvus*, alii etiam ad animum transtulere, ex. gr. 'O curvus in terras animæ, et coelestium inanes.' Ut sit sensus: Et jam cætera, de genere hoc, quas sequi solent, hoc est, cæteræ actiones, facta, dictaque, et gestus corporis, 'quare curvascunt?' Amat hæc similitudinem poëta, ut in illis: 'Denique ut irfabrica si prava 'st regula prima, Norma que si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua ex parti claudicat hilius, Omnia mendose fieri, atque obstipa necesse est, Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta.' Gass. habet: *Cur ea sint?* *Preig.* Optime *Preig.* mens, et confirmat uterque Cod. Lugd. Bat. *Hav.*

482 *Conturbare animum, &c.*] Atqui non animum conturbat vini violentia, sed corpus: quo conturbato, minus expedite suo munere animus fungi potest. *Lamb.*

*Corpore in ipso*] Tota argumenti vis in his duabus voculis sita est; iis opponet rō 'ævo futuro,' vs. 485. et rō 'aëre aperto,' vs. 507. *Fab.*

484 *Insinuarit*] Intrarit, sublerit. *Lamb.*

486 *Quis etiam subit.*] Quintum: ejus eadem ratio est, atque superioris: et conjungit utrumque Aristoteles his verbis, καθάρειν ἐν μέθαις καὶ νόσους, i. e. 'quemadmodum in ebrietatibus et morbis,' &c. *Lamb.* Quinto, vs. 23. post ebrium, spectaculum non illepidum, comitiali morbo prostratum, horrendum quidem, et quod nemo libenter spectaret, oculis nostris exhibit, attamen venustas versuum Lucretii facit ut aliqua jucunditate contemplemur; ita enim distendit miserum, ita sua membra jactantem depingit, ut quamvis ingenio male collocato irascamur, artificii tamen ignoscere debemus: comitiali morbo affectus desipit et delirrat; desipientia vero ista dissolutionem substantiæ animi, saltem conturbationem indicat; quod vero in ipso corpore dissipari possit, quis arbitretur in aperto aëre (anima corpore exsoluta in aëre degat necesse est) integrum manere? Idem enim diceret aquam in vase undique conquassato manere posse, quæ vase perforato diffunderetur. *Creech.*

487 *Ut fulminis ictu Concidit*] Fortasse significat morbum comitiales. conjunge autem verba sic: subito concidit ante oculos. nostr. vi morbi coactus, si legas, *Quinetiam subito*, &c. nam alibi legitur, *subita vi morbi*. *Lamb.*

488 *Concidit, &c.*] Haud scio an ullibi versus *τερυχάρηπος* reperitur. *Fab.*

490 *Inconstanter*] Illud, *Incunctanter*, quod habent Var. Lect. nescio quomodo mihi magis aridet, unde emerserit. Forte in lib. vet. repertum fuerit, *Inconstanter*, unde vulgatum, *Inconstanter*. Certe quam

insulse quis membra sua aut 'jactare,' aut 'fatigare inconstanter' dicatur, quilibet facile videt. Constantiam quippe in hujusmodi motibus nemo, cunctationem, seu intermissionem ac moram cuncti optabunt, qui circumstant. Sed fortasse ita distinguendum: *Torquetur, anhelat Incunctanter, et in jactando membra fatigat*. Quod si cui placebit, *Inconstanter*, quidem retinere poterit, sed et *Incunctanter* apte quadrabit. *Preig.* Construe: 'et fatigat membra in jactando inconstanter,' quod is facit, cui nulla in uno loco membrove diuturna eat requies. *Hav.*

491 *Quia vis*] Lugd. Bat. uterque *qua vis*, non inepte, respectu ad membrorum inconstantem jactationem; quum nunc manus, nunc pes, &c. moveatur. Duos sequentes vs. haud pejus ita iidem constitunt: *Spumans velut æquore salso Ventorum validis ferveant viribus undæ*. *Hav.*

492 *Agens animam*] I. e. pellens animam. *Lamb.*

*Spumantes æquore*] Quia inter se non consentiunt hoc loco libri calamo exarati, secutus sum vulgatos. Proponam tamen scripturæ veteris varietatem. Alii habent, *Spumans in æquore salso Ventorum val. ferveant, virib. undæ*: alii, *Spumans velut æquore salso, &c.* ut sup. ex quibus scripturis vel sic legendum, *Spumans ut in æquore salso Ventorum validis ferveant viribus undæ*: vel sic, *Spumans velut æquore salso Ventorum, &c.* ut sup. 'spumantem' undam etiam Virg. dixit Georg. 4. 529. 'Quaque dedit, spumantem undam sub vertice torcit.' *Lamb.*

*Spumantes ut in æquore*] Ita ex vet. libris restitui; silitera in 'spumantes' extrita. Vide Indicem. Cujus rei ignoratio mendam creavit. Quidam veteres: *spumans velut*; male. *Gifan.* Alii, *spumans velut*: Alii *spumantes æquore salso Ventorum ut, &c.* *Gifan.* *Spumantes ut in æquore salso*, et litteram

s in 'spumantes' abradit. En litem grammaticis dignam! Creech.

496 *Ejiciuntur*] I. e. emittuntur: sic doctissimi viri legi volunt: quibus assentior: nam libri omnes habent *Eliciantur*. Sic sup. eodem lib. 58. 'Nam veræ voces tum demum pectore ab imo Ejiciuntur,' &c. ubi tamen libri omnes habent *Eliciantur*. Lamb.

*Eiciuntur*] Ita et hic malui. In libris *Eliciantur*. Vide Indicem. Gif. Marg. noster, una cum Vossianis, &c. *Eliciantur*. Sic et sup. hoc lib. vs. 58. 'Nam veræ voces tum demum pectore ab imo Ejiciuntur,' &c. Ubi similiter noster, inter alios: *Eliciantur*, verbum, hoc loco, adeoque et supra, appositissimum rei, præsertim postquam jam præcessit verbum 'exprimitur' de gemitu, et 'afficiuntur,' de membris; quæ vim extrinsecus illatam manifesto notant; sic enim et 'eliciuntur,' tanquam vi externa, vocis semina, non 'ejiciuntur,' quod vim intrinsecam notaret. Preig.

497 *Qua quasi consuerunt*, &c.] Lambinus hunc versum, ut spurium, delet cum sit elegantissimus. Gifan. Hunc versum me auctore deleto, ut spurium; quem qui dicunt esse elegantissimum, ipsi sunt omnis elegantissimæ expertes, et imperiti, et cæci judicant de coloribus. Eodem judicio paulo ante sic legendum putaverunt, *Spumantes ut in æquore salso Ventorum validis ferviscunt*, &c. ut litteram s (inquunt) in 'spumantes' intelligamus esse extritau. O elegantiam et venustatem inauditam, et vel ipsa Venere venustiore, si Diis placet! Lamb. Qui elegantiam hujus versus cum Gifanio admirantur, isti sibi habeant. Id novi, istum cum omni sua venustate abesse posse. Creech. Tangit hunc versum Palm. in Spicil. Tom. 4. Fac. Crit. pag. 681. eumque Lucretio vindicat, contra Lambinum. 'Canes consuetos,' inquit, absolute sine præterea verbo, vocat, (4. 995.)

exemplo eodem, sensu alio tamen, quam Plautus 'consuetum puerum.' Idem in Pseudolo (4. 7. 82.) 'Etiamne facere solitus es puer? scin' quid loquar?' Male, hoc modo; nam legendum est: *Etiamne solitus es puer?* &c. Neque enim meritorii pueri faciunt, sed patiuntur. Verum ignorata vis est illius 'solitus.' 'Consuetos domi' pellepide, quantum quidem ejus judicare possum, appellat, contra quam qui venatici. 'Consuescere' autem 'domi,' quæmadmodum 'Curare domi,' Plaut. 'Servare domi,' Ter. alii alia. At interpres Lucretianus suum hoc loco versum inculcat; si Diis placet. Et quasi parum sit, alibi hunc delet: 'Qua quasi consuerunt, et sunt munita viai.' Ut autem pueri 'consuescere' dicuntur, atque hinc, 'consueti,' qui, ut Petronius ait, 'teruntur.' Sic 'viæ consuescere': et ea sunt 'munita viarum.' Græca figura scilicet, 'vim munitæ.' Hæc Palm. At 'munita viai,' quid nisi Homeri illud *ἔπος ὀδύρων*, per quod *ἔρος πυρῶν* ipsi solet? Confer Iliad. 3. 360. et ̄. 83. Odyss. etiam ̄. 70. Hav.

500 *Eodem illo distr. veneno*] Divulsa et disparata illo eodem veneno, nempe atra bili. Lamb.

503 *Tum quasi vacillans*] Ita omnes libri. vacillantem poëta fecit versum ratione rei. Quod tralatitium. Nam τὸν 'vacillo' prima est brevis. Lambini *talipedans*, etsi egregium, et Ennianum sit, non ansim recipere, contra omnes libros. Fortasse etiam 'vacillo' primam habuit ancipitem. Gifan.

*Tum quasi talipedans*] Sic hunc versum restitui, haud dubia conjectura ductus, cujus mei facti nomine spero politos omneis his litteris homines mihi gratiam habituros. Nam vulgata quidem scriptura, quæ et in manuscriptis et in vulgatis libris reperitur, sine dubio mendosa

est: nec potest nomen *vacillans* in hoc loco, salvis metri legibus, manere: nec verbum 'vacillo' primam habuit umquam ancipitem: nec Lucretius voluit versum facere vacillantem: nec scribendum est *vacillans* gemino *cc.* Denique legendum *talipedans*, ut ego edendum curavi: quantumvis licet reclamant Thrasones et sycophantæ. Mææ autem conjecturæ ratio hæc est. Scriptum erat in emendatis membranis, *Tum quasi talipedans*, &c. studiosus aliquis lector ad oram libri sui, in quo sic erat scriptum, adscripsit *vacillans*, ut vocem obscuriorem hac notiore declararet. Scriptor librarius, qui postea ex eo exemplo librum descripsit, omisso vero nomine, supposuit alterum interpretationis causa adscriptum, nempe pro *talipedans*, *vacillans*. In quo genere sæpe peccabant scriptores illi, quemadmodum supra admonuimus in 'audeas,' pro ausis, et in 're vera tamen haud sit.' pro re non sit tamen apse: et hoc libr. in extr. 'Invitus adhæret, et angit,' pro ingratis hæret, et angit.' Sic apud Catull. carmine in Egnatium, scripserant; 'atque ruffam defricare gingivam,' pro ruffam punicare gingivam; quod ex Apuleio in Apolog. notavit Turneb. Sic nuper apud Demosth. in oratione κατὰ Μειδίου, non longe ab extr. repositi ἐκλάττει ex Harpocr. pro ἐκκρήπτει: quod eodem librariorum errore in codices Demosthenis irrepserat. Sic in oratione pro Milone, in proœmio, vulgo legitur *pristinum morem iudiciorum minime vident*, cum libri manuscripti habeant, et a Quintiliano referatur, *pristinum morem iudic. requirunt*, quo modo se Fr. Fabricius Marcoduranus, Germanus, homo doctiss. et vir optimus, in libris manuscr. reperisse ad me scripsit. 'Talipedare autem (inquit Festus) antiqui dicebant, pro vacillare pedibus lassitudine, quasi quis

trahat pedes, et talis videatur insistere, aut identidem pedes tollere.' Lamb. Egregia Lambini emendatio. Antea legebatur *vacillans*, contra metri rationes. *Talipedare* autem, ex Festi glossis, est vacillare pedibus præ lassitudine. Faber. Syllabæ (inquit Turnebus Adv. 21. 2.) vim adfert, quam contra naturam brevem proceram facit: sed eadem fere licentia tendit 'liquidum,' in quo tamen tum andiri debet ita sonans *u*, ut in 'vividu,' quasi 'licidum,' ant si ut tenne dissyllabum efferretur *u* consonante: aut 'vacillans' erit legendum ea deductionis ratione a vacillo, ut a pauculo 'pauillum:' aut *e* geminato *vacillans* legendum, ut in antiquo libro reperio. Hæc Turnebus, cuius scripturam confirmat uterque Lugd. Bat. nimirum ut 'reiligio' et multa similia geminata; neque possum Lambini præclaram vocem admittere, quam certe vel unus ex tot Mss. servasset, vel vestigia ejus ostendisset, quum complures antiquas et inusitatas ejusdem poetæ voces nobis exhibeant. Neque Festus quoque (quo nititur) Lucretium ibidem laudat. Hæc. Marg. noster: '*Vacillans*, Mss. et recte, vide quæ ad Nonium.' Vossius quoque pater, in Etymol. ad v. 'vacillo.' 'Scio, inquit, Lambinum, ubi 'vacillans' legitur, priore longa' (id autem non nisi hoc loco fit apud nostrum) 'sive, ut in optimo nostro Mssto legitur, *vacillans*, scribere, *talipedans*, voce Enniana. Sed facit id præter codd. omnium fidem.' Lambino, cuius ista speciosa magis, quam necessaria est emendatio, facile contra Gifanium concesserim, Lucretium non fecisse versus vacillantes; at quod addit, nec verbum 'vacillo' unquam ancipitem habuisse primam, id vero nondum ita liquet: satis est, si vel semel tantum, uti hoc loco, omnium librorum fide, producat. Præsertim, cum

ipsa vox 'baculus,' unde nostrum 'vacillo' quam commodissime deducitur, primam suam brevem in compositione vocis 'imbecillus,' non apud Horatium modo, quem laudat Vossius, loco citato, sed et apud nostrum sæpius producat. Vide 5. 1022. ut et 3. 603. *Preig.*

505 *Hæc igitur*] Hæc, nempe animus et anima, ubi jactentur, et laborent, &c. vel dic hoc modo: hæc, videlicet anima, ubi tantis morbis in corpore ipso jactetur, miserisque modis distracta laboret, cur eandem credis, &c. et ita 'eandem' erit dissyllabum, quod non est novum. Si in ipso corpore (inquit) inclusa anima, in quo ab omni injuria tutior et munitor esse debet, quam in aëre, tam gravibus tamen morbis afficitur, et tot malis conflictatur: quanto credibilis est, eam conturbatum atque agitatam iri extra corpus in aëre aperto a ventis jactatam? *Lamb.*

507 *Cur eandem*] Sic malo legi, ut jam dixi, et sup. vs. 445. 'jactetur,' 'laboret,' ut referantur ad animam. Atque ita in voce 'eandem,' e et æ coalescent in unam syllabam, ut sæpe alibi. Quod si quis malet legi *eadem*, tum legendum erit *jactentur, laborent.* *Lamb.*

*Aëre aperto*] In supremis ætheris auris, Fayus: ubi viz. nulli flant venti, nullæ sæviunt procellæ: acute! *Creech.*

509 *Et quoniam mentem, &c.*] Sextum argumentum. Animum ægrum sanari videmus, ut corpus: sanari autem nihil potest quin ei vel addatur aliquid vel detrahatur, vel trahatur. quod autem immortale est, ei nihil neque addi, neque detrahi potest: ergo animus est mortalis. *Lamb.* Sexto, vs. 16. animum hunc delirantem et desipientem medicinis ope restitui posse, et in pristinam sanitatem reduci cernimus; ideo fit aliqua in animo mutatio; ergo adduntur novæ

partes, detrahuntur aliquæ, aut alio ordine particulae animi collocantur; omnis enim alteratio fit vel adjunctione, vel detractone, vel trajectione particularum. At quod novas partes recipit, quod aliquas amittit, id etiam, cujus partium situs et ordo mutatur, mortale sit necesse est. Sive igitur ægrescit animus, ut argumenta superiorum allata probant, sive convalescit, suam mortalitatem confitetur. *Creech.*

511 *Præcægit*] Præsignificat. *Lamb.*

514 *Adoritur, et infit*] Aggreditur, et incipit. sic idem 5. 1207. 'Illa quoque expergefactum capnt erigere infit.' sic et Virg. 10. 100. 'Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, infit.' et 11. 301. 'Et Venuus dicto parens ita farier infit.' Plant. Aul. 2. 4. 39. 'Infit ibi postulare plorans, ejulans, Ut sibi liceret milvium vadariet.' Fest. 'Infit,' incipit. Ne quis autem de hac scriptura dabitet, sic habent tres libri manuscr. ubi vulgati, *adoritur et ipseum*, plane vitiose. Mendose autem apud Prisc. in verbo 'adoriri,' hic versus adscribitur Lucillio. *Lamb.* Pfo incipit liquido quoque sunit Plautus Aulul. 2. 4. 39. 'Homo ad prætorem plorabundus devenit: Infit ibi postulare, plorans, ejulans.' Idem firmant Glossæ Philoxeni, in quibus legere est, 'Infit,' *ἔρχου λέγου.* congrue sane isti Liviano, 'Ibi infit, annum se tertium et nonagesimum agere.' Voss. de Anal. 3. 40. Pæne ejusdem significationis utrumque est. *Faber.*

516 *Transferri*] Sic vet. libri, recte. Marullus, et vulg. *transferri.* Gifan. in altera tantum ed. Vitium, ut credo, typogr. hic latet. *Hæv.*

517 *Neque defluere hilitum*] Ita scriptum reperi trib. lib. manuscr. et in antiq. Venet. nam vulgati habent *diffuere.* *Defluere* autem, i. e. decedere. tralatio. *Lamb.* Ita (*defluere*) recte Lambinus. Vulgati: *diffuere.* Contra, nos in Noct. Att. fecimus. *Gifan.*

516 *Nam quodc. suis, &c.*] Hic vs. et proximis positi jam sunt sup. 1. 071. *Lamb.*

520 *Ergo animus*] Sive igitur (inquit) fateamur animum incidere in morbum, et ægrum esse, sive adhibita medicina sanari: utrovis pacto immortalitatis suæ signa dat. *Lamb.*

522 *Falsæ rationi*] Eorum scilicet qui dicunt, animum esse immortalem: ut vult Lucretius. *Lamb.*

523 *Et effugium præcl.*] Sic locutus est 1. 974. 'Quorum utrumque tibi effugium præcludit, et omne Cogit ut exempta concedas sine patere.' *Lamb.*

524 *Ancipitique refutatu*] I. e. refutatione duplici, et in utramque partem valente, sive hoc, sive illud dicat. tralatio ducta est ab ense ancipiti. *Lamb.*

525 *Denique sæpe hominem*] Septimum argumentum. Partes hominis singillatim moriuntur, id est, homo membratim interit, et ita scinditur anima: quod si fit, mortalis habenda est. *Lamb.* Septimo, vs. 22. homines sæpe membratim moriuntur, et sensim expirant, ideo etiam anima sensim perit, quis enim dicat animam, vividam viz. rem et sentientem, in mortis et sensus expertibus corporis membris residere? quod si existimes animam introrsum se recipere e membris moribundis recedentem, cur in istis partibus ubi conglomeratur anima non vividior apparet sensus? An anima ita constipata et in angustias redacta vim sentiendi amitteret? cave ne id fatearis, illud enim quod ita contractum interiret, æque mortale est ac quod per aëra dispersum et distractum volitat. *Creech.*

*Paullatim cernimus ire*] Sic habent quattuor libri manuscripti: quibuscum consentiunt impressi Parisiens. et Veneti antiquiores. *ire* autem valet interdum idem quod *ἀφαιρέω*, nempe *interire*. nam et 'abiisse' dixisse veteres pro 'obiisse,' testatur

Festus, ut sup. diximus. *Lamb.* Ita in veteribus plerisque. In aliis: *cernis obire*. Prius malim; ut ante: 'Cernimus, et flecti,' &c. *Gif.* Al. *Cernis obire*: Sic vs. 539. 'Quod si forte putas.' et vs. 542. 'Fateare necesse est.' Versu sequenti quidam legunt *Dispergere*. *Creech.*

526 *Deperdere sensum*] Quidam libri veteres habent *disperdere*, ex quo putant nonnulli legendum *dispergere*, ut infra 538. 'Dilaniata foras dispergitur,' &c. *Lamb.* Veteres quidam: *disperdere*. Forte: *dispergere*; ut mox: *dispersa*. *Gifan.*

528 *Inde pedes et crura*] Sic apud Platonem in Phædone extremo, Socrati, hausto jam pharmaco, cum aliquantisper ambulasset, et mox supinus recubulasset, pedes et crura primum frigore correpta sunt, deinde tibiarum, postremo sensim vis pharmaci pestiferi ad cor pervenit, et ita ille animam efflavit. *Lamb.*

530 *Atque*] Hoc, in quibusdam libris inventum, malui. Vide Indicem. *Gifan.*

*Animæ*] In aliis: *animi*; non male. *Gifan.*

532 *Quod si forte putas*] Occupatio, seu *ἀποτροφοπὴ*. Quod si forte arbitraris (inquit) animam se posse in unum contrahere, et introrsum recipere, totamque vim suam e membris omnibus deducere: hoc posito et concesso, sequetur necessario eum locum, in quem sese receperit, et contraxerit, egregie sentire ac sapere. atqui id non fit: ergo dispergitur ac dissipatur, et ita interit. *Lamb.*

533 *Conducere in unum*] Conducere, *συνάγειν*, contrahere. *Lamb.*

534 *Adeo*] Et hoc rectius est. In aliis: *ideo*. *Gifan.*

535 *Locus ille tamen*] Pro 'tandem.' *Faber.*

540 *Glomerari*] In unum cogi et contrahi. *Lamb.*

544 *An contracta suis e partibus ob-*



*brutescat*] Ita libri, et vulg. et vet. Nonius: 'Brutum: An contractis in se partibus. Forte: *contacta suis in p.* Ita et apud Virgilium accidit, 3. Georg. extremo: 'contractos artus,' &c. ex vett. libris: *contactos*. Sed 'contracta' respondet 'dispersæ.' *Gifan*. Quid 'obbrutescat' sit, lippis non est notum, ne multis quidem, qui sibi oculi tolli, ut Argus, videntur. Ego 'obbrutescere' esse pnto, sensum amittere et vitam, et interire. Nam 'brutum' est non sentiens. Lactant. 7. 12. 'Corpus enim quia e terra est, comprehensibile est, temporale, brutum, atque tenebrosum est; anima vero, quia e caelo est: tenuis, æterna, sensibilis, illustris est.' Hic aperte 'brutum,' i. e. non sentiens, sensibili, i. e. sentienti, opposuit. *Turneb. Adv.* 10. 8.

*An contractis in se partibus obbrutescat*] Sic legitur hic vs. apud Nonium in nomine 'Brutum.' 'Brutum' (inquit) 'dicitur hebes et obtusum.' Lucret. &c. Fest. 'obbrutuit, obstupuit, a bruto: quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt.' Afranius: 'Non possum verbum facere, obbrutui.' Nil refert (inquit) utrum anima dispersa et discerpta intereat, an contractis et conductis in se partibus obstupescat, et sensus suos amittat: quod fieri videmus in homine moribundo. *Lamb.* Ita hunc locum profert Nonius. 'Obbrutescat' autem accipio pro, sensum amittat. *Faber.*

547 *Et quoniam mens est*] Argumentum octavum. Mens, hominis pars est, ut manus, oculus, &c. At pars a toto homine separata, nec sentire, nec esse potest. Ergo animus sine corpore constare non potest. docuit autem supra, animum esse hominis partem, ut caput, aurem, manum, &c. vs. 94. 'Primum animum dico, mentem quem sæpe vocamus, In quo consilium, &c. Esse hominis partem ni-

hilo minus ac manus, ac pes,' &c. *Lamb.* Octavo vs. 10. animus est pars hominis, ut superius vs. 94. probatum est, certoque loco continetur, perinde ac nares et oculi. At oculos effodias, et abscondas nares nec illi colores, neque istæ odores percipient. Idem igitur de anima separata dicendum est, dum illa non sit minus, quam cæteræ partes, corpori conjuncta. *Creech.*

550 *Et veluti manus, atque oculus*] Pars enim a toto separata, pars esse desinit, et habetur tanquam pictum quiddam: verbi gratia, manus picta, pictus oculus. qua de re supra. Cum his autem Lucretianis congruunt illa *Arnob. lib. 3.* 'Neque enim partes hoc ipsum esse, quod totum est, aliqua in re possunt: aut sibi sapere, sibi sentire, quod sine totius animantis assensu nullis propriis afficiantur motibus.' Idem lib. 6. 'Neque enim manus a capite separata, aut pes divisus a corpore, summam possunt præstare totius,' &c. *Lamb.*

551 *Nequeant sentire*] Sic habent duo lib. manuscr. alii *nequeant*. *Lamb.*

552 *Sed tamen in parvo, &c.*] Hunc versum non puto esse Lucretianum: itaque delendum censeo. Quidam doctus enim ita legendum putat, *Sed tamen in parvo liquuntur tempore tali*. *Lamb.* Vide Emendationes. *Faber.* (Verum in Emend. ejus nihil reperitur.) Quidam legit. *Sed tamen in parvo liquuntur tempore tali*: Sed utraque lectio *Lambino* displicet. *Fayus* vulgatam lectionem tuetur, et dicit poetam hoc velle: pedes, oculi, manus, &c. nihil sentiunt, etiamsi vel minimo tempore separata sint a corpore. Rejicit *Gassendus*, et profecto hunc versum nescio quis inseruit, ut commoda interpretatione voces istas 'neque esse' in præcedenti versu illustraret; Nec dubito illum scripsisse *Sed tamen in parvo liquuntur tempore tali*. *Creech.* Egregia, omniumque applausu digna

Is. Vossii emendatio est: *Secta etenim parvo liquuntur tempore tabi.* Quam et Marg. nost. agnoscit. Addito: 'tabi' pro tabe, ut 'parti,' 'contagi,' &c. *Liquuntur* quoque verbum Lucretianum. Sic 2. 1181. 'In partem pejorem liquitur ætas.' et 4. 1237. 'Liquitur extemplo,' &c. Hinc Virg. Georg. 1. 44. 'Gelidus canis cum montibus humor Liquitur.' Preig.

554 *Illius quasi quod vas*] Plato in Timæo *σῶμα*, h. e. 'corpus,' ait esse *ψυχῆς ἔχημα*, i. e. 'animæ vehiculum:' in Cratylō *σῶμα*, i. e. 'sepulcrum:' Xenocrates, seu, ut alii volunt, et testatur Harpocrates, Æschines Socraticus, in Axiocho, *σκήνος*, i. e. 'tabernaculum, et domicilium.' M. Tull. lib. 1. Tusc. 'Nosce animum tuum; nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum.' Lamb.

555 *Sive aliud quidvis potis es*] Sic legendam, non *potius*: ut est in lib. vulg. 'potis es' autem valet potes. Quidam legunt *possis*. Lamb.

*Potis es*] Msstorum lectionem *potius* agnoscit quoque marg. nost. quam si ideo tantum in *potis es* commutatam voluere critici, ut esset, quo referretur infinitivum 'Fingere,' ut suspicari licet, inanem haud dubie operam sumpsere. Quippe præcedens, 'quid vis,' quid ni idem possit, quod, 'scilicet,' 2. 468. 'Scilicet esse globosa tamen,' &c. Aut 'videlicet,' 1. 211. 'Esse videlicet in terris primordia rerum.' Verborum itaque hic sit ordo: sive aliud quid conjunctius ei potius vis fingere. Preig.

*Conjunctius eji*] Quidam libri veteres habent *connectius*, ex qua scriptura videtur legendum *connectius eii*. Lamb.

*Connectius*] Ita veteres libri omnes, nisi quod habent fere: *connectius*. Marullus: *conjunctius*. Gifan. in ed. pr.

*Connectius*] Marullus: *conjunctius*,

alii: *connectius*: non bene. Gif. in ed. post. At *connectius* heic improbare voluit. Vide Collectanea ejus, in 'Connectius.' Preig.

556 *Connectus corpori*] Cum reperissem in duobus lib. manusc. *Connectus corpori adhaeret*, repositi *corpori*, addita vocali *i*, quæ lectio perspicua est recta. Licet etiam legere, *connectus corpore adhaeret*, i. e. nexus cum corpore adhaeret. quamquam minus probo. Alii legunt, *connectus corpus adhaeret*, quam lectionem æque improbo. Lamb. Marg. quoque noster *connectu corpus adhaeret*, Is. Vossii auctoritate adscripta. Genus loquendi, *corpus adhaeret*, ut 'corpus' sit quarti casus, contra Lambinum satis probat in collectaneis suis Gifania. *Connectus* autem elegantioribus magis arrisurum, quam *connectus*, non dubito. 'Connectu,' ut simplex nexu, in vet. formulis: *mancipio et nexu, usu et fructu*. De quibus ad hujus lib. vs. 984. 'Vitaque mancipio nulli datur omnibus usu.' Preig.

557 *Denique corporis atque animi, &c.*] Nonum argumentum vs. 22. continetur: Dum corpus et anima conjungitur vivit animal, et sentit; aheat anima, insensibile fit corpus, pariter anima a corpore soluta fit insensibilis: animam dicas oculum corporis, at quis in effosso oculo visum quaerat? Præterea si animæ semina non cohiberentur venis et nervis, nunquam istis motibus, e quibus sensus oritur, affici possint; omnes enim isti motus certum spatium et limites definitos postulant. Si vero dicas animam a corpore solutam rite ab aëre cohiberi posse, perinde est ac si affirmares aërem esse animale, quod absurdissimum simul et falsissimum videtur. *καὶ μὲν καὶ λυομένου τοῦ ὄλου ἀθροίσματος, καὶ ψυχῆ διασπείρεται, καὶ οὐκέτι ἔχει τὰς αὐτὰς δυνάμεις, οὐδὲ κινεῖται, ὥς τε οὐδ' αἰσθῆσαι κέκτηται. Οὐ γὰρ ὄλον τε νοεῖν αὐτὸ αἰσθανόμενον μὴ &*

τοῖσι τῶ συντήματι ταῖς κήρῃσι ταύ-  
ταις χράμερον, ὅταν τὰ στεγάζοντα καὶ  
περιέχοντα μὴ τοιαῦτα ᾖ, ἐν οἷς νῦν οὐσα  
ἔχει ταύτας τὰς κήρῃσι. Epicurus ad  
Herodot. Creech.

*Vivata potestas*] Ut sup. vs. 410.  
'stat cernendi vivata potestas.' Ex  
variantibus tamen lect. patet, in quo-  
dam exemplari suo reperisse Pium:  
*omino innata potestas*, neglecta, ut fit,  
elisione. Quod ipsum viris doctis  
ansam præbuit, et hoc loco aliquid  
excogitandi, quod otioso huic, ac  
tantum non intempestivo epitheto  
substituerent. Nam, ut sup. loco  
jam citato pro *vivata*, *vitata*, ita hic,  
non minori mentis acuminis sibi seu  
persuasere, seu suspicati sunt, repo-  
nendum *vasta potestas*. Quam apte  
autem sup. reponatur, *Stat cernendi  
vitata potestas*, satis ipse contextus  
declarabit. Hoc loco numeris modo  
prospiciendum. Læge itaque, ut in  
promptu est: *Denique corporis atque  
animæ vasta potestas Inter se conjuncta  
valent, vitæque fruuntur*. Sensus aper-  
tus est, et Lucretii hypothesi aptus.  
'Vasta' enim est lata, late dispersa.  
Sic fere 5. 1289. 'et vulnera vasta  
serebant.' Cæterum cum hoc, tum  
superiori loco illud *vitata* non ali-  
unde inculcatum pntem, quam ex  
versu hujus lib. 680. 'Præterea si  
jam perfecto corpore nobis Inferri  
solita est animi vivata potestas.' ubi  
propriam absque controversia sedem  
occupat. Quoniam autem ibi 'animi  
vivata potestas,' similiter, et eodem  
colore, imo et sensu dicitur, quo l.  
73. 'vividæ vis animi;' vix dubito,  
quin utrunque locum, si non unice,  
certe præcipue ob oculos habuerint,  
et inter se contulerint Grammatici  
veteres, cum scriberent, ut apud  
Verrium Flaccum: 'Vivatus et vivi-  
dus a poetis dicuntur a vi magna.'  
Preig.

561 *Cassum*] Inane, vacans. Virg.  
*Æn.* 11. 104. 'Nullum cum victis cer-  
tamen et æthere cassis.' Horat. Sat.

*Delph. et Vær. Clas.*

2. 5. 86. 'Contemptam cassa nuce  
pauperet.' Lamb. *Cassum* veteres  
inane posuerunt, et arbitrandum est  
ejus verbi proprietatem magis ab  
araneorum Cassibus dictam, quod  
sint levis ac nullius ponderis; non ut  
quibusdam videtur, quasi 'quassum.'  
Plaut. *Aul.* 2. 2. 14. 'Virginem ha-  
beo grandem, dote cassam, atque  
illocabilem.' Nonius. Creech.

562 *Scilicet avolsus radicibus*] Sic  
jam edendum curavi in secunda edi-  
tione, longe melius, quam vulgo le-  
gitur, *Scilicet avolsis radicibus*, &c.  
Lamb.

*Avolsus radicibus*] Probat hanc lec-  
tionem marg. nost. cum Mestorum  
tum Ia. Vossii auctoritate. Preig.  
Verior forsitan Lugd. Bat. utrorumque  
lectio *avolsus radicibus*, i. e. oculus  
separatus a radicibus suis quibus  
corpori adhærebat; uti vs. 550. omnia  
illa 'secreta a nobis' negantur  
sentire posse. Hav.

563 *Ideo*, &c.] Forte: *adeo*. Pulcre  
hæc restituit Lambinus ex lib. veteri-  
bus. Gif.

568 *Conclusa moventur sensiferos motus*] Primordia animi (inquit) in cor-  
pore inclusa, non possunt magnis  
intervalis evagari atque dissultare:  
sed moventur motus sensiferos et  
vitaleis: mortuo autem homine, non  
jam continentur vinculis, sed soluta  
et libera diffuginnt, et dissultant ma-  
joribus intervallis: *moventur* autem  
repositi, cum antea legeretur *move-  
bunt*, secutus quattuor lib. manuscr.  
atque ita loquuntur non solum Latini,  
verum etiam Græci. Aristot. lib. 1.  
de anima: ἢν κίνησιν τὸ σῶμα κινεῖται,  
ταύτην καὶ ἡ ψυχὴ. i. e. 'quem motum  
corpus movetur, hunc motum move-  
tur et animus.' Thucyd. lib. 1. κε-  
μένη θέσω, i. e. 'sita situm.' Lamb.  
Ut ab Horatio, sed sine metaph. dic-  
tum est, *Od.* 3. 6. 21. 'Motus moveri  
gaudet Ionicis matura virgo.' Fab.

570 *Ejecta moveri*] Sic legendum,  
non *mocere*, ut est in vulgatis. Cou-

*Lucret.*

4 L

junge autem hæc 'ejecta in auras.' *Lamb.*

572 *Corpus enim, atque*] Si animi primordia, seu animi ipsa, simili ratione extra corpus sese cõlibere, et in eosdem motus concludere poterunt, atque in corpore: aër, corpus, et animans erit. At hoc absurdum: ergo, &c. Lectionem vulgatam non sum secutus hoc loco: quæ talis est, *Corpus enim æque animis erit aër, &c.* Nam cum manuscripti sic habeant, *Corpus enim atque animam serit aër*: ex hac aliquantum corrupta scriptura, rectam et emendatam feci, *Corpus enim atque animam erit aër, &c.* quam scripturam taciti probant Thrasones. *Lamb.*

*Corpus animans erit aër, si cohibere se se anima, atque in eos poterit concludere motus, Quos ante in nervis, et in ipso corpore agebat*] Et ratio et series versuum proxime superiorum probant locum hunc in optimis quibusque editionibus esse depravatum; legique debere, non *in eos*, sed *in eo*: quæ vox referri debet ad 'aërem' ... *animans erit aër, si in eo motus suos eddit.* Sensus est planissimus: 'Si anima poterit non dissipari *oõsa* in aëre, sique in eo motus illos concludet, quos prius in venis agebat, tum vero rem ridiculam inferre licebit, aërem, acillcet, esse animantem; quod falsum. Ergo,' &c. *Faber in Emend.*

*Atque animans*] Aliis placet *Æque animis*. In sequenti versu in *eo* (viz. aëre) recte legit Faber: id enim tum versus proxime superiores, tum versus proxime inferior 'Quos ante in nervis,' &c. omnino probant. *Creech.*

573 *Atque in eos poterit*] Omnino legendum, uti quædam editiones habent, *atque in eo*. Vide Emendationes. *Faber in Not.* Durum est, quod emendationi suæ firmandæ, in explanationem sensus affert Faber: quis enim dixerit, animam motus suos (aut functiones suas) in corpore aut aëre concludere? Sensus sit, 'futu-

rum, ut corpus atque animans sit aër, si anima,' quæ nempe in aëris auras ejecta, h. e. qua de sermo est, ibi 'sese cohibere et concludere poterit, in eos motus, quos,' &c. i. e. ad ob-eundas eas functiones, quas ante in corpore oblit. Nota hæc vis est præpositionis 'in.' Adæoque nihil hic mutandum. Pro *sese* marg. nost. *Esse*; mendose. *Freig.*

574 *Quos ante in nervis*] Libri vet. plerique habent *in venis*: quod magis probò. quamquam non admodum refert, utro modo legas. *Lamb.*

*In venis*] Ita in libris nostris. Vulgati: *nervis*; quod est Marulli. *Gifan.*

578 *Atque animam*] Quidam legunt, *Atque animæ*: quod non improbo. *Lamb.*

579 *Denique cum corpore, &c.*] Decimum argumentum vs. 12. inclusam est. Subducta anima, quæ in partibus intimis sita est veluti totius animalis fundamentum, corpus collapsens putrescit, et in pulverem abit. Unde vero ista tanta corporis ruina, nisi quod anima quæ membra omnia fulcire et continere videbatur, per poros et meatus corporis emanarit? quæ vero sic minutim divisa fuit in ipso sui egressu, comparata ad dispersionem videtur. *Creech.*

580 *Discidium*] Sic legendum, et ita scriptum est in membranis calamo exaratis. de qua voce jam sæpe alias. *Lamb.*

*Quin id*] Id, nempe corpus. *Lamb.* Improbe *Quin vi*. *Creech.*

581 *Penitusque*] Et ex intimis atque abditiis hominis partibus, et quod proxime dixit, ex imo. *Lamb.*

582 *Uti fumus, diffusa*] Sic Epicurus: *Καὶ μὲν καὶ λυομένου τοῦ ἔλου ἀποσπαστος, ἡ ψυχὴ διασπέρεται.* I. e. 'Atqui ubi dissolvitur tota summa (i. e. totum animal) dispergitur animal.' *Lamb.*

583 *Atque ideo*] Al. *Atque adeo*. *Lamb.*

*Putre*] Quidam libri vulgati : *pute*; fortasse non male. Ut modo : 'tetro odore.' *Gifan*.

589 *Esse*] Forte : *isse*; ut mox 593. 'ire anima.' *Gifan*. Non sequor. *Creech*.

591 *Quinetiam finis*] Aliud argumentum. Quinetiam (inquit) anima interdum in ipso etiam corpore iuncta, et intra finis vitæ consistens, labefactata videtur interire, et membra omnia dissolvi : ergo multo magis, cum erit extra corpus, interibit. *Lamb*. Undecimum vs. 14. In vulgo vocato animi deliquio animæ animique vis sic fracta est, ut paulo graviore causa incidente plane dissolvenda arguatur. Cum vero ita labefactari possit animus dum corpus illum tegit et tuetur, quis credat tenuem istam substantiam suo tegmine exutam procellarum et aliarum rerum jugiter incurrentium impetus perferre posse? *Creech*.

592 *Labefacta videtur Ire anima, &c.*] *Ire*, i. e. abire, et interire, ut alibi diximus : secutus sum autem codices manuscr. nam vulgati sic habent, *labefacta videtur, Molliaque exanguis cadere omnia corpore membra, Et quasi supremo, &c.* atque hic proximus versus, quamvis eum retinuerim, non videtur mihi Lucretianus. *Lamb*. Fortasse spurius est. A quibusdam libris abest. Vide tamen supra, vs. 467. de vultu cadenti. *Gifan*.

593 *Ire anima, et toto, &c.*] Sic veteres libri. Vulgati fere : *Molliaque exanguis cadere omnia membra*. *Gifan*. Hunc versum *ὀβελίζει* interpres. *Faber*. Hunc et sequentem versum multi rejiciunt, nec ego quidem illos injuriarum postulo. *Creech*.

596 *Quod genus est, animo*] *Quod genus, aut animo*. Et : *liquisse ubi, &c.* non male. *Gifan*.

*Animo malefactum*] Genus loquendi usitatum veteribus, cum significare volebant *λειποφυχίαν*, seu animi de-

fectionem. *Plaut. Mil. Glor. 4. 8. 21.* 'Postquam abs te abiit, animo malefactum est huic repente miseræ.' et alicui *malefactum* dicebant, cui aliquid incommodi evenisset. ut item ibidem 2. 2. 11. 'Nescio quid malefactum nostræ huic familiæ est.' contra 'bene factum,' et 'melius factum.' *M. Tull. Tusc. lib. 1.* 'Præterea Pompeio nostro familiari, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum.' *Ter. Andr. 1. 1. 78.* 'factum bene. metui a Chryside.' Legendum autem, ut edendum curavi, *Quod genus, esse animo malef. cum perh.* non, ut antea, *Quod genus est, animo, &c.* 'Quod genus' enim solet per se poni, et valet quale est, cujus generis est, &c. Quod alibi a nobis observatum et notatum est. *Lamb*. Nam apud *Plautum* et *Terentium*, 'animo male est,' significat, animi deliquium patior. *λειποφυχία* in al. edit. legitur, *quod genus esse, sed τὸ ἐστὶ* damnari non debet. *Faber*.

597 *Atque animam liquisse*] *λειποφυχίαν* nominant Græci, i. e. 'animi defectionem.' *Aristot. περὶ θνητῶν καὶ θνητοσύνης* 'Ἀδυναμία τῶν αἰσθησῶν ἢ λειποφυχία : i. e. 'Animæ defectio est sensuum debilitas, sive impotentia.' sic apud *Homerum* *Hector* ab *Ajace lapide percussus, animo et corpore concidit*, *ἴλ. ξ. Lamb*.

*Ubi jam trepidatur*] Ab astantibus ; omnes, astantes, tota familia, amici, *Fayus* : judicet lector. *Creech*.

598 *Extremum cupiunt vires, &c.*] *Marg. nostr. villa recurrendere vinculum*; emendatio necessaria. *Vulgata lectio nullius est sensus, certe nihil ad rem facit. Loquitur hand dubie hoc et loco de cognatis amicisve, 'Ad vitam qui revocantes Circumstant, lacrymis rorantes ora genasque.'* ut sup. vs. 469. *Preig*.

600 *Conlabefunt*] Sic legendum, non, ut quidam indoctissimi, iidemque arrogantissimi homines volunt, *con-*

*labascunt*: quod verbum non potest hic locum habere, propterea quod ejus syllaba secunda brevis est.

*Lamb.*

*Conlabascunt*] Sic veteres nostri. Marullus: *conlabescunt*. Gifan. Pro *conlabescunt* reponit *conlabascunt* Gifanus, viz. existimavit ille poetam (O rem ingeniosam!) cum infirmum aliquod descriperit, infirmos et vacillantes versus de industria fecisse. Creech. *Conlabascunt*, marg. quoque noster refert. Ego vero circa hoc verbum *τρέχω*. Gifanio arrisit, opinor, ut versus ipse collabascere videretur. Quod si ita est, accipiat conditionem, cui lubitum fuerit. Mihi solidius quid circumspectendum videatur. Conf. quæ supra, ad vs. 603. *Preig.*

602 *Proditā*] I. e. foras edita, et prolata: ut sup. 2. 1152. 'Aut aliquo tamquam parto, quod proditur extra.' Sic Arnob. loquitur lib. 4. 'Per humani generis jura, atque ipsius mortalitatis consortia, cum auditis et legitis, ex illo atque ex illa Deus ille est proditus: nonne animi vestri sensus tangit, humanum nescio quid dici, et ex terreni generis humilitate proficiscens?' Profert hunc versum Festus in voce 'prodita.' *Lamb.*

603 *Tegmine demtā*] Corpore detracto, quod animæ est tegmen. *Lamb.*

604 *Non modo non omnem possit*] Ita veteres libri. Cur ergo mutemus; vel, cum Marullo: *omne uti*; vel, cum Lambino: *omne incolumis*; ex lib. 5. Gifan. Hunc versum sic olim excudi jusseram, *Non modo non omnem incolumis, &c.* ex 5. 62. *Nec posse incolumis magnum durare per ævum.* Nam in libris omnibus sic legitur, *Non modo non omnem possit durare per ævum.* quæ lectio ferri potest, ut intelligamus 'ævum' usurpatum esse a veteribus etiam in masculino genere.

*Lamb.* Sic 'vitalem ævum' apud Plautum dici in Pæn. 5. 4. 14. notatum Vossio patri in Etym. Qui locus nisi in promptu esset hanc lectionem defendentibus, non levis apud me suspicio oriretur, *omnem ævum*, non a Lucretio profectum, sed ab aliis substitutum simpliciori lectioni, *omne ævum*. Passim hujusmodi locis, quod numeri non constare viderentur, variatum scimus. Sic 'cornum' 2. 388. masculino genere dictum volunt, cum nihil obstet qui neptum servet, imo 'verum' pro veru ejusdem conditionis, seu formæ vocabulum apud Plautum manifesto neutrius generis est. ut supra l. c. monitum. Verum merito dubites utrum sic, an vero: *Non modo non omne possit durare per ævum*, Lucretius scripserit. Alterum enim rationi Grammaticæ; alterum metro rennunciare visum; utrumque ergo satis idoneum, quod male a nasutioribus acciperetur. Cætera, quæ proferuntur, manifesto mendicata sunt. *Preig.*

606 *Nec sibi enim quisquam*] Dodecimum vs. 9. Et nequid intantum relinquat, ad morientes provocat. Quis autem morientium experitur animam suam ab extremis partibus surgentem per os suum integram exire, et non potius in singulis partibus, ut quemlibet sensum in suo organo, deficere? Nec dabitandum est morientes animarum dissolutionis conscios esse: alias quid quererentur? Læti profecto deponerent exuvia, ut anguis pellem, vel cervus prælonga cornua. Creech.

608 *Et superas succedere faucibus*] Sic habent libri manuscr. 'succedere' autem, i. e. sursum cedere, et ascendere, ut sup. 2. 203. 'per auras Aëris expressæ sursum succedere.' et 5. 1274. 'Nunc jacet æs, aurum in somnum successit honorem.' *Lamb.*

610 *In partī*] In parte, ut sæpe alias. *Lamb.*

611 *Quod si immortalis*] Hanc hujus versus partem, cum duobus deinceps sequentibus, et principio quarti, profert Lactantius Firmianus lib. 7. de D. P. Lamb.

613 *Ut anguis, Gauderet*] Virg. Georg. 3. 437. 'Cum positus novus exuviis, nitidusque juvena, Volvitur.' Lamb.

614 *Cervus*] De cervis Plin. Nat. Hist. 8. 32. 'Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis stato veris tempore amittunt.' Creech.

615 *Denique cur animi*] Etiam ex hoc loco intelligere licet, ex Epicuri et Lucretii sententia, animi sedem esse in pectore, seu in præcordiis, non in capite: et ideo eos errare, qui sup. 2. 45. legunt, *Tum vacuum tempus linquunt, curaque solutum, pro Tum vacuum pectus.* Lamb. Decimum tertium vs. 9. Olim docuit pectus esse animi sedem, et jam inde concludit, illam ita pectori esse alligatam ut extra istud degere non possit: animum in aëre existentem quæras, et flammam in aqua, gelu in ignibus expectes. Creech.

*Animi nunquam mens*] Lib. 4. 759. 'Mens animi vigilat.' Lamb.

617 *Omnis inhaeret*] Sic restitui: ubi vulgo legebatur, *omnibus haeret.* Lamb. Restitui *omnis haeret*, ratione ductus. In libris: *omnibus*; nullo sensu. Gifan. in post. ed. tantum. Vossianam seu emendationem seu conjecturam refert quoque marginalis noster; nempe: *et certis regionibus omne ibus haeret.* Idem vocabulum restituit, felicissime, ut mihi quidem videtur, 2. 87. in hisce: 'neque quidquam a tergo ibus obstat.' Num et hoc loco eundem applausum mereatur, judicent alii. Mihi certe vulgata lectio: *omnis inhaeret* nihil difficultatis habere videtur. Quid autem sibi vult: *certis regionibus iis haeret*? Sic inf. 6. 1238. Idem vir doctus pro *Panibat*, margini aspergit *Pana ibus at*, licet nullo sensu. Preig.

619 *Et ubi quicquid*] Sic legendum, non, ut in vulgatis, *quicquam. quicquid* autem, i. e. *quicque*, ut sæpe alias, tum apud hunc scriptorem, tum apud alios. Lamb.

620 *Atque ita multimodis, &c.*] Hunc versus et proximum delendos censeo, ut spurios, et a nescio quo temere inculcatos. non pigebit me tamen admonere lectorem, hunc priorem versus non uno modo legi: sed in quibusdam scriptis sic, *Atque ita multi' modis in totis artibus esse.* in uno, *Atque ita multi' modis par totis, &c.* in aliis, *Atque ita multi' modis per totis, &c.* in vulgatis nonnullis, *Atque ita multi' modis pro totis: in Paris. Atque ita multimodis de totis, &c.* Omnino his versibus deletis sententia manebit integra, eritque planissima. Lamb. Ita in vet. libris. Hunc versus cum sequenti expungit Lambinus; recte. Fab. Hunc cum sequenti versu Lambinus, Gassendus, alii rejiciunt: Gifaninus retinet, illum sequitur Fayus, et dicit Lambinum delere hos versus sine ratione, namque recte conferunt ad rem, ut patet ex ipsorum interpretatione nostra: En bellam interpretationem! 'Et ita fieri, ut nunquam ordo artuum sit perversus variis modis secundam varia omnia membra.' Aliam apposui, quæ mihi ipsa non placet. Codd. exhibent *Par totis: Pro totis: In totis: De totis.* Creech.

*Pro] Pro, par, in, de.* Gif.

*Artibus esse*] Hunc versus et sequentem delet Lambinus; ego minime. Gif. Marg. nost. *dispertitum artibus.* Nimirum, ut sup. 587. dixit: 'Multimodis ut noscere possis Dispertitam animæ naturam exiisse per artus.' Acute. Obscurus tamen sensus. Preig.

622 *Creari in fluminibus*] Sic legendum, non, ut in vulgatis, *creari fluminibus*, sine præpositione. Lamb.

623 *Algor*] Frigus. Utitur et eodem nomine in quarta declinatione

inf. cod. lib. 782, 'Sollicitæ volitant morbis, alique, fameque.'

624 *Præterea si immortalis, &c.*] Aliud argumentum: Si anima a corpore sejuncta sentire potest, ergo erit quinque sensibus prædita: at neque oculi, neque nares, neque manus, neque lingua, neque aures sine anima esse possunt; neque sensus sine oculis, naribus, lingua, auribus: ergo anima a corpore semota non sentit: ergo non est immortalis. Hoc argumentum refelli potest ex iis quæ sunt apud M. Tull. lib. 1. Tusc. 'Animos per se viventis non poterant mente complecti: formam aliquam figuramque quærebant.' sequitur paucis interpositis: 'Has tamen imagines loqui volebant: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterum, pulmonum vi et figura potest: nihil enim animo videre poterant: ad oculos omnia referebant. Magni autem ingenii est revocare mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere.' *Lamb.* Decimum quartum vs. 10. Animam separatam et immortalem concipere, substantiam sentientem concipies, ergo quinque sensibus ornata; at unde sensus, cum sensuum organa oculi, nares, manus, lingua, aures, in derelicto corpore putrescant? *Creech.*

626 *Certe; ut opinor*] Ita in veteribus libris nostris. In aliis: Qui, Quando, Quinque. *Gif.*

*Quinque, ut opinor*] Sic habent libri veteres, quibus usi sumus, et omnes vulgati, paucis exceptis, in quibus impressum est *Quando, ut opinor, &c.* plane mendose. Quod autem quidam, *Certe, ut opinor, &c.* legi volunt, nugæ agunt. *Lamb.*

*Eam faciendum est*] I. e. eam facere oportet: *ωσπρίων*. Supra notavimus hoc loquendi genus, admonuimusque esse huic scriptori familiare. *Lamb.*

627 *Nec ratione alia, &c.*] Immo

vero possemus, 'si cogitationem a consuetudine abducere possemus,' at scribit M. Tullius: et si mente complecteremur animos aliam vitam solos, et per se, viventis, quam cum in corporibus inclasi sunt. *Lamb.*

628 *Acherunte vagare*] Ut videre licet apud Homer. et Virg. *Acherunte* autem excudendum curavi, quemadmodum scriptum est in membranis calamo exaratis. dicebant enim veteres, Acheruns, Acheruntis. *Plaut. Amphitr.* 4. 2. 9. 'Verbero, etiam quis ego sim; me rogitas, ulmorum Acheruna?' Tum *vagare* excudi volui, cum in duobus manuscript. ita scriptum reperissem, in totidem, *scare*, 'vagare' autem idem valet quod *vagari*: eoque verbo utitur et *Plaut. Mil. Glor.* 2. 6. 14. 'te alloquor, vitii probrique plena, Quæ circum vicinos vages.' quidam reposuerunt, *vocari*: quæ scriptura, quamquam reperitur etiam in uno atque altero cod. scripto, non probatur mihi tamen. *Lamb.*

*Vagari*] Ita in veteribus libris. *Vulgati*: *vocari*. In aliis: *vocare*. Ut etiam non malum sit: *vagare*. *Gif.*

*Vagare*] Pro *vagari*. *Fab.*

630 *Sensibus auctas*] I. e. præditas. sic *Catull. Carm. de Manl. et Jul. nupt.* 'quæ nullis sensibus auctæ Nec missas audire queunt, nec reddere voces.' *Lamb.*

631 *At neque scorsum*] In voce *scorsum*, *e* et *o* coeunt in unam syllabam. quod non est novum, præsertim huic poëtæ. Nam quod *P. Victorius scorsum* legendum censet, testificans ita legi in quibusdam libris veteribus, ego quinque lib. manuscriptos data opera hoc loco iterum consalui, cum ante eos accurate cum vulgatis contulissem. Sed liquido jurare possum, in eis sine ulla varietate scriptum esse *scorsum*. *Lamb.* In quibusdam veteribus: *scorsum*. *Gif.*

*Ipsa Esse potest anima*] Sic legendum, non, ut quidam putant, *anima*,



cohæret enim cum voce 'seorsum,' ut sit: seorsum ipsa anima, i. e. seorsum ab ipsa anima. *Lamb.*

632 *Anima*] Ita omnino legendum est, nisi et Poëtam ineptiæ arguere velimus, et versus aliquot deesse, contra veteres omnes libros. *Seorsum*: i. e. absque corpore. *Gif.*

*Seorsum*] In quibusdam libris: *seorsum*. *Gif.*

633 *Auditum per se possunt sentire*] Ita in Vulgatis, et veteribus quibusdam; i. e. sonum, seu rem auditam. Alioqui essent hic tria: *seorsum, absque anima, per se*. In quibusdam libris tamen: *Absque anima*; male. *Gif.*

*Absque anima per se possunt*] Sic legendum, non, ut in quibusdam manuscr. et omnibus vulgatis, *Auditum per se, &c.* Nam sentire communiter pertinet ad oculos, nares, manum, linguam, aureis, non ad aureis tantum. At si legeremus *auditum sentire*, ad aureis tantum pertineret: ut taceam, quod Latine dici non potest 'sentire auditum,' pro audire. Docti complures existimant inter hunc versum, et eum qui proxime sequitur, cujus initium est, 'Et quoniam toto,' &c. aliquot versus deesse. Et vero ita videtur, si quis attente consideret Lucretii sensum et argumentum. Alia ratione (inquit) nobis proponere non possumus animas apud inferos vagari, quam si quinque sensibus præditas faciamus. At neque oculi, neque nares, neque manus, neque lingua, neque aures sine anima per se possunt sentire, nec esse: nec pariter sensus suo munere fungi, aut esse possunt sine oculis, auribus, manibus, lingua, naribus: ergo fieri non potest, ut animæ sint sensibus præditæ, cum oculis, auribus, &c. careant. Videntur igitur tales quidam tres versus deesse: quos ascribam, non ut pro Lucretianis habeantur: non ita insanio: sed ut lector veluti oculis cernat, ita esse, ut docti viri

suspiciantur, nempe tales quosdam versus desiderari: *Nec sensus ipsi seorsum consistere possunt Naribus, atque manu, atque oculis, atque auribus, atque Lingua, nec per se possunt sentire, nec esse*: fieri autem potuit, ut, cum versus Lucretianus hoc loco ita desideret, ut ille, qui est supra, *sentire, nec esse*, librarius scriptor, superiore illo versu scripto, deceptus extremorum similitudine, treis versus præterierit, et ita ad versum 'Et quoniam,' &c. transilierit. Cum hæc scripsissem, quidam simius, idemque sycophanta, ausus est hoc loquendi genus reprehendere, 'seorsum,' 'absque anima,' 'per se sentire': quasi vero non ita soleant loqui boni scriptores Græci, et Latini, ad majorem vim exprimendam, et κατὰ σχῆμα & παρὰ λόγον. *Lamb.* Existimavit Lambinus aliquid e textu Lucretiano excidisse, cum videret argumentum non plane explicatum fuisse, quod sentire non potuit Gifanius: itaque in contraria abiit. Ad seriem ratiocinationis notandam tres illos versus Lambini in textum recipi. *Faber.* Codd. *Auditum per se possunt*: auditum i. e. sonum, seu rem auditum: Gifanius. Salmasius in Epictetum et Simplicium p. 324. ex optimo et vetustissimo Codice illustrissimi Vossii hos versus ita legit: *At neque seorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa Esse potest anima, neque seorsum lingua, neque auris Auditum 'per se possunt sentire, neque esse.* 'Annis auditum' dixit pro auditu. Quid sibi velit magnus ille vir, alii conjiciant. Aliquid e textu Lucretiano excidisse existimavit Lambinus, cum videret argumentum non plane explicatum fuisse; atque ideo subjungit, *Nec sensus ipsi seorsum consistere possunt Naribus, atque manu, atque oculis, atque auribus, atque Lingua, nec possunt per se sentire, neque esse.* At quid tres novi versus fingendi sunt, ut unum prorsus inutilem retineamus? Dele istum;

*Absque anima per se possunt sentire nec esse:* in præcedenti versu lege *Esse potest anima, &c.* atque argumentum erit integrum, et satis explicatum. Creech. Ego vero liquido affirmare ausim ita Lucretium scripsisse: *Esse potest; animæ neque seorsum lingua, nec auris Auditum per se possunt sentire, neque esse.* Ita nihil (quod putabat Lambinus) in argumento Lucretii deerit, et nos vix nisi in *auditum* pro *auditum* a *Mss.* recessimus. ‘Seorsum auditu auris’ est idem quod sine auribus. Nemo interpretum hic satis fuit oculatus. *Hav.*

634 *Et quoniam toto sentimus, &c.*] Cum totum hominis corpus sit animale, i. e. cum tota anima per totum corpus pertineat et permanet, sequitur, ut corpore humano diviso, ipsa quoque dividatur. At quod dividitur, mortale est: ergo, &c. nemo est, qui nou videat, hoc argumentum esse valde infirmum. Quod autem animam in toto corpore hominis inesse, et per totum hominis corpus esse fusam dicit Lucretius, neque quisquam negat, (loquor de sensu animali, seu de anima vitali) hoc non est verum in ceteris omnibus animalibus: Nam Plinius 32. 2. ‘ait certum esse, animam muræ in cauda esse, eaque icta celeriter exanimari, at capitis ictu difficulter.’ *Lamb.* Decimum quintum vs. 36. quoniam anima per totum corpus fusa sit, scindi mediam necesse est, si corpus medium raptim scindatur: si, exempli causa, falcifero curru præcidatur militis membrum, animam una sectam arguit partis resectæ motio, quam fuse et ornate describit Poëta, quæ etiam clarius in partibus sectæ serpentis observatur. Fatendum est igitur plures animas esse in uno animali, homine viz. aut serpente, et aciem ferri, temere licet impacti, membra istius animalis tam accurate partiri, ut singulis animabus suæ sedes relinquerentur. Quæ tamen nemo sanus dixerit; vel concedendum

est, unam animam per totum corpus animalis fusam in multas partes discissam, et proinde mortalem esse. Creech.

635 *Et totum esse animale videmus]* Totum corpus scilicet. Animadvertite hic *animale* esse adjectivum: ut I. 228. ‘Unde animale genus generatim in lumina vitæ Redducit Venus,’ &c. ad quem locum lege quæ notavimus. *Lamb.*

641 *Abnuat]* Negat. *Lamb.*

642 *Falciferos memorant currus]* Ἀρματα δρεπανηφόρα: quæ sic describuntur a Xenophonte lib. 6. Cyri Instit. Πολεμοσθήρια κατεσκεύασεν ἄρματα τροχοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ βαδίως συντρίβηται, ἕξοσί τε μακροῖς, ἦρτον γὰρ ἀνατρέπεται πάντα τὰ πλατεῖα. τὸν δὲ δίφρον τοῖς ἠνίχους ἐποίησεν, ὥστερ πύργον ἰσχυρῶν ξύλων, ὅβος δὲ τούτων ἐστὶ μέχρι τῶν ἀγκῶνων, ὡς δύνανται ἠνιοχεῖσθαι οἱ ἄκραι ὑπὲρ τῶν δίφρων. τοὺς δ' ἠνίχους ἐθεράκισε πάντας πλην τῶν ὀφθαλμῶν. προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα, ὡς δεκίχρα, πρὸς τοὺς ἕξοντας ἔθεν καὶ ἔθεν τῶν τροχῶν· καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῶν ἕξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβολούτων εἰς τοὺς ἐναντίους τοῖς ἄρμασι. i. e. ‘Carrus bellicos fabricandos curvavit ex rotis validis, ne facile commuerentur, et axibus longis: minus enim evertuntur omnia quæ lata sunt. Sellam autem aurigis fecit tanquam turrim ex lignis validis constructam: altitudo porro earum est usque ad cubitos, ut possint equi supra sellas aurigari. Aurigas vero armavit totos, præter oculos: addidit autem etiam axibus falceis ferreas circiter duorum cubitorum ex utraque parte rotarum: et item alias infra sub axe in terram versas, tanquam ipse cum suis in hosteis cum curribus impetum facturi.’ Idem *Lucr.* 5. 1299. ‘Et bijugo prius est, quam bis conjungere binos, Et quam falciferos inventum ascendere currus,’ et *Veget.* de R. Mil. 3. 24. ‘Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus et Mithridates habuerunt.

Quæ ut primum magnum in acie intulere terrorem, ita postmodum fuere derisui.' *Lamb.* Quibus olim orientalium exercitus instructi erant. Sed cum plus terroris quam periculi facerent, omisi sunt, et in desuetudinem abiere. *Faber.*

643 *Desubito*] Sic 2. 265. 'Vim cupidam tam de subito, quam mens avet ipsa.' de curribus falciferis iterum *Lucret.* 5. 1300. *Creech.*

*Permista cæde calentis*] Sic legendum, et ita habent lib. vet. non *cadentis*, aut *cadentum*, et ita 5. 1312. 'Nequicquam: quoniam permista cæde calentes Turhabant sævi nullo discrimine turmas.' *Lamb.*

647 *In pugna studio quod dedita*] 'In studio dedita' genus loquendi notandum, quo utebantur veteres. sic 4. 913. 'Præterquam quibus est in reb. deditus ipse?' et *Catull.* in *Jnl.* et *Manl.* nuptias: 'In mala Deditus vir adultera.' *Lamb.* Ita *Catullus* et *Plautus.* *Faber.*

648 *Petissit*] Ita ex vet. libris scripti. *Gif.*

*Cædique petissit*] Partim sic habent lib. manusc. partim *petessit*. Utitur eod. verbo *M. Tull.* *Tusc.* 2. 'Qui hanc laudem petissunt, nullum fingunt dolorem.' Idem 2. de *consul.* 'Menteque divina cælum, terrasque petissit.' *Festus*: 'Petessere, sen petissere, antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt incessere, et incessere: sed, ut mihi videtur, tum eo significabant sæpius petere: ut petessant, sæpius petant.' Nonnulli *petissit* dici volunt, non *petessit*. quos nunc sequor. *Lamb.*

649 *Nec tenet amissam, &c.*] Ordo verborum est: nec tenet, i. e. et nescit, vel nec meminit, vel nec intelligit, sæpe rotas et falceis rapaceis inter equos abstraxisse manum lævam nna cum tegmine: i. e. clypeo, ant sento. 'abstraxe' positum pro abstraxisse: qualia sunt illa, 'promissæ,' apud *Catull.* 'divisse,' apud *Horat.* 'produxæ,' apud *Terent.* et simi-

lia. 'Nec tenet' autem, pro nec scit, etiam supra usurpavit 2. 1170. 'Nec tenet, omnia paulatim tabescere, et ire Ad scopulum,' &c. *Lamb.*

650 *Abstraxe*] Sic 1. 986. 'Confluxet.' *Creech.*

651 *Nec cecidisse alius dextram*] Sic apud *Virgil.* 10. 395. 'Te decisa sum, Laride, dextera quærit; Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.' quod *Virg.* ex *Ennio* expressit, ut admonet *Servius* p. 138. 'Obscitat in campis caput a cervice repulsum, Semianimesque micant oculi, ferrumque retractant.' *Lamb.*

*Cum scandit*] Cum ascendit vel in muros, vel in equum, vel in currum, vel in navem hostilem: ut *Cynægirus*: cui (ut refert *Herodot.* in *Erat.*) puppim læva manu apprehendenti, ea ipsa manus bipenni abscissa est. quo facto, dextram puppi admovit. qua similiter amputata concidit. *Lamb.*

657 *Quin etiam ipsi ei*] Dilemma. si quis serpentis caudam in plureis partes dividat, singulas parteis videmus moveri et circumagi. alterum igitur e duobus verum est, vel in singulas inesse animas totas atque integras: vel animam esse dissectam et discissam. si illud dices, falsum dices: sin alterum, ergo animam mortalem esse fatendum est. quicquid enim dividitur, mortale est. Hujus rei exstat exemplum apud *Virg.* *Æn.* 5. 274. 'Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens, Ærea quem obliquum rota transiit, aut gravis ictu Seminecem liquit saxo, lacerumque viator.' *Lamb.*

*Lingua vibrante*] I. e. emicante, et cornicante. *Virg.* *Æn.* 2. 211. 'Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.' Interdum tamen 'vibrare' est *ερεπννυειν*, ut 'sicas vibrare' apud *M. Tull.* *Catillin.* 2. et 'spicula vibrant' apud *Virg.* 11. *Æn.* 606. et 'vibrare cæsariem' apud *Arnob.* lib. 2. *Lamb.*

*Minantis Serpentis caudam procerò corpore*] Sic reperi scriptum in

membranis calamo exaratis, quibuscum conspirant exempla Parisiensia, typis impressa. 'Caudam' autem 'procero corpore,' i. e. caudam proceram. *Lamb.*

657 *Caudam procero corpore*] *Caudam* longam et proceram, *Lambinus*: alii tamen legunt, *Minacem Serpentem, et caudam procero corpore.* *Creach.*

*Utriusque*] Sic legendum videtur potius, quam *utrumque.* *Lamb.*

660 *Ancisa*] Sic habent duo codices manuscripti. *Vatican.* et *Bertin.* quos secutus sum. 'Ancisa' autem valet circumcisa. 'an' enim, seu 'am' potius, in compositione valet circum, ut alias notavimus. Alii habent *incisa.* Præterea quidam libri habent *cernas*, pro *cernes.* *Lamb.* 'Am' olim ex ἀμφί, pro circum, dicebant. Exempla innumera in vocibus compositis. *Faber.*

664 *Omnibus esse igitur, &c.*] Lege interrogando. *Lamb.*

665 *At ea ratione*] At ea ratione: i. e. si quis dicat, omnibus in partibus serpentis totas et integras esse animas, sequetur, unum animal plureis animas habuisse: quod falsum est: una est enim unius animalis anima. *Lamb.*

667 *Ergo divisa est*] Altera pars dilemmatis. *Ergo* (inquit) discissa et divisa est anima. At quod dividi potest, etiam interire potest. ergo anima est mortalis. *Lamb.*

670 *Præterea si immortalis, &c.*] Decimum sextum vss. 9. Si anima sit immortalis, si ante perfectum corpus integra existens (ea erat Pythagoræ et Platonis sententia) in corpus tandem infundatur, cur nemo (uno Pythagora excepto) anteactæ vitæ recordetur? Quod si anima isto in corpus ingressu omnem recordationem amiserit, quidni res tantopere vitiosa sit ulteriori corruptioni, morti, obnoxia? *Creach.*

671 *Et in corpus*] Quod volebant Pythagorei: et quidem quamlibet

animam in quodvis corpus introire; quod non probatur Aristoteli: sic enim lib. 1. de Anim. Περὶ δὲ τοῦ δεξιμένου σώματος οὐδὲν ἔστι προσθερισίῳ, ὡς περ ἐνδεχόμενον κατὰ τοὺς Πυθαγορικούς μύθους, τὴν τυχοῦσαν φύσιν εἰς τὸ τυχεῖν ἐνδύεσθαι σῶμα. ὁμοίη γὰρ ἕκαστον ἴδιον ἔχει εἶδος καὶ μορφήν. i. e. 'De corpore autem animam recepturo nihil præterea definiunt: quasi fieri possit, juxta fabulas Pythagoricas, ut quamlibet anima in quodvis corpus ingrediatur. Videtur enim unumquique propriam speciem et formam habere.' *Lamb.*

*Insinatur*] Sic loquitur *Eonius* p. 183. 'Inde venit pullis divinitas insinuans se Ipsa anima.' *Lamb.*

672 *Cur super antectam*] Inter hanc versum et eum qui deinceps sequitur, inculcatus erat hic versus alieno loco, *Interiisse, et quæ nunc est, &c.* quem ego delevi, et suo loco reservavi, nempe post sextum ab hinc versum. *Lamb.*

674 *Mutata potestas*] *Codex Bertinian.* et nonnulli codices impressi habent, *vitiosa potestas.* ego nihil mut. *Lamb.*

*Vitiata potestas*] Ita ex veteribus libris restitui. In aliis: *mutata.* *Gifan.*

675 *Omnis ut actarum*] Libri manuscripti hoc loco inter se non consentiunt. Alii enim habent, *Omnis ut actarum,* quemadmodum excludendum curavimus: alii, *Omnium, &c.* quæ posterior scriptura fortasse probabilior est. Omnino utraque ferri potest. *Lamb.*

*Omnium ut actarum*] Ita in veteribus nostris. In aliis quibusdam veteribus: *Omnis.* *Gif.*

*Retinentia*] Nomen *Lucretianum,* et aliis, quod sciam, inusitatum: quod significat (opinor) ἀνδρομνησιν, sive μνήμην, i. e. recordationem, seu memoriam rerum præteritarum: vel (ut quidam maluit) continuationem quandam partium, ex quibus consta-

mus, permanentem. Ego per *retinentiam*, illam, quam inf. vs. 863. *repententiam* nominat, (qua voce Arnobius utitur lib. 2. in eadem propemodum disputatione) significari malo. Sic autem Arnob. 'Sed ego cum audio nescio quid præstans, animam dici, Deo vicinum et proximum, scientem omnia, huc adventare superioribus de sæculis: nolo illam discere; sed docere: nec ex docta, ut dicitur, elementariam fieri, sed retinentem res suas corporibus semet circumligare terrenis. Nisi enim sese habuerit res ita, discerni qui poterit, utramne illud, quod audit, reminiscatur, an discat, cum multo sit facilius credere, discere illam quod nesciat, quam oblitam, quod paulo ante sciebat, et oppositu corporis amitti repententiam priorum?' *Lamb.* Vox *parhaps*, neque enim alibi quam apud Lucretium reperitur; significat autem recordationem. *Faber.*

676 *Non (ut opinor) ea*] Ea, nempe animi potestas. *Lamb.*

*Longiter*] Sic Sosipater, et veteres libri. *Gifan.* Sic repositus ex Carisio, qui hunc verum proferens lib. 2. Inatit. Gramm. pag. 183. ita legit: *Longiter. Lucret. lib. 3. Non (ut opinor) ea a leto jam longiter errat.* Quod autem idem versus in voce 'longiter' apud Nonium sic legitur, *Non (ut opinor) id a lecto tam longiter rati*, et adscribitur Lucillio: primum mendose legitur, et mendosus est hoc loco Nonius; neque est emendatus ab iis qui se gloriantur eum emendasse: deinde hanc emendationem nostram confirmat, quod ad adverbium 'longiter' attinet. *Lamb.*

679 *Præterea, si jam perfecto*] Præterea (inquit) si anima ingreditur in corpus jam perfectum, cum vivere incipimus; non conveniebat eam ita vivere in corpore, quasi una cum corpore nata esse et crevise videatur: sed potius erat consentaneum, eam ita,

ut avem in cavea, vivere sibi, et solam, hoc est, a corpore separatam: quemadmodum avis in cavea inclusa, a cavea separata est. *Lamb.* Decimum septimum vsa. 18. si anima inferretur in corpus perfectum, id sic deberet fieri ut in ipso degeret, quasi avis in cavea, non ut videretur cum eo crescere, atque ita contexi, ut inde exire non potis incolumis, præderet se ortui atque interitui obnoxiam. *Creech.*

681 *Vitæ cum limen*] Sic legendum est, non *lumen*. Nam primum sic habent codices veteres optimi, Vaticanus, Memmian. Præterea illustris tralatio est, 'vitæ limen inire,' pro, vitam, seu in vitam ingredi. Postremo quemadmodum hic dixit 'limen vitæ,' sic sup. lib. 2. 959. 'leti jam limine ab ipso Ad vitam possint collecta mente reverti:' et Catull. ad Manl. 'et a mortis limine restituum.' *Lamb.*

*Lumen adimus*] Sic ex veteribus libris scripsi. Ita infra, hoc lib. vs. 1055. 'decurso lumine vitæ.' Et vs. 861. 'data lumina vitæ.' Vulgati: *limen inimus. Gifan.*

682 *Haud ita conveniebat*] Summe infinitivum 'vivere,' scilicet in corpore. *Lamb.*

685 *Convenit, ut sensu, &c.*] Hunc versus quis non videt non esse Lucretii, sed alicujus indocti, aliquid deesse existimantis? *Lamb.* Hunc putat Lambinus esse nothum. *Gifan.* Hunc versus delent Lambinus, Gassendus, alii. Plures retinent. Sine illo quidem argumentum est satis explicatum, et forsitan 'affluat omne corpus sensu' Latium non agnoscit. *Creech.*

688 *Nam neque tantopere, &c.*] Cum hoc versu copulatur ille alter, qui est ab hoc octavus, cujus principium est, 'Nec tam contextæ cum sint,' &c. ut sit hæc hujus loci sententia: Nam neque putandum est, animas tantopere potuisse cum corporibus connec-

ti, si extrinsecus in corpora intrasent: quas tamen videmus magnopere esse connexas: nec cum sint ita cum corporibus connexæ et contextæ, credibile est e corporibus exire incoluemeis posse. *Lamb.*

691 *Namque ita connexa, &c.*] Probare conatur dentes sensu participari; idque ex eo ostendi ait, quod nonnunquam morbo tententur, doloremque ex nimio aquæ frigore sentiant; tum porro id quoque firmari experientia quotidiana ait, cum lapidosum panem, ut vocat Horatius, mandimus: *Namque ita connexa est [anima] per venas, viscera, nervos, Osque, uti dentes quoque sensu participantur: Morbus ut indicat, et gelidai stringor aquai, Et lapis oppressus subitis e frugibus asper.* Postremum verum quamvis ita legi in Mss. Codd. testentur interpretes, et recte quidem, inquit Gifanius homo acutus, scilicet: tamen eum esse corruptum quovis pignore contenderim. 'Dissolvamus' enim, quæso, 'membra poëtæ,' ex saluberrimo illo Horatii præcepto, videamusque quid ibi reperiat. Nil aliud certe quam quod ante oculos habes: 'Dentes sensu participantur, ut indicat lapis asper oppressus e frugibus subitis.' Istud scilicet, 'subitis frugibus,' res bella est. quidni enim? Sed tamen quæ illæ 'subitæ fruges?' Nemo explicabit, scio. Dices, panem intelligi, id quod ego quoque sine monitore, sine præmonstratore videre haud difficulter poteram. Sed cur 'subitis panis' dicetur? An quia repente in os, quasi offa, objectus est? An fortasse quia subito veluti fungus in fimo, ita repente panis in ore ortus sit? Sed nugarum et ineptiarum satis. Versum illum *Et lapis oppressus subitis e frugibus asper*, ita legere soleo, *Et lapis oppressus subitis offractus asper.* Qua voce, 'offractus,' nulla unquam significantior, nulla magis Latina, magis propria, magisque

ex ingenio rei et poëtæ reperietur, scio. *Faber.*

692 *Sensu participantur*] I. e. sensus participes sint. *Lamb.*

693 *Morbus*] Dentium scilicet. Quidam tamen ad morbum totius corporis, et febrem referunt: quia interdum dolorem ex morbo natum sequitur dentium stridor et crepitus. *Lamb.*

*Stringor aquai*] Frigus aquæ quæ dentes perstringuntur, cum aqua frigida bibatur. *Lamb. et Creech.*

694 *Subitis e frugibus*] Omnes quidem codices, quos vidi, sic habent, *Et lapis oppressus subitis e frugibus asper*: sed quibusdam placet legi, *subito de frugibus, &c. alius, sub dente e frugibus asper.* Quam postremam scripturam valde probarem, si eam codices veteres adjuvarent. *Lamb.* Omnes Codd. *Oppressus subitis e frugibus*: unde quidam *subito de frugibus.* *Faber Subitis offractus.* Legi tamen potest, *Et lapis expressus subito de frugibus asper.* Creech. *Subitis e frugibus.* Sic omnes libri; et recte. *Gif.*

*Oppressus sub dente e frugibus*] Illud 'sub dente' non dubito quin ab aliena manu sit, licet non displiceat *Lambino*, et in contextum a *Fabro* aliusque receptum fuerit. Dentium diserta jam præcessit mentio, cujus iteratio hic absorta, saltem supervacua. Quod autem in libris omnibus repertum testantur viri docti: *subitis e frugibus*, ut ferri possit, ipsi satis viderint. Ingeniose doctissimus *Faber* in voce *frugibus* mendum latere arbitratus est; et, *subitis offractus* substituit. 'Offringere' enim notum ex *M. Varro*, *R. R. capp. 29. et 32.* et significantissimum verbum est; verum ne sic quidem, quis sensus sit, explicat. *Fabri* vestigiis insistens marginalis noster, aut ipse *Is. Voss. offractus* suppeditat; nimirum a fricando. Verum, licet hoc verbum ad dextra valde proprie refertur, ut ex vocabulo 'dentificium' apud *Plin. 30. 3.* et *36. 21.* satis constat; qui et *31. 6.*

dicit: 'spuma aquæ affricu verrucas tollit: noudum tamen liqnet, quid lapidi aspezo oppresso cum fricandis dentibus. Ego, pace tantorum viro- rum, a voce *frugibus* præter neces- sítatem discedi puto. Lucretiana est, et optime quodvis panificium e fru- mento fieri solitum denotat. Vide lib. 1. vers. 880. et lib. 6. et ipso princ. sed legendum, cum Lambini- ana prima ed. et aliis, donec melius quid apparerit: *subito de frugibus*. Preig. Nemo, ut puto emendatio- nem nostram ex Cod. Bodl. refngiet, cui subeat, toties duos treave adjecti- vos a poëta conjungi. Hav.

695 *Nec tam contexta cum sint]*  
'Contextæ,' i. e. connexæ, ut supra.  
*Lamb.*

698 *Quod si forte]* 'Αὐθροσφά. di- cet aliquis, animam ita insinuari in corpus, ut per omnia membra perma- net. At si hoc dabimus (inquit) tan- to magis anima, homine mortuo, dif- fusa interibit. nam quicquid perma- nat, facile dissolvitur. *Lamb.* 'Αὐθ- ροσφά. *Gifan.* Decimum octavum vs. 15. Formetur igitur extra corpus, ut isti volunt, anima, et demum in- fundatur; dum per varios flexus et meatus corporis diffusa sit necesse est ut mutetur, situs et ordo partium mutetur, tota denique substantia dis- trabatur. Quælibet enim res tot fis- tulas, tot meatus et foramina quot in corpore sunt, permanet, eamque mul- tis modis distractam senties; alimen- tum considera, dum per venas, alios- que ductus ad singula corporis mem- bra defertur, deposita priori forma allam prorsus diversam induit. Cre- dendum ideo animam quoque parem mutationem subituram esse, et pro- inde mortalem. *Creech.* *Quod si forte putas extrinsecus insinuatam Perma- nare animam nobis per membra solere; Tanto quaque magis cum corpore fusa peribit.* Quid? 'Quæque' anima? Ridiculum. Lege, nti formula refu- tandi est, *Tanto nempe magis cum cor-*

*pore fusa peribit.* Rem fusius explicare, otio abuti foret; et miror tot doctos viros non animadvertisse τὸ ἄκρον hujus lectionis. *Faber.* Vere Lucre- tianam voculam huic alieniori, uti sal- tem videtur, subatituit *Faber*, ut re- futandi formulam efficiat. Nam et 4. 1167. 'Nempe aliæ quoque sunt.' Sed ita proprie non tam refutandi, quam objurgandi atque indignandi formula foret, ut patet in primis ex adductis ibi exemplis; quæ hic lo- cum non habent. Ego perspicacia- simo viro, cujus emendatioem *Marg.* quoque noster commemorat, accease- rim; nimirum: *Tanto cuique magis,* &c. 'Cuique' subintellige homini, quod negligentioreni offendere po- tuit, et ansam variandi præbere. *Preig.* Quoique vel cuique scripsisse poëtam, patet ex *quique* in *Mss.* quæ lectio ex ore dictantis male intellecto nata est. *Hav.*

702 *Dispertitur enim]* *Marg.* nos- ter: *Dispertita ergo.* Quod sane non est contemnendum. Solet enim poëta elegantissimus, in primis quoties max- ime triumphat, id genus voculas in- geminare. Vide 4. 1167. 'Nempe aliæ quoque sunt, nempe hac sine viximus ante; Nempe eadem facit,' &c. Sic *libid.* vs. 1115. 'Adde, quod absument vireis perenatque labores, Adde, quod alterius sub nutu degitur ætas.' Imo et hoc ipso lib. vs. 840. 'Adde furorem animi proprium, at- que obliviam rerum, Adde quod in ni- gras lethargi mergitur undas.' Et vs. 849. 'Adde repertoies doctrinarum, atque leporum, Adde Heliconiadum comites,' &c. Quid ni ergo et hoc loco? *Quod permanat enim dissolvitur, interit ergo; Dispertita ergo per caulas corporis omnes, (Ut cibus in membra atque artus cum diditur omneis) Disper- rit,* &c. Sed obstat *ἀπόδοις*, quæ mox sequitur. At vs. 756. similiter, 'Quod mutatur enim dissolvitur: in- terit ergo. Trajiciuntur enim partes,' &c. *Preig.*

*Per caudas]* Per inania, per foramina, et meatus. *Lamb.*

*703 Diditur]* Distribuitur, dimanat, diffunditur: non, ut vulgus, *dividitur.* *Lamb.*

*704 Disperit, atque aliam, &c.]* Cum cibum oporteat esse similem ei quod alitur, si futurum est, ut aliat: tum denique autem sit similis, cum concoctus fuerit: ante quam autem concoquatur, contrarius sit ei, quod alendum est: necessario cibus in aliam naturam commutari debet prius quam alere possit; quoniam, nisi commutetur, concoqui non potest. *Lamb.*

*Sufficit]* Snpeditat, subministrat, præbet, *ωπλῆει.* *Lamb.* Substituit, subjicit, suppeditat. *Faber.*

*710 Quæ tunc peritat partita]* Quæ tunc corrumpitur, cum est didita et distributa per artus: quemadmodum diximus cibum disperire et commutari ante quam alere possit animantem. Cum libri omnes manuscripti habeant, *quæ tunc peritat partito, &c.* ego hac tertia editione sic edendum curavi, in prima editione cod. vulgatos secutus, cum satis habuisssem lectorem de scriptura veteri admonere. *Lamb.*

*Peritat]* Cum veteres libri omnes ita habeant, vulgatam, *peritit,* retineri non debuit. *Gif.*

*718 Semina præterea linquantur]* Aliud argumentum, quod constat dilemmate, hoc modo: Cum anima excedit e corpore, aliquando sui semina relinquit in corpore, an tota abit, nullis relictis sui in corpore reliquiis? si eam aliqua sui semina relinquere dices; ergo non abit incolumis, neque integra: sin nulla prorsus: unde nascuntur vermes in cadaveribus? *Lamb.* Decimum nonum vs. 28. Si anima dicedens e corpore quasdam sui particulas in eo relinquat, dissolubilem arguunt delibate particule: si non relinquat, reddi causa nequeat quamobrem tot vermes gignantur in cadavere; cum dicere quidem tot animas eo confluere extrinsecus unde

una excesserit, perabsurdum sit, ac magis adhuc, dicere unamquamque aut deligere semina, ex quibus fabricetur sibi corpus proprium, ut ea patiatur incommoda, quæ sine corpore esse nequeant, aut subire in corpus jam elaboratum, cum quo connecti intime, et consentire non valeat. *Creech.*

*715 Haud erit ut merito]* *Ὁὐκ ἔστιν ἔως,* non poterit contingere, ut, &c. sic l. 614. 'Non erit, ut distent.' *Lamb.*

*716 Quoniam libata]* Libata, i. e. deminuta. Tralatio est a libaminibus, in quibus de vino quod libatur, i. e. funditur, aliquid detrahitur. quidam tamen legunt *limata,* ut sit tralatio a lima. Alii *librata* legi malunt: 'librata' autem interpretantur delibrata, i. e. extennata, et deminuta, ut inf. 1101. 'nec delibrare valeamus Tempore de mortis.' *Lamb.*

*Libata]* Ita omnes libri. *Gifan.*

*717 Sin ita sinceris membris ablata profugit]* Error est: non enim id agitur nunc, Utrum, cum anima abit, integra remaneant membra; (quis enim ea de re unquam dubitet?) sed, Utrum anima, cum abit, deminuta sit parte, et libata recedat. Vin' ta questionem, uti ab ipsomet Læretio formata et concepta est, audire? En tibi: 'Semina præterea linquantur, necne, animal Corpore in exanimis?' Cetera tute ipse legere poteris me quiescente, me tacente. Quamobrem invitis et reclamantibus omnibus legendum est: *Sin ita sincera ex membris ablata profugit.* *Sincera* est integra, et libata; (quod versus sequens ostenderit, 'Ut nullas partes in corpore liquerit ex se.')

Adde're poterunt *ἐπιπυροῦ* et locum illum qui ante occurrat: *Scinditur atque animæ quoniam mortalis habenda est.* *Fab.*

*719 Unde cadavera vacenti, &c.]* Secutus sum codicem Vaticanum, et Bertinianum, et Memmianum, et ple-



rosque impressos. nam in Faërn. et Tettiano, et nonnullis impressis legitur, *Unde cadavere, rancenti jam viscere, vermes Exspirant?* Hujus autem scripturæ, quam sæcutus sum, videtur mihi probabilior ratio reddi posse, quam alterius. Si anima (inquit) e corpore ita sincera et integra excessit, ut nullam sui partem in eo reliquerit; unde cadavera e viscere rancenti vermēs edunt? atque ita ‘vermes’ erit legendum in quarto casu, et ‘expirant’ significabit actionem quandam: ut 2. 354. ‘Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.’ et 4. 123. ‘Præterea quæcunque sno de corpore odorem Exspirant acrem.’ ibid. 704. ‘Tum flammam tætro spirantels ore Chimæras Pascere natram,’ &c. et *exhalat* apud eundem, 5. 254. ‘Pulveris exhalat nebulam.’ Si quis tamen alteram scripturam probabit magis, non repugnabo. Quod autem ad vermium, qui in corpore ex animo nascuntur, rationem pertinet: partim in visceribus nascuntur ex putrore et reliquo animalis recens mortui spiritu: ut docet Aristoteles de Hist. Anim. v. 19. partim a muscis ingenerantur: quod et Homerus indicavit illis versibus, qui sunt *Ἰλ. τ. 23.* ubi Achilles, acceptis a Thetide matre armis Vulcanis, ante quam eis accinctus atque instructus in certamen prodeat, orat Thetidem, det operam, ne corpus Patrocli mortui a vermibus deformetur, atque inquitur, quos muscæ vulnera subeuntes generarint. Sic Homerus: *ἀλλὰ μὲν ἄνω δειθῶ, μή μοι τόφρα Μενoitῶν ἄλκιμοι υἱὸν Μνίας καθῆσαι κατὰ χάλκον ὄπους ἑταίρας Εἰλάς ἐγγέτωται, δευσι-σσοὶ δὲ νεκρῶν, &c.* *Lamb.*

*Cadavere*] In allis: *cadavera*; *vivere*. Mallem ego: *vivere*; sed obstat, *Exspirat*; quod verbum mihi valde suspectum est. Verum, ut dixi, *cadavera*, etiam bonum est. *Gifan.*

720 *Exspirant*] ‘Vermes expirare’ idem plane quod Græcis *ἐκφέω σκώ-*

*ληκας*, uti in sacris *Exod. 16. 20.* apud *LXX.* occurrit, et Phrasi Hebrææ, non minoris, ut ita dicam, significantiæ respondet; ex Luciano, adducunt *ζέας σκωληκῶν.* *Preig.*

721 *Exos et exsanguis, &c.*] Arnobius lib. 4. ‘Si omnino non essent apes ullæ in terris, aut si exos humanum genus, velut quidam vermiculi, nasceremur, dea Mellonia non esset, aut Ossilago solidatrix ossium nomen proprium non haberet.’ Nonius hunc versum profert in nomine ‘exos.’ *Lamb.*

*Exsanguis*] Si insecta omnia exsanguia sunt, ut docet Aristoteles I. 6. de historia anim. et item alibi: multo magis vermes; ex quibus magnam partem insecta nascuntur. *Lamb.*

721 *Tumidos perfl.*] I. e. per tumidos artus fluctuat. ejusdem generis est illud Horatianum *Epist. 1. 1. 7.* ‘Est mihi purgatum crebro qui perosnet aurem,’ &c. *Lamb.*

722 *Quod si forte animas*] *Ἀθνηοφορά.* At dices (inquit) fortasse animas extrinsecus in vermēs insinuari. Primum absurdum est dicere tot millia animarum eo convenire, unde unica anima decesserit: deinde quærendum et in controversiam vocandum est, utrum animæ captæ et exquirant primordia vermiculorum, et ex iis ipsæ sibi corpora fabricentur, an in corpora vermiculorum jam perfecta ingrediantur. dilemma est. Hanc autem versum, et eam qui proxime sequitur, profert Nonius Marcell. in voce ‘priva:’ et docet, antiquos ‘priva’ dixisse pro singulis. *Lamb.* *Ἀθνηοφορά.* *Gifan.*

723 *Et priva in corpora posse venire*] Veram lectionem nequaquam dubito, quin suppeditet nobis marg. nost. qui habet: *et priva si. cujus vestigia Pii illa repræsentat, in var. lect. lego itaque: Quod si forte animas extrinsecus insinuari Vermibus, et priva si in corpora posse venire Credis.* Nimio sæpius variatum constat, quo-

ties talis aliqua, ut posterior in 'priva' hoc loco, syllaba producenda veniebat. 'In priva corpora,' i. e. in propria, ita ut unaquæque summi, sibi proprium destinatum, aptum ingrediatur. Repetitio particulae 'si' notat bipartitam proponi adversariorum objectionem seu sententiam. *Preig.*

726 *Et in discrimen agendum*] I. e. et in controversiam vocandum, ἀποσβεστικόν. *Lamb.*

728 *Ipsæque sibi fabricentur, ubi sint*] Et ipsæ sibi domicilia fabricentur, in quibus habitent. *Lamb.*

729 *An jam corporibus perfectis*] Sic legendum, ut vestigia scripturae veteris indicant, non, ut vulgo, *An quasi corporibus perfectis insinuantur.* *Lamb.*

730 *At neque, cur faciant*] Prior pars dilemmatis: At neque licet dicere, cur ipsæ sibi domos fabricentur. 'Suppeditat,' i. e. suppeditatur, aut suppetit, licet. *Lamb.*

731 *Neque enim, sine corpore*] Ratio, quare animæ ipsæ sibi domos non fabricentur: quia (inquit) sine corporibus non ægrotant, non algent, non esuriunt, his enim incommodis corpus quidem afficitur, animus autem liber est. *Lamb.*

732 *Algoque*] Ita omnes libri, et Nonius. Lambinus mavult, *algu.* Gifan.

*Algoque*] Priscian. lib. 5. aut vetus nescio quis apud eum grammaticus, in extr. docet usurpari a Latinis *algor*, *ls*, in tertia inflexione, et *algu*, *us*, in quarta: ut minime dubitandum sit, quin ita legendum sit, non *algoque*. Nam quamvis sic habeant libri manuscripti, nihil hoc me movet, cum sciam librarios illos sæpe pro *u*, et *u* pro *o* scribere solitos esse. Adde quod Sosipater Carisius libro primo notat, 'algu' dictum esse a Latinis, profertque locum ex Plauto in Rudente, 2. 7. 24. 'tu vel suda, vel peri algu.' Idem ille gram-

maticus apud Priscianum citat alium locum Plauti in Vidularia: 'Inopiam, luctum, mærorem, paupertatem, algum, famem.' Obstat his Nonius, qui hunc locum proferens legit, *algoque, fameque*: docetque, 'algu' pro algore usurpatum esse a veteribus. Ego hoc tantum respondere possum, vel Nonium usum esse corruptis libris, vel ipsum Nonium esse mendosum, atque apud eum legendum *algu* pro algore, et locos omnes, qui ab eo proferuntur, sic esse restituendos. *Lamb.*

*Fameque*] *Fame* hoc loco quintæ inflexionis est, non tertiæ: at apud Virg. *Æn.* 6. 421. 'Objicit. Ille fame rabida tria guttura pandens.' *Lamb.*

733 *His vitis adfne laborat*] Cum semper antea hic locus, ut est in libris omnibus scriptus et impressus, in quibus ita legitur, *vitis ac sine laborat*, me offendisset: (alieno enim loco et tempore de fine, i. e. morte, sermo a Lucretio habebatur, quia de incommodis tantum, quæ animus perpeti cogitur, dum est in corpore, hic agitur:) in secunda editione libros veteres, quos etiam tunc penes me habebam, consului; quos non habebam, eorum scripturas in uno meo libro impresso repræsentatas relegi, maxime ad hunc locum. In quibus cum varietatis aut dissimilitudinis nihil reperissem: nisi quod in Bertiniano scriptum reperi, *his vitis ac sine laborat*: ego primo non animadverti, neque attendi, quid hæc scriptura significaret, quidve boni contineret. aliquot post mensis. cum animi relaxandi causa Arnobium relegerem, et ad eum locum pervenissem, ubi animarum incommoda enumerat, quæ, quamdiu corporibus inclusæ atque irretitæ tenentur, perferunt; libuit mihi hanc ipsam disputationem Lucret. de animab. seu animis cum Arnobiana comparare. Quo facto, continuo conieci hic *adfne* esse legendum, facili mutatione ex *t* in *d*, et

sententia plana, et genere loquendi Latinis usitato, atque eleganti. Quod cum, editione secunda jam absoluta, evenisset, neque res jam integra esset; non ita multo post cognovi, hoc idem cuidam homini pessime de me merito, eidemque tamen nulla unquam injuria a me lacessite, ut quem ne natum quidem esse sciebam, in mentem venisse: aut certe, illum, cum alteri fortassis in mentem venisset sibi arrogasse, atque adscripisse. hoc enim factitare consuevit, ut ab iis accepi, qui eum bene norant. propter causam supra a me commemoratam, hanc hujus loci emendationem, mea sententia, certam et dubitationis expertem, pro mea venditare nolui, sed suo auctori, qui princeps eam excogitavit, quisquis sit, reddendam existimavi. Dictum autem est per-eleganter 'affinis vitilis,' pro particeps vitiorum, vel alligatus et obnoxius vitilis. Sic Ter. in Heautont. 2. 1. 3. 'earum rerum affinis, quas fert adolescentia:' sic M. Tull. 'affinis faciori et turpitudini:' sic Livius, 'noxæ affinis.' Jungitur enim cum generandi vel cum dandi casu, *adiaphoros*. Sic autem dictum 'vitiis affinis laborat,' at illud 1. 344. 'motu privata carerent.' Lamb. Ita (*ad-fine*) conjectura ductus restitui. Vulgati: *et fine*. Gifan. in Ed. alt. tantum.

734 *Et mala multa animus contagæ, &c.*] I. e. et animus fungitur, seu fert, et patitur multa incommoda, contagione corporis. Sic autem restitui hunc verum, cum mendosus esset in vulgatis, in quibus ita legitur, *Et mala m. a. contagia fung. ejus*: cumque reperissem in quattuor manuscriptis, *contagæ*. Nam 'contagi' pro contagæ in sexto aut septimo casu eadem ratione dictum est, qua 'parti,' 'colli,' 'voel,' et similia, pro parte, colle, voce, &c. Jam 'contagæ' idem valet quod contagium, ii, sen contagio, nis. Utitur eod. nomine 4. 336. 'Quæ contagæ sua pal-

*Delph. et Var. Clas.*

loribus omnia pingunt.' Utitur et Arnob. lib. 7. 'Temporibus quondam civitatis et reip. duris, vel qua lues infesta faciebat continua populum contagæ conficiens: vel quæ,' &c. Constat tamen 'contagium' et 'contagio' esse usitatiora. idem Lucret. sup. eod. lib. 472. 'Quandem quidem penetrant in eam contagia morbi.' Virg. Ecl. 1. 61. 'Nec mala vicini pecoris contagia lædeat.' et Georg. 3. 469. 'Dira per incautum serpent contagia vulgus.' De contagione Festus scribit, 'contagio' dicendum potius, quam 'contagium.' Itaque illo potius, quam hoc utuntur oratores. Lamb.

*Contagæ fungitur ejus*] Ita omnes Veteres. Marullus: *contagia*. Lambinus: *contagi*. Gifan. Leg. *contagi*, cum Lamb. quicquid contradicat Gif. Nam in 4. 337. corripitur 'contagæ.' Preig.

735 *Sed tamen his esto, &c.*] Sed tamen demus, quantumvis esse his utile corpus sibi fabricari eo ipso tempore, quo in corpus introire debent. at nulla via patere videtur, vel nullus modus apparet, quo modo id possint. concessio est ejus rei quæ facultatem non habet, et quæ est *adiaphoros*. Lamb.

*Quantumvis utile*] Quantumvis utile. Creech.

*Sed tamen his esto quamvis facere utile corpus, Quom subeant*] In posteriori versu legendum, *Quod subeant*; uti ingeniose et vere conjecit \*\*\* amicus meus, qui se præ modestia appellari noluit. Faber. *Quod subeant*: Faber, recte: olim enim ita scriptum, inde *Quom*, et tandem *Cum*. Creech.

736 *At qua poss. &c.*] At via nulla videtur, qua via possint sibi corpus fabricari. Lamb.

738 *Nec tamen est ut jam perf.*] Sic restitui, ab antiquis et manuscr. codicibus ad veram (nisi fallor) scripturam quasi manu ductus. Nam sic

4 M

*Lucret.*

habent codices Faërn. et Tettian. *Nec tamen est, ut qui eam:* Vaticanus autem sic, *Nec tamen ut qui eam:* Bertinianus, *Nec tamen ut qui cum perfectis.* quas scripturas omneis nemo non videt esse depravatas, ita tamen, ut redoleant quædam germanæ scripturæ vestigia. Nam cum ita a Lucretio scriptum esset, *Nec tamen est, ut jam perf. ꝥc.* vel sic, *Nec tamen est, qui jam perfectis, ꝥc.* Primo sic fortasse hæc scriptura depravata fuit, *Nec tamen est ut eam.* deinde sic, *Nec tamen est, qui eam:* deinde, *Nec tamen est quasi jam, ꝥc.* cum singula capita eorum qui sibi aliquid intelligere viderentur, singulas mutationes et varietates excogitarent. Ego, ne quis dicat, me, quod in aliis peccatum reprehendo, id ipsum peccare: primum antiquorum librorum scripturas oculis lectorum subjicio: deinde ex iis scripturis unam elicio, quæ et ad illas proxime accedat, et elocutionem Lucretianam oleat, et, quod caput est, sententiam cum iis et quæ antecedunt, et quæ sequuntur, consentaneam exprimat. Quod igitur ad elocutionem attinet, sæpenumero admonimus ita Lucretium, et alios scriptores Latinos loqui solere, 'est ut,' et 'non est ut,' pro 'fieri potest ut,' et 'non potest fieri ut:.' quod Græci dicunt, *ἔστιν ὅπως*, et *οὐκ ἔστιν ὅπως*. Est autem hæc altera pars dilemmatis. *Lamb.*

*Ut qui jam perfectis]* Sic vet. libri. In quibusdam: *est, ut.* Tò est irrepit. In quibusdam: *ut qui cum perfectis.* Gifan. in ed. pr.

*Est qui perfectis]* Hæc verissima scriptura. In quodam veteri: *ut;* quod e glossa *τοῦ qui.* Ut τὸ est irrepit. In quibusdam: *ut qui cum perfectis.* Gifan. in ed. post.

739 *Neque enim poterunt]* Ratio, quare non fit verisimile, animas ingredi in corpora jam perfecta. Quia (inquit) si ita esset, animæ non essent subtiliter et examussim cum cor-

poribus connexæ, neque fierent contagia ex consensu corporis et animi. *Lamb.*

740 *Neque consensus cont.]* Neque per consensum fiet contagia: *Ὅτι τοῖς σῶμασι ἐνυπηρετοῦται αἱ ψυχῆαι, ὁδὸν τοῖς ψυχαῖς τὰ σῶματα:* i. e. 'Neque cum corporibus afficiuntur animi, neque cum animis corpora.' quod fieri videmus. *Lamb.*

741 *Denique cur acris vitol.]* Hujus argumenti hæc vis est: Si animi essent immortales, et ex aliis corporibus in alia corpora migrarent; non essent animantium cujusque generis propria quædam ingenia, propriique mores: sed essent permistis et confusis moribus. Atqui videmus, leones esse iracundos et violentos natura; vulpeis dolosas; cervos timidos et fugaceis, et ita de ceteris sentiendum: ergo, &c. *Lamb.* Vigésimum vs. 29. Si animæ istæ immortales toties hactenus commutatas animalium corpora (Pythagoram et Platonem urget) deberet sensim esse immutata animalium indoles; sicque jam leo esset non ferox, cervus non timidus, vulpes non dolosa, jam canis cervum fugeret, accipiter columbam; bruta saeperent, et homines desperent; quippe anima columbæ accipitri, anima bruti homini, et vice versa, sæpe jaugeretur. Siquis vero dicat animarum indolem una cum corporibus mutari, easque cujuscunque generis sint, induere eos mores, qui istis corporibus conveniant, nihil amplius requirimus. Quicquid enim mutari potest illud mortale est, cum in omni mutatione sit partium trajectio, atque ideo dissolutio. Sin vero affirmet animas, exempli causa, humanas immigrare solum in humana corpora; cur illa anima, quæ modo in homine adulto sapiens vixit, in puerum infusa desipit? An in tenero corpore tenerascit animus? tum mutatur; et nemo sanus asseret rem tantopere mutatam immortalem esse. *Creech.*

*Triste seminum*] Crudele, noxium; Virg. Ecl. 3. 80. 'Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.' Creech.

742 *Dolus vulpibus*] Hanc scripturam in veteribus nostris reperi. In quibusdam libris, *vulpes dolus*; in quibusdam libris, *cervos*; male. Varietas nata est ex vs. Inf. 861. lib. 5. Hoc sæpe deprehendi et aliis multis locis. Voluit interdum copiam ostentare Poëta. Hoc alii non observaverunt. *Gifan*.

*Dolus vulpibus*] Sic reperi scriptum in duobus cod. manusc. atque ita melius carrit oratio et sententia. Nam alii libri habent, *vulpes dolus*? Hanc scripturam, quam secutus sum, simia illa se in suis libris reperisse jactat, quasi ejus restitutor. *Lamb*.

*Et fuga cervis A patribus datur*] Secutus sum vulgatam: nam manuscripti sic habeat, *et fuga cervos*. unde doctus quidam suspicabatur, hunc versus, *A patribus datur, et patris p. inc. aris*, esse interjectum et alienum, non poëtae. nam eo sublato, et servata ea scriptura quam reperitur in libr. manuscriptis, præterquam quod legendum esset, *vulpes dolus*, ut est in vulgatis et nonnullis calamo exaratis; sententia constaret: ut totus hic locus sic legatur, *cur acris violentia triste leonum Seminum sequitur, vulpes dolus, et fuga cervos? Et jam cetera de gen. &c.* Verum tamen judicet lector eruditus. Nam quod ad me attinet, sic puto legendam, ut excludendum curavi: neque tamen alteram lectionem damno. Est enim valde concinna et venusta. Sed hæc quoque est perelegans, et Lucretio digna. *Lamb*.

744 *Et jam cetera de genere hoc*] Crebro ita loquitur, et sæpenumero hoc versus principium reperitur, *Cetera de genere hoc*: ut supra hoc eod. lib. 480. 'Et jam cetera de genere hoc, quæcumque sequuntur.' et 5. 843. 'Cetera de genere hoc monstra, et

portenta loquuntur.' et 6. 248. 'Cetera de genere hoc qua vi facere omnia possint,' &c. quod imitatus est Horat. Sat. 1. 18. 'Cetera de genere, adeo sunt multa, loquacem Delassare valent Fabium.' *Lamb*.

*Cur omnia membris*] Cur omnia in membris. *Lamb*.

745 *Ex ineunte ævo ingenerascunt*] *A genero, as, fit generasco*, ut a labo, as, labasco, ab integro, as, integrasco. quidam tamen hoc loco legunt *grandescunt*, i. e. crescunt, a quibus dissentio. *Lamb*.

*Inque genuntur*] Et in membris ingenuuntur, seu ingignuntur. sic autem restitui, conjectura ductus: nam vulgata et recepta scriptura *ingenioque ferri non potest*. Hoc enim quærit Lucretius, Quomobrem sui cujusque corporis sunt mores, et sua ingenia, et sui habitus, et suæ affectiones animorum? cur leones sunt iracundi, vulpes dolosæ, cervi fugaces et timidi? cur ceteri similes animorum affectus et habitus omnes ex ineunte ætate ingenerantur in membris et corporibus, nisi quia certa vis animi, certa que affectio nascitur in certo corpore, et certis principiis, ex quibus corpus concretum et conflatum est? Nonne igitur nunc inepte loquatur Lucretius, si ita postea quærat, cur certa ingenia, et certi mores in certis ingenii gignuntur? quod voluit isti hebetes. Non enim ex ingenio cujusque ingeneratur dolus aut pavor in animalibus: sed contra mores, et ingenium, et affectus, i. e. vel dolus, vel pavor, vel iracundia, et similia in membris animalium ab ineunte ævo ex seminibus et primis corporculis cujusque propriis innascuntur et ingenerantur. *Lamb*.

*Generascunt, ingenioque*] Sic omnes libri. Lambinus tamen: *inque genuntur*; male. *Gifan*.

*Ingenerascunt, inque genuntur*] Illud prius habet aliquid latius, et quod ad

speciem pertinet magis; at ingenuum, ad singularia, seu individua, ut vocant. *Faber.*

746 *Semine seminioque*] Hisdem fere vocibus haud tamen idem dicit, 'semen' enim materia est genitalis, et ipsum *ovéπua*; 'Seminium' vero solem significat et generis propagationem, ut 'leonum seminium' superius vs. 743. ut recte observatum Turneb. Adv. 21. 2. sed quod idem velut ex Lucret. lib. 2. citet, 'Hæc aliquo sine semine graviore coorta est.' vereor ut doctissimum virum memoria fefellerit. *Hav.*

747 *Cum corpore toto*] Sic habent lib. manuscr. vulgati autem, *cum corpore quoque*. quamquam infra non longe ab hoc loco, ubi et hic versus et superior iterantur, scriptura codicum veterum nihil a vulgata discrepat. *Lamb.* Ita (*toto*) veteres libri. In quibusdam tamen: *quoque*. Et ita vulgati. Hoc natum est ex vs. 765. Vide et sup. vs. 634. et inf. vs. 800. *Gifan.* Rectius ille qui legit *Corpore quoque*, ut vs. 765. et vs. 770. *Creech.* Si ita legas, erit pro quocunque. *Hav.*

749 *Permistis animantes moribus essent*] Hoc illud est (opinor) quod dicit Aristoteles eo quem supra protulimus loco, suam cujusque rei esse formam: quo significat, suam cujusque corporis esse animam. qui autem aliter sentiunt (inquit ille) simile quiddam dicunt ac si dicerent, artem fabricandi in tibus intrare posse. oportet enim, ut artem suis ac propriis instrumentis; ita animam suo uti corpore. *Lamb.*

750 *Hyræno de semine*] Cæcis (inquit) ex semine tigris Hyrcanæ conceptus atque editus, cervum fugeret, nedom persequeretur. Virg. *Æn.* 4. 367. 'Hyrcanæque admorunt ubera tigris.' *Lamb.*

753 *Desipèrent homines*] Homines mentis et rationis expertes essent. *Lamb.*

755 *Flecti*] Mutari. *Lamb.*

756 *Quod mutatur enim*] Sic sup. 518. 'Nam quodcumque suis mutatum finibus exit, Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.' *Lamb.*

758 *Quare dissolvi quoque, &c.*] Deletis duobus hisce versibus, integra foret sententia, et argumentum satis explicatum. *Creech.*

759 *Denique ut intereant*] I. e. ita ut tandem intereant. *Lamb.*

761 *Tamen quarum*] Sic habent tres libri manuscr. vulgati, *quæres*: minus recte. *Lamb.*

*Cur e sapienti, &c.*] Videmus enim, etates alias esse prudentiores, ut senectutem adolescentia: homines etiam alios alii esse sapientiores. 'homo homini quid præstat?' inquit ille. Cicero in Catone: 'Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.' *Lamb.*

762 *Nec prudens sit puer ullus*] Cum prudentia versetur in rebus singularibus, res singulares autem usu cognoscantur: puer autem non possit esse usu peritus, sed numerus annorum, et longitudo temporis usum afferat: puer prudens esse nullo modo potest. Aristot. lib. 6. de Morib. ad Nicom. *Lamb.*

763 *Quam fortis equi vis*] Sic loquitur sup. vs. 3. 'Consimile in curam possint, ac fortis equi vis.' 'fortis equi vis,' i. e. fortis equus, *εὐπίππυς*. *Lamb.*

765 *Vis animi pariter*] Delet hæc versus Mas. Marg. not. sed præter rationem. Vid. et supra 747. *Freig.*

766 *Tenerascere*] Teneram esse. sic enim interpretatur Nonius Marcellus, atque hunc versus præfert et Diomedes lib. 3. Sic autem Homerus de pueri ingenio et mente, ἀνάλα φρόνη, ut supra retulimus. *Lamb.* Ita 1. 262. 'novellas mentes,' ut et Tertulliana. Horat. Od. 3. 24. 52. 'Et teneræ nimis Mentis asperioribus Formandæ studiis.' Melius multo, si pro *forman-*

da scripsisset *duranda*. Ab eadem ratione 'teneros annos' dicebant. Hic vero emendandis etiam Publii Ovidii locum quemdam in Epist. Phædræ ad Hippolytam vs. 26. 'Ars fit ubi a teneris crimen condiscitur annis; Quæ venit exacto tempore, pejus amat.' Legendum est, *Cui venit exacto tempore, pejus amat*. Antea dixerat vs. 20. 'Venit amor gravior, quo serius: urimur intus, Urimur, et cæcum pectora vulnus habent. Scilicet ut teneros lædunt juga prima juvencos, Frænaque vix patitur de grege captus equus. Sic male, vixque subit primos rude pectus amores.' Sensus est, Ubi amor a teneris annis addiscitur, (nam 'crimen' hoc loco, ut alibi, atrocis significationis non est,) facite in artem, sen habitum transit: at illa, seu ille, pejus (i. e. gravior et miserius) amat, cui ars venit (a quo ars addiscitur) exacto tempore. Erit autem operæ pretium videre quantopere se illic torqueant Interpretes et a vero abeant. Sed quando semel a via degressus sum, aliam locum in eadem Epistola ostendam vs. 86. qui et ipse corruptus est: neque ab ullo editore animadversum vitium fuit: postremus certe, quem inspexi, quamquam in eo mirifica quædam diligentia est, non vidit. 'Tu modo duritiem silvis deponere jugosis, Non sum materia digna perire tua.' Sensus esse alius non potest quia hic: 'O formose, duritiem istam tuam deponere, neque enim digna sum quam materia tua tam misere perdat.' Quid istur, inquit, *materia tua me perdit?* Nihil, inquam, et tamen ita usque adhuc lectum est: sed, opinor, non ita in posterum fiet. Certa enim emendatio, et sole ipso clarior est, quæ jam a nobis proponetur. *Tu modo duritiem silvis deponere jugosis; Non sum duritia digna perire tua*. Verum porro pergamus. In Epistola 5. 86. quæ ab CEnone ad Paridem scripta est, legitur, 'Digna que sum et cupio fieri

matrona potentis; Sunt mihi, quas possint sceptrâ decere, manns.' Qui sapiunt, mirabor, si priorem versum probabunt: legendum arbitror, *Digna que sum fieri regis matrona potentis; Quod scilicet versu sequenti confirmat; namque 'Sunt mihi quas.'* Epistola autem 6. vers. 11. 'Dus tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti, Me quoque jam tales inter habere potes.' Hoc a nemine intelligi scio, neque adeo potest. Lego emendatione certissima, nisi bene fallor, *Me quoque jam matres inter habere potes*. Videlicet ex Jasone geminam prolem suscepit Hypsipyle; quod versibus sequentibus firmatur: 'Nunc etiam peperit: gratare ambobus, Jason, &c. Notus ille Terentii Adel. 4. 7. 10. locus: 'Natus puer est \* \* Diu vortant bene,' &c. Sed tandem hæc missa faciamus. *Faber*.

707 *Confugient*] Ita in Vetere nostro. Vulgati: *Confugient*; quod malim. Vide Indicem. Lambini scripturam, *Non fugient*, fugio. *Gif*.

*Non fugient*] Cum libri omnes veteres et recentiores haberent *Confugient*, præter admodum paucos: atque ex hac scriptura docti quidam fecissent, *confugient*, quo modo habent et nonnulli libri vulgati: ego ad veram lectionem, quasi man ductus, reposui, *Non fugient*: quemadmodum supra non minus probabili, atque adeo certa conjectura, ex *non fiet*, quod erat corruptum, feci *confiet*, 3. 418. 'Id quoque enim sine pernicie confiet eorum.' 'Non fugient' autem interpretor, non poterant negare, neque refutare: ut sup. 3. 925. 'tum præterea quod fugimus ante,' &c. sic autem necessario legendum est, non, ut vulgo, *confugient*. Hæc enim significat Lucretius. Non poterunt negare, mentem esse teneram in tenero corpore, verbi causa, mentem pueri bimoli, aut trimuli, non poterunt negare esse teneram et imbecillam. *Quod si jam fit*, i. e. si verum est men-

tem esse teneram in corpore tenero. ergo mortalis est. At si legatur *confugent*, aut *confugiant*, vide, obsecro te, lector, quid dicatur. *Confugient* eo scilicet, ut dicant, mentem tenerascere in corpore tenero. Quare hæc confugerent adversarii, cum hoc maxime negare debeant, cumque hoc unum Lucretius hoc loco probare et vincere velit, mentem una cum corpore crescere et decrescere, quo probato sequatur animum esse mortalem? supra hoc eodem lib. 446. 'Prætoræ gigni pariter cum corpore, et una Crescere sentimus,' &c. Nihil magis *confugent* ferri potest. uterentur enim eo ipso argumento, quo Lucretius eos oppugnat. Mirum est quosdam homines ita infelicitè esse natos, ut non solum cæci sint in luce clara, veram etiam, cum tales sint, ita se gerant, itaque se venditent atque ostentent, quasi sint Lyncei. Lamb. Malim, ut a Lambino emendatum est, *non fugient*, i. e. negare non poterant. Alii conjiciunt legendum, *confugent*. Faber. Al. *Confugent*. Lambinus *Non fugient*, i. e. non poterant negare. Hoc enim significat Lucretius, non poterant negare mentem esse teneram in tenero corpore, verbi causa, mentem pueri bimuli aut trimuli non poterant negare esse teneram et imbecillam: Quod si verum sit, mentem modo robustam in tenero corpore teneram fieri, ergo mortalis est. Et hæc suadent, ut malim *Non fugient*: ferri tamen potest *Confugient*. Cum enim alii dicant vs. 755. 'Animum mutato corpore flecti,' cur non alii, ut vim argumentorum evitarent, *Animam in tenero corpore tenerascere*, docerent? Et ista voce 'scilicet' sæpe utitur Poëta cum adversario effugium velit præcludere. Creock. Egregie marginalis noster: *Confugient*. Nimirum, ut sup. vs. 550. 'Et veluti manus, atque oculus, narsve seorsum Secreta a nobis nequeant sentire, nec

esse.' Ita nondum dicit, adversaries eo confugere, sed ut eo confugiant, concedit, aut potius cogit. Cæterum genus loquendi: 'Confugiant,' præ, confugiant eo, ut dicant, &c. notandum, ut singulare et elegans. Ne cui autem suspectum sit amplius, operæ pretium fuerit, similem prorsus significantiæ vim notasse, in verbo, quod cum maxime succurrit, Græco, prout apud Heliodorum in *Æthiop.* usurpatur; nempe ἀναστρέφω pro: 'erronee, seu 'per errorem credere, persuasumve habere.' 'eo usque decipi ac falli, ut credas.' *Locum* est, lib. 1. pag. ed. Bourd. 56. ἀναστρέφω δὲ, πρὸς ἑαυτὸν ἀναστρέφω, τὸ βάρβαρον ἴθως: κἀν ἐπιγυρῶ τῆν αἰσῶν σατηρίαν, προαναπτύξω ἑαυτὸν τὸ φίλον εὐθερὸν ἦτοι συνίστασθαι αὐταῖς καὶ μετὰ θάνατον, ἀναστρέφω, ἢ χροῖς πηλεμίας καὶ ἕβρου ἔκταρσιμον. Interpres Latinus in alia ibi omnia abijt. Sensus est: Barbaros pertinaces, ac triste genus hominum esse, &c. 'Ubi autem,' inquit, 'de salute desperaverint, in more iis positam est, ut tollant, et tanquam præambulum sibi neci dent quicquid carum habent, sive id secum unquam futuram etiam post mortem, erronee ac falso sibi persuadentes, sive a vi hostili et contumelia vindicantes, aut præripientes.' Oblitus fuerat interpres, quod pag. 29. melius exceperat: Ἦν δὲ ἔργον φαντάζομαι, τὰ πρὸς τὸν ἀναστρέφω. Pag. 346. tamen, ubi in eodem loquendi genere sibi constat Auctor nescio quas ambages rursus captat. Preig. Imo non modo alterum ex Mss. Lugd. Bat. idque optimum, expresse *confugiant* legit, sed et jam olim questus est Turneb. Adv. 30. 10. perversam fuisse hanc lectionem ab iis qui inmutant ea que non intelligunt. 'Atqui illud (verba Turnebi sunt) *confugiant*, bellissimum sentio et amœnissimum: hoc sensum scilicet: Illis hic receptum et hoc per fugium reliquum sit, ut di-



cant in tenero corpore mentem (sic) remolecere. *ἄραγε τίσις καταφείδοντα, τάστιν δηλονότι ἔξουσι τὴν καταφείδοντα.* Nam ita saepe numero auctores Græcos loqui, qui eorum literis tinctus est, et intelligit. Unum tamen et alterum locum proferam Demosthenis contra Aristogitonem, *εἰ μὴ εἰς τὴν τοῦ βίου μετρίτητα καὶ σωφροσύνην κατέφειγον.* Itorum: *εἰς τὸν αὐτοῦ βίου καταφείδεται ὡς σέφρανα καὶ μέτραν.* Hæc ille. quibus accedo iubens, nam et apud Plautum legitur in Mostell. 5. 1. 49. 'Quia id enim maxime volo, ut illi istoc confugiant.' Agitur quidem ibi de ara, ut præsidio miseris; sed et hoc argumentum ut aram et sacram anchoram, quo perdita re confugiant, Poëta considerat. *Hæc.*

*Quod si jam sit*] Si mens in corpore tenero tenera est, in valido autem sit valida: ergo anima mutatur: si mutatur, ergo mortalis est. *Lamb.*

770 *Quæ modo poterit, &c.*] Post pugnam summis viribus magnaque animi intentione depugnata, et fugatos, uti opinatur, adversarios, argumenta quædam levis armaturæ tanquam ad prædam colligendam emittit. Primum autem vs. 7. inquit unde anima adultam corpus tam impotenter deperiret, et votis suis omnibus optaret? Unde etiam membra senio confecta fugeret, et exire properaret? Immortalis enim sit, et nunquam teneri corporis imbecillitatem, aut senescentis ruinam metuet. *Creech.*

771 *Florem*] *Ἄκμην.* sic sup. 1. 565. 'quibus possint ævi contingere florem.' *Lamb.*

772 *Vis animi, &c.*] Hunc versum quidam Codd. non agnoscunt. *Creech.*

773 *Quidæ foras sibi*] I. e. aut quid sibi vult, quod anima exit e corpore senectute confecto? *Lamb.*

*Senectis*] Senio confectis, aut certe affectis. *Plant. Aulul. 2. 2. 75.* 'quem senecta ætate ludos facias.' *Lucret.*

5. 884. 'Post ubi equum validæ vires ætate senecta, Membraque deficient,' &c. et item sæpe. *Sallust. Hist.*

4. 'Omnes, quibus ætas senecto corpore animus militaris erat.' ex *Prisciano lib. 9. sub extr. et 10. non admodum longe a princip. Lamb.* In vet. quibusdam libris *senectæ.* *Gifan.* Senectute confectis. *Senectus, a, um;* ut 'ætas senectæ.' *Faber.*

776 *Sunt immortali*] In quibusdam libris *jam mortali.* Forte legendum: *sunt jam immortali.* *Gifan. ed. prima.* Quorum postremum in posterioris contextum recepit.

*At non sunt jam immortali*] At, si anima est immortalis (inquit) non debet metuere, ne aut ruina domus obruatur: aut quovis alio incommodo afficiatur. Non celabo lectorem, ita scriptum esse in codice *Bertin.* *At non sunt jam mortali:* unde suspicatus sum esse legendum, *At non sunt jam immortali, &c. i. e. at jam, si anima immortalis est, nulla ei pericula imminet.* Quæ lectio longe concinnior est, quam vulgata. Hæc cum in prima editione scripserim, *Thrasones* arripuerunt, nunquam fecerunt. Ego igitur quod meum est, meo jure repeto ac recuperō. Itaque sic nunc edendum curavi, cum in libris vulgaris legatur, *At non sunt immortali, &c. Lamb.*

777 *Denique concubia ad Veneris*] Quidam libri habent, *Si non concubia ad Veneris.* *Lamb.* Secundum vs. 8. docet ridiculum esse credere animarum quasi examen circumstare ad coitus partusque animalium, et de insinuatione in corpus inter se mutuo contendere, nisi forte conventum sit, ut primo advenientis sit conditio potior. *Creech.*

782 *Si non forte*] *Ἐλευσία* est. *Ridiculum est, inquit, animas, cum sint immortales, ad concubitus partusque animalium præsto adesse, et certare inter se, quæ prima earum in corpus recens et modo natum in-*

troant: nisi forte hæc inter se fœdera immeruat, ut corpora quæque sint primarum aduentium, atque ita deinde occupantium: quemadmodum valgo dicere solemus, qui prior sit tempore, omnem priorem esse jure. *Lamb.*

785 *Denique in æthere*] Hic versus cum duodecim deinceps sequentibus, iteratur lib. 5. non longe a principio. *Lamb.* Tertium vs. 16. observat, quod ut certa nascitur, crescendi, existendique regio definita sit rebus cæteris, ita quoque animo ipsi, ac proinde non magis possit extra corpus, in quo nascitur, crescit, et existit, degere, quam piscis extra aquam, quam arbor in aëre, aut in mari nebes. Quod vero cum toto corpore nascatur, crescat, et existat anima minime dubitandum est, quippe alias anima modo in capite, modo in humeris, imo calcibus formari, et iade per totum corpus sensum diffundi sentiremus. *Creech.*

*Non aequore in alto*] Alias, *non aequore saluo.* ut 5. 129. *Lamb.*

788 *Ubi quidquid crescat*] Sic legendum: *quidquid autem valet quidque, ut sæpe alibi.* *Lamb.*

790 *Et sanguine longius esse*] Quidam docti legunt etiam hæc loco, *longiter esse,* ut sup. 3. 676. 'Non (ut opinor) id ab leto jam longiter errat.' *Lamb.*

791 *Hæc si posset enim, multo prius ipsa animi vis In capite, aut humeris, aut imis partibus esse Posset, et innasci quævis in parte soleret: Tandem in eodem homine atque in eodem vase maneret*] Postremus illorum versuum inf. 5. 138. repetitur: sed et hic et illic mendosum esse arbitror, uti illos, qui tamen duobus in locis reperiebantur, ostendi superius mendosos esse. Facile autem confido fore, ut qui diligenter attenderit, fateatur ille legendum esse, *Tandem in toto homine aqua ut in toto vase maneret.* Est quidem in illo versus anapæstus: sed

ejus libertatis tot exempla sunt apud Lucretium, Virg. ceterosque poetas, præsertim vetustiores, iis ut profereendis supersedendum existimem. Ratio autem ita legendum suadet, cogit: Nam ex falsa suppositione, 'Anima primam in capite, aut humeris, aut imis calcibus esset; tandem in toto homine, nisi aqua in toto vase maneret.' Quemadmodum aqua quæ infunditur, primo partem infimam vasis, mox mediam, denique totum vas et universum ætros implet. *Faber in Emend.*

794 *Tandem in eodem, &c.*] Vide Emendationes. Si tamen males hoc referri ad illud argumentum, quod 5. 138. legitur, idem cum multis senties. Tu videris. Ego abeo. *Fab. in Not.* Hunc versum negligam interpretes. *Faber* legit: *Tandem in toto homine, aqua ut in toto vase maneret.* Est quidem in illo versus Anapæstus, inquit, &c. Hæc *Faber.* Quæ ingeniose quidem excogitata a veterum Codd. scriptura quam maxime absunt: et rejiciendus potius est iste versus, qui nihil profecto hic loci agit, quam talis emendatio admitenda. Aliquis tamen legit *Tandem in eodem homine, atque in eodem vase manere.* viz. *Soleret manere in eodem vase, i. e. in capite, humeris, aut calcibus: omnia displicent.* *Creech.*

795 *Quod quoniam in nostro, &c.*] Post vocem *corpore* tolle distinctionem, et lege conjunctum *constat certum, i. e. certum est.* *Lamb.*

798 *Genique*] Priscianus lib. 10. 'Gigno, genui: pro quo vetustissimi generi protulerunt, Varro Anabata: Sed quod hæc loca aliquid generant, &c. cujus infinitivum passivum Lucretius in 3. protulit, geni,' &c. *Lamb.* Ita hic omnes libri, et Priscian. lib. 10. *Gifen.*

801 *Quippe etenim mortale, &c.*] Quintum vs. 6. asserit summam esse demeritiam putare res adeo diversas ac sunt immortale et mortale con-

jungi posse, et rem mortalem (corpus) quæ cum separata sit a re ita immortalæ (anima) nullis incommodis aut malis objiciatur, unitam immortalæ tot doloribus et molestiis, quot homines quotidie experiuntur, affici.

*Creecb.*

802 *Consentire*] Συμπάσχω. *Lamb.*  
*Et fungi mutua*] Et mutuo path.  
*Lamb.*

808 *Quid enim diversius, &c.*] Sic Aristot. lib. 1. de Anim. 'Ἐπίπνον δὲ καὶ τὸ μίμνηται τῷ σώματι μὴ διαμένον ἀπολυθῆναι, καὶ προσέτι φανερόν, ἕπερ βέλτιον τῷ νῦν μὴ μετὰ σώματος εἶναι, καθάπερ εὐθέε τε λέγεσθαι, καὶ πολλοῖς συνδοκῆ. i. e. 'Cum grave autem et laboriosum est cum corpore animam commistam esse, neque ab eo dissolvi posse: fugiendum est, siquidem melius est animo non esse cum corpore copulatum, quemadmodum et dici solet, et multis videtur.' Sic Arnob. lib. 2. adv. Gent. idque multis verbis; quæ iccirco prætereo: sed locum mox indicabo. *Lamb.*

806 *In concilio*] In cœtu. *Lamb.*

*Sævas tolerare procellas*] Sexcentis casibus adversis jactari. Translatio ducta a mari. Lege Arnob. adv. Gent. lib. 2. de miseris atque ærumnis, quas perferunt animæ in corporibus humanis inclusæ, ibi: 'Nisi forte rex mundi idcirco ex se genitas hæc animas misit, ut, quæ fuerant apud se Deæ,' &c. *Lamb.*

807 *Prætoros quæcumque*] Utitur eodem fere argumento, et vero illudem versibus libro quinto ad probandam mundi interitum. Est autem argumentum ab enumeratione partium, hoc modo: Quæquid æterna est, aut eo æterna est, quia cum solido corpore constet, non possit ab injuria externa frangi aut dissolvi, ictusque omneis contemnat ac repellat; ejusmodi sunt corpuscula prima: aut quia sit intactum, neque ictus illos in se recipiat; ejusmodi est inane: aut quia nullus sit locus circum, quo

res possit diasparsi ac dissolvi; qualis est summa summarum, et rerum universitas. At animæ neque ita solidæ est, ut frangi non possit: quia rebus omnibus genitis admistum est inane: neque corpora desunt, quæ vim suam in animi naturam expromere, eamque conficere possint, cum sit corporea; neque locus deest, quo dispergatur. ergo animas non est immortalis. *Lamb.* Sextum vs. 23. ita se habet. Nihil est æternum et immortale, nisi aut ob soliditatem, ut atomus; aut quia plagæ est expert, ut inane; aut quia nullus est locus ex quo corpora advenientia diffingant, aut in quem partes illius solatæ excadant, ut (τὸ πᾶν) universum. Anima vero tale nihil est. Nam res est composita e seminibus, atque ideo non perfecte solida. Non est inane, quia afficit corpus, et ab illo vicissim afficitur: animam vero τὸ πᾶν universum esse nemo dixit: anima igitur est mortalis. *Creecb.*

814 *Neque ab ictu fungitur hilum*] Neque quicquam ab ictu patitur: sic autem restitui, manuscriptorum codicum auctoritatem secutus, cum in vulgatis legatur *frangitur*: in quibusdam etiam *figitur*: quod utrumque mendosum est, et ab indoctis depravatam, qui, quid sibi vellet hoc *fungitur*, nescirent. Hoc secuti sunt Thrasones, et ut sum ediderunt: aut, ne mentiar, taciti præbarunt: quod in aliis sexcentis fecerunt. *Lamb.* Ita Lambinus; nec *frangitur* admitteadum. *Creecb.*

818 *Diffugiat*] Diffugiat, nempe summa summarum. al. *diffugiant*, et ita vulgo. *diffugiant* autem, res subintelligit. *Lamb.* Viz. summa summarum. Alii *Diffugiant*: viz. partes summa summarum. *Creecb.*

*Quæ Possit incidere*] Quæ possit incidere in summam rerum. Utitur eodem verbo sup. lib. 2. 227. 'Incidere e supero levioribus.' *Lamb.*

820 *At neque (uti docuit)*] Removet

nunc et refellit tria illa, quorum uno aliquo posito posset esse anima immortalis: quo facto sequitur eam esse mortalem. *Lamb.*

894 *Proruerit hanc*] Fateor equidem in libris manuscr. legi *Corruere*, quemadmodum et in vulgatis. Verum tamen repositi *Proruerit*. Nam 'corruere' verbum est absolutum, nisi quod a Plauto videtur usurpari *ἐπεργητικός* in *Eudente* 2. 6. 58. 'me corruere posse aiebas divitias.' et item alibi. Verum non significat in illis locis evertere, aut percellere, quam verbi significationem hic locus postulat, sed una eruere, et colligere, *sen συναρπάζειν*: ut et apud Varon. de L. L. 4. 'Corbes ab eo, quod spicas, aliudve quid conruebant.' Apud Catullum autem in carmine ad Manlium, ubi vulgo legitur *corruerit*, legendum *torruerit*. vs. 54. 'Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia caram, Scitis, et in quo me torruerit genere.' quod mihi indicavit non ita pridem Turneb. cum ante suspicatus essem legendum *exercuerit*. *Proruerit* igitur hoc loco repositi, Lucretii sententiam secutus: quod significat longe lateque percellere et pervertere, ut apud Hor. Od. 1. 35. 13. 'Injurioso ne pede proruas Stantem columnam.' *Lamb.* Ita omnes libri: *corruere*. Lambinus: *Proruerit*. Gif. Codd. *Corruere*. Lambinus *Proruerit*, quoniam *Corruere* non usurpatur *ἐπεργητικός*: alii Lambino non credunt, dum vero eadem sit sententia, de syllaba litigent grammatici. *Creeck.*

*Violento turbine molem*] Hoc versus mente volutabat Virgilius, scribens *Æn.* 6. 726. 'Totamque infusa per artus Mens agit molem, et magno se corpore miscet.' *Hav.*

827 *Exspergi*] Foras dispergi et dissipari. *Lamb.*

828 *Perrire*] *Teneri*. Gif.

829 *Haud igitur leti, &c.*] I. e. non igitur mens immortalis est. Arno-

bis lib. 2. adv. Gent. 'Omnis enim passio leti atque interitus janua est, ad mortem ducens via, et inevitabilem rebus afferens functionem.' Idem eod. libr. 'Rursus vero si animæ leti adeunt januas (Epicuri ut sententia definitur) nec sic causa est competens, cur expeti philosophia debeat.' *Lamb.* Id jam sæpius; anima perit *ἄλοσχος*. *Fab.*

830 *Quod si forte ideo m.*] *Ἀρδύνοφορὰ*: qua occupat, quod dici poterat pro animæ immortalitate, nempe eam a rebus letalibus et mortiferis esse tutam, vel quia incommoda illa non sint prorsus a salute aliena, vel quia quæ ei eveniunt incommoda et noxia, prius repellantur, quam, quid noceant, sentire possit. Id igitur totum una eademque opera removet ac refellit. probatque esse falsam, cum a morbis corporis, quibus ipsa quoque laborat, tum ex ipsius animi propriis, dum et futurorum metu cruciatur, et præteritorum dolore, ac memore, et ceteris affectibus contabescit. Legendum autem est ita, at excendendum curavi, *letalibus* ab *rebus munita*: i. e. tuta ab ea parte, qua res letales eam lædere et perimere possent: non, ut vulgo, *vitalibus* ab *rebus*. Sic enim loquuntur Latini, 'a periculo tutus,' 'a frigore,' 'ab injuria cæli,' et similibus 'munitus.' *Lamb.* Septimum vs. 12. continetur. Siquis vero dicat animum vel esse adversus contraria munitum, vel quæ contraria adveniant ad ipsum usque non pertinere, vel si pertingant priusquam noceant repelli, id refutent corporis morbi quibus ipse etiam animus laborat: adde curas, metus pœnarum post mortem, conscientiam quæ impios fatigat, insaniam denique et lethargum, et fateberis animum a rebus perniciosis munitum non esse, at ab illis misere oppressum. *Creeck.*

831 *Quod letalibus*] Alii *vitalibus* inepte: ut et 'Picna salutis' in æ-

quenti versu. Creech.

882 *Aut quia non veniunt, &c.*] Hic vs. cum dnobus deinceps sequentibus, fuerant turpiter et fæde suo ordine et loco moti: eos autem in suum ordinem et locum restitui, a codicibus manuscriptis adjunctis: nempe post versum, *Quod letalibus, &c.* et ante versum, *Scilicet a vera longe, &c.* hoc enim ordine, et sic legebantur in omnibus libris, *Quod vitalibus, &c. Scilicet a vera longe, &c. Aut quia non veniunt, &c. Aut quia quæ veniunt, &c. Pulsa prius, &c. Præter enim quam, &c.* Ego tamen velim versum, *Aut quia non veniunt, &c.* legi post hos duos, *Aut quia quæ veniunt, &c. Pulsa prius, &c.* Hæc omnia dissimularunt *Solorzani* homines. Refellit autem (ut dixi) negatque duas illas rationes, quæ possent valere ad confirmandam animi immortalitatem: quarum hæc prima est, ea quæ animo letalia sunt, non accidere animo prorsus aliena a salute: altera est, ea quæ letalia ei eveniant, prius ab eo repulsa recedere, quam damnum sentiat. *Lamb.*

*Aliena salutis*] Vel sic legendum: nam ita scriptum reperi in duobus lib. calamo exaratis: vel *aliena salute*. 'alienum salutis' autem usitatum loquendi genus est Latinis, et 'alienum salute,' et 'alienum a salute.' Legitur autem mendose in vulgatis, *plena salutis*. *Lamb. Marullus*, pessime, contra omn. libros, *plena*. *Gif.* Sic 'aliena rogorum' 6. 1281. 'aliena consilii' *Sallustius* dixit *Cat. cap. 40.* 'alienum dignitatis' *Cicero* 1. de *Finib.* et alibi. Est autem loquendi genus a Græcis tractum, de quo vide *Vossium Patrem* de *Constructione cap. undecimo. Hav.*

886 *Præter enim quam quod morbi est, cum corpori ægre est*] Hæc est verissima scriptura, ex veteribus nostris restituta. In quibusdam vulgatis, *ægrota*. Ut esset *Creticus* quinto

loco; ut et alibi. Forte etiam, *morbia cum corporis ægret*. *Gif.*

*Præter enim quam quod morbis tum corporis ægri*] Hanc versum misere laceratum in libris vulgatis, restitui ex vestigiis antiquorum codicum: quorum in aliis legitur, *cum corporis ægri*: in aliis, *cum corpore ægre est*, quod autem ad principium versus attinet, cum in vulgatis quidem, et duobus manuscr. ita legatur, *Præter enim quam quod morbi est*, (quæ scriptura sine dubio mendosa est,) in aliis autem duobus partim ita, *Præter enim quam tam*: partim ita, *Præter enim quod quam morbi est*: neque hoc sine litara: ego sic repositi, *Præter enim quam quod morbis tum corporis ægri*: i. e. præterquam enim quod tum morbis corporis ægra est seu ægrota. Ex hoc 'ægri' scilicet, quod non intellexerunt arrogantissimi *Thrasones*, declaratum postea a docto quodam viro, factum est *ægrota*. Sic autem edidi jam tum cum prodit editio secunda: nam in prima sic scripseram, *Præter enim quod tum morbi est, cum corpori ægre est*, eamque scripturam paullim immutatam similis ille sibi adscripsit, et secutus est, ut suam. quam semel jam a me in secunda editione repudiatam, ac rejectam, iteram hic improbo: et alteram illam, *Præter enim, quam quod morbis tum corporis ægri*, amplector, præsertim ab *Adrian. Turnebo* eodem tempore approbatam: cum ei idem, quod mihi, paucis ante mensibus quam e vita decederet, venisset in mentem. Non dissimulabo tamen, *Zoilum* istam hanc secundam scripturam in animadversis probasse, a *Turnebo*, et a me in secunda editione admonitum. *Lamb.* Ita *Lambinus* aliquando legebat *Præter enim quod tum morbi est, cum corpori ægre est*. Alii *Præter enim quam quod morbi est, cum corpus ægrota*. *Creech.* Malim: *ægret*. Vide quæ sup. ad vs. 107. notavimus. Idem *Gifanio* ibi placet,

neque heic displicet, quemadmodum et vs. hujus lib. 520. et 5. vs. 350. *ægriscere* non *ægriscere* edendum curaverat. Forte tamen et 'ægrit' et 'ægret' dixere veteres, prout in 'ægrere' penultimam aut corripere, aut producerent, sicuti in 'fervere,' et similibus; unde tam *ægriscere* et *ferviscere*, quam *ægrescere*, et *fervescere*, &c. Quod autem Vulgatum illud, *corpus ægrotat*, neque hoc loco improbat idem Gifanius, et 6. 1133. dum aperte ibi retinet: 'An cælum nobis altro natura corruptum Deferat.' tacite sic satis defendit, nimirum, ut sit Creticus in quinto loco, de quo in Collectaneis: opponere ei juvat, quæ in Adv. suis contra Pierium Turneb. disputat, 22. 19. 'Si ita impune,' inquit, 'liceret, syllabarum leges violare, quis non carmen pangeret? Quid nobis præceptis opus esset? Scriptum fuisse puto *cruentum*, &c. (Vide lib. 6. loco citato) Nihil secius et illud eidem non assentiar, Lucretium lib. 4. (imo, hoc loco, lib. 5.) scripsisse: *Præter enim quam quod morbi est, cum corpus ægrotat*. Nam et hic leges antiquantur syllabam, et in antiquo exemplari reperio: *Præter enim quam quod morbis cum corporis ægrit*. Quomodo plane legendum censeo. Hæc Turnebus, quem vide et 30. 10. Aliam viam insinuat Christoph. Rufus, tom. II. Fac. Crit. pag. 605. nimirum, ut *æ* diphthongum in 'ægrotat' correptam a Lucretio velit, quemadmodum in 'sudibusve præustis' a Virgilio; vel, expungendam litteram *s* in, 'corpus,' ut, 'corp<sup>n</sup> ægrotat' per synalepham spondeum pro dactylo constituat, &c. Cajus rei exempla producit 4. 215. 6. 229. Sed notandum, primo: In 'præustis,' pura, uti vocant, diphthongus est, atque ita Græcorum, eoque tritissimo, more corripitur. Tale et illud, quod in Ind. Gifanius producit: 'Insulæ Ionio in

magno.' Secus esse res habet in ægrotat. Deinde, quod ex 4. 215. 'Quam puncto temporis imago,' et ex 6. 229. 'Et liquidum puncto facit *æ*s in temporis, et aurum:' id fortasse non ita contemnendum; nam et priori loco eandem agnoscat Var. Lect. scripturam; et similiter haud dubie etiam scripsit Lucretius, 2. 263. 'Nonne vides etiam patefactis temporis puncto Carceribus?' Nondum tamen synalephs opus est. Salvi ibi numeri, modo *s* in 'temporis' ita suppresseris aut extriveris, ut dissyllabum fiat, ex. gr. 'temp'ris imago,' 'temp'ris et aurum.' Posteriori loco litteram *s* exteri, in confesso est. *Præig*. Etiam Vossius in Etymolog. p. 12. reponit *ægrat*, ab 'ægres' enim 'ægresco,' ut a 'calesco,' 'calesco,' ab 'horreo,' 'horresco,' dicimus enim 'ægresco,' non vero 'ægrisco.' *Hav*.

839 *Admissa anis*] Ita hunc locum scripsi. In vet. libris: *malis, manis, male admissa*. 'Anis' antique, pro annis. Hinc variatam. *Gif*.

*Præteritque admissa annis p. r.*] Cum in duobus codicibus manuscriptis, *Præteritque admissa manis*, scriptum reperissem: lectio autem vulgata, *Præteritque admissa malis peccata*, &c. non dico mihi, sed viris doctissimis non ferenda videretur: ego conjectura ductus, et scripturæ veteris vestigia secutus, sic restitui: *Præteritque admissa annis peccata remordent*. quæ lectio sine dubio recta et germana Lucretiana est. Nam quod alii libri manuscripti habent, *Præteritque male admissis peccata*, &c. hæc quoque depravata est. Cum hæc ita edenda curassem in duabus jam editionibus, Zoilus meus, sibi hoc totum vindicavit, hoc tantum immutans a mea emendatione, quod *anis* pro *annis* posuit. Quasi vero ignorarem, veteres dixisse 'anus' et 'anellus,' pro iis quæ hodie usurpamus, 'annus' et 'annellus.' Sic solent fures. *Lamb*.

Rejice vero *Præteritiq̄ue admissæ malia*, et *Præteritiq̄ue male admissis*. Creech.

840 *Adde, Adde*] Vide quæ ad 4. 1115. *Preig.*

842 *Nil igitur mors est, ad nos neque, &c.*] Concludit nunc ex eo, quod anima sit mortalis, quod probare conatus est, mortem nihil esse, nihilque ad nos pertinere. Qua de re sic Epicurus apud Lærtium: *Ἐπιπέριξε δὲ αὐτῶν ἐν τῇ νομίζῃ μὴδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον· εἶναι τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐν αἰσθήσει. στήριχτος δὲ εἶναι αἰσθήσεως ὁ θάνατος· ἴδαν γυνῆσι ἐρήθι μὴδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸν θάνατον. ἀπολευσὸν γὰρ ποιεῖ τὸ τῆς ζωῆς θνήσκον, οὐκ ἔπειρον προστιθεῖσα χρόνον, ἀλλὰ τὸν ἀθανάσιον ἀφαλομένη πύθον, &c.* i. e. 'Assuefac teipsum ei cogitationi, ut putes mortem nihil ad nos pertinere. Nam omne bonum et malum in sensu est. Mors autem, sensus privatio est: ex quo recta opinio et notitia nascitur, mortem nihil ad nos pertinere. Dat enim ejus mortalitatis, quæ vitæ est particeps, fruendæ facultatem, non infinitum tempus adjiciens, sed immortalitatis desiderium auferens.' Idem apud Plutarch. libro, *ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπικούρου: Βέλτερον τι τῶν ἐν τῇ βίῃ μετὰ τὸν βίον θνητοῖς; ἐξηπάτησαι. τὸ γὰρ λυθὲν ἀνομοθητῶ τὸ δ' ἀνομοθητῶν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.* i. e. 'Tunc melius quippiam iis quæ sunt in vita, post vitam tibi cogitatione depingis? magnepere falleris. Nam quod dissolutum est, sensu caret: quod autem sensu caret, nihil ad nos.' Ad eandem sententiam pertinet Græcum illud epigramma: *Τὸν θάνατον τί φοβῶσθε, τὴν ἡσυχίαν γε νεκῆρα, τὸν πᾶσιοντα νόσον, καὶ πᾶσι δόσαν; Μαῖνος ἀπαξ θνητῶς παραγένετα, οὐδὲ ποτ' αὐτὸν εἶδεν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον. Αἱ δὲ νέσοι, πολλὰ καὶ ποικίλαι, ἕλδοτ' ἐν' ἄλλον ἔρχόμενοι θνητῶν, καὶ μεταβαλλόμενοι.* l. e. (ut quidem ego ludibundus verti) 'Quid mortem horretis, causam matremque

quietis? Pellentem morbos, pauperiemque gravem? Sola ad mortaleis semel advenit illa, neque unquam Advenerient iterum cernere quis potuit. At multi et varii hinc illinc invadere pergunt Nunc hunc, nunc illum morbi alii, atque alii.' *Lamb.* Quid vero si anima mortalis, si aliquando nata, olim etiam peritura foret, quid inde lucri? Respondet Lucretius vs. 13. Mortem ipsam, et pœnas post mortem, quas vulgus hominum tantopere timet, nos toties mortales non amplius metuemus. Ut enim nos nondum natos pugnas, tumultus, Pœnica denique bella non tarbarunt, sic etiam mortuos, quoniam anima neque ac corpus interit, bella, tumultus nulla sollicitudine afficient. *M. Tull. lib. 1. Tusc. Quæst. 'Qui enim,' &c. Creech.*

844 *Et velis anteaucto*] Ad hunc locum illustrandam pertinent illa *M. Tull. lib. 1. Tusc. 'Qui enim satis viderit, id quod est luce clarus, animo et corpore consumto, totique animante deleto, et facto interitu universo, illud animal, quod fuerit, factum esse nihil: is plane perspicit, inter Hippocentaurum, quod nunquam fuerit, et regem Agamemnonem, nihil interesse: nec pluris nunc facere M. Camillum hoc civile bellum, quam illo vivo ego fecerim Romam captam,' &c.* Idem ibid. paucis post verbis, 'Natura vero sic se habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors: quæ, ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit: in quo quid potest esse mali, cum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli sunt, alteros non attingit.' *Lamb.* Eadem fere habet Gatakerus ad Antonini 12. 34. *Hav.*

846 *Omnia quom belli trepido concussa tumultu Horrida contremuere*] Sic *Arnob. lib. 7. 'Hannibalem illum Pœnum, hostem potentem ac vali-*

dum, sub quo anceps et dubia res Rom. contremuit, et magnitudo trepidavit,' &c. *Lamb.*

847 *Oris*] Ita legendum. Vulgati: *auria*. *Gif.*

*Auria*] *Alii oris*: sequentem versum recte edidit Lambinus, licet Codd. *In dubioque fuere utrorum ad regna*: unde Gifanius *In dubioque fueret utrorum ad r. c.* Creech.

848 *In dubioque fueret, utrorum ad regna cadendum*] Ita ex veteribus libris restitui, qui et *fuere*, vel *fuerit*, habebant. *Fueret* est dissyllabum. Quidam veteres: *utroque*. *Gifan.*

*In dubioque fuit, sub utrorum regna*] Nihil fere discrepabant hoc loco libri manuscr. a vulg. qui sine dubio corrupti sunt, cum sic habeant, *In dubioque fuere utrorum ad regna cadendum, &c.* Itaque meum institutum, ne quid mutarem, nisi ex auctoritate veterum codicum, tenere hic non potui: sed sic excudendum curavi, *In dubioque fuit, sub utrorum regna cadendum Omnibus, &c.* i. e. et dubium sen incertum fuit sub utrorum imperium casuri essent omnes homines, Karthaginensium ne, an Romanorum, hæc enim scriptura multo facilior et planior est. Nam primum ita alibi loquitur, 'in dubio fuit,' pro dubium fuit, inf. eod. lib. 1090. 'Posteraque, in dubio est, fortunam quam vehat ætas.' deinde Plaut. Trinum. 2. 4. 198. 'In ambiguo est etiam nunc quid de hac re fiat.' Deinde 'cadere sub imperium, regnum, et leges,' et similia, usitatiora sunt, quam 'ad imperium,' &c. ut idem 5. 1146. 'quo magis ipsum Sponte sua cecidit sub leges, arctaque jura.' M. Tull. oratione pro Fonteio, 'Multoque ejus sudore sub populi Rom. imperium ditionemque ceciderunt.' Arnob. libr. 7. 'Auctos imperii finis, innumerasque provincias sub leges vestri cecidisse dominatus.' Iterum M. Tull. accus. lib. 5. 'Nunquam te sub legum et judiciorum

potestatem casurum esse putasti?' Recepta autem et vulgata scriptura durior, et quæ non videtur aliter explicari posse, quam si verbum 'fuere' referatur ad illud quod antecedit 'omnia,' hoc modo: et cum omnia fuere in dubio, 'ad utrorum regna' cadendum esset omnibus hominibus terra et mari, id est, in utrorum seu sub utrorum regna omnes homines necessario casuri essent. Nam 'cadere ad regna' loquendi genus est insolens et inusitatum. Quod sequuntur tamen et probant Thrasones. Sed hoc malo, quam eos rectam scripturam, quam reperi, sibi assumere, ut consueverunt. Neque hoc eis fuit satis: sed versum inceptissimum finxerunt, *Lucretioque affixerunt: In dubioque fueret, utrorum ad regna cadendum.* Nonne hoc per tentum est, non versus? *Lamb.*

*In dubioque fuit*] Hoc simplicissimum puto. *Gifanii fueret*, idque dissyllabum, suo facile auctori relinquo. Quod reliquum est, *In dubioque fuere*, licet magnis fultam auctoritatibus, neque sic tamen placet. Quæ enim hæc ratio loquendi est? Dubitare homines, ubinam tandem omnibus hominibus cadendum foret; nisi quis forte ad eadem illa *omnia* hoc referre velit de quibus proxime: quod insulsum foret. Recte itaque *In dubioque fuit sub utrorum regna cadendum Omnibus humanis foret.* Vel, quomodo etiam legere nihil vetat, *In dubioque fuit, utrorum ad regna cadendum.* 'In dubio fuit,' non apud homines, adeoque eosdem illos, quibus cadendum erat, sed apud fortunam, ex mente Lucretii. Silius in præmiis suo, huic manifeste loco intentus, similiter: 'Quæsitamque diu, qua tandem poneret arce Terrarum fortuna caput.' 'Quæsitam' vult et ille, seu ut opinor, ab hominibus sed a Diis, quos agnoscit, aut ipsa, cujus exercitum mentionem facit, Fortuna. Nota formam loquendi, 'Omnibus huma-



nis, pro hominibus ac mortalibus; ut nulla a Gassendo in hujus lib. vs. 80. mutatione opus sit, ubi noster similiter 'vitis Percipit humanos odium, lucisque videndæ.' Gass. *ingratos* substituit. Gallis hodieque *les humains*. Preig. Quis dubitet, quin Titum imitatus sit Lucanus, qui ad Cleopatram et pugnam Actiacam respiciens, ita canit 10. 66. 'Leneadioque fuit dubius sub gurgite casus, An mundum ne nostra quidem matrona teneret.'

*Hav.*

*Utrorum*] Pænorum vel Romanorum. *Faber.*

850 *Sic, ubi non erimus*] Sic, ubi non erimus, i. e. cum animus a corpore sejunctus erit, ex quibus constamus, et unam quiddam effecti sumus; 'Scilicet haud nobis quicquam,' &c. *Lamb.*

851 *Quibus e sumus uniter apti*] I. e. ex quibus constati et coagmentati sumus. Corrupti erant hoc loco vulgati codices, in quibus legitur, *quibus hæsimus*, pro *quibus e sumus*: quæ scriptura sine ulla litra reperitur in lib. manuscr. *Lamb.* Ita veteres codd. vulgati: *hæsimus*. Versum adulterinum: *Nam si materiam, &c.* quia a libris veteribus aberat, circumscripsimus. *Gifan.* Festus, 'Comprehendere vinculo antiqui 'apere' dicebant, unde 'aptus' is qui convenienter alicui junctus est.' Catull. Ep. 38. 'Aptissarcinulis et expeditis.' *Creech.*

852 *Scilicet haud nobis, &c.*] Hic vs. pertinet ad illa superiora: sic, ubi non erimus, et cum animus a corpore discissus ac divulgus fuerit, ex quibus sumus unum quiddam facti: scilicet haud nobis quicquam accidere omnino poterit neque commodi, neque incommodi. Versum autem illum, *Nam si materiam, &c.* qui alieno loco fuerat inculcatus, neque hic reperitur in libris manuscriptis, sustuli. *Lamb.*

*Qui non erimus*] Sic habent libri manuscr. non, ut vulgati, *cum non eri-*

*mus*. nam particula *tum*, refertur ad particulam *ubi*, supra: 'Sic ubi,' &c. *Lamb.*

*Qui non erimus tum*] Cum non erimus. *Gifan.*

854 *Non si jam terra*] Non poterit (inquam) nobis quidquam accidere, ne si terra quidem mari misceatur, et mare cælo. Hunc versum imitatus, atque adeo mutuatus est Juvenalis Sat. 9. 25. 'Quis cælum terræ non misceat, et mare cælo?' *Lamb.*

855 *Et si nostro*] I. e. et si jam demus, animam, posteaquam distracta et divulgata est a corpore, sentire de nostro corpore, i. e. ex eo corpore, cum quo juncta fuit, sensum quandam contraxisse: tamen nihil hoc ad nos pertinet, qui constamus ex animo et corpore. *Lamb.* Locus periculosus; sed quia facile intelligitur, interprete opus non habet. *Faber.* Deinde vs. 19. hæc addit: Quin etiam licet supponatur, animam secretam aliquid sentire; nihil hoc ad nos spectat, qui non sola anima, sed quidpiam ex corpore et anima compositum sumus. Imo supponatur, nos eodem, qui jam existimus, redituros, ob varios viz. motus concursusque atomorum quas ad idem corpus rursus constituendum iterum cogi, nihil repugnet; nihil tamen seu nos, qui jam sumus, seu qui tum erimus, attinebit. Quemadmodum viventes jam nihil solliciti sumus aut de illa, qui olim fuerimus, aut de iis qui olim sumus futuri. Id nimirum, quia nobis dissolutis, ea sit extandi interruptio postquam nulla memoria viget status ejus in quo fuerimus; ut neque jam ulla præsentio illius, in quo futuri sumus. *Creech.*

857 *Qui cætu, conjugioque*] Sic habent aliquot lib. manuscr. alii, *qui cætu*; alii, *qui coitu*. 'cætu' autem idem valet quod coitus, mutato i in e. *Lamb.*

*Coitu*] In quibusdam libris: *compitu*. In aliis: *cætu*. *Gifan.*

859 *Nec si materiam, &c.*] Hoc dicit: Nec si post obitum nostrum, ex eadem materia, ex qua constamus, alius homo nascatur, ita ut videamur quodammodo revixisse: non (inquam) hoc factum quicquam ad nos pertinet, cum semel *repententia* nostra fuerit interrupta. *Lamb.*

*Materiam nostram*] Quidam lib. habent *nostrum*. *Lamb.* Seu *nostrum*, ut et in vs. 866. legas, perinde est. *Creech.*

860 *Pertinet*] Sume copulationem negantem *nec*: ut sit hic Lucretii sensus, et si hoc fiat, non *pertinet* quicquam ad nos id factum. *Lamb.* Imo, quod ante factum actumve est. Vide var. lect. *Hav.*

863 *Repententia nostra*] Sic curavi excudendum, fretus auctoritate lib. manuscr. nam vulgati, alii habent *repententia nostra*, alii *retinentia nostra*. 'repententiam' autem interpretor ἀνάμνησιν, et recordationem, et retinentiam quandam, ut sup. lib. eodem: 875. 'Omnia ut actarum exciderit retinentia rerum.' Nota autem est utriusque nominis origo. Nam ut a retinendo, retinentia: sic a repetendo, *repententia* dicta est. Jam 'repetere memoria,' et 'retinere,' Latinis sunt usitata. Voce 'repententia,' utitur lib. 2. Arnob. 'Cum multo facilius sit credere, discere illam quod nesciat, quam oblitam quod paullo ante sciebat, et oppositu corporis amitti repententiam priorum.' quem locum supra retulimus. Idem aliquanto post: 'Quod enim rebus ingressis priorum repententiam detrahit, id intra se gesta irrecordabili debet obliteratione deperdere.' Quod si quis malet legi *repententia*, ut habent etiam nonnulli scripti manu, interpretabor tacitam quandam et sensim progredientem vivendam assiduitatem, vel simpliciter, ittonem, sive ingressionem, sive incessum, sive cursum vite: ut sit translatio a reptilibus. licet etiam legere *retinentia nostri*,

eodem sensu. Omnino *repententia* mihi magis placet, quam *repententia*, atque hanc scripturam confirmat verus ab hoc octavus, infra, 871. 'Nec memeri tamen id quibus reprehendere mente.' et auctor vocabularii Latinogræci, in quo scriptum est: *Repententia, ἀναμνήσις*. Verum tamen jadicet lector. *Lamb.*

*Retinentia nostri*] Hæc est verissima scriptura, ex veteribus libris deprompta. Sententia perspicua: cum semel desimus retineri, esse, manere. *Vulgati*: *repententia*. Quidam veteres: *repententia*. *Gifan.*

*Repententia nostra*] Optima Lambini emendatio. Intelligit, contra quam alii interpretantur, abruptam esse συνέχουσιν actionis; atque adeo nihil ad nos, &c. Id ipsum est quod mox dicit, 872. 'Inter enim jecta est vite pausa, vagoque Deserrant passim motus ab sensibus omnes.' Aliæ explicationes a scopo abeunt. *Fab.* Lambinus tamen ipse interpretatur 'repententiam' ἀνάμνησιν, recordationem e vs. 871. 'Nec tamen id quibus memori reprehendere mente.' *Gifanus retinentia*: viz. Cum semel desimus retineri, manere, esse. Alii *Repententia*: i. e. Vite cursus. *Creech.* Glossæ: ἀναμνήσις Idem quod 'repetitio.' *Marg.* Imo et 'repententia' in iisdem qua Græcis, qua Latinis legitur; nisi quod præter vocem ἀναμνήσις, etiam ἀναμνησις, vitiosæ, ut opinor, legitur. *Preig.*

864 *Et nunc nil ad nos, &c.*] I. e. et neque nunc de iis solliciti sumus, qui fuerunt iidem ipsi, qui nunc sumus: neque rursus de iis laboramus, aut eorum incommodis angimur, qui de materia nostra creabuntur. *Lamb.* *Marg.* nost. *Te nunc*. Unde conjectura ductus adjicit: Forte: *Esse*, *Preig.*

864 *Ante Qui fuimus*] Qui saltem antea alii nos. verbi gratia, fuge, me abhinc mille annos fuisse et vixisse: illius temporis nullus ad me sensus

pervenit, qui nunc vivo, neque rursus, si casus ita ferat, ut post sexcentos annos alius Lambinus ex mea materia nascatur, id ad me quicquam nunc pertinet, aut me ulla voluptate vel molestia afficit, si Lambino illi futuro fortuna propitia et benigna, vel sæva et maligna futura est. *Lamb.*

867 *Nam cum respicias*] Ἀνθρωποφά est. Poterat enim quispiam ita dicere: Qui fieri potest, ut alius ego vel multis ante sæculis fuerit, vel multis post seculis nascatur ex eadem materia? Huic igitur respondet, non esse incredibile, si retro spectemus præteriti temporis spatium immensum, et si consideremus materiæ motus varios et multiplicis, primordia rerum, ex quibus constat hodie homo aliquis singularis, eodem ordine et olim posita fuisse, quo nunc sunt ordine collocata, et posthac eodem collocatum iri. Negabit tamen infra, etiam si hoc detur, eundem, qui nunc sit, aut olim fuisse, aut posthac futurum: quia scilicet vitæ interruptio facta sit per mortem. *Lamb.*

*Nam cum*] Ἀνθρωποφά. *Gifan.*

871 *Reprehendere mente*] Sic habent lib. manuscript. vulgati autem *deprehendere mente*, vitiose. *Lamb.*

872 *Inter enim jecta est vitæ*] I. e. vitæ interruptio facta est. *pausa*; i. e. quies, et cessatio quædam. Utitur eodem verbo inf. hoc libro, 943. 'Frigida quem semel est vitæ pausa secuta.' et sup. 2. 118. 'nec dare pausam Principiis,' &c. *Lamb.*

873 *Deerrant*] Utitur eodem verbo Virg. Melibæo, seu Ecl. 7. 7. 'Vir gregis ipse caper deerraverat.' et auctor ad Herenn. 'Si non deerrabimus ab eo quod cæpimus exponere.' et Plant. Menæch. 5. 9. 54. 'Inter homines me deerrare, atque inde avehi.' *Lamb.*

874 *Debet enim misere quoi forte, &c.*] Sic habet liber Vaticanus, neque admodum ab hac scriptura ceteri dis-

*Delph. et Var. Clas.*

crepant, nisi quod Bertin. et Memmianus habent, *Debet enim misere cum forte, ægreque futurum est.* Est autem hæc sententia: Is, 'cui forte misere ægreque futurum est:' i. e. is, qui forte miser et æger est futurus, debet eo esse tempore, quo tempore ei male accideri possit. alioqui non poterit esse miser. At homo mortuus desiit esse: ergo nullo modo miser esse potest, nullaque in enim miseria cadit. Hæc eadem disputantur et demonstrantur a M. Tullio libro 1. Quæst. Tuscul. *Lamb.* Vss. 9. idem argumentum fusius explicat. Is qui forte miser futurus est, debet existere in eo tempore quo mala et ægritudo premant: at mortuus desinit esse, nec unquam a sepulchro revertetur. 'Vestigia nulla retrorsum.' Ideo mortuus nullo modo miser esse potest. *Creech.* Plana ac dilucida Is. Vossii hæc est emendatio: *Misere si forte ægreque futurum est, Ipse quoque esse in eo tum tempore, cui male possit Accidere.* verum et recepta lectio proba est. *Preig.*

*Misere cui forte, ægreque futurum est*] In veteribus quibusdam: *miser et quis ægreque futurus.* Ego tamen putem legendum *misere et: quoi est, ægreque futurum est;* nihil tamen mutavi dum adstantulantes habuero plures libros. *Gif.*

876 *At quoniam mors eximit im*] I. e. at quoniam mora eripit et liberat eum, ne possit miser esse, &c. 'im' pro eum dictum esse a veteribus testantur Pomp. Festus, et Carisius, et ceteri. Quod autem libri manuscripti habent *esse*, illud *esse* factum est ex 'em,' vel 'im': quod utrumque idem valet quod eum. nam cum a librario scriptum esset iz pro im, factum est postea is: deinde ab eo qui corrigere gestiret, repositum est *esse*: atque ita hic locus depravatus est ignoratione linguæ Latinæ antiquæ. sic autem usurpat verbum 'eximendi' Plaut. Epidico 5. 1. 5. 'Ita non om-

*Lucret.*

4 N

nes poterant ex cruciatu eximere Epidicum.' *Lamb.*

[*Im, prohibetque*] Ita quidem Lambrous, cum in veteribus libris sit: *esse*. In quibusdam: *esse inde*. Marullus, et vulgati: *id prohibetque*. Mihi aqua hæret. *Gifan.* Hoc etiam ex librorum vetustate exscriptum est: *Debet enim misere si forte agræque futurum est, Ipse quoque esse in eo tum tempore, cui male possit Accidere: id quoniam mors eximit esseque prohibet, Illum cui possint incommoda conciliari Illa eadem, quibus in nunc nos sumus, ante fuisse.* 'Prohibet' autem per vocalium comprehensionem et conjunctionem audiendum est, duabus in longam coalescentibus. *Turneb. Adv.* 30. 10.

[*Im*] Eam: quod et in neutro dicebant; unde 'interim,' i. e. inter id, inter ea. *Faber.* I. e. Eam: Plautus Epidico, 5. 1. 5. 'Ita non omnes poterunt e cruciatu eximere Epidicum.' Alii tamen e Codd. *Eximit, Esseque prohibet*, quibus si Salmasio credimus nihil est aptius. *Creech.* Dura omnino, *eximit im, prohibetque illum*, Lambiniana scilicet ista emendatio, viris doctis, Gronovio, Salmasio, quem vide Ep. 52. ac nostro denique Is. Vossio, improbat; qui ad vetera confugientes monumenta, verbum *esse* e fuga retraxere, et synalæpha, nostro haud inusitata, legunt *prohibet διουλλάβος*; deinde *id, pro at*; hoc modo: *Id quoniam mors eximit, esseque prohibet illum, &c.* Marg. n. *Id quoniam mors eximit esseque prohibetque*, verum perperam haud dubie modo propositam viri doctissimi conjecturam exceperit. *Preig.* Non repugnarem, si mihi satisfacere quis in hisce posset. Credasne id voluisse Carum: 'Quoniam mors id eximit, et prohibet illum esse ante fuisse, quoi possint,' &c. At plana Lambini lectio, cui potius adhæreo. *Hav.*

*Prohibetque illum, quoi possint, &c.*] I. e. et quia mors prohibet, ne il-

le cui hæc eadem incommoda, quibus nos conficiamur, vel in quibus verasur, evenire possint, i. e. qui vivat, ante fuerit, scire licet, &c. Videtur hic locus pugnare cum is quæ supra dixit, ex materia alicujus hominis alium hominem multis post sæculis nasci posse, qui sit quodam modo idem alter. respondeo, hoc quidem supra dictum esse: sed non ea mente, cave gratia, ut asseveraret, eum, qui ex materia mei, verbi gratia, multis post vel sæculis vel annis nasceretur, fore alterum me: sed ut ostenderet, etiam si id fieret, nihil hoc tamen neque ad eum qui ante vixisset, ejus qui postea ex eadem materia exstiturus esset, casus; neque ad eum qui postea ex eadem materia confiat, victurus esset, ejus qui ante vixisset, incommoda pertinere. *Lamb.*

878 *Quibus e nunc nos sumus*] Ex vet. libris, qui partim ita, partim, et *nunc*, habent, et, *quibus nunc*, restitui. Ut, 'hæc eadem,' referatur ad 'fuisse.' Marullus tamen: *quibus agri nos sumus*. Sic sup. vs. 851. *quibus e sumus, &c.* Ubi etiam mendam irreperat. *Gifan.*

[*In quibus et nunc nos sumus*] Secuta olim fueram hoc loco libros vulgatos, in eo quod habent vocem *agri*: in eo quod habent *nunc*, ante verbum 'sumus,' manuscriptos: in quibus partim ita scriptum est, *quibus et nunc nos sumus*, partim ita, *quibus e nunc nos sumus*. atque ita edideram, *quibus nunc agri sumus, ante f.* sententia aperta. Nunc minus longe a scriptura antiqua discedens, a qua abest vox *agri*, sic edendum curavi, *Hæc eadem, in quibus et nunc nos sumus, ante f.* sententia non minus perspicua: neque sermone minus usitato. Sic enim loquuntur Latini, 'esse,' seu 'versari in incommodis,' 'in malis,' et simil. Si eni autem magis placet primæ editionis scriptura, hæc ejus ratio est: Pronomen 'nos' adjectum esse puta-

bam ab his qui versum perficere voluerint mutilatum, voce *agri* lacerata et corrupta. Licere tamen existimabam etiam sic legere, *quibus agri nos sumus*, vel sic, *quibus nos agri sumus*. Quod autem quidam retinet scripturam antiquam, *quibus e nunc nos sumus*, eamque interpretantur hoc modo: e quibus nos nunc sumus, i. e. constamus: valde falluntur. quomodo enim constare possumus ex incommodis? Nam relativum *quibus*, refert vocem *incommoda*, quæ antecedit. *Lamb.* Alii *Quibus agri nunc sumus*. Inepti vero Gifanius cum suis Codd. *Quibus e nunc nos sumus*. *Crech.*

880 *Nec miserum fieri, &c.*] Ut quis sit miser, necesse est ut primum sit; dein erit miser, &c. *Faber.* Huc pertinet Epigramma illud ex lib. 3. Anthologiæ *Εἰς ἄνδρα οὐκ ἐπίσημος*. ubi Epicureus quidam ad singula inscriptionis verba respondens introducitur: *Ὀρθοῦ μὲν τί δὲ τοῦτο; παρτί δέ μοι ἐστὶ τί δὲ τοῦτο; Κλεινοῦ δ' εἰμὶ γένους. εἰ γὰρ ἀφαιροῦτόν σου; Ζήσας ἐδίδξας ἔλιπον βίον. εἰ γὰρ ἐδόξας; Κεῖμαι δ' ἐπὶ δὲ σὺν τίς, τίς ταῦτα λέγεις;* i. e. 'Nomen quidem mihi. Quid hoc ad me? Patria vero mihi. Et quid hoc? Inolyti sum generis. Et quid si obscurissimi? Glorioso postquam vixi vitam reliqui. Et quid si inglorie? Jaceo autem nunc hic. Quis es, cui hæc dicis?' *Hav.*

882 *Mortalem vitam mors quos]* Mortem 'immortalem' dixit, quia ex veterum illorum sententia, qui mortuus est, reviviscit nunquam. Sic quidam apud Athenæum; *θάνατος ἀθάνατος*. ut Catull. ad Leab. Ep. 3. 3. 'Soles occidere, et redire possunt: Nobis, cum semel occidit brevis lux Nox est perpetua una dormienda.' et ita Horat. Od. 4. 7. 13. 'Damna tamen celeres reparant cælestia luncæ: Nos, ubi decidimus,' &c. deinde sequitur, 'Cum semel occideris, et de te splendida Minos Pecerit arbitria,' &c. Sed videtur legendum versu su-

periore, *Refferre*, non, ut habent omnes libri, *Differre*. Est enim hæc sententia: neque quidquam referre, utrum is, qui mortuus est, neque unquam revicturus, nunquam natus sit, an secus. *Lamb.*

883 *Proinde ubi se videas hominem indignarier ipsum, &c.*] Hunc versum cum eo qui deinceps sequitur, sic explico: proinde ubi videas hominem indignari, seu indigne ferre, quod futurum sit post mortem, ut aut putrescat, &c. Sed *miserarier* legendum arbitror, non *indignarier*, idque ex vestigiis obscuris scripturæ veteris. Duriusculum enim videtur ita loqui, 'hominem seipsum indignarier, fore ut,' &c. 'miserari vero seipsum,' probatum loquendi genus, pro 'seipsum miseram queri et dicere.' *Lamb.* Hic vulgus nostrorum hominum est; qui cohorrescant, ubi fieri posse cogitant, ut sua cadavera avibus, canibus objecta, &c. Inde tantæ sepulcrorum cura, quæ nonnulli olim ridicule secum circumferri caraverint: neque Christiano homines in hoc genere ceteris firmiores fuisse video; quamquam a panegyristis laudentur. *Faber.* Vss. 24. increpat quosdam homines de sepultura nimis sollicitos, eamque sollicitudinem ex opinione de animi immortalitate natam asserit. Quid enim ille, qui nihil sensurum se post mortem credit, cadaver curaret? Respexisse autem videtur ad tritum illud de Dlogene, qui rogatus quemadmodum curari vellet, cum mortuus foret; projecit se inhumatum jussit: et cansantibus quod a feris et volucribus lanigaretur; apponi ad manum jussit baculum, quo posset illas abigere: et excipientibus quod non posset, viz. ut sensu sic motu privatus; 'Quid igitur,' inquit, 'si sensu caruero, mea intererit quomodoocunque mecum agatur?' *Crech.*

*Miserarier ipsum]* Alii *indignarier*: Istud ament quibus placet. *Crech.* Imo 'se' hic *παρελκόντων* usurpatur,

ut sup. vs. 68. Restitui itaque Mas. lectionem. *Hav.*

884 *Corpore posto*] Corpore humato, et in fossa condito. *Lambinus.* *Alii.* Ego vero, *corpore posto*, ut a volucris laceretur; qui enim pondere terræ est obtritus, vs. 906. ille proculdubio est in terra conditus et humatus: quid igitur timeret putrescere corpore posto, qui pondere terræ opprimi non timeat? *Creech.* *Nugæ!* 'positum' nihil aliud esse nisi mortuum simpliciter, patet ex collatione *Virg. Æn. 2. 644.* et *Ovid. Heroid. 10. 124. ἄφθικτόν ἐν χώρῃ καὶ νεκρῶν* dixit Socrates apud *Ælian. 1. 16. Hav.*

885 *Aut flammis interfat*] *Interfat* pro interficiatur, i. e. conficiatur, absumatur, nempe in rogam impositus. Sic supra eodem lib. vs. 413. *confiet* posuit pro conficiatur: 'Id quoque enim sine pernicie confiet eorum.' *Lamb.*

*Maliis ferarum*] Aut malis ferarum laceretur: videlicet projectus inhumatus atque insepultus. huc pertinet illud *Diogenis*, qui cum se projecti iussisset inhumatum; tum amici, 'volucrisne et feris?' 'Minime vero' (inquit); 'sed bacillum prope me, quo abigam ponitote.' 'Qui poteris?' inquirunt illi: 'non enim senties.' 'Quid igitur' (inquit ille) 'mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti?' *Lamb.* Abeat vox ista *flammis*, nisi forsitan aliquis doleret se flammis absumi posse, qui vs. 903. se ignibus imponi patienter ferat: si alia vox occurreret apponerem, interim lege e vs. 893. et vs. 901. *Aut interfat mortu maliis ferarum.* *Creech.*

*Interfat*] 2. 1068. et 5. 889. confieri. *Creech.*

886 *Non sincerum sonere*] 'Sonere' antiquum pro sonare, notat *Nonius*, productique testem versum illum, qui est sup. vs. 157. 'Caligare oculos, sonere aureis,' &c. *Lamb.* Proverbialiter dictum, et a vasis, sonitu at-

que tinnitu explorandis, ductum. Non absimile illud *Cicer. de Divina. 2. 57.* 'Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope ccc. fuit, jam tum *φιλῶντες* Pythiam dicebat, i. e. quasi cum Philippo facere. Hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. Quo licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse.' *Preig.*

889 *Abunde*] Libri nonnulli manuscr. pro *abunde*, quod est in vulgatis, habent et unde: alii, et inde. de quibus scripturis nondum dubitare desii. Quidam docti et unde probant, et interpretantur (*Turneb. videlicet Adv. 30. 10.*) hoc modo: non dat quod promittit, i. e. non dat ex animo. *Lamb.*

*Et inde Ne radicitus*] In quibusdam scriptis est, et inde *Nec radicitus*. In quibusdam, et unde. Itaque aut vera est mea scriptura, aut quis alius latet error. *Ne* pro, non. *Vulgati: abunde Nec radicitus, &c.* *Gifan.*

890 *Et eicit*] 'Eicit' pro eicit: 'eicit' autem disyllabum est, ut 'reice' apud *Virg. Ecl. 3. 96.* 'Tityre, pascentes a flumine reice capellas.' et iterum 'eicit' apud *Lucret. 4. 1265.* 'Eicit enim sulci recta regione, viaque Vomerem.' Verumtamen alii volunt esse proceleusmaticum pro dactylo, ut 'Genua labant.' Quemadmodum autem in verbis 'eicit' et 'reice,' alterum i sublatum est: item fit in voce 'reicula,' qua vocantur Cato, et Varro de re pecuaria: suntque reiculae oves, quas pastor rejicit ac removet de tota grege. *Lamb.*

891 *Sed facit esse, &c.*] Coniunge verbum *esse*, cum præpositione *super*, ut sit *esse super*, pro *superesse*. Quidam legunt, *Sed facit ipse sui quiddam super inscius esse*: quæ scriptura esset facilius quidem illa; verumtamen nihil mutandum censeo. *Lamb.*

*Inscius*] *Ipsius.* *Gifan.*

893 *Corpus uti volucres, &c.*] Ut qui jacent insepulti: quales illi apud

Homer. II. a. 4. ἀβροῦς δ' ἐλάφια τῶχε κύνεσσον, Οὐλοῦσίν τε πᾶσι. Lamb.

894 *Ipse sui miseretur*] Nihil mutare ausus sum: quamvis legendum existimem, *Ipse sui miseretur, nec se dividit hilum*, vel sic potius, *Ipse sui miseretur, nec se vindicat hilum, &c.* Testantur enim Festus et Priscianus, antiquos usurpasse 'misereo, res,' pro misereor, ris. et quidem ita Plautus in Trinummus: 2. 2. 62. 'cave tui alius misereat.' ne hoc quidem lectorem celabo, cum in Italia essem, incidisse in manus meas librum typis impressum, qui fuerat Joviani Pontani: in quo erat emendatum, aut certe adscriptum ipsius manu, *Ipse sibi miser est.* Lamb. Democritum inanimavit Epicurus, quasi diceret post mortem in corpore sensum fuisse. Tull. 1. Tusc. Quæst. et eundem philosophum Lucretius hic loci castigat. Creech.

*Neque enim se vindicat hilum*] Sequi volueram initio libros vulgatos, qui habent, *se dividit hilum*. Sed cum animadvertissem, in manuscriptis aliis ita legi, *neque enim se vidit hilum*: in aliis, *vidit illum*, plane mendose, sed unde tamen vera scriptura elici et restitui posset, sic existimavi esse reponendum, *neque enim se vindicat hilum*, seu potius, *nec se vindicat hilum, &c.* ut prior pars vers. sic legatur, *Ipse sui miseretur*. Quidam tamen vindicis legi malunt, antiquæ pro vindicat: quod usurpatum est a X. viris in duodecim tabulis. Lamb.

*Vindicis*] Vulgati: *dividit*. In scriptis: *vidit*. Lambinus: *vindicat*. Nos propius ad veteres libros. Forte etiam: *se vidit hilum*. Gifan. Alii *dividit*, quæ vox veteris lectionis vestigia, *neque enim se vidit*, magis insistit. Creech. Marg. n. adscripta Vossii auctoritate: *dividit illum*. Forte ex ipso Mss. unde postmodum cum Salmasio, quem vide Ep. 52. aliisque amplexus fuerit: *neque enim se dividit*

*hilum*. Ut sit sensus, credo: neque enim ullo modo se dividit, aut si vel maxime se dividit, non satis se removet a projecto corpore. 'Sevidere' ad formam τῶυ secernerem miraculum verbi, vide, si lubet, in indice Gifanii. Preig.

895 *Removet satis*] Feras, et aves, Fayus. Lepide: Cadaver viz. feras et volucres abigeret. Tam bellum interpretem Diogenes, satis scio, castigaret. Creech.

*Et illud se fingit*] Et fingit se esse illud corpus, quod jacet mortuum et insepultum. Lamb.

896 *Sensuque suo*] Et corpus exsangue et inanimatum, et sensus expertum, sensu contaminatum, se adstantem faciens. contaminare autem videtur corpus suum sensu, quia dum ei tribuit sensum, sui miseretur, et horret ferarum atque avium morsus: quod non faceret, si corpus exanimatum omni sensu carere sibi persuasum haberet. Lamb. I. e. dum credit se post mortem cadaver illud futurum, sensum suum in id quodammodo transfert, &c. Faber.

898 *Nec videt, in vera*] Nec videt, exempli gratia, Dionysius Lambinus, qui indignatur se mortalem esse natum, namque conditionem deplorat, non videt (inquam) in vera morte nihil aliud fore Dionysium Lambinum, qui vivus et stans possit se mortuum et jacentem lugere, &c. Lamb.

899 *Qui possit vivus, &c.*] Ordo et sententia verborum est: qui vivus possit sibi lugere se esse peremptum, nec qui possit dolere se a feris aut avibus lacerari, aut flammis cremari. 'Sibi' dandi casus est, ornatus causa positus: ut Ter. Adolph. 5. 8. 34. 'suo sibi hunc jugulo gladio.' Sic autem legendum, ut edidi, non, ut in aliis libris omnibus scriptum et impressum est, *nec lacerari, write dolore*. Lamb. Recte: *urise dolere*. Inde enim mox resp. sibi format. Itaque et *flam-*

mis vs. 885. retinimus contra Creechium. *Hæc.*

901 *Nam si in morte, &c.*] Hæc ad id pertinet, quod proxime addidit, *urive*. poterat enim aliquis dicere: Lacerari a feris malum est: sed comburi rogo impositum, non est æque acerbum, aut omnino non est acerbum. Ad hoc sic respondet, Dixi 'lacerari, urive,' quasi sint similia. Nam si malum est in morte maxillis ferarum diripi et dilacerari: non video quomodo non sit etiam molestum et asperum, in rogam impositum flammis torreretur, aut aliis sepulturæ generibus, quæ summo studio ab hominibus procurantur et expetuntur, affici. *Lamb.*

903 *Ignibus impositum, &c.*] Comburi. Quo more usi sunt Romani, et ante eos Græci, atque etiam Barbari. Homer. *Il. a. 51. δὲ δὲ πυρὴν νεκρῶν καίοντο θαμνιά.* i. e. 'semper autem crebri mortuorum rogi seu acervi comburebantur.' Ad quem locum notat Eustathius, hæc consuetudine usus esse veteres, ut ostenderent, partem hominis divinam, igni, tamquam vehiculo, sublatam, locum caelestem petere: terrestrem vero in terra manere, partim, consuetam, et in cineres versam, partim in ossibus reliquam. 'Alii dicunt,' inquit ille, 'idcirco mortuorum corpora comburere solitos esse, quod eis cadaver videtur non purum: ignem autem purgandi vim habere existimarent.' Si quis porro de barbaris dubitat, etiam Hectoris corpus apud Homer. *Il. ω. comburitur.* *Lamb.* Tres modos sepulturæ tangit, qui cremabantur, qui terra obruebantur, et qui in lapideis arcibus cum melle condebantur, quos ait in gelidi æquore saxi cubare. Hæc breviter Salmasius ad Solinum p. 860. Forsan vero Lucretius castigat Heraclidem Ponticum, et Democritam, de quibus Varro. Indigna enim philosophis tam putida sepulchri cura;

fortius et sapientius ipse Petronius: at enim fluctibus obruto non contingit sepultura, tanquam interit periturum corpus quæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora; quicquid feceris hæc omnia eodem ventura sunt: feræ tamen corpus lacera-bunt: tanquam melius ignis accipiat. *Creech.*

904 *Aut in melle situm*] Hæc quoque fuit sepulturæ genus a veteribus usurpatum, aut certe ratio servandorum corporum: quem commemorat Xenophon libr. quinto *Ἑλληνικῶν*, ubi narrat, Agesipolin Lacedæmonium gravi morbo affectum, eoque ipse morbo die septimo consumtum, in melle positum, et Lacedæmonem revectam, regia sepultura fuisse decoratum. verba Xenoph. sunt hæc: *Καὶ δεικνύουσιν ἐν μέλιτι τοὺς, καὶ κομισθὲς ὀλίγη, ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς.* Varro *περὶ ταφῆς* apud Nonium in monitione 'vulgus:' Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit, ut comburentur, quam Democritus, qui ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset; periret si centum denariis calicem mulsi emere possimus. *Lamb.* De hoc sepulturæ genere Xenophon, in lib. 5. *Ἑλληνικῶν.* Et de lapide sarcophago Plin. 36. 7. *Giſsa.* Xenophontis, apud Lambisium loco, qui hæc faciat, geminus est ille Josephi, de Aristobulo, Judæorum principe, cujus cadaver, similiter melle conditum, ab Antonio Judæis missum scribit, ut in monumentis regibus sepeliretur; lib. 1. de Bello, pag. m. 723. *Φαρμάκιον γοῦν ἰσχυροῦς ἐστὶ τῶν τὰ Πομπηίου φρονούντων, μέχρι πολλοῦ μὲν ὀδὴ ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι μετεῖχον ἔπειτα δ' ἐν μέλιτι συντηρούμενος ἡ νεκρῆς αὐτοῦ, ὡς ἐπ' Ἀγνῶστον Ἰουδαίου ἐπιγράφει, τοῖς βασιλικαῖς μηχαναῖς ἀποταφισθῆναι.*

905 *Æquore saxi*] In æqualitate saxi: i. e. in saxo æquali, aut exæquato et polito. *Lamb.*



906 *Pondere terra*] Secutus sum omneis libros vulgatos, quibuscum consentiunt nonnulli manuscripti. Nam illi habent *pondere cratis*; Nam scripturam nonnulli probant, fortasse non male, ut referamus ad morem Karthaginiensium, qui hoc genere supplicii utebantur: ut vel ex Plauto intelligere licet; *Pœnulo*, 5. 2. 65. 'Sub cratim uti jubeas sese supponi, atque eo Lapidea imponi multos, ut se se neces.' Sed cum hic loquatur Lucretius de sepultura generibus, non de suppliciis, malim vulgatam et receptam scripturam tueri. *Lamb.*

907 *At jam non domus, &c.*] Μίμησις stultarum lamentationum, quibus uti solent qui mortuum lugent. *Lamb.* Videtur Poëta hic exprimere præfixarum voces. Ita enim et hodie in Hispania ferunt eas gannire. *Gifan.* Sed, inquit fatui isti morientium aut mortuorum lamentatores, Multa tibi ademitt mors, &c. Ita est, respondet Lucretius, sed ea non desiderant mortui; illa autem non habere quæ haud desideres, quid mali sit? *Faber.* Quoniam vulgo habetur malum privari istis rebus, quibus in vita fruimur, et actionibus, quibus frugimur, vanam hanc opinionem deridet Lucretius vsa. 18. dum vulgaria refert lamenta, quibus mortuos amici prosequi solent, quasi illi hæc, quæ moriendo demiserunt, desiderent. Mortuus jacet sensus et cupiditatis expertus, nihil optat, petit, aut iudiget, quid igitur defendendus? Socrates in Dialogo qui apud Platonem Axiochus inscribitur, Ἦκουσα δὲ ποτὲ καὶ τοῦ Προδίκου λέγωντος, ὅτι ὁ θάνατος οὐ περὶ τοὺς ζῶντας ἐστίν, οὐ περὶ τοὺς μεταλλασκόντας· ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ γὰρ ἀποθνήσκοντες οὐκ εἰσίν, ὅστις οὐ περὶ σε εἶν ἔστιν, (οὐ γὰρ τέθνηκας,) ὅστις, ἔστι πάθους, ὅστις περὶ σε, οὐ γὰρ οὐκ ἔστι. Μάταιος οὖν ἡ λύπη περὶ τοῦ μὴ ὄντος, μήτε ἰσομένου περὶ Ἀξίχου, Ἀξίχου δὲύρασθαι, καὶ ἕμιον, ὅτι εἰ περὶ

τῆς Σκίλλης, ἢ τοῦ Κασταίου τις δδὲ-ροιστο, τῶν μήτε ὄντων, μήτε ὑπερῶν περὶ τὴν τελευταίην ἰσομένοιον. Τὸ γὰρ φοβερόν τοῖς ὄντων ἔστι, τοῖς δὲ οὐκ ὄνσι πᾶς ἂν εἴη; *Creech.* Significarat Salmasio Gronovius, in libro veteri legi: *Vim non jam domus, &c.* Unde vir ille excellentissimus, *Epist.* 50. fieri posse: *Quis non jam, vel: Im non jam, pro: 'Eam non jam domus accipiet telæta,' monstrabat; Epist.* vero 51. plane legendum autumat: *I, non jam domus, &c.* Et: *Illud At, inquit, quod est in Vulgatis, nihil ad rem facit. Marg. noster: 'Am Mas. pro an, particula affirmativa ἄρα exponitur a Philoxeno, nisi malis: Jamjam. Mirari convenit, unde hoc loco tam insperatæ turbæ!' Quid enim simplicius usitatisve, quam objectionum hoc genus solutiones a particula 'At, 'Atqui,' &c. ordiri? q. d. 'At non jam domus, inquit, accipiet te læta,' &c. Verbum, *aisnt*, vs. 911. ἀπὸ τοῦ κοινῶς ad totam objectionem refer. Similiter fere faceteque facit lamentantem patrem in filii obitu, *Lucian. de Luctu*, pag. m. 432. φῆσι γὰρ ὁ πατήρ, γοερῶν τι φθειγγόμενος, καὶ παρατείνων ἑκαστον τῶν ἰσομέτων· Τέκνον, ἦμιστον, οἶχθ μοι καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ἔρας ἀνηράκωθης, μόνον ἐμὲ ἐπι τὸν ἕθλιον καταλιπόν, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γαυρησῆσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθόν. Οὐ κωμάσθ πάλιν, οὐδ' ἐρασθήσθ, τέκνον, οὐδ' ἐν συμπόσιω μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν μεθύσθ. Ταῦτα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα φῆσει, ὀλέμενος τὸν υἱὸν δεῖσθαι μὲν ἐπι τούτων, καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὴν τελευταίην, οὐ δύνασθαι δὲ μετέχων αὐτῶν. *Preig.**

908 *Ne dulces occurrant oscula nati Præcipere*] Videtur imitatus esse illud *Homericum*, Ἰλ. ε. 406. Νήπιος, οὐδὲ τὸ εἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός, Ὅττι μάλ' οὐ δῆρυδις, ὅτι ἀθανάτοισι μάχοισα, Οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παπτάξουσιν Ἐλθόντ' ἐκ πολέμοιο, &c. l. e. 'Stultus est Diomedes, neque hoc intelligit, aut animo comprehendit Tydei filius, eum non admodum esse diuturnum

(i. e. non valde diu vivere) qui cum immortalib. pugnet: neque eum filii sui e prælio reversum, ad genua ore balbo patrem salutant.' fortasse etiam præficarum consuetudinem significare atque exprimere voluit: quæ hujusmodi vocibus lacrymas et ploratus excitabant. *Lamb.* Phraseos pulcritudinem ex Amatorum, atque adeo Imitatorum nobilitate æstimare licet. *Virg. Georg. 2. 523.* 'Interea pendunt dulces circum oacula nati: Casta pudicitiam servat domus.' Vide et *Æn. 2. 138. 4. 33. Claud. 4. Cons. Hon. 369.* Quid ni autem ex *Cic. 1. de Div. cap. 46.* narratiunculam hæc illam subnectamus? 'L. Paullus, Consul iterum, quom ei, bellam ut cum rege Persæ gereret, obtigisset: ut ea ipsa die domum ad vesperam rediit, filioiam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, osculans animadvertit tristiculam. Quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? Mi pater, inquit, Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus: Accipio, inquit, mea filia, omen. Erat autem mortuus catellus eo nomine.'

*Preig.*

910 *Non poteris factis florentibus esse tuis Præsidio*] Hic variatum est mirifice; credo, ob numeros rariores. Vide *Indicem, 'Versus Diphilius.'* Veteres libri quidam: *facti florentibus esse tuisque.* Quidam: *facti tui fortibus.* Alii: *factis florentibus esse cuiquam.* Alii aliter. Quidam: *præsidium.* Vulg. *factis florentibus esse tuisque Præsidium.* *Lambinus: factis tibi fortibus esse tuisque Præsidio.* Ego ex vestigiis ita restitui. Quid enim hic sibi vellet, tibi? Vide et supra, 2. 642. *Gifan.*

*Non poteris factis tibi fortibus esse*] Sic restitui, ad hanc scripturam ab uno libro manuscripto quasi manu ductus. in quo cum reperissem ita scriptum, *Non poteris facti tui fortibus,* semperque antea hic locus mihi suspectus fuisset, non dubitavi,

quin hæc esset vera et germana Lucretiana scriptura. Nam vulgata plane inepta est, *Non poteris factis florentibus esse, tuisque, &c.* non dissimulabo tamen, me in Vaticano ita scriptum reperisse, *Non poteris factis florentibus esse cuiquam Præsidio, &c.* de qua scriptura iudicet lector. Ego, ut dicam quod sentio, alteram malo. Jam 'fortia facta,' et 'fortibus factis,' et simil. loquendi genus est bonis scriptoribus Latinis usitatum. *Cæsar lib. 3. de Bell. Gall. 'Atque eo magis, quod in conspectu Cæsaris atque omnis exercitus res gerebatur, ut nullam paullo fortius factum latere posset.'* *M. Tull. lib. 4. Epist. ad Atticum, epistola, cujus initium est, 'Non dubito,' &c. 'Non mihi satis idonei sunt auctores ii qui a te prebantur. quod enim eorum in rep. forte factum extitit?' Virg. Æn. 10. 360. 'Quo fugitis socii? per vos, et fortia facta,' &c. Idem 9. 281. 'me nulla dies tam fortibus ausis,' &c. Postremo in vocabulario Latino-græco Cl. Puteani manuscripto ita scriptum legi: *Fortia facta, ἀπορῆμα.* qua interpretatione nihil excogitari potest aptius. Nam ut *ἀπορῆμα* dicitur Græce, 'qui fortiter facit,' aut 'fecit:' ita *ἀπορῆμα* nihil aliud est, quam 'forte factum.' Quod autem *Zoilus* querit, quid sibi velit hoc *tibi,* cum sit is mortuus quem alloquitur: ridiculum et stolidum hominem: qui non intelligat, hoc ipsum fingi esse miserabile, eum, qui olim vivus solebat esse sibi suisque præsidio, nunc mortuum esse, neque posthac fore neque sibi, neque suis utilem aut salutarem. Sed quid cum talibus belluis disputo? valeant cum suis verbibus *Diphilia.* Nam, si *Diis* placet, hanc versum *Diphiliam* in locum germani *Lucretiani* substituit gravis auctor, *Non poteris factis florentibus esse tuis.* Quis non admiretur hominis acumen? Ne hoc quidem loquendi genus, 'esse sibi' aut 'alicui alteri*

praesidio, ei novum aut inauditum est, qui bonos scriptores manib. terit, oculisque legit. usurpavit iterum Lucretius sup. 2. 642. 'Praesidioque parent, decorique parentibus esse.' Lamb. Alii *Non poteris factis florentibus esse cuiquam*: Gifanius vero *Non poteris factis florentibus esse tuis*. Quos versus amat! In sequenti versu quidam *Misero misere*. Creech. An non forte? *Non poteris natis florentibus esse, tuisque, &c.* Illud 'florere,' quod hic in Mss. est, mire amat. Vide Indicem, et l. 256. ubi de sobole etiam dicitur. Hav.

911 *Miser! o miser*] Quatuor libri manuscript. habent, *misero misere*, quam scripturam si recipimus, haec verba erunt conjungenda cum sequentibus hoc modo. 'Una dies infesta tibi misero omnia ademittit tot praemia vitae.' Lamb.

*Misero misere aiunt, omnia ademittit, &c.*] Ita fere Vulg. et in veteribus. In quibusdam: *misero miser, non male. Gifan.*

913 *Nec tibi carum, &c.*] Qui non deiderat autem, non videtur carere. Sed videtur ita loqui debuisse, *nec tibi carum Jam rerum desiderium super insidebit una*, si versus pateret. Itaque docti quidam ita legendum existimant, *nec tibi carum Jam rerum desiderium super incidet una*: alii sic, *Jam rerum desiderium insidet super una*: ut sit a verbo insido. Verum tamen nihil mutare ausim. Lamb. *Superinsidere* verbum mihi satis Lucretianum, hoc est, elegantissimum videtur. Licet etiam divisim legere, *super insidet*. Nam et ita vs. 931. Ut mirum sit, cur malint viri docti nonnulli *insidet*, media producta, aut omnino aliquod verbum futuri temporis. Preig.

915 *Dictaque sequantur*] Illa dicta incipient ab eo versu: 'Tu quidem ut es letho,' &c. usque, 'Illud ab hoc,' &c. Faber.

917 *Tu quidem, ut es letho sopitus*]

Sic habent libri manuscr. et ita legi debet, non, ut est in vulgatis, *lecto. letho sopitus* autem, i. e. mortuus. Lamb.

918 *Cunctis privatus doloribus agris*] Ita apud Appianum Civil. Bell. 4. p. 655. Brutus introducitur Cassium modo interfectum, et ipsum Epicureum, ob festinationem quidem incusans. καὶ ἐμακρῆξεν ἑμοῦ φροντιστὸν καὶ ἀποίας ἀπὸ ἀλλοτριῶν, αὐτὸν ἔρωτον ἐς τοῖον ἕρα τῆλος ἰσχυροῦσι. i. e. 'at e diverso mactum felicitatis praedicans, qui se curis ac molestiis exemerit. Quae me, inquit, ducant ad nescio quem exitum.' Hav.

919 *Cinifactum*] I. e. in cinerem versum et dissolutum. sic Nonius, qui hunc versum profert. hoc autem dixit homo Romanus ex consuetudine Romanorum, qui mortuos comburebant. M. Tull. Epist. l. 15. 'Nos hic D. Syllam patrem mortuum habebamus, alii a latronibus, alii cruditate dicebant, populus non curabat: combustum esse constabat.' Atque hanc tamen consuetudinem a Graecis aut Barbaris sumserant, ut ex iis, quae supra diximus non longe, intelligere licet. Lamb.

*Busto*] 'Bustum (inquit Festus) proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus,' &c. Idem ibid. 'Sed modo busta, sepulcra vocamus.' Lamb.

920 *Deflevimus*] Libri manuscripti habent *deflevimus*: quod eo annotavi, ut saepe admoneam lectorem, ut pro *b*, et contra *b* pro *u* in membranis calamo exaratis interdum scriptum reperiri. Lamb.

923 *Ab*] Ob. Gifan. Gifanius *Ob hoc*: et forsitan melius. Creech.

925 *Hoc etiam faciunt ubi, &c.*] Stolidi quidem isti qui mortuos insatiabiliter lugent, stolidiores vero qui commensationibus indulgentes etiam inter pocula mortis memoriam refricant, quasi siti inexpleta conficiendi essent, aut alicujus alius rei

desiderio vexarentur, postquam e vita migraverint. Somno sopiti nihil cupiant, nec re aliqua indigent, quid igitur stulti timeant desiderium in morte quæ magis disijcit animæ principia quam somnus, et eorum motus a sonau reddidit magis alienos? *Creech.*

926 *Et inumbrat ora coronis*] Et capitibus imponunt coronas e floribus: quod erat asitatum veteribus illis Græcis et Latinis, ut et ex utriusque scriptoribus intelligere licet, et nos in comment. Horatianis, aliquot exemplis collectis, ostendimus. *Lamb.*

927 *Brevis est hic fructus homillii: Jam fuerit*] *Μήνους* eorum quæ dicere solent homines in poculis. sic Apollonides l. 2. Epig. Græc. *Ἐρεσθ' ἔρ' εὖ τίμωσθα, πολλὸς χρόνος· ἀλλὰ γ' ἐπέγειου, ἢ πολλὴ κροτάφου ἀπτεται ἡμετέρων.* i. e. 'Tempus erit longum, quo non potabimus: eia Corripit en nobis tempora canities.' *Plant. Bacch. 5. 2. 76.* 'non tibi venit in mentem, amabo: si dum vivas, Tibi benefacias, jam pol id quidem esse haud perlonginquum? Neque si hoc hodie amiseris, post in morte id eventurum esse unquam?' *homillii* autem excudendum curavi, non *homullis*, ut habent libri vulgati. nam diminutivum nomen ab homine, est 'homulus': deinde ab 'homulo,' homillus, et homillus. *Lamb. Homillus*, an, ut potius reor, *homillus* dici debeat, non est fortasse tanti, ut studiosè quærantur; id enim alii ante nos fecerunt: sed nemo, quod quidem sciam, antehac monuit, esse in hoc loco gravissimum peccatum a librarii manu. Legendum enim est, . . . *Brevis hic est fructus homilli.* Primum quia figura ingeniosior sit et magis morata, ἡμωρέα, si numerum singularem usurpes; (notum illud . . . 'quam totus homuncio nil est!') Dein quia, nisi vera nostra emendatio est, tum solœcismus in oculos involabit. [*Jam fuerit*] alioqui scribendum erat [*Jam fuerint*] *homilli*, scilicet. Totius enim

loci hæc sententia est: Bene nobis et volupe faciamus; Genium memoriam brevis ævi nunc placandi tempus est, seu corollas ille, seu vinas, sermonesve, suaves et molliculas escas, aut, si quid etiam est jacundius, malit. Si nescias, hæc vera vitæ gaudia sunt; sed eheu! quam cito prætervolant! Manum itaque injice: *brevis hic est fructus homilli*; horæ momento 'fuerit' [i. e. perierit, ut, *Fuit Ilium*] neque post unquam revocare licebit: 'Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum; Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo.' *Faber.*

928 *Jam fuerit*] Manifesto ad fructum, non ad homillum referendum. Adeoque inanis iste Fabri a solœcismo metus est; neque in voce *homullis* mutandum quicquam. *Preig.*

929 *Atque arida terra*] Sic habent duo cod. manuscr. *Faërn.* et *Tettianus.* reliqui duo, *arida terrat*: nonnulli vulgati, *arida torrat*: mendose. Nam omnino legendum, *arida terra*, ut edidi: non *torrat*, neque *torreat*. *Lamb.*

*Atque arida torreat*] Vulgati: *torrat*. Veteres quidam: *terrat*. Quidam: *terra*. *Gif.*

*Torreat*] *Terra* *Lambius*, frustra: In sequenti versus alii legunt *pes*, ita enim veteres. *Creech.*

931 *Aut alia, quotus desiderium insideat res*] Duo cod. manuscr. habent, *Aut alia c. d. ins. res.* quo modo olim excudendum curavi: neque nunc muto. *Memoianus* autem, *Vaticanus*, et *Bertinian. rei*, non male. Licet etiam legere *re. Alia* autem patrius casus est antiquus, ut notant *Diomedes*, *Sosipater*, *Priscianus*, et ceteri grammatici. de quo supra plura, ad illum locum l. 689. 'neque ullam Prætereæ rei, quæ corpora mit. poss.' &c. Jam patrius casus quintæ declinationis fuit veteribus *es, e, eſ,* et *ii*: ut *dies*, genit. *dies*, vel *diet*, vel *dii*. *Egnius 16. Ann.* 'Postremæ

longinqua dies confecerit ætas.' Tall. pro P. Sextio: 'Equites vero daturos illius dies pœnas.' Virg. Georg. 1. 687. 'Libra dii somniq̄ pares ubi fecerit horas.' Licet igitur legere hoc loco vel *re*, vel *res*, vel *rei*, ut sit disyllabum. *quœtus* autem positum pro alieujus, ut sit hæc sententia: aut tanquam alim cujuspiam vel desiderium insideat ac remaneat. *Lamb.*

*Ret]* Ita omnes veteres fere. In quibusdam tamen: *res*; etiam bene. Vide Indicem. *Gifan.*

932 *Nec sibi enim quisquam, &c.]* Salmas. Epist. 52. versu ab hoc tertio *suprema*, vel, *supremo* legit pro, *soporem*. Ac totum locum ita concinnat: *Nec sibi enim quisquam cum se, vitamque requirit, Cum pariter mens et corpus sopita quiescant, Nec desiderium nostri nos attigit ullum; Nam licet æternum per nos sic esse suprema, vel, supremo.* Vide et Epist. 50. *Preig.*

933 *Cum pariter mens et corpus]* Cum dormimus altum et placidum somnum. *Lamb.*

934 *Nam licet æternum per nos]* Nam 'licet per nos,' &c. i. e. non recusamus, vel non obstamus, quo minus ita sit æternus sopor. sic locutus est, ut cum dicimus, 'per me stertas licet,' 'per me trahantur pedibus omnes rei:' i. e. non impedio, quo minus stertas: non recuso, quin omnes rei pedibus trahantur. *Lamb.* Hunc versum sequenti subjicit Salmasius, et cum in Cod. Gronovii invenerit *præmo*, pro *soporem*, legit *Nam licet æternum per nos sic esse suprema*: Per nos, inquit, licet sic esse suprema, mortem nempe ipsam, ut est ille somnus: vel etiam fortasse sic esse *supremo*. Supremo nempe sopore vel somno, sic licet esse per nos æternum, ut et isto quotidiano quo quiescimus. Ita laborant illi, quibus nihil placet præter difficiles nugæ. *Creech.*

935 *Nec desiderium nostri nos attigit*

*ullum]* Sic reposui, cum vulgatorum alii habent *attigit*, alii *indigit*: manuscripti autem, *adigit*, quod depravatum est ex *adigit*. 'adigit' autem præsentis temporis est pro attingit, a verbo tango, quo utebantur antiqui pro tango. Vide Festum in verbo 'tagit,' et voce 'tagax.' sic Plantus in Epid. 5. 2. 58. 'ne attigas.' et item alibi. mendose alii, aut qui *adiget* aut qui *adicit* scribi volunt. *Lamb.*

*Adigit]* Ita veteres libri. In quibusdam Veteribus: *idigit*: recte etiam. Marullus et Vulgati: *attigit*. Lambinus: *adicit*; nimis longe. Turnebus: *adicit ullum*. *Gifan.*

*Attigit]* Ut, 'ne me attigas,' Ter. Plaut. *Faber.*

936 *Et tamen haudquaquam]* Cum dormimus (inquit) nosmetipsos non requirimus, neque vitam nostram, neque ullo nostri desiderio afficimur: et tamen corpora prima, ex quibus animus noster constat, non longe tum aberrant a motibus sensiferis, neque tota anima foras ejecta est: quin ex somno excitamur, et expergicimur: Quanto minus mortem ad nos pertinere existimandum est, in qua nullus sensus remanet? *Lamb.*

*Haudquaquam nostros tunc illa per artus Longe ab]* Nam si nimis longe aberrarent, et si omnis anima esset foras ejecta: tum mortuus esset homo, 'tumque jaceret Æterno corpus perfusus frigore leti,' ut ait 4. 921. *Lamb.*

940 *Si minus esse potest, &c.]* Si potest esse aliquid minus eo quod nihil est: quod certe non potest. *Lamb.* Ter. 'Cui minus nihilo est.' id quod ab Æschylo esse scimus. *Faber.*

941 *Disiectus]* Disjectio, dissipatio. *Lamb.*

942 *Consequitur leto]* Quidam docti legunt, *letum*. libri autem omnes habent *leto*. quod interpretor in leto, seu in morte, vel per letum. *Lamb.*

*Expergitus]* 'Expergitus (inquit Festus) ab alio excitatus: quem so-

lemus dicere expergefatum.' Lucill. 'E somno paeros cum mane expergito' clamas.' Diomedes: Expergiscor, experrectus: expergor, expergitus. Arnob. lib. 5. adv. Gent. princip. 'Expergitosque illos statim perdocuisse regem, quibus ad terras malis Jupiter posset sacrificiis elici,' &c. Lamb. Aulus Gell. 6. 10. 'tum vel maxime juvenis animos ista re expergebat.' Creech.

943 *Frigida quem, &c.*] 'Frigida vitæ pausa,' i. e. mora, quæ est vitæ interruptio et cessatio. Itaque recte dixit 'frigidam,' ut supra eod. lib. 531. 'gelidi vestigia leti,' et 4. 922. 'Æterno corpus perfusum frigore leti,' sic Virg. Æn. 4. 385. 'Et cum frigida mors anima secluserit artus,' &c. Lamb. Forte, *adsecuta est*, ita: 'Frigida quem semel ad vitæ pausa secuta est.' Hav. Virgilius insernit operi suo et Græca verba, sed hac licentia largius usi sunt veteres, quippe illi dixerunt, 'Pausam,' 'Machæram,' 'Asotiam,' et 'Malacem.' Macrobius. Creech.

944 *Denique si vocem, &c.*] *Προσωροδα* Naturæ ad *φιδλοβλου* re *καλ μισοδαρδρους*. Gif. Ut magis valeret contra timorem mortis disputatio, naturam inducit loquentem, suæque argumenta personæ auctoritate sustentat vs. 21. Si rebus adversis usus fuisti, (Naturam audis) recede miser, et quietem tandem discere pati: si prosperis, tum bonis illis, quæ tam benigne contuli, contentus abi, nova ne expectes, ut temporum sic etiam rerum omnium conversio; iisdem semper eadem succedunt: si vires tuas senectus nondum confecerit, bona omnia quæ tibi proponere possum percepisti: si senex sis, quid est quod moraris emori? Creech. Huc respexit Seneca, Epist. 93. licet pro fato Stoico verba faciens: 'Utrum, obsecro te, æquius judicas, te naturæ, an tibi parere naturam? Quid autem interest, quam cito ex eas,

unde utique exeundum est? Non dum vivamus, curandum est: sed ut satis. Nam, ut dia vivas, fate opus est: ut satis, animo. Longa est vita, si plena est. Impletur autem, cum animus sibi bonum suum reddidit, et ad se potestatem suam transtulit. Quid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? Non vixit iste, sed in vita moratus est; nec sero mortuus est, sed diu.' Quem locum eo libentius adscripsi, quod et Nerv inter rerum verborumque contumelias, quibus mortuum Claudium insectatus est, 'mörari eum inter homines desiisse.' N. B. producta prima syllaba, jocabatur, teste Suet. cap. 33. En viri sapientissimi atque optimi tandem aliquando discipulum Neronem. Preig.

945 *Sic increpet*] Usque ad vs. 963. 'Quid respondeamus, nisi justam,' &c. Faber.

946 *Quid tibi tantopere*] *Προσωροδα* Naturæ: i. e. oratio, in qua Laetius facit Naturam cum homine nimium vitæ cupido, mortemque horrente, loquentem, gravissimamque atque acerrima objurgatione utentem. Sic M. Tull. in Catil. 1. patriam facit loquentem: sic Plato leges, in Apol. Lamb.

948 *Nam si grata fuit tibi vita, &c.*] Marg. noster: *Nam gratis fuit tibi vita*; nulla adjecta auctoritate: quæ scriptura si ex aliquo veteri cod. originem trahat, unde trahere tamen verisimile fit ex lectionum Pii Bononiensium cognatione, fortasse non inutili opera expendetur accuratius. Nam, et *gratis* retineri, et *fuit*, priori producta, locum suum tueri potest, modo a geminetur, et inde fiat *fuit*. Sic Turneb. assentiente Lambino, 1. 387. legendum asseruit: *Inter corpora quod fuvat possidet inane*. pro *fuit*, quod vel ita, vel in *fiat* mutatum ibi habent libri Mss. Et fortasse etiam 6. 532. Mssorum lectio, *suant*, postulat, ut et ibi faciamus: *Omnia quæ*

*pacto fluant quareve creentur.* Præsertim, quum 2. 463. reperiamus 'fluvida,' ejusdem formæ, et vs. 465. *fluvidum;* ubi, quod pro vulgato *fluvidum*, variantes Lectiones *fluvidus* substituant, manifesto ad masc. 'sudor,' de quo sermo est, referendum, ea lege ut particula 'quod' causalis, non relativa sit, ibique valeat quoniam aut simile quid; quemadmodum lib. 2. vs. 1010. e contrario eadem, ex relativa facta causalis, nescio quas turbas dedit. Quod autem ad senum loci hujus attinet, is haud inconcinuus erit: *Nam gratis fuit tibi vita, &c.* i. e. nullo tuo merito vixisti; quod vixisti, gratis tibi concessum. Quæ autem sequuntur: 'Et non omnia,' &c. ant ita retineri poterunt, et significabunt: hominem utique, non brutum aliquod animal, aut stipitem fuisse apud quem commoda ista omnia statim perfluxerint atque interierint ingrata. Non enim, ut 6. 973. 'Sicut amarantium fugiat sus, et timet omne Unguentum,' ita et homo natus: vel, levi immutatione voculæ si copulam et locum cedere jubebimus. Atque ita totus locus, nisi vehementer fallor, Lucretiano, h. e. arduo illo favore dignis plane verbis, ita sese habebit: *Nam gratis fuit tibi vita ante acta, priorque. Si non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere, atque ingrata interiere; Cur non, &c.* Hæc dum meditor, ingrata nescio quid deprehendere eadem opera mihi videor in istis: 'si grata fuit tibi vita, &c. et non ingrata omnia commoda perfluxere,' &c. *Preig.*

949 *Pertusum congesta quasi in vas* Quod nihil continet, quodque nunquam expletur: inf. 1022. 'laticem pertusum congerere in vas,' &c. *Lamb.* Sen. Epist. 87. De impuro quodam, qui multorum hæres fuerat, et multos habuerat hæres: 'Quid ergo? atrum illum pecunia puram effecit, an ipse pecuniam impuravit? quæ sic in quosdam homines, quomodo

denarius in cloacam cadit.' *Plant.* 1. 3. 135. 'In pertusum ingerimus dicta dolium: operam ludimus.' Seneca iterum, de Morte Claudii, circa fin. 'Tum Æacus jubet illum alea ludere, pertuso fritillo.' Vide in sacris Haggæum Proph. cap. 1. 6. *Preig.*

950 *Atque ingrata inter]* Et si non ingrata interiere. *Lamb.*

951 *Cur non, ut plenus]* Imitatus est hunc locum Hor. Sat. 1. 1. 117. 'Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum Dicat, et exacto contentus tempore vitæ Cedat, uti conviva satur, reperire queamus.' Marius (ut refert Plutarchus in Mario) cum annos duos et septuaginta vixisset, septies consul primus omnium renuntiatus ac declaratus fuisset: suam fortunam deplorabat, quasi a morte occupatus ante quam ea quæ cupiebat, assecutus esset, quæque cogitabat, perfecisset, e vita excederet: tam inexplabilis vitæ cupiditas homines tenet. Melius Plato, qui moriens genium suum, fortunamque suam laudabat, primum quod homo, non fera; deinde quod Græcus, non barbarus: postremo quod ætate Socratis natus esset. Quod tamen reprehendit Lactantius de Fals. Sap. 3. 19. *Lamb.* Stat. in Surrentino Pollii: 'Quem non in turbine rerum Deprendet suprema dies, sed abire paratum, Ac plenum vita.' *Preig.* Unde et toties in Sacris Libris, 'dierum et vitæ plenus,' de felici patrum obitu. Ad dique meretur Musonii apud Stobæum locus, citante Lipsio Manduct. ad Ph. Stoicam Dissert. 22. 'Sicut e domo exigi videmur, cum locator pensione non accepta, fores revellit, tegulas aufert, puteum obstruit: ita et hoc corpusculo pelli videor, cum natura, quæ locavit, oculos adimit, aures, manus, pedes. Non moror igitur amplius, sed veluti e convivio discedo, nihil ægrescens.' *Hæc.*

953 *Sic ea, quæ fructus cumque es]*

I. e. sin ea omnia commoda, quæ in vita percipiati, tibi e memoria effluxerunt, vel te non expleverunt, et vivendo in aliquas offensiones incurristi: cur amplius addere quæris? cur vitam producere et prolatare cupis? *fructus* autem excendendam curavi, secutus auctoritatem librorum manuscriptorum, cum in vulgatis legatur *functus*, mendose. 'Fructus sum' enim præteritum est a verbo *fruo*. M. Tull. in Hortensio: 'Et humanitate summa perfructus est.' *Lamb.*

954 *Vitaque in offensa*] Et si vita est in offensa, i. e. in offensione, vel, ut quidam legendum censent, *in offensa*, i. e. si in vita offendisti, et incurristi in aliquas difficultates, et res adversas. in *offensa* autem reposui, cum in omnibus fere libris *offense* reperissem, memor perversæ librariorum illorum consuetudinis: qui e pro u, et a pro o scribere solebant. Quod si legimus in *offensa* est, 'offensa,' accipiendum erit pro offendiculo. Alii in *offenso* retinent, minus recte, meo quidem iudicio. *Lamb.*

In *offenso*] Sic omnes veteres, recte. *Gif. in alt. tantum ed.*

957 *Nam tibi præterea quod machiner*] Nam quod tibi præterea excogitem aut fabricer, aut comminiscar, quod tibi placeat, nihil est. *machinari* dixit Latine, pro eo quod Græci μηχανᾶσθαι dicunt. Plato in Gorgia, ἔάν τις ἔλθῃ, μηχανητήρας ὄντας ἀν διαφύγγῃ, καὶ μὴ δόξῃ δικῆν ὁ ἐχθρός: i. e. 'si autem venerit in iudicium, omnis in eunda ratio, omnisque machina adhibenda est, ut effugiat, et ut ne det pœnas.' Idem Apolog. Socr. in extr. *Ὅτρε γὰρ ἐν διαγ, ὅτ' ἐν πολλήμῃ, ὅτ' ἐμὲ, ὅτ' ἄλλον οὐδένα δεῖ τοῦτο μηχανᾶσθαι, ὅπως ἀποφεύξεται, πᾶν ποῖως, θάνατον:* i. e. 'Neque enim in iudicio, neque in bello, neque me, neque ulium alium hoc oportet machinari, ut omnem rationem expertus mortem effugiat.' Xenoph. Κύρου παῖδ. c.

ἢν δέ τις ἔρα καὶ βελτίων ἀπὸ τοῦ φασῆ, θάρρα, ἔρη, ὁ Κύρε, οὐδὲν σε δεήσει τῆ ἀγαθῆ ἀνδρὶ μάχεσθαι, ἀλλ' ἐκείνος ἀρᾶσει τοῦτο μηχανηόμενος, ἐς ἀπολόρη τῆν ἀπὸ τοῦ βελτίων. i. e. 'Si quis autem eo melior existat, bono animo es, Cyre: non erit tibi necesse cum viro bono et forti pugnare: sed ille unus huic rei satis erit, omnem ad hanc rem machinam adhibens, ut virum se meliorem de medio tollat.' Sic Plaut. Captiv. 3. 3. 14. 'neque jam servare salus, Si volt, me potest: nec copia est, nisi si aliquam cordis machinor Astutiam: quam, malum? quid machiner? quid comminiscar miser?' Polyb. lib. 1. *ὅτρε ἄλληρ οὐδέμιαν εἰρήσθαι πρὸς τοῦτο μηχανῆν δυνατόν.* i. e. 'neque ullam aliam ad hoc machinam reperire pote.' *Lucret. 4. 1112.* 'Nec reperire, malam id posunt quæ machina vincat.' *Lamb.*

958 *Eadem sunt omnia semper*] Facetissimus exstat apud Lucian. Menippi et Chironis dialogus, in quo Chiron interrogatus a Menippo, quamobrem, cum ei immortalis esse liceret, mori maluerit, respondet, perpetuum rerum tenorem, et similia omnia suo tempore vicissim recurrentia, vitæ satietatem sibi peperisse. *Lamb.*

959 *Atque etiam potius*] Hanc verum quidam improbe rejiciunt. *Creech.*

963 *Quid respondeamus*] Omnes quidem libri tum scripti tum typis excusi habent, *respondemus*: sed videtur legendum vel, *Quid respondeamus*, ut e et a coalescant in unam syllabam; vel, *Quid responderimus*, in præterite conjunctivi. Sic sup. 2. 900. 'Conciliantur ita, ut debeant animalia gigni.' *Lamb.*

*Respondemus*] Forte: *respondeamus*; ut sup. vs. 930. *Gifan.* Lucian. de Luctu, pag. m. 436. πρὸς Αἰδὸς δὲ ἂν λέγγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεῖς, ἀπεκλινας ἀπὸ τῶν ἐπ' ἔγκωμος, οὐκ ἂν οὐδέμῃθαι δικαῖότερα ἐν αὐτῶν εἰρεῖν; *Preig.*

965 *At qui obitum lamentetur miser*]



I. e. At qui, cum sit valde miser, mortem tamen lamentetur, uonne magis eum increpet atque objurget, qui mortem, miserie suæ portum, fugiat? *Lamb.* Modo natura mitius egit cum vitæ cupidis: jam omnes immodeste appetentes, et præsertim senes vas. 26. acrius castigat. Singulis hominibus, ut in scena, suæ sunt partes; nec immodestius persona, qui nihil agat, quam senex in hac vita moratur. Abi, fatue, aliis concede locum: nihil habes quod amplius agas, ideoque agas animam. Quid horres? Quies alta et sopor æternus te manet. Quid sedes infernas, et pœnas post mortem? Fabulas times: poetarum figmenta ista nihil quidem veri in se continent; et jam vivi patiuntur homines mala, quæ futura incepte metuunt. *Creach.*

967 *Aufer ab hinc lacrymas, barde*] Ita in veteribus nostris. In quibusdam veteribus: *Baratte, Baratre, baratro*: ex mala pronuntiatione. Ut ex delibio, delibero: Ex nigro, nigero, &c. *Barde*, stulte. Ut modo: 'stulte, quietem.' Forte etiam: *barathro*. Vide Indicem. *Gif.*

*Aufer abhinc lacrymas, Barathro*] *Barathro*, i. e. homo insatiabilissime atque avidissime. senem enim (ut quidam volunt) alloquitur. itaque versus, cujus initium est 'Grandior,' debet collocari ante versum, 'Aufser ab hinc lacrymas,' &c. ut illi cessent. a quibus dissentio; et 'barathro,' seu, 'barathre,' interpretor homo barathro digne. Reperio enim in Thomæ magistri lexico, *βάραθρος ἀρευναίς, ὁ βάραθρου ἄξιος ἑσθραπος*: i. e. 'barathrus in genere masculino, homo barathro dignus.' Secutus sum autem hic libros manuscr. qui partim habent *barathre*, partim *barathro*: quibuscum consentiunt nonnulli typis excusi, vulgati autem habent *barde*. Jam 'bardus' idem valet quod stultus et ingenio tardus, ut docent Festus, et Nonius. et auctor vocabu-

larii Latinogræci, mihi a Cl. Pateano commodati, 'Bardus,' inquit, i. e. *ἀναίσθητος, βραδύς, ἄφρων*. quæ nomina Latine reddita valent sensus exersa, tardus, amens. Sed ego hoc loco *barathro*, aut *barathre*, legendum puto. Et fortassis apud Hor. Sat. 1. 2. 2. legendum, 'Mendici, mimæ, barathrones, hoc genus omne.' Sed nihil mutandum est apud Horatium. Nam 'balathrones' dicti sunt a barathrone, aut barathro, propter affinitatem liquidarum l et r: ut contra 'parma' a palma dicta est. Atque hæc est Turnebi nostri sententia: cui assentior. In hoc loco autem, ut ad Lucretium redeam, *barde* nullo modo probo, natumque puto ex voce *barathre*, aut *barathro*, non intellecta. *Lamb.*

*Barathro*] Qui barathro dignus es. Videndus Aristophanis Scholiastes duobus locis. In al. edit. legitur *barde*, i. e. stulte; bardus, *βραδύς*. *Faber*. Apud Ammonium Moschopolum, et alios Grammaticos invenies, *βάραθρος*. *ἔργυμά τι εἰς τὸ τοῦς κακούργους ἐπέβαλον ἀπὸ τοῦτου λέγεται καὶ ἑσθραπος βάραθρος, ὁ ἄλλθρου ἄξιος*. Alii tamen *Barde*, i. e. stulte, fatue. alii *Baro*: qua voce utitur Tull. de Divin. lib. 2. et Persius Sat. 5. Heinsius autem ad Ov. A. A. 3. 3. 'Aufser, abi, hinc lachrymas, Balathro, et compece,' &c. 'Balatronem' autem videntur veteres sumsisse pro homine nihili et nugaci, quo significato etiam apud Varronem occurrit lib. 2. de R. R. vid. etiam Festum in 'Balatrones.' *Creach.* Mss. nostri (quos secuti sumus, Vossio consentiente ad Catullum p. 320. et 321.) *Barathre*, quod etiam magis Turneb. Adv. 30. 26. placet, qui addit, ut *ἄλλθρος* Græcis pro adiectione usurpatur, cum sit vocabulum appellationis, sic 'Barathrum' dici qui barathro dignus sit. *Hav.*

968 *Grandior hic vero, &c.*] Si quis vero nata grandior queratur, quod

sibi sit moriendum, sic eum increpabit natura: 'Omnia perfructus vitæ præmia, marces,' i. e. omnibus vitæ præmiis perceptis, atque in vita degenda abunde gustatis, jam ætate confectus es: quare moriendum tibi æquo animo est. *perfructus* autem legendum, non *perfunctus*, a verbo *perfruo*, ut sup. diximus. Cum his congruunt illa Eariip. in Alcest. *Μάτην ἔρ' οἱ γέροντες εὐχόρονται θάψαι, Γῆρας φέροντες, καὶ μακρὸν χρόνον βίον. Ἦν δ' ἐγγυς ἔσθῃ θάνατος, οὐδέ τις βόλαται θνήσκειν, τὸ γέρας δ' οὐκ ἔρ' ἔστ' αὐτοῖς βαρῆ.* i. e. 'Frustra igitur senes optant mori, senectutem vituperantes, et longum tempus vitæ. Quod si prope accedat mors, nemo vult mori: senectus autem non amplius est eis gravis.' *Lamb.*

*Quærat* Subaudi, Ei homini dicet natura, 'Omnia perfunctus vitæ,' &c. *Lamb.*

969 *Marces*] Forte legendum: *marces*? Quidam libri: *martes*. Gifan.

970 *Quod abest*] Videlicet futurum. *Lamb.*

971 *Ingrataque vita*] Et non grata, neque tibi satisfaciens. *Lamb.*

972 *Ante, quam satur*] Hor. Sat. quam supra memoravimus, l. 1. 119. 'Cedat uti conviva satur.' *Lamb.*

974 *Nunc aliena tamen*] Sic Hor. Epist. 2. 2. 218. in extrem. 'Vivere si recte nascis, decede peritis. Lussisti satis, edisti satis, atque bibisti: Tempus abire tibi est,' &c. Attende autem, eum junxisse hic vocem *aliena* cum auferendi casu: qua de re supra, ibi, *aliena salutis*. *Lamb.* Ter. in Adelph. 1. 11. 30. 'Alienore ætate post faceret tamen.' *Præig.* An *magnis*, quod in Mas. est, dictum ut 'peritis' modo apud Hor. ? *Hav.*

976 *Jure (ut opinor) agat*] Jure tecum sic loquatur: vel jure tibi hanc litem intendat. *Lamb.*

*Inciletque*] 'Incilare est increpare, vel improbare, atque incusare,' inquit Festus Attius Meleagro: 'Qui-

que non me spernens, incilians probris, sermone indecorans, turpi fama differret.' Pacuvius Doloreste: 'Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam?' Lucillius: 'Nunc Cai quoniam incilians nos lædi viciasim.' *Lamb.* Intra parentheses concludendus hic versus: 'Incilare' autem significat reprehendo, arguo, increpo. *Fab.*

977 *Cedit enim rerum novitate*] Sic Hor. Epist. ad Pison. vs. 60. 'Ut silvæ follis pronos mutantur in annos,' &c. ad quem locum lege, si vacas, quæ annotavimus. *Lamb.* Nam, uti apud Ovidium Pythagoras Met. 15. 252. 'Rerumque novatrix Ex aliis alias repetit Natura figuras. Nec perit in tanto quidquam (mibi credite) mundo: Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur, Incipere esse aliud, quam quod fuit ante; morique, Desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa, Hæc translata illuc; summa tamen omnia constant.' *Hav.*

979 *Nec quicquam*] I. e. nec quicquam in nihilum interit, ut docuit l. 216. sed omnia resolvuntur, et revertuntur in corpora prima. 'Hæc accedit uti quæque in sua corpora rursus Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res.' *Lamb.*

*Decidit atra*] Ad oram libri Bertin. adscriptum erat a nescio quo emendatore, *decidit*: in ipso contextu scriptum *dedit*: in uno alio manuscripto integrum inest *decidit*: in vulgatis *deditur*. quod ut non damno, ita *decidit* magis probo. *Lamb.* Quidam agnoscunt *deditur*, et vs. 962. *Quam tu pro Quam nunc*, legunt. Gifanlius, *Nec minus ergo ante hæc quam cecidere cadentque*. Creech.

*Deditur*] Veteres quidam: *decidit*. Gif.

980 *Materies opus est*] Sic sup. 2. 814. locutus est: 'Scire licet nil principiis opus esse colores.' M. Tull. Epist. ad Curion. lib. 2. 'Dux

nobis et auctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, et quasi gubernator.' Sic 4. 1261. 'Nec motus opus sunt nostris uxoribus hilum.' et item alibi. *Lamb.*

981 *Qua tamen omnia, &c.*] *Qua* tamen omnia, ubi vita defuncta fuerint, te sequentur, et morientur, ut tu. *Lamb.*

982 *Nec minus ergo ante, hæc quam cecidere*] Sic veteres nostri; optime. Marullus: *quam te*. In veteribus quibusdam: *quam tunc*. In aliis quibusdam veteribus: *quam nunc*. In aliis: *quam tu*; omnia male. O non exteritur in *ergo*. *Gif.*

*Nec minus ergo ante hæc, quam nunc*] Hic versus varie reperitur et scriptus et impressus in codicibus. Alii enim habent, *quam nunc cecidere*, ut excudendum curavi, alii, *quam tu*; alii, *quam tunc*; alii, *quam cecidere*: ut facile appareat, mendum subesse in particula *tunc*, aut *nunc*: ego *tunc* non probo: *tu*, aut *nunc*, legendum censo, ita tamen ut, si legamus *quam nunc*, videatur legendum *antehac*: si, *quam tu, ante hæc*: quorum utrum sit melius, judicet lector. sententia quidem utriusque lectionis plana est: et codices tres manuscripti habent, *quam tu*: reliqui duo, et aliquot vulgati omnium emendatissimi, *quam nunc*: quos nunc sequor. cujus mei facti hanc rationem afferre, simulque hujus lectionis sententiam sic explicare possum: Nec minus hæc, e quibus tu nunc constas, antea cecidere, nempe cum id quod erat ex his concretum, interit: nec minus cadent posthac, cum scilicet id quod ex hisdem conflatum erit, interibit, quam nunc cadunt, cum moreris. Hor. hunc locum mutuatus est Epist. ad Pison. vs. 70. 'Multa renascentur, quæ nunc cecidere, cadentque, Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus.' Cum in prima editione lectionem alteram secutus essem,

*quam tu cecidere*: superioraque illa omnia fere ita scripsissem, hoc excepto, Thraso legendum censuit magno supercilio, *Nec minus ergo ante hæc, quam cecidere*. Et vero hæc notans, in 'ergo' (inquit) o non eliditur. O, quem te appellem, uescio: non enim ullum nomen tno stupore, tuaque confidentia dignum reperio. Non te talium portentorum pudet, homo omnium mortalium impudentissime? *Lamb.*

983 *Sic alid*] *Alid* pro *aliud* ab antiquo nominativo *alis*. de quo sup. ad illum versum 1. 264. 'Quando alid ex alio reficit natura, nec ullam,' &c. *Lamb.*

*Desistet*] Sic habent libri manuscr. et aliquot typis impressi. *Lamb.*

984 *Vitaque mancipio nulli datur*] I. e. nulli datur vitæ proprietates, sed usus, aut usus fructus tantum: 'mancipium' seu 'mancupium' idem significabat apud veteres, quod a posterioribus jurisconsultis dominium appellatum est: dictumque est a manu capiendi. Itaque mancipio e accipisse dicimur, quorum dominium nobis quæsitum est, seu quorum domini summa per abalienationem aliquam, videlicet per emtionem, lege mancipi servata, aut per donationem, aut per in jure cessionem: et 'res mancipi' dicuntur, quarum dominium ab alio in alium transferri potest, quæque alienari possunt: et 'mancipio dare,' est rem mancipi, puta, fundum, domum, equum, servum, alienare per traditionem ita ut præstare debeat emtori: aut per in jure cessionem. M. Tull. Topic. 'Finge mancipio aliquem dedisse id quod mancipio dari non potest: num iccirco id ejus factum est, qui accipit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit?' M. Curius ad Cic. lib. 7. Epist. 'Sum enim *χρησται μὲν* (i. e. usu quidem) tuus: *κτῆσαι δὲ* (i. e. possessione et mancipio) Attici nostri. Ergo fructus est

tus: mancipium vero illius.' M. Tull. ad Cur. eod. lib. 'Attici quia proprium te esse dicis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. Id enim cuiusque proprium est, quo quisque fruatur, atque utitur.' Plautus Carculione 4. 2. 8. 'Quis tibi hanc dedit mancipio? aut unde emisti? fac sciam.' Arnob. lib. 2. 'Quam si sentiant animæ, et tactui ejus atque incursionibus cedunt, usu et fructu illis est vita, non mancipio tradita.' Cum his congruat illa M. Tull. lib. 1. Tusc. Quæst. 'At ea quidem (natura) dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.' Lamb. Lucil. apud Nonium, 'Cetera contemnit, et in usura omnia ponit Non magna; propriam vero nil neminem habere.' Dominium et proprietatem, mancipium est. Vide Sigonium et juris interpretes. Faber.

985 *Respice*] Retro aspice tempus præteritum. Lamb.

986 *Quam nascimur ante*] Ante quam nascimur. Lamb.

987 *Hoc igitur speculum*] Ut, quemadmodum præteritum tempus, quo non fuimus, nihil ad nos pertinet, ita neque futurum, quo non erimus, quicquam nos attingat. Lamb.

988 *Exponit*] Proponit, foris ponit, et expromit. Lamb.

*Post mortem denique*] Hæc conjuncte lego cum superioribus. Lamb.

989 *Num quid ibi, &c.*] Ibi, nempe in tempore præterito, quo non fuimus. Lamb. In tempore præterito, Lambinus: alii, in tempore post mortem futuro. Creech.

991 *Atque ea nimirum*] Hic versus erat depravatus in omnibus libris impressis, in quibus ita legitur, *Atqui animarum etiam, quæcumque Acherunte profundo*. integer et incorruptus in tribus codicibus manuscriptis, quos secuti sumus. accedit Priscianus, qui lib. 1. hunc versum ita legit: *Atque ea nimirum quæcumque Acherunte pro-*

*fundo*, ubi docet *Acherunte*, legendum per *a*, non *Acheronte* per *o*: idque more veterum. Nunc Lucretii sententiam explicemus. Atque ea (inquit Lucret.) omnia quæ poëta prædiderunt esse apud inferos, Tantalus, Tityus, Sisyphi, Danaïdum pœna, Cerberus, Furia, Tartarus, &c. sunt nobis in vita, nosque vivos exercent, hæcerant, excruciant, exterrent, fœdificant. Ad hunc locum pertinent, quæ scribit Servius ad illum versum, 'Cernere erat, per tota novem,' &c. *Ea*. 6. 596. his verbis: 'Sane de his omnibus rebus mire reddidit rationem Lucretius, et confirmat, in nostra esse vita omnia, quæ finguntur de Inferis: dicit enim, Tityos amorem esse, hoc est libidinem: quæ secundum physicos et medicos in jeccore est, ut risus in splene, iracundia in felle,' &c. Lamb. Ut mortis metum hominum animis penitus evelle-ret vs. 46. poëtarum fabulas, de Tantalus vs. 6. de Tityo vs. 11. de Sisypho vs. 8. de filiabus Danaï vs. 8. de Cerbero, Furiis, et læna Sulphuris vs. 13. commodè explicat et illustrat: quippe istæ fabulæ narrantur de vivis. Superstitiosus est Tantalus; Tityus vero ille qui fœda Sibidine captus et victus ducitur: Sisyphus repræsentat illum qui imperia et magistratus impotenter ambit, nec unquam est voti compos. Filii Danaï sunt cupidi, et insatiabiliter avari. Cerberum autem, Furias, et id genus reliqua inter carnifices requiras; seu potius in ipsa, maximo isto torture, impiorum conscientia. Creech.

*Atque*] Ita omnes Vetores. Marullus: *Atqui*. Et ita vulg. male. *Gifan*.

993 *Nec miser impendens*] Eurip. Oreste: Κορυφῆς υπερῆλλοντα δειμαίνων πύτρον Ἄέρι ποτῶσαι, καὶ τίνει ταύτην διαρ. Sed apud Homer. alia pœna Tantalus afficitur: quam Hor. attingit Sat. 1. l. 68. 'Tantalus a labris sitiens fugien-

tia captat Flumina.' M. Tull. Tuscul. Quæst. lib. 1. ex vetere aliquo poëta: 'Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus.' *Lamb.*

994 *Cassa formidins*] Iuani metu. *Lamb.*

996 *Casumque*] Lusus quidem et scomma in ista voce, et casus saxum impendens et casurum respicit: iste lusus forsan puerilis, sed maximi viri ingenio nonnunquam abutantur. *Creech.*

*Quemcumque ferat fors*] Ita legi debet; et ita scriptum est in libris antiquis, nam vulgati mendose habent, *Quem cuique ferat fors.* *Lamb.*

997 *Nec Tityon volucras*] Hor. Od. 3. 4. 77. 'Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales, nequitie additus Custos.' *Lamb.*

*Jacentem*] Porrectum, projectum. *Lamb.*

998 *Nec, quoi sub magno*] In quibusdam libris: *quod.* In aliis: *qui.* Ex iis feci, *quoi.* Ut supra, l. 598. et 617. Quidam libri: *Ne quid.* *Gifan.*

*Nec quod sub magno*] Nec certe possent, aut possint perpetuo reperire quicquam, quod sub Tityi pectore scrutentur et pascantur: *quoi* autem, quod vult Zoilus, ferri non potest. *Lamb.*

999 *Possunt*] Ita vet. libri. Marullus: *possunt.* Lambinus: *poterunt.* *Gifan.*

1000 *Quamlibet immensi, &c.*] I. e. quantumvis magnum terræ spatium suo corpore occupet, de quo sic Virg. 6. 596. 'per tota novem cui jugera corpus Porrigitur: rostroque immensis vultur aduncò Immortale jecur tendens, fœcundaque pœnis Viscera,' &c. *Lamb.*

*Projectu*] Ad hæc verba Virg. *Æn.* 8. 699. 'Projectaque saxa Pachini Radimus:' *Projecta* si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur *Abfecta*: si secundum Veteres *Projecta* porro jacta, ut alibi ait *Æn.* 10. 587.

'Projecto dum pede lævo Aptat se pugnae.' Macrob. Sat. 6. 4. Frustra vero hæc, nec ad veteres fugiendum; Liv. 23. 20. 'Nec Continentis modo projectas oras præster vecta.' *Creech.*

1001 *Qui non sola novem, &c.*] Nota Tityi moles: 'Viscera præbebat Tityus lanianda, novemque Jugeribus distractus erat:' Ov. Met. 4. 457. 'Per tota novem cui jugera corpus Porrigitur:' Virg. 6. 596. *Creech.*

*Dispensis*] H. e. dispansis et distentis, a verbo dispando. sic autem legendum cenet Turneb. (*Adv.* 22. 19. ubi tamen *dispensis* legitur) cum libri vulgati habent *dispersis.* *Lamb.* *Dispensis* legas an *dispansis*, non magno opere certandum putem. Sed *dispersis*, quod alii prætulerunt, plane damnandum putem. *Faber.* Alii *dispersis*, imperite. *Creech.* Ita Turneb. *Adv.* 22. 19. malebat, quam *dispersis.* Sed non nisi tanquam conjectarium et arbitrarium accipi volebat. Secutus eum Lambinus est. Apud Turneb. etiam l. c. legitimus: *Quod non sola novem, &c.* Preig.

1002 *Obtineat*] Quidam veteres: *Optineat*, antiquo more. *Gifan.*

1005 *Sed Tityus nobis*] Amator (inquit) Tityus est. lege Macrob. 1. 10. in somn. Scip. de Inferorum pœnis. *Lamb.* Adde etiam Servii notam ad Virg. 6. 596. 'Sane de his omnibus (inquit) rebus mire reddit rationem Lucretius: et confirmat in nostra vita esse omnia quæ finguntur de Inferis. Dicit enim Tityon amorem esse, h. e. libidinem: quæ secundum physicos et medicos in jecore est: sicut risus in splene, iracundia in felle. Unde etiam exesum a vulture dicitur renasci: etenim libidini non satisfit, re semel peracta, sed recrudescit semper.' unde ait Horat. (*Od.* 4. 3. 77.) 'Incontinentis aut Tityi jecur.' Ipse etiam Lucretius dicit per eos, super quos jamjam casurus imminet lapis, superstitiosos significari: qui inani-

ter semper verentur: et de Diis, et cælo, et locis superioribus male opinantur. Nam religiosi sunt, qui per reverentiam timent. Per eos autem, qui saxam volvunt, ambitum vult et repulsam significari: quia semel repulsi petitores ambire non desinunt. Per rotam autem ostendit negotiatores, qui semper tempestatibus turbinibusque volvuntur.' *Hav.*

1006 *Anxius angor*] *Anxius angor* sic dictum, ut illud, 'sonitu sonanti,' l. 826. *Lamb.*

1007 *Torpedine*] Ita veteres nostri, et aliorum fere. In quibusdam veteribus: *cuppédine*; quod irrepsisse puto ex aliis locis, infra lib. 5. et 6. Vide Indicem, 'Cuppédo.' Similia vide supra, vers. 742. Contra, Marullus ex hoc loco mutarat infra, lib. 5. et 6. *torpedine* pro *cuppédine* supposito. *Gifan.*

*Cuppédine curæ*] Codex Vaticanus et Bertinianus habent, *cuppédine curæ*, quos secutus sum: alii et plerique vulgati, *torpedine curæ*. Quod autem Thrasones quidam audent dicere, Marullum ex hoc loco *torpedine*, pro *cuppédine*, supposuisse, 5. 46. et 6. 24. hoc ego eum puto, ut multa alia, in virum doctissimum et clarissimum ementiri. *Lamb.* Illud *torpedine*, ne quid dissimulem, non exprimit sententiam quam desidero, et quam velle videbatur Poëta eloqui. Scio equidem dici posse anxiam ejus animo perpetuo inhærere curam, quæ vulture, ejus fibris assidue immorante significetur, et 'torpedo curæ' vocetur: sed Lucretius curam amoris, quæ cupiditatis est, videtur explicare voluisse. Itaque legendum esse puto *Aut alia quævis scindunt cuppédine curæ*. In quam emendationem eo sum propensior, quod maxima harum vocum affinitas est in literatura, et quod 6. 24. ubi *cuppédo* perspicue scribendum est, in libris quibusdam *torpedo* reperitur: 'Et finem statim cuppédinis atque timoris.' *torpédinis* enim atque

*timoris* in exemplaribus quibusdam editur. *Turneb. Adv.* 10. 8.

*Cuppédine*] Gifanius *torpedine* e Codd. Quibus etiam ego crederem, si bonus ille vir acutam aliquam *torpédinem*, qua 'curæ scindantur' demonstraret. *Creech.*

1008 *Sisyphus*] Ambitiosus (inquit) in hac vita Sisyphus est. *Lamb.*

1009 *Qui petere a populo fasces*] Qui petere a populo honores, &c. *Lamb.*

1010 *Imbibit*] *Imbibit petere*, l. e. induxit in animum petere; hoc sibi persuasit, honores esse petendos: certum ac deliberatum ei est honores petere. sic loquitur 6. 71. 'ut ex ira pœnas petere imbibat acreis.' et ita M. Tull. Orat. pro Quinctio: 'Quod si facere nolit, atque imbibit ejusmodi rationibus illum ad suas condiciones perducere: sese nihil precari,' &c. sic enim hic locus legendus, et ita impressum est in libris Mantianis. Atque hoc de verbo lege cap. 5. lib. 1. Var. lect. M. Antonii Mureti. Verumtamen Jo. Anratus *imbitat* legendum existimat. 'Imbitat' autem vult esse verbum ab in et ito, as, at. Ego *imbitit* in hanc significationem non ausim ex omnibus libris, et pœne dicam, ex tota lingua Latina exterminare. Qui tutatur hanc scripturam, et hanc hujus verbi significationem illud ex Arnob. lib. 5. adv. Gent. 'Qui sub specie cultionis plus in eos ingeratis maledictionum et criminum, quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus combibissetis.' nam apud Arnobium *combibissetis*, interpretor 'constitutum et fixum in animis haberetis.' *Lamb.* Sibi in animum induxit. *Faber.* Vide quæ notamus ad 6. 71. *Præig.*

*Et semper victi. tristisque recedit*] Sic Horat. Epist. ad Quinct. l. 16. 35. 'Pone, meam est: pono, tristisque recedo.' *Lamb.*

1012 *Atque in eo semper*] Codex Vaticanus habet, *Atque ideo semper*, &c. Iccirco autem Epicurus negabat, sa-

pientem ad remp. accessurum. Horatius in ea quam modo commemoravi epistola, pulchre ostendit, populareis honores esse admodum incertos, fluxos, et caducos. Pausanias in Atticis hoc amplius graviter asseverat, nondum cuiquam, qui sese effuse ad remp. gerendam contulerit, seseque auræ populari crediderit, optabilem exitum contigisse. Verba ejus sunt hæc: Ἐδ δέ μοι λελέχθαι, δοκεῖ, ἔνθα ἀφαιδῶς δασκεύοντα ἐς πολιτείας, καὶ πιστὰ ἤγησάνοντο τὰ τοῦ δήμου, μήπω καλῶς τελευτήσαι. *Lamb.*

*In eo*] Quidam codex: *ideo.* *Lamb.*

1018 *Hoc est adverso, &c.*] Hoc facere (inquit) est nixantem adverso monte saxum trudere, sic de Sisypho vetus quidam poëta, apud M. Tull. 'Quod Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.' *Lamb.*

1015 *Æquora campi*] Planitiem campi. *Lamb.* Ita de Babylonis Cic. de Divin. 1. 93. 'in camporum patentium æquoribus habitantes.' Adde Virg. Georg. 1. 50. 2. 541. 3. 195. Æn. 7. 738. 9. 66. 10. 511. 12. 742. Nonium atque Ind. Lucret. contra, 'campos salis' et 'liquentes' de mari Virg. Æn. 10. 214. et 6. 724. Imo de planitie cœli dixit æquora Attius apud Nonium in 'sonere,' hisce: 'Concussa repente æquora cœli,' &c. *Hav.*

1016 *Deinde animi ingrata*] Deinde (inquit) animum pascere semper bonis rebus, et numquam iis ex rebus explere, neque satiare, quod fit cum, redeuntib. annis, tanta rerum, quas terra parit, copia fruente, numquam explemur tamen: hoc est aquam in dolium pertusum congerere; quod de Danaï puellis fabulantur poëtæ. Nonius Marcell. hos versus profert in verbis 'explere' et 'satiare:' atque ita interpretatur, 'explere quidem animum bonis rebus, sed numquam satiare.' quasi 'explere' sit minus quam 'satiare.' Sed errat, mea quidem sententia. Virg. Æn. 1. 717.

'Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo Phœnissa,' &c. Idem 3. 630. 'Nam simul expletus dapibus vinoque sepultus,' &c. Quis non videt, hic 'expleri' et 'expletus' idem valere quod satiari et satiatus? sic iterum Lucret. inf. 1020. 'Nec tamen explemur vitæ fructibus unquam.' *Lamb.*

1017 *Atque explere bonis rebus s.*] Ordo: atque explere numquam, numquamque satiari bonis rebus, hunc versum profert Nonius (ut dixi) duobus locis. Taleis autem describit lenas Argyrippus ille apud Plaut. Asin. 1. 3. 15. quales hic Lucretius homines nimium vitæ cupidos, et infinita vivendi cupiditate ardentes: 'Qui modus't dandi? nam numquam tu quidem expleri potes. Modo cum accepisti, haud multo post aliquid, quod poscas, paras.' *Lamb.*

1018 *Circum cum redeunt*] Cum revolvuntur, *ὅτε περιέρχονται.* ex quo appellatur *ἐπιαντοί*, quasi in se redeunt, et anni *περιλλόμενοι* ab Homeri dicti, quasi *περιπολούμενοι.* *Lamb.*

1021 *Puellas*] Danaidas, cum dolio. *Faber.*

1022 *Laticem pertusum congerere in vas*] Hor. Od. 3. 11. 25. 'Audiant Lyde scelus, atque notas Virginum pœnas, et inane lymphæ Dolium, fundo pereuntis imo, Seraque fata.' ad quem locum plura. *Lamb.*

1023 *Potestur*] Ita loquebantur veteres. cum jungebatur huic verbo infinitivus passivus. Quadrigarius Annal. 3. 'Adeo memorari non potestur.' Cælius Annal. 1. 'Cum jure sine periculo bellum geri poteratur.' Virg. Æn. 8. 402. 'Quod fieri ferro, liquidove potestur electro.' sic enim legunt Nonius et Priscianus, reclamante Politiano, qui legendum contendit, *potest electro.* Vide quæ notavimus supra ad illum locum 1. 1043. 'Dum veniant alie, ac suppleri summa queatur.' *Lamb.* Plautus in Merc. 3. 2. 10. 'Demum igitur, cum Senex sis,

tunc in otium Te colloces, dum potestur.' Pacuvius apud Nonium: 'Siqua potestur investigari via.' et Eonius apud Diomedem: 'Nec retrahi potestur imperiis.' *Creech*. Adductis a Lambino aliisque exemplis adde Plaut. Rud. 4. 4. 20. 'Ut nequitur compri-mi.' *Preig*.

1026 *Hæc*] Qui. Gifan.

1028 *Insignibus insignis*] Captavit formulam Poëta, qualem usurpabant, quoties justam pœnam retributionem significare vellent. Ut in notissima illa: *κακὸν κακῶς ἀπολέσαι*, quæ non apud Comicos modo, ut Aristoph. Plut. 1. 2. 8. *Ἐὶ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπὸ σ' ἔλθῃ κακὸν κακῶς*. Sed in sacris literis occurrit, Matth. 21. 41. *Κακὸν κακῶς ἀπολέσαι αἰτιῶς*. Adde Lucian. Icaromenippo, pag. m. 303. *Κακὸν κακῶς ἀπολοῦνται σμερβαλέν κεραυφῶ*. Eodem allusum saltem ab Aristophane, rursus in Equitibus; Act. 1. sc. 2. 'Ἄλλ', δ' γὰρ, οὐδὲ μουσικῆν ἐπίσταμαι Πλὴν γραμμῶν, καὶ ταῦτα μέτροι κακὰ κακῶς. Et forte a nostro, supra, vers. 911. 'Misero misere, ainnt, omnia ademit Una dies infesta tibi tot præmia vitæ.' *Preig*.

*Scelerisque iucla*] Et carcer, κατὰ σθένειν, sceleris expiatio et pœna. Sic ego hunc locum explico. Sed nonnulli codices typis excusi, in quibus sunt Aldini antiq. et quidam manuscr. habent, *scelerisque numella*. Est autem 'numella' (ut docet Nonius) machinæ genus ligneum ad discrucians noxios comparatum, quo et collum et pedes immittunt. Festus autem scribit, 'genus esse vinculi, quo quadrupedes deligantur.' Plaut. Asin. 3. 2. 5. 'Nervos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias.' Ego quid sibi velint hæc *scelerisque numella*, non video. quare vulgatam et receptam scripturam probo. *Lamb*. Ita (*iucla*) legendum. Vide Indicem. In quibusdam vet. *numella*; vel, ut in aliis, *numella*. Gifan. A fugio et caveo, 'fugela,' 'cautela,'

ita 'lucla' a luco. Ceterum de robore, saxo, numella (nam et hic quidam ita legunt pro *iucla*) pice, lamna, tædis, et aliis id genus, adeundi Plauti, Juvenalis, et Tertulliani Interpretes. Saxum autem illud Tarpeium est. *Faber*.

1029 *De saxo jactus deorsum*] Ita Lambinus, ex libro quodam, in quo erat *deorum*. In aliis omnibus: *eorum*. Gifan. ed. pr.

*Et horribilis de saxo jactus, deors*.] Sic restitui facili conjectura ductus. Nam cum reperissem in quodam cod. pervetnato, *jactus deorum*: sæpeque in hoc loco hæsissem, neque viderem quo pertineret vox *eorum*, quæ est in vulgatis et plerisque manuscriptis, facile adductus sum, ut reponerem *deorsum*. Neque est quod quemquam moveat, quod hoc loco sit trisyllabum: cum in 2. 230. sit dissyllabum, ibi, 'Nam per aquas quæcumque cadunt, atque æra deorsum.' et item alibi. fit enim hoc idem in aliis vocibus, ut in 'suevit,' 'suadet,' 'eorsum': nempe, ut modo sint dissyllabæ, modo trisyllabæ: ut hoc lib. sup. 409. 'Conturbatur, et (ut docui) divisa eorsum, Disjectatur eodem illo,' &c. 4. 369. 'Aër, id quod nos umbram perhibere suemus.' et 2. 202. 'Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.' deiciebantur autem olim de saxo Tarpeio, qui falsum testimonium dixisse convicti erant, ut refert Gall. 20. 1. in extr. et perduellionis rei, idque jussu tribuni plebis, Hor. Sat. 1. 6. 39. 'audes Dejicere e saxo civels, aut tradere Cadmo?' Quidam putant legi posse *deosum*, antique, pro *deorsum*. *Lamb*. Saxum Tarpeium; Hor. Sat. 1. 6. 39. 'Audes Dejicere e saxo cives; aut tradere Cadmo.' *Creech*.

*Jactus deorsum*] Ita Nos. Lambinus, ex lib. quodam, in quo erat, *deorum*, fecit, *deorsum*. Sæpe r pro s. ut 5. 1092. *Gif. in ed. post.* Vide eum et 6. 324.



1030 *Robur*] 'Robus' (ut docet Festus) 'dicitur is locus, quo præcipitator maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur.' Ex quibus Festi verbis putabam hic legendam *robos*. Sed fortasse tutius eat per *robur* intelligere æquileum ex robore, in quo sotes incidentes cruciabantur: vel lignum et fastem ex robore, quo tundebantur. Auctor vocabularii Latinogræci manuscript. *Robor* (inquit) εἶδος ῥόλου μέλαν θριπύρου. *Lamb.* Ita veteres libri, et vulg. *Gifan*. Varia tormentorum genera; 'De robore præcipitati sunt:' Val. Max. 6. 8. 'Atra pix te agitet apud carnificem, et capitl tuo illuceat.' Plautus in Capt. 3. 4. 66. Laminas autem ardentes, et tudas quis nescit? *Creech.* De singulis hisce fuscæ videri potest Brodæus in Misc. lib. 2. cap. 10. Tom. 2. Fac. Crit. pag. 475. Adductis autem ab eo locis adde Tac. Ann. 4. 29. 'In patrem ex servis quæsitum. Et quæstio adversa accusatori fuit. Qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus, robur, aut saxum, aut parricidarum pœnas mitantantum, cessit urbe.' Ubi vide Lipsium. *Preig.*

*Pix*] Pice fervente infusa olim quorundam maleficorum hominum corpora urebantur. Plaut. Capt. 3. 4. 66. 'Atra pix te agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.' *Lamb.*

*Lamina*] Lamina candens. Hor. Epist. ad Vaalam 1. 16. 36. 'Scilicet, ut ventres lamna candente nepotum Diceret urendos.' M. Tull. Verr. de suppliciis: 'Quid cum ignes, candentesque laminæ, ceterique cruciatu admovebantur?' *Lamb.*

*Tudas*] Faces ardentes, quæ oculis, aliisque sontium partibus admotæ, eos miserum in modum cruciabant. quod supplicii genus commemorat et Plato Gorgia: κλῆν ἑδικῶν ἑυθρῶτος ληφθῆ τυραννίδι ἐπιβουλεύων, καὶ ληφθεὶς στρεβλῶται, καὶ ἐκτέμνηται, καὶ τοὺς ἐφ' ὁθαλμοὺς ἐκπέηται, &c. i. e. 'Et si quis

qui injuste faciat, et tyrannidi insidietur, captus sit, et captus torqueatur, et exsecretur, et si ei oculi denrantur,' &c. *Lamb.*

1032 *Præmetuens*] Ante quam sit damnatus, aut accusatus, metuens. *Lamb.*

1036 *Hinc Acherusia*] Ex hoc (inquit) stultorum vita fit anxia, sollicita, ærumnosa, omnibus deinde pœnis et cruciatibus referta, ita ut videantur vivi eas pœnas perferre, quibus Tantalus, et Sisyphus, et Tityns, et Danaides, &c. affici apud Inferos putantur. *Lamb.*

1037 *Hoc etiam tibi tute*] Præscribit hic quædam, quæ magnopere valent ad mortem æquo animo ferendam, cum recordemur, viros præstantissimos, potentissimos, et clarissimos eadem conditione usos esse. *Lamb.* Demum vs. 29. vulgus hominum, numerum istum, ut loquitur Horatius, et frogas consumere natum increpat. Quid enim isti sibi aliisque prorsus inutiles indignarentur se iisdem legibus necessitatis subjici, quibus maximi imperatores, conditores legum atque urbium, scientiarum authores et ingenio artibusque illustres viri jam tenentur, et olim tenebantur: deterior debet esse eorum conditio, et tamen de æqna queruntur immodesti! Ancus Martius, quartus Romanorum Rex, vs. 5. Xerxes ille Persarum imperator vs. 6. Scipio Africanus vs. 2. olim obierunt. Poëtæ omnes, et eorum pater Homerus vs. 8. Democritus denique vs. 3. atque Epicurus reliquis omnibus præstantior philosophus interit, vs. 3. Abi igitur tu, quicumque es, nec deplora istam sortem, quam tales tantique viri, præcipue Democritus et Epicurus, læti subierunt. *Creech.*

1038 *Lamina sis oculis etiam*] Sic restitui ex auctoritate quattuor librorum manusccriptorum. 'sis' autem antiquum pro suis: quemadmodum 'sum' pro eum posuit Ennius lib. 1. p. 45.

‘At te non, ut sum, summam servare decet rem:’ et lib. 2. p. 51. ‘At sese sum quæ dederat in luminis oras.’ et ‘sos’ pro eos antiqui dicebant. Idem Ennius: ‘Constitit inde loci propter sos diva dearum,’ et interdum pro suos ponebant, ut cum per dativum casum idem Ennius p. 54. effert ‘sis’ pro suis: ‘Postquam lamina sis oculis bonus Ancu’ reliquit.’ Hæc fere ad verbum Festus, unde perspicuum est, Lucretium hunc versum ab Ennio mutatum esse. *Lamb.*

*Sis oculis*] Ita omnes Veteres, etiam nostri. Marullus hoc deformarat in, sic. Quod et alibi accidit. *Gifan.* Sententia horum versuum ex Homero est: Il. φ. vs. 107. *Κάθαραι καὶ Πάτροκλος, ὅσπερ σέο πολλὰν ἀμείνω.* ‘Sis’ autem ‘sos,’ ‘sas,’ pro suis, suos, suas. Ita et ‘nis’ dicebant pro nobis. Festus. *Faber.* Viz. Suis oculis; nam ‘Sis,’ ‘Sos,’ ‘Sas,’ pro Suis, Suos, Suas, Veteres. Ennius: ‘Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet Sas:’ Nævius: ‘Sis Pæni contremiscunt artubus.’ Frustra igitur quidam legunt *Lamina sic etiam solis.* Creech.

*Bonus Ancus*] De quo Livius: ‘Avitæ gloriæ memor; medium erat in eo ingenium, et Nômæ et Romuli memor, cuilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par.’ Creech. Adde ipsius Lambini Notas ad illud Hor. Od. 1. 28. 7. ‘Occidit et Pelopis genitor, conviva Deorum.’ Egrege enim veteres in locum hunc quasi communem sunt exspatiati, et Homericos illos sæpius laudatos versus, qui et Ennio et Tito facem prætulerunt, narrat Lib. 9. Laërtius perlibenter et sæpius protulisse Pyrrhonem, Ellensem philosophum. *Hav.*

1041 *Magnis qui gentibus imperitarunt*] Imitatus est hunc versum Hor. Sat. 1. 6. 4. ‘qui magnis legionibus imperitarint.’ *Lamb.*

1042 *Ille quoque ipse*] Xerxes, qui Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulavit, terramque navigavit, ut narrat Herod. Polyhymn. refert M. Tullius l. 2. de Finib. his verbis: ‘Ut si cum Xerxes tantis classibus, tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulasset, terramque navigasset,’ &c. et Dion. Chrysost. oratione de regno tartia: ‘Ἡ οὐκ ἀπέκωας, ὅτι Ἡέρξης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὴν μὲν γῆν ἐπέκασε θάλασσαν, διελθὼν τὸ μέγιστον τῶν ὄρων, καὶ διασπῆρας ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὸν Ἄθω διὰ δὲ τῆς θαλάττης τὸν περὶν στρατὸν ἔγων ἤλαυνεν ἐφ’ ἄρματος; &c. l. e. ‘An non audisti, Xerxem, Persarum regem, terram quidem reddidisse mare, diviso maximo monte, et Athone a terra continente separato: per mare autem pedestreis copias trajecit in curru?’ &c. Et Æschines, κατὰ Κτησιφ. Ὀδὴ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τῶν Ἄθω διορῆξας, ὁ τῶν Ἑλλήσποντον ἵεθξας, &c. i. e. ‘Nonne rex Persarum, qui montem Athonem per fodit, qui Hellespontum junxit,’ &c. Quibus adde, quæ refert Plutarchus lib. περὶ Ἀργησιᾶς, eadem de re, sed maxime de monte Athone. Ne Arnobius quidem lib. 1. adv. Gent. hoc loco prætereundus est, cujus hæc sunt verba: ‘Ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, et gressibus maria transiret, nostri nominis effectum est injuria?’ *Lamb.* De Xerxe loquitur. Ex hoc loco emendandas Manilius lib. 1. edit. Scal. ‘Persidis et victor, stravit qui classibus æquor.’ Legendum pnto, *Persidis et victor*; nam quod ibi vir illustris, id haud probat. *Faber.*

*Per mare magnum*] Sic dicit Lucretius, etiam cum loquitur de Hellesponti angustiis, quas Xerxes ponte conjunxit; credo ad maris totius Mediterranei magnitudinem et vastitatem respiciens, non ad eam tantum partem referens, quæ contabulata

ponte fuit. Itaque sic de mari loqui prope mirabundi solebant. *Turneb. Adv. 20. 26.*

1044 *Docuit*] Tralatio. Sic loquitur Hor. 1. 14. 29. Epist. ad Villicum: 'Addit opus pigro rivus, si decidit imber, Multa mole docendus aprico parcere campo.' idem Epist. ad Pison. vs. 67. 'Seu cursum mutavit iniquum frigidus amnis Doctus iter melius.' *Lamb.*

*Superire*] Sic habent quattuor l. manusc. et ita legendum, non, ut vulgo, *superare*. *Lamb.* Ita veteres libri; in aliis, *superare*. *Gifan.* Ut *superinsidere*, sup. vs. 914. *Preig.*

1045 *Et contempsit, aquis insultans, murmuræ*] Et *insultans aquis*, i. e. ponto, seu mari, subintell. equorum et hominum pedibus contempsit murmura ponti: videtur enim legendum *aquis*, non *equis*, sive intelligas, dici Xerxem equitavisse in mari, sive illam historiam spectes, quæ est apud Herodotum Polyhymn. ubi narrat ille, Xerxem indignatum, quod audisset pontem in Hellesponto factum coorta sæva tempestate esse disturbatum et contritum, jussisse trecentas plagas fluctibus infligi, et mare verberari, et compedibus constringi, cum quidem ii quibus hoc negotii datum esset, talia quædam loquerentur objurgantes, Ὡ τι κερὸν ἔδωκε, καὶ ἄλμυρον, δεσπότης τοι δίκην ἐπιτιθεῖ τήνδε, ὅτι μὴ ἠδίκησας, οὐδὲν πρὸς ἐκείνου ἔδικον παθόν· καὶ βασιλεὺς μὲν Πέρσης διαθήσεται σε, ἦν τε σὺ γε βούλη, ἦν τε μή. σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἕρα οὐδέεις ἀνθρώπων θύει, ἕς ἔσθι δολερῶ τε καὶ ἄλμυρῶ ποταμῶ. i. e. 'O aqua amara et salsa, dominus has de te pœnas sumit, quis eum injuste læsisti, nulla ab eo accepta injuria: et rex quidem Xerxes te trajiciet velis nolis, merito autem tibi nemo homo sacrificat, utpote quis fluvius dolosus et saluus.' Eodem pertinent illa Plutarchi libello περὶ ἡγορησίας, eo loco quem supra commemoravi. Jam 'insultare' est con-

tumeliose quippiam in alterum aut dicere, aut facere. *Virg. Æn. 8. 569.* 'neque finitimus Mezentius umquam Huic capiti insultans tot ferro sæva dedisset Funera.' Quod si dicas, hoc tantum a Lucretio significari, Xerxem equorum pedibus mare pulsasse aut verberasse, respondeo, primum satis intelligi Xerxem equorum pedibus Hellesponto insultasse, cum dicitur insultasse. deinde non solum equorum pedibus Xerxes mari insultavit, verum etiam multorum hominum pedibus. Deinde 'insultare aquis' venuste dicunt Latini, ut *Virgilius* 'insultare solo,' et *Varius* 'insultare campis,' et *Horatius* 'insultare busto,' quorum poetarum testimonia mox proferemus. Præterea si legamus *equis*, subintelligendam erit necessario 'mari,' aut 'aquis,' aut aliquid simile. At mollius et tolerabilius est subintelligi 'equis,' seu 'equorum pedibus,' quam 'aquis' aut 'mari.' Præterea si alio verbo usus esset, quam insultandi, verbi causa, verbo *pulsandi* aut *verberandi*, merito addidisset *equis*: ut *Horat. Od. 16. Epod. 12.* 'et urbem Eques sonante verberabit ungula.' et *Virg. Calice*: 'Non Hellespontos pedibus pulsatus equoram.' Nunc autem, ut supra diximus, verbum *insultare* satis per se insultationem eam, quæ fit equorum, sive hominum, sive utrorumque pedibus, significat. Nunc proferamus locupletium anctorum testimonia. sic igitur *Varius* de morte, apud *Macrob. 6. 2.* 'Quem non ille sinit lentæ moderator habentæ, Qua velit, ire, sed angusto prius ore coercens, Insultare docet campis, fingitque morando,' et *Virg. Georg. 3. 115.* 'Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et greasus glomerare superbos.' ubi notat *Gell. 18. 5. equitem* pro equo accipiendum esse. *Hor. Od. 3. 3. 40.*

'Dum Priami Paridisque busto Insultet armentum,' &c. Idem valet et *insultare*: quo verbo utitur Arnobius. *Lamb.*

1045 *Et contempit, equis insultans, marmura ponti*] Sic libri omnes. Non igitur admitto, *aquis* Lambini. Virg. Calice: 'Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum.' Quidam libri: *contusit equis*. Gifan. *Aquis insultans* recte Lambinus: 'Insultare solo,' Virg. 'Insultare busto,' Hor. Gifanus vero *Equis insultans*, cui favet Salmasius (cujus hæc sunt verba ad Joh. Fr. Gronovium, Ep. 50. 'Velim etiam scire eodem libro non longe ab loco superius indicato, quomodo legat tuus liber isto versu: *Et contempit aquis insultans marmura ponti*. Quicquid enim ibi dicat Lambinus, magis prohem, scribi: *Et contempit equis insultans marmura ponti*. *Insultare equis marmura ponti*. Sic 'insultare fores,' apud Comicum.) Quasi id ageat Lucretius, ut sciremus Xerxes Hellesponto juncto tam equites quam pedites trajecisse. *Creach.*

1046 *Animum moribundo corpore fudit*] Xerxes ab Artabano interfectus est, cum annos amplius 20. Persarum regnum obtinisset, ut scribit Diod. Siculus lib. 2. *Lamb.*

1047 *Scipiadas*] Scipio. sic Hor. Sat. 2. l. 72. 'Virtus Scipiadas, et mitis sapientia Læli.' Lucr. sup. l. 27. 'Memmiadas nostro.' *Lamb.*

*Belli fulmina*] Virg. *Æn.* 6. 844. 'duo fulmina belli, Scipiadas.' *Lamb.* *Æmulatus nostram* Virg. *Æn.* 6. 844. 'Aut geminos, duo fulmina belli, Scipiadas.' monente præter Lambinum etiam Beroaldo, Annot. in Serv. Tom. 1. Fac. Crit. pag. 274. Vide et Macrob. 6. 1. Quo autem manifestius pateat quantopere hunc locum admirati fuerint præstantissimi quique poetarum, vide et *Æn.* 9. 812. ubi dicit: 'Fulmineus Mnestheus.' Item Georg. 4. 561. 'Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphra-

ten.' Stat. Theb. 2. pag. m. 103. 'Neque enim temnenda jacebant Funera, fulmineus Dorylas, quem regibus ardens Equabat virtus, Martisque e semine Theron Terrigenas confessus avos.' Et lib. 4. pag. m. 163. 'Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis Fulmineus Tydeus.' Deulque et Silius Ital. 7. 106. 'En ubi nunc Gracchi? aut ubi sunt nunc fulmina gentis, Scipiadæ?' *Preig.*

1048 *Proinde ac*] Tanquam, proinde ac si. *Lamb.*

*Famul infimus*] *Famul*, *famulus* (inquit Nonius.) Ennius p. 15. 'mortalem fortuna repente Reddidit e summo regno, ut famul infimus esset.' sic autem emendavi Ennii versum, qui corruptus est apud Nonium. 'Famull origo (inquit Festus) ab Oscis dependet, apud quos servus famul nominabatur: unde et familia vocata.' *Lamb.* *Famul* pro *famulus*, ita apud Ennium, ut et debil homo. Ita ex velupe, volup, &c. *Faber.* Idem Ennius debil homo pro debilis: Varro *facul* et *difficul*, 'Quod utrum sit magnum an parvum, *facul* an *difficul*.' *Creach.*

1049 *Adde, &c.*] Vide quæ notamus ad 4. 1115. *Preig.*

1050 *Adde Heliconiadum*] *Adde* (inquit Lucret.) Musarum comites, nempe poetas. profert hunc versum Nonius, cum eo qui deinceps sequitur, in verbo *potior*, docens hoc verbum interdum jungi cum quarto casu, ut hic: et ita Ter. Adelph. 5. 4. 17. 'Ille autem sine labore patria potitur commoda.' *Lamb.*

*Quorum unus Homerus Sceptra potitus*] I. e. quorum unus Homerus primus et principatum obtinens. *Lamb.*

*Unus Homerus*] *Alli Avus*, imperite. *Creach.*

1051 *Eadem aliis sopitus*] Græcorum more locutus est, *ἴη ἀπὸ τοῦ ἄλλου*, i. e. 'eadem atque alli.' sic 2. 917. 'Atque animalibus sunt mortalibus una eademque.' et 4. 1167.

‘Nempe eadem facit, et scimus facere omnia turpi.’ et Hor. de Art. Poët. vs. 467. ‘Invitum qui servat, idem facit occidenti.’ *Lamb.*

1053 *Denique Democritum, &c.*] Democritum, cum centum et novem annos vixisset, primo mortem propinquam dies aliquot nidore panum retardasse, deinde sponte sua mortem oppotuisse, traditum est. *Lamb.* Herzippus apud Laërtium hunc locum explicat: Democritus cum jam senie confectus, et propinquus morti videretur, mærentem sororem, quod illo ἐν τῇ τῶν θεωρημάτων ἑστῆ μοιρῆ morituro, ipsa Dea vota exsolvere nequiret, bono animo esse jussit, panesque calidos, sibi quotidie afferre; eos igitur cum naribus admovisset, vivum se donec ea celebritas transiret, servavit: ubi vero dies illi transierant (tres autem erant) ἀλυπώτατα τῶν βίων προήκατο. Diog. Laërt. lib. 9. in vit. Democriti. *Creech.*

1053 *Admonuit, memores motus*] Ita omni. lib.; optime. *Memores motus mentis*, i. e. mentem. Sic et inf. 4. 769. *Pessime Lambinus: memorem.* Mentis motus vocat memores Poëta; corporis, sensiferos. *Gifan.*

*Admonuit memorem*] Sic emendavi, reclamantibus codicibus omnibus, in quibus scriptum aut impressum est *memores*. Quin autem ita sit legendum, nemo doctus dubitabit. Notum proverbium, ‘Memorem mones,’ seu ‘admones.’ Plant. Sticho. 4. 1. 72. ‘capti consilii memorem mones.’ Quod autem Zoilus scripturam vulgatam defendens ait, Lucretium per ‘memores motus mentis’ mentem significare: dico, per ‘motus mentis,’ sine epitheto ‘memores,’ satir hoc idem significari. ‘memores mentis motus’ autem memoriam potius, quam mentem significarent. At Lucretius non vult Democritum sensisse, solam memoriam in se languescere, sed totam mentem. neque verum est quod idem dicit, mentis qui-

dem motus a Lucretio ‘memores’ appellari: corporis vero, ‘sensiferos.’ Quin neque motus corporis, sensiferi esse possunt sine anima, aut mente: neque anima aut mens sine motibus sensiferis constare potest, ex sententia Lucretii. Quare negatur, atque adeo insanit *Zoilus*. Et solet, cum ei aliquid a me excogitatum et emendatum non probatur, adscribere, ‘mendose,’ ‘male,’ ‘pessime.’ Ain’ tu, omnium mortalium petulantissime atque impudentissime? Immo vero quæ ex tua officina prodierant, quæque aliis non suffuratus es, sunt pessima. *Lamb.* *Admonuit memorem* omnino legendum, non *memores*; quod optime vidit *Lambinus*. *Faber.*

1055 *Ipse Epicurus*] *Ipse can’ ἑχοχῆν* dictum, et ἑμφωνικῶς. Illud autem alterum ‘ipse,’ quod antecedit, idem valet quod ultro. Non enim Democritus diem mortis exspectavit, sed antevertit, et caput ei ultro obtulit: nisi quis dicat, legendum obtulit ipsi, ut ‘ipsi’ cohaereat cum voce ‘leto,’ manente eadem sententia. *Lamb.* Quidam huc retrahunt præcedens ‘Ipse,’ ita ut sit ‘Ipse Ipse Epicurus,’ et pro lumine legant *ἕμιτε*. *Creech.* Dexterrime *Ipse, Ipse, &c.* emendarunt viri docti. Sic solet noster, et res hoc loco tale quid ex ipsius hypothesis postulabat. Ita 5. 8. ‘Deus ille fait, Deus, inclyte Memmi.’ Similiter, 2. 434. ‘Tactus enim, tactus, proh Divum corpora sancta?’ Unde et 2. 1145. omnino ita scripsisse mihi persuado, ut inter alia var. lect. representant: *Omnia debet enim cibus integrare novando, Et falcire: cibus, cibus omnia sustentare.* *Preig.*

*Decurso lumine vitæ*] Dux tralationes dissimiles concurrentes et confusæ. Nam ‘decurrere spatium vitæ,’ seu ‘decurrere ætatem,’ tralatio est a cursoribus. Ter. Adolph. 5. 4. 5. ‘nam ego vitam duram, qua vixi usque adhuc, Prope jam decur-

so spatio, mitto.' Plaut. Stich. 1. 2. 14. 'Quid mihi opus est decurso spatio cum eis gerere bellum? M. Tull. pro Quinctio: 'Prope acta jam ætate, decursaque.' Jam 'lumen vitæ' altera tralatio est. Ita 'decurrere lumen vitæ' duas continet tralationes permistat. Simile quiddam notat M. Anton. Muretus apud Catull. ad illum locum, 'Loquente sæpe sibilum edidit coma,' ad Faselum. Non dissimulabo tamen, legi in aliquibus libris, *Decurso limite vitæ*. Lamb.

[*Decurso lumine*] Vide sup. vs. 681. *Gifan.*

1056 *Et omnis Præstrinxit*] Ita in vet. libris. In quibusdam vet. *Restrinxit*, ut et apud Luctatium. Sed hac in re sæpe variatum est. Sup. 1. 487. Male etiam hic vulgo interpunctum est. *Gif.* Hic codices manu-cr. neque cum impressis, neque ipsi inter se consentiunt: sed alii habent *Restinxit*, alii *Restrinxit*, alii *Exstinxit*. Ego autem partim his scripturis consideratis atque inter se comparatis, partim sententia Lucretii exquisita, non dubitavi reponere *Præstinxit*, ut sit præteritum a verbo 'præstinguo:' quod verbum librariorum culpa pæne e tota lingua Latina deletum esset, nisi ego a Nonio Marcello commonitus restituissem. Nam ubicumque apud M. Tull. Plautum, et ceteros legitur *præstringere*, et *præstrinxit oculorum aciem*, legendum est *præstringere*, et *præstinxit*. est enim verbum compositum a præ et stinguo: quo verbo utitur Lucretius lib. 2. et 4. 'Præstringere' autem (ut docet Nonius) valet obtenebrare. Quamquam apud Nonium legitur *præstringere*, mendose: fortasse ipso etiam Nonio errante, ut in multis aliis solet: quod alias ostendam. Sine dubio enim apud Plautum is locus, quem profert ille ex Mil. Glor. 2. 1. 4. sic legendus est: 'Præstringat oculorum aciem in acie

hostibus:' non, ut vulgo impressum est, *præstringere*. Neque vero me movent aut simili, aut Zoili, vel malevolentia livoreque suffusi, vel ignorantia occæcati. Quantumvis enim reclamant, atque adeo dirumpantur licet: plus potest apud me ratio et veritas, quam rumscali talium barbarorum. Sed, ut ad Plautum redeam, eundem locum profert Asconius ad illum Ciceronis Divin. in Cæcil. 'præstringat aciem,' ubi hæc notat: 'Vel a præstigiatoribus transulit verbum, vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ, etiam vano armorum sonitu terrentur præstinctis luminibus.' Apud Asconium igitur quis non videt legendum *præstinctis*, non *præstrictis*? Quonam modo enim a 'præstringendo' dici possit 'præstigiarium' aut 'præstigiatorum' nomen? Cum igitur hoc loco Lucret. innuat et significet, Epicurum aliorum omnium philosophorum nominis splendorem et gloriam obscurasse, atque (ut ita dicam) obtenebrasse, quemadmodum sol exorians stellarum fulgorem obscurat: dubitari non potest, quia legendum sit *præstinctis*, non *restinxit*, aut *exstinxit*. non enim sol exorians stellarum splendorem extinguit, sed duntaxat præstinguit. 'Restinguit' autem multo minus: nam 'restinguere' aut de ardore aut calore dicitur, non de lumine aut fulgore. *Præstinxit* igitur hic legendum. Ac sententiam meam adjuvat M. Tull. 2. de N. D. 'Sol dictus vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus; vel quia cum est exortus, obscuratis omnibus, solus apparet.' Nondixit *extinctis*, sed *obscuratis*, i. e. obtenebratis ac præstinctis. A quo verbo dictæ sunt 'præstigiæ,' et a præstigiis 'præstigiatores,' ut videtur subindicare Asconius. Eadem opera etiam Minicium emendabo, in Octavio, circiter medium: 'Quis ergo dubitat horum imagines consecratas vulgus orare, et publice colere? Dum opinio et

mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore perstringitur, argenti nitore et candore eboris hebetatur' legendum *præstinguitur*, quod qui non videat, cæcum se in literis et lingua Latina fateatur. 'Præstinxit' igitur hic apud Lucretium interpretor obscuravit: ut apud Minucium perspicue idem valet 'præstinguitur' quod 'obscuratur, et amittit facultatem recte fungendi muneris sui,' i. e. recte opinandi, recteque intelligendi. Quoniam autem satis multa jam de hoc verbo et hic, et in notis Ciceronianis, et in commentar. Horatianis verba feci, nihil amplius addam, præter hoc unum, quod a viro docto fide digno accepi, cum de litteris una loqueremur, hoc vocabulum, unum fuisse ex ducentis vocabulis Latinis, quod Gul. Pelissierus episcopus Monpeas. homo linguæ Latinæ omnium qui hodie vivunt scientissimus, se solum tenere prædicare vere solebat. Hos versus proferens Lactantius, sive Lutat. lib. 3. de falsa sap. 'Quos equidem versus' (inquit) 'numquam sine risu legere possum. Non enim de Socrate, aut Platone hoc saltem dicebat, qui velut reges habentur philosophorum: sed de homine, quo sano et vigente nullus æger ineptius deliravit.' *Lamb.* Hanc vocem multis contra Barbaros, ut loquitur, defendit Lambinus, e contra Salmasius, 'Lego e scriptis *Restinxit*, ubi perperam Lambinus *Præstinxit*, contra fidem librorum, et Latine loquentium usum; Epicurus omnes ingenio suo superavit, et extinxit, sive restinxit, ut sol adventu suo stellas restinguit, cum lumen suum illis adimit: sic 5. 121. 'Præclarumque velit solis restinguere lumen.' Tertullianus, 'Reaccendantur Stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat.' Attamen post tanta certamina, tam *Restinxit*, quam *Præstinxit* sine ullo incommodo legamus. *Creech.* Salm. Ep. 59. 'Lego,'

inquit, 'e scriptis: *Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes Restinxit, stellas exortus uti aetherius sol.* Ubi perperam Lambinus: *Præstinxit*, contra fidem librorum, et Latine loquentium usum.' Cæterum conferri mententur Lucan. carn. ad Pison. vs. 88. 'Sed super ista movet plena gravitate serena Vultus, et insigni præstingnit imagine visus:' et Claudian. Cons. Hon. 3. 133. 'Floret cristatis exercitus undique turmis, Quisque sua te voce canens. Præstringit aëna Lux oculos, nudique seges Mavortia ferri Ingenium splendore dilem.' *Restinxit* Marg. quoque noster agnoscit, ut et *aërius* pro *aetherius*, addito Vossii nomine. *Preig.* Reposui veterem ex Mss. lectionem. *Restinxit* enim esse legendum, non *Præstinxit*, clarissime apparet conferenti versum 5. 121. 'restinguere solem,' aliosque, qui ex Indicibus peti possunt. Imo quantumvis *præstinguere* defendere nitatur auctoritatibus scriptorum Lambinus; nulla tamen ex iis est, quin diversum ab hoc loco sensum adferat; præstinguuntur enim lumina illius, qui alios hoc casu videre non potest, exstinguuntur, seu restinguuntur ejus, qui ab aliis videri nequit, quod hic et aliis in locis apud Lucretium intenditur. *Hav.*

*Omneis]* Omneis philosophos et sapientes, vel omneis homines: et ita adscribe notam distinctionis verbo 'Præstinxit.' *Lamb.*

1057 *Stellas exortus uti aetherius sol]* De Homero illo, quem Carus modo ut regem poetarum descripsit, similitudinem eandem usurpavit Leonidas Tarentinus Lib. 1. Anthologiae Tit. 49. in Poëtas: "Ἄστρα μὲν ἡμάρωσε καὶ ἰερὰ κύκλα σελήνης, Ἄξονα δὲ νόστος, ἔμπυρος ἥελιος: Ἕρμοπόλου ἀγελήδον ἀπημάλδυνεν Ὀμηρος, Λαμπρότατον Μουσῶν φέγγος ἀνασχόμενος. Cujus Epigrammatis hæc Venatorii est versio: 'Omnia vi lucis superat sol igneus astra, Obscuratque orbes, pallida luna, tu-

os. Sic passim proprio superat splendore poëtas Omnes, Musarum lumen Homerus habens.' In initio autem versus Lucretiani *Restinxit* juxta Mas. ut dixi, scribendum est, æque ut 5. 120. 'restinguere solem.' et 'restingui flammam' 4. 1081. et denique 'restinguere ignem' 4. 871. in quibus omnibus locis et similibus illud *re* vim duplicationis amittit, et nihil nisi intensionem admittit. *Hav.*

1059 *Prope jam vivo atque videnti*] Ζῶντι καὶ ὄρῶντι, proverbium olet. Sic idem Lucret. 5. 991. 'Viva videns vivo sepelliri vicera busto.' Ter. Eunuch. 1. 1. 28. 'vividus, vidensque pereor.' M. Tull. pro Quinctio: 'Huic acerbissimum vivo videntique fanus ductur.' Idem pro P. Sextio: 'Vividus' (ut aiunt) 'est et videns cum victu ac vestitu suo publicatus.' Plautus Mostell. 2. 1. 80. 'Ludos ego hodie vivo præsentis hic seni Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.' Antiphon, oratione secunda ex accusatione ejus, qui juvenis senem interfecit: 'Ἡμᾶς τε, τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ, ζῶν τε καὶ βλέπον φόντας αὐτοῦ φησὶν εἶναι. i. e. 'et nos, qui ei opitulamur, vividus et videns sui interfectores esse dicit.' Æschines κατὰ Κτησιφ. Τὰ δέκα τέλειαντα ὄρῶντων, φρονοῦντων, βλέπόντων ἡμῶν ἔλαβον ὑπελέμενοι: i. e. 'Decem talenta, videntibus, sentientibus, aspicientibus vobis furtim subtraxerunt.' *Lamb.* Ita vidua luxurians ζῶσα τέθνηκε, Paulo 1. Tim. 5. 6. *Hav.*

1061 *Et vigilans stertis*] Sic Amphitryo ille in Comæd. sui nominis apud Plaut. 2. 1. 176. 'vix apud me sum: Vigilans prope dormio, vigilans somnio, vividus et sanus intereo.' ex quo 'dormitator' ab eodem pro deliro et stolido ponitur. *Lamb.*

1062 *Cassa formidine*] Inani timore. *Lamb.*

1064 *Ebrius*] Μεθύων. Tralatio. Sic Demosthenes Philippum dicit esse 'ebrium rebus secundis,' et Horatius Cleopatram 'fortuna dulci ebriam:'

et Theocritus quendam 'ictibus ebrium,' *Lamb.*

*Ebrius curis*] Quem curæ penetrant, subeunt. Tale quid apud Plautum. Et hinc intelligi locus ille Terentii debet, 'Temulenta es.' Tum illo, 'Sic sint,' inquit, 'qui mihi male volunt.' in Eunuch. 4. 3. 12. 'ebria malis, ægritudine.' Nam in eo argumento et τὸ 'ebrius' usurpabant. *Faber.*

1065 *Atque incerto, &c.*] In vulg. et veteribus quibusdam: *animus*: male. *Gifan.* Ordo: Fluitans incerto animi sepelliri vagaris. 'Error animi' et 'error mentis' quid significant apud scriptores, non obscurum est. M. Tull. lib. 3. Epist. ad Attic. 'Nam quod scribis, te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi vero mens integra est.' Idem lib. 5. Epist. ad Famil. 'Hoc in sermone cum a me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, quanto in errore versatus essem,' &c. Hor. Epist. 2. 2. 138. 'Pol me occidistis, amici, Non servastis, ait; cui sic extorta voluptas, Et demtus per vim mentis gratissimus error.' Ad quem locum plura exempla collegi. Ita neque de veritate hujus scripturæ dubitandum est, et vulgata illa, *Atque animo incerto, &c.* rejicienda est. Veruntamen doctus quidam, idemque mihi amicissimus, putabat legendum, *Atque animi incerti fluitans errore vagaris*: a quo dissentio. Zoilus hanc scripturam tacitus probat, ut alias innumerabileis. *Lamb.*

1066 *Si possent homines, &c.*] Hi 23. vs. satis laudari non possunt. Si quid certe in homine philosopho boni est, hinc peti debet. *Faber.* Mortis timorem fontem et originem omnis ægritudinis supra docuit Lucretius: idem jam agit vs. 23. Nec aliunde tumultus et instabilitas in vita hominum: modo in villam tendunt, modo in urbem revertuntur; hæc jam appetunt, deinde eadem fugiant; in omni-



ni conditione cura atque ægritudo, quippe hunc metum, omnesque cupiditates ex illa natas secum ferunt; veram autem philosophiam, Epicuri viz. sapientiam, sequantur, animum mortalem esse discant homines, et deponet quisque sarcinam, quam gravem sentit. *Creech.*

1068 *Et quibus id fiat*] Si ita possent homines etiam ægritudinum et molestiarum suarum causas cognoscere, ut sentiunt molestiarum aculeos et gravitatem: non ita viverent, ut magna ex parte eos vivere videmus. Videtur legendum, *Et quibus id fiat causis cognosc.* &c. et ita habent cod. Parisienses, codex Bertinianus manuscr. quos nunc sequor. Nam alii habent, *E quibus id fiat causis quoque noscere*, &c. *Lamb.*

*Cognoscere*] Ita ex vet. quibusdam legendum. Vulg. *quoque noscere*. *Gifan.*

1069 *Mali tamquam moles*] *Elcæd.* quod si dixisset 'mali moles,' non addito 'tamquam,' fuisset translatio. Sic lib. 1. de Orat. ad Q. Frat. princip. 'In eo maximæ molestiarum moles, et turbulentissimæ tempestates exstiterunt.' Idem lib. 3. Tusc. 'Aut semper aliquam molem meditabar mali.' *Lamb.*

1071 *Quid sibi quisque*] Sic legendum, et ita habent libri manuscr. et nonnulli impressi. *Lamb.*

1073 *Exit sæpe foris magnis ex adibus*] Talis describitur Charinus ille Plautinus in Mercat. 3. 4. 1. 'Somne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere? Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est: Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium.' Talis ille qui otio nescit uti: de quo Ennius his versibus, 'Otio qui nescit uti, plus negotii habet, Quam cum est negotium in negotio. Nam cui quod agat, institutum est, nullo negotio Id agit: studet ibi: mentem atque animum delectat suum. Otioso initio

animus nescit quid velit. Hoc idem est. Neque domi nunc nos, nec militiæ sumus. Imus huc, hinc illuc. Cum illuc ventum est, ire illinc lubet. Incerte errat animus; præter-propter vita vivitur.' Exstant autem hi versus apud Gell. 19. 10. His adde hunc Horatianum Epist. 1. 8. 12. ad Celsum: 'Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.' *Lamb.*

1076 *Mannos*] Equos breveis et parvos. Hor. Epist. ad Mæcen. 1. 7. 77. 'Impositus mannis, arvom cælumque Sabinum Non cessat laudare.' *Lamb.*

1077 *Auxilium tectis quasi ferre*] Significat summam festinationem. *Lamb.*

1078 *Oscitat extemplo*] Oscitatio, hominis est aliud agentia, et presentibus non contenti, et, quæ adsunt, fastidientia, et, quæ absunt, desiderantis. Gell. 4. 20. 'Deliberatumque est de nota ejus, qui ad cæns. ab amico advocatus est, et in jure stans, clare nimis ac sonore oscitavit, atque inibi prope ut plecteretur, fuit: tamquam illud indicium vagi animi foret, et halucinantis, et fluxæ, atque apertæ securitatis,' &c. *Lamb.*

1079 *Atque obliviam querit*] Querit quomodo ea obliviscatur quæ sibi molesta sunt. sic Hor. Sat. 2. 6. 60. 'Orus, quando ego te adspiciam? quandoque licebit, Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis, Ducere sollicitæ jucunda obliviam vitæ?' *Lamb.*

1081 *Hoc se quisque modo*] Hor. Sat. 2. 7. 111. 'adde quod idem Non horam tecum esse potes: non otia recte Ponere: teque ipsum vitas fugitivus et erro, Jam vino quærens, jam somno fallere curam, Frustra: nam comes atra premit, sequiturque fugacem: nemo igitur se fugere potest, ne ii quidem, qui relicta patria alias terras petunt. Quid igitur (inquit idem Hor. Od. 2. 16. 18.) 'terras alio calentes Sole mutamus?

patræ quis exsul Se quoque fugit?' *Lamb.*

*At, quem scilicet, ut fit]* Ita ex veteribus nostris restitui. In quibusdam vet. *ad quem.* *Ad* pro *at*, qua in re sæpe variatum est. Marullus, et vulg. *quod.* Gifan.

*At, quem scilicet, ut fit, &c.]* Secutus fueram initio codices vulgatos, qui habent, *At quod scilicet, ut fit, &c.* sed tamen adscripseram me suspicari hæc in loco inesse aliquid ulceris: quod manuscr. haberent, *At quem scilicet, &c.* ut fortasse, inquam, legendum sit, *At quem scilicet, ut fit, &c.* cñjus lectionis hæc esset sententia: *At is, quem non potest effugere: nempe ipsemet, (nemo enim se effugere potest,) ingratiis hæret: vel sume ἀπὸ κοῦνῷ* vocem 'morbus,' hoc modo: *At morbus, quem effugere non potest, ingratiis hæret, et angit, quia ipsius morbi causam ignorat. Zoius, cum hæc essent a me annotata, ea arripuit, sibi que vendicavit suo more. Verum infinitum sit singula ejus furta enumerare. Lamb.*

1082 *Ingratiis]* *Ingratiis*, aut 'ingratis' pro ingratiis, vel adverbium est, quod significat invite, et præter voluntatem, et non sponte: quod Græci dicunt ἀκωλύς: vel potius nomen compositum ex in et gratiis; quo modo 'injussu' ex in et jussu, 'incultus' apud Sallust. ex in et cultus: 'intactus' ex in et tactus: de quibus sup. 1. 454. 'tactus corporibus cunctis, intactus inani.' In quibus omnibus in præpositum nominib. substantivis, negationem significat: quod fit usitatus in adjectivis, ut improbus, indoctus, impius; &c. 'gratiis' autem nomen esse, casus ablat. a recto gratiæ, numeri multitudinis, quid est quamobrem quisquam neget? Plaut. Amphitr. 1. 1. 215. 'Sos. Non ædopol volo profecto. M. At pol profecto ingratiis.' Idem Curcul. 1. 1. 6. 'Tamen est eundem, quo imperavit, ingratiis.'

Idem Cistell. 2. 3. 82. 'Nunc mihi bonæ necessu'et esse ingratiis.' Ter. Eunuch. 2. 1. 14. 'Opus faciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam.' Idem Heautont. 3. 1. 137. 'ea coacta, ingratiis Post illa cœpit victum vulgo quærere.' Velim autem non ignorare lectorem, quosdam libros vulgatos, in quibus sunt Parisienses, habere hoc loco *invitus ad-hæret*, pro vera scriptura *ingratiis hæret*, quod iccirco notavi, ut meminerit quod supra pluribus verbis egi, ad illum locum, 'Tum quasi talipedans,' &c. hanc vocem *invitus*, seu *invito*, fuisse annotationem: deinde ab imperito et stulto librario in texturam verborum Lucretii transscriptam esse. *Lamb.* Præter voluntatem: *ingratiis*: Vossius: Sic Plant. in Casina 2. 5. 7. 'Vobis invitis, atque abortum ingratiis:' et in Mercatore Prologo, 4. 60. 'Tuis ingratiis:' inf. 6. 215. 'Cadant ingratiis illa necesse est Semina, quæ faciunt fulgorem.' Creech.

1084 *Jam rebus quisque relictis]* 'Rebus relictis' usitatum genus loquendi veteribus, quod idem valet atque 'rebus aliis omnibus relictis.' Plaut. Epid. 4. 2. 35. 'Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo.' Idem Truc. 2. 1. 20. 'Probus est amator, qui, relictis rebus, rem perdit suam.' Ter. Andr. 2. 5. 1. 'Hærus me, relictis rebus, jussit Pamphilum Hodie observare.' Idem Heautont. 4. 7. 12. 'Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus est Aliquis, labore inventa meo cui dem bona.' ubi tamen vulgati libri habent *relictis omnibus*, cum sit legendum *relictis rebus*, itaque scriptum sit in libris manuscriptis. *Lamb.* Formula solemnis. Ter. Plaut. *Faber.*

1086 *Temporis æterni quoniam, &c.]* Quoniam non est controversia, vel non certatur de statu unius horæ, sed de statu temporis æterni atque infiniti, quod est post mortem, 'ambigi-

tur: i. e. in controversiam vocatur, ἀποσβηταίρα. *Lamb.*

1088 *Manenda*] Sic legendum, non, ut in lib. vulgatis, *manendo*: ordo autem et sententia est: In quo statu temporis æterni, omnis ætas, quæcumque post mortem restat, mortalibus est *manenda*, i. e. perduranda: in quo statu temporis æterni, homines omnem ætatem, quæcumque post mortem restat, necessario permanebunt et perdurabunt: neque umquam de integro hanc lucem intuebuntur, etiam si eandem materiam, ex qua constabant vivi, temporis longinquitas de novo colligat, et in eandem ordinem atque in eandem posituram redigat. *Lamb. Manendo. Gifan.*

1089 *Denique tantopere in dubiis*] Demum vs. 4. stulte id fugimus, quod evitare non possumus; imo si multas ætates viveremus, eadem tamen nos teneret cupiditas vitæ: vs. 7. quæ nullam novam voluptatem afferret, quæ incerta semper, et malis obnoxia: et vs. 8. mors erit æque immortalis et æterna si hodie, ac si cras occupet. *Creech.*

*In dubiis trepidare periculis*] ‘Pericula dubia’ dicuntur, quia incertum est utrum quis ex iis salvus evadere possit, necne. sic dicimus ‘in dubiis rebus.’ *Plaut. Mostell. 5. 1. 1.* ‘Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit.’ sic ‘dubia tempora,’ et ‘dubii casus’ apud *Horatium*. Quid est (inquit) quod tantopere trepidemus in rebus adversis et periculosis? nam quantumvis diligenter et accurate vitæ et salutis nostræ consulamus, moriendum tamen est aliquando. *Lamb.*

1091 *Certa quidem*] Rectius quam *Certe equidem*. *Creech.*

*Certe equidem*] Sic in veteribus, et quibusdam vulgatis. Alii: *Certa equidem*. In quibusdam: *Certe quidem*. *Gif.*

1092 *Nec devitare letum pote*] Pote, i. e. *δυνατόν*, quod ‘possibile’ dicitur. *Delph. et Var. Clas. Lucret.*

remus, si liceret. *Lamb.*

*Nec devitari letum pote quin obeamus*] Ita interpungendum. ‘Letum obire,’ dixit et infra, 5. 1419. *Gif.*

1095 *Sed dum abest*] Hic *m* non eliditur. qua de re supra diximus ad illum locum, ‘Corporum augebit numerum,’ 1. 437. nunquam (inquit) fruimur bonis præsentibus, sed futuris semper inhiamus: quæ ubi adepti sumus, alia item quæ absunt, desideramus. recte igitur præcipiunt, qui suadent, ut in diem vivamus, ut *Hor. Od. 3. 29. 41.* ‘ille potens sui, Lætusque deget, cui licet, in diem, Dixisse, Vixi. Cras vel atra Nube polum pater occupato.’ *Lamb.*

1099 *Vehat*] Sic *Hor. Od. 3. 29. 48.* ‘Quod fugiens semel hora vexit.’ et *Virg. Georg. 1. 461.* ‘Denique quid vesper serus vehat.’ *Lamb.*

1100 *Vitam ducendo*] Vitam producendo, et duntius vivendo. *Lamb.*

*Demimus*] Detrahimus, deminui-  
mus. *Lamb.*

1101 *Nec delibare valemus*] In quibusdam libris: *delibrare*, quod et probat *Lambinus*. In quibusdam: *deliberare*. Omnia mendose. Vide *Indicem. Gif.*

*Nec delibrare valemus*] Nec possumus quicquam deripere, seu demere, seu detrahere de tempore mortis. ‘delibrare’ valet, librum seu corticem de ligno detrahere: quo verbo utitur et *Cæsar lib. 7. de Bell. Gall.* ‘Firmis ramis abscissis, atque horum delibratis ac præcatis cacuminibus.’ Unde per translationem deminueri significat, ut supra diximus. *delibrare* autem habet duo cod. manuscripti, quibuscum congruunt *Parisienses*: alii *deliberare*, quibuscum consentiunt *Aldini antiquiores*: quod quidem factum est ex *delibrare*, cum indocti, sive librarii sive lectores, quod sibi vellet *delibrare*, non intelligerent. Sententia autem hujus loci hæc est: Non possumus quicquam detrahere, seu demere de tempore mortis, quo

minus diu mortui simus: id est, etiam si aliquot annis, atque adeo sæculis tardius moriamur, non ideo tamen minus diu mortui erimus. Zoilus, cum hæc legisset, 'omnia mendose,' inquit. Censorem aliquem loqui putes, cum hoc nomine nihil sit stolidius, nihil pinguius, nihil contemtius. Inane tandem, bellus? omnia mendose? Tu vero omnia mendose: quam modo aliis non suffuratus es. *Lamb.* Rectius, *delibare*. Fab. Mallem hic retinere verbum Lambino placitum. *delibare* enim refertur ad exiguum illud quod quis ex aliqua re carpit. *delibrare* autem ad ipsam rem potius pertinet, quæ hoc modo minimum patitur. Tertullianus, ut plura, etiam hoc verbum a Lucretio sumpsit lib. de Anim. cap. 17. 'Non licet nobis in dubium sensus istos revocare, ne et in Christo de fide eorum delibretur.' Unde forsitan etiam *delibrandum* rectius in Apologet. ejus legas cap. 21. p. 196. 'inflati ad delibrandum, derivantes a disciplina in profanum modum.' Sed metaphora non a cortice arboris, sed aquæ derivatione et sulco (juxta Festum in 'delibrare') deducta. *Hav.*

1102 *Morte perempti*] Mortni. Virg. *Æn.* 6. 163. 'indigna morte perempti,' idem 9. 453. 'et primis una tot cæde peremptis.' non celabo lectorem, me scriptum reperisse in lib. manuscriptis, *morte perempti*, *m* ante *t*. Quod eo notandum duxi, ut intelligant tandem omnes literarum studiosi, veteres scripsisse 'peremptum,' 'ademptum,' 'emtem,' 'comtum,' et similia, per *m*, sine *p*, ante *t*: postquam autem Italiam barbaries oppressit, alios scripsisse 'perentum' et similia per *m* ante *t*: alios per *m*, interposito *p* inter *m* et *t*, existimantibus *m* ante *t*, sine *p*, nec scribi debere, nec pronuntiarī posse: quorum errorem coarguimus et convicimus in epistola ad lectorem, quam præposuimus commentariis Horatianis. Quod autem

doctus quidam Italus, nulla alia ratione adductus, quam quod libri manuscripti sic habent, etiam hodie scribit 'dampnare' et 'temptare,' satis ejus inscitiam ac stuporem mirari non possum. Quasi vero libri veteres sint usquequaque sequendi, et non cum judicio tractandi ac legendi: verbi gratia, in eis fere semper scriptum reperias, 'dampnare,' 'antempna,' 'sompnum,' 'solempne,' et similia quamplurima: quam scripturam tamen nemo est mediocriter eruditus, qui non respuat: aut quasi 'tentandi' verbum non oriatur a verbi teneo supino tentum, seu tentu: quæ vel cum *m* et *p* scribenda sunt, temptum, temptu: quod si quis dicat, delirus judicetur: vel ne in tentu quidem his litteris *m* et *p* locus esse potest, ut scribatur 'tempto.' *Lamb.*

1103 *Condere sæcla*] 'Condere sæcla' dictum est vel ut dicimus 'condere frumenta et fructus,' vel ut 'condere mortuum,' vel ut 'condere lustrum.' Quoquo modo dictum sit, tralatio esse videtur. Sic fortasse Hor. Od. 4. 5. 29. 'Condit quisque diem collibus in suis,' 'condete' autem 'diem' videtur, qui ad vesperam venit, et cui dies totus consumtus est. 'Condere' igitur 'tempora,' 'sæcula,' 'annos,' dici posse videtur, cui tempora, sæcula, anni consumti et præteriti sunt. *Lamb.*

1104 *Mors æterna*] *Edvoro* *ædvoro*. ut sup. 883. 'Mortalem vitam mors cui immortalis ademit.' *Lamb.*

1105 *Nec minus ille diu, &c.*] I. e. et æque diu mortuus erit ille qui ex hodierno die vivendi finem fecit, atque ille qui multis ante annis interiit. nam cum tempus futurum, sit infinitum, uterque post mortem tempus æque infinitum mortuus manebit. *Lamb.*

1105 *Ex hodierno lumine*] Ex hodierno die. *Lamb.*

Cum de materia, ejusque motibus, (si modo opiniones quæ providentiam impugnent excipias) disputet Lucretius, quis philosophorum prudentius, aut rei ipsi accommodatius? De rebus vero a sensu remotis, de anima ejusque facultatibus disserente nemo vanior aut ineptior. Qualem vero sibi animam effingit? En ipsa adest; substantia corporea tenuis, composita e minutis et volubilibus particulis aëris, aëris, et caloris, quæ ita per totum corpus sitæ snnt, ut parvis intervallis sint a se invicem disjunctæ. His tribus addas quartum nescio quid innominatum persubtile, et maxime mobile, quod in pectore situm sit sensus principium, et imagines ab omnibus rebus venientes percipiat, et tum perfecta et consummata erit Epicuri anima. Breviter, concipe araneum in pyxide, per totam istius pyxidis cavitatem telam texat, mediamque ipse incolat: advolent deinde muscæ, et fila moveant, quo motu excitatus araneus filamenta tractet, muscas irretiat, et captas devoret: hæc concipe, et habebis imaginem Epicuræ animæ captantis ἀδελφᾶ, qua nulla naturam fuerit similior. Hæc vero digna sunt philosopho commenta!

Animam non esse corporis harmoniam a vs. 94. ad vs. 136. satis probatum. Inde usque ad 162. frustra animum, dominum viz. vili servo animæ conjungit: vehementi metu concusso animo, laborat anima, fateor, sic tremante citharædo debitos sonos citharra non reddit. Pari successu usque ad vs. 177. animum corporeum esse evincere conatur, quod enim argumentis confirmare debuit, id tanquam certum sibi sumit; pertinaciter enim affirmamus contactum posse esse sine corpore.

Dum vero animam corpoream esse nondum probaverit, quid de illius subtilitate usque ad vs. 231. Inquiramus?

Fatendum tamen poetam evidenter demonstrasse animæ particulas, (si modo corporea foret) debere esse subtiles et volubiles: nec de compositione animæ usque ad vs. 323. litigemus, nam ex aëris, aëris, et caloris seminibus non minus apte componat animum quam ex alicujus alius materiæ particulis. Quod vero vs. 280. tribus hisce rebus quartum aliquod innominatum addat, ideo confitetur nullum genus corporis concipi aut excogitari posse, quod sensus sit principium.

Prudenter autem tenuis animi salutem denso validoque corpori commendat usque ad vs. 350. et usque ad vs. 370. corpori etiam facultatem sentiendi largitur. Quid autem stultius? quid a communi sensu remotius? Quid denique ipsis placitis minus accommodatum? Unde enim corpus sit sensus particeps cui nihil quartæ istius innominatæ rei immiscetur? Deinde ad vs. 396. contra Democritum feliciter disputet: nec repugno, non enim inquiri ultra sententia potior sit, dum utraque est absurda. Et ut modo animum corpori conservandum credidit, sic ad vs. 417. corporis custodiam vicissim animo commendat. Istam tutelam non invidet. Argumenta vero quibus ipsum animum expugnat, consideremus.

Primum a vs. 425. ad vs. 445. tenuem et subtilem corpoream substantiam, qualem animum supponit esse, distrahit et dispergit. Atque id fiat per me licet, corporeus sit animus, et quamvis crassus, et e particulis implexis conjunctus sit, eum tamen dissolubilem fatebor.

Secundum a vs. 445. ad vs. 459. Tertium a vs. 460. ad vs. 464. et quartum a vs. 464. ad vs. 473. nihil efficiunt: animum enim una cum corpore nasci, adolescere, et senescere minime sentimus; corpus nasci, ado-

lescere, atque senescere sentimus, in animo neque decrementum neque incrementum experimus; at vero in infante non viget animus, in sene deficit: quo argumento? nempe ineptus est puer, et senex desipit. Similiter artificem peritissimum in machina colloces, aliis vero partes istius machinæ nimis rigescant, aliis sint æquo flaccidiores, deterantur aliæ, aliæ autem nimis turgescant: et deinde stulte expectabis ordinatos motus, licet maxime elaboret peritissimus ille artifex. Deinde curas luctumque auscipit animus. Ergo est dissolubilis: quia viz. (alia non jam occurrit ratio) luctus penetrans et curæ edaces alibi appellantur. Digna mortali et corporeo animo. ista ratiocinatio! Quarto autem argumento eadem responsio, quæ secundo, satisfacit.

Tribus sequentibus argumentis a vs. 475. ad vs. 524. medici respondeant, quanquam nil opus est responso: crura vacillant, tardescat lingua, et natent oculi, quid hæc ad animum? Jurgia denique gliscant; neque id quidem mirum, quemadmodum quantumlibet alioquin peritus fuerit citharistes, non poterit tamen non dissonantes cantilenas exprimere, si perturbate intenderis, ac distenderis chordas citharæ, quæ harmonice ante pulsabatur. Similiter in morbo Epileptico ater ille humor organa deturbat, atque inde isti motus incompositi. Cum vero organa tantum afficiat et debilitet morbus, quid aliud restituat medicina? Septimum a vs. 525. ad vs. 546. asserit animam hominis membratim morientis sensim deficere atque interire: quasi frigescere non possunt artus nisi anima etiam frigescat: hoc vero argumentum supponit animam corpoream esse et per totum corpus diffusam, quod nondum probavit, et certo scio nemo unquam demonstrabit.

Octavam a vs. 547. ad vs. 556. nihil agit, neque enim ab alio intelligendi

aut ratiocinandi vim habet anima, quemadmodum auris audiendi, aut oculus videndi mutatur; verum a seipsa id habet, ac idcirco mirum non est, si sejuncta a corpore auris non audiat, neque sejunctus oculus videat, secreta autem a corpore mens intelligat ac ratiocinetur.

Nono a vs. 557. ad vs. 578. hoc modo respondendum: Ut dum videmus militem gladio aliisque armis pugnantem, non dicimus tamen illum armis destitutum non posse plagam ullam inferre, cum manus adhuc suppetant quibus infligere ictus possit: sic cum anima membris undique, ut panoplia quadam induatur, organique adeo corporis varias functiones obeat, dicendam tamen non est, ubi istum omnem quasi militarem apparatus exuerit, nullam ipsi neque intelligendi neque sentiendi superesse functionem.

Decimi argumenti a vs. 589. ad vs. 590. vires nemo agnosceret, nisi qui senserit animum esse quasi fundamentum totius animalis, et corpus animo tanquam sale aliquo condiri ne fæteat et putrescat.

Undecimum a vs. 591. ad vs. 605. nihil aliud est quam in verbo *lusus*; ideo enim vim aliquam videtur habere, quia ista spirituum defectio appellatur animi deliquium.

Duo sequentia a vs. 606. ad vs. 623. negant animam exire posse integram nisi per fauces expiretur, nec absurde quidem, si corporeus foret animus. Addunt insuper animam futuram dissolutionem metuentem ægre atque invito exire; respondet apud Ciceronem Catô, 'Quid quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius, videre se ad meliora proficisci? Ille autem cujus obtusior acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi; neque vero eos se-

lum convenire aveo, sed illos etiam, de quibus audiivi, et legi, et ipse descripsi. Quo quidem me proficiscentem, haud scio quis facile retraxerit. Quod si quis Deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam, et in cunis vagiam, valde recusem; nec vero velim, quasi decurso spatio a calce ad carceres revocari. Demum affirmant, animum, quoniam in pectore hominis semper situs est (si Epicurum viz. audiamus) extra pectus non posse integrum manere: quasi aves in nido natae extra illum versari nequeant.

Decimum quintum a vs. 624. ad vs. 633. ejusdem est cum reliquis farinae, et vulgus sapit. Nec decimum sextum a vs. 634. ad vs. 669. tam fuse explicasset poeta, si motum animale, et eaque instrumenta quae isti perficiendo inserviunt perspexisset. Sequenti a vs. 670. ad vs. 678. Plato et Pythagoras respondeant, istos enim solos premit, et alia jam ago. Decimum septimum et octavum a vs. 679. ad vs. 712. supponunt animum corporeum per totum corpus diffundi, et cunctis illius partibus alligari, quo nihil falsius aut absurdius: in capite, tanquam princeps in solio, residet, ibique dominatur.

Quam futulis sit ista a vs. 713. ad vs. 740. de vermibus observatio omnes sentiunt, qui vermes in terra, planta, caseo, rebus profecto nunquam animatis genitos viderunt.

Qui animarum transmigrationem defendunt, isti effugiant nodos quos nectit poeta a vs. 741. ad vs. 769. Et deinde a vs. 770. ad 776. absurdus foret animus, nisi cuperet corpus vividum et vigen, fugereturque senio confectum. De sequentibus a vs.

777. ad vs. 784. isti videant, si qui sint, qui Pythagoricas nugae aliquid esse putent. Quoniam vero vigesimum quartum a vs. 785. ad vs. 800. idem est cum decimo quarto, ideo non alia hic quam illic adhibenda est responsio.

A vs. 801. ad vs. 866. rem immortalem rei mortali conjungere praestantissimis philosophis nondum visum fuit incongruum aut absurdum: Deinde contra vs. 807. ad vs. 829. quartum genus rerum constituo, incorporeas viz. substantias immortales: idque impudenter negabit Epicurus, cum Deos suos aeternos et indissolubiles constituerit. Demum a vs. 830. ad vs. 841. luctu penetranti affici, et curis edacibus vexari animum, et corpore morbis quibusdam correpto illum debitas functiones exercere non posse confitemur, at vero animum inde fieri mortalem pertinaciter negamus.

Jam vero copiosius ostenderem frustra haec omnia argumenta congerere et explicare Lucretium, mortis enim metum non tollant; quippe illis qui bonis prosperisque rebus utuntur, quid calamitosius ista morte, quam sit *στέφνος αιώθρεως*? et miseris talem mortem proponere qua extinguantur penitus, sicque miseriarum sit finis, perinde est ac si jactato tempestatum saevitia proponatur naufragium, quo submersus suffocatusque procellam deinceps sensurus non sit. Hoc est egregium, quod praestant Epicuri dogmata, solatium; quod tamen, quale quale est, bonis omnibus et piis inuisum ac ingratum, et impios solos, quos nulla philosophia curare debuit, juvabit. *Cresch.*

20

3









